

STEPHANI BODEI
clariſsimi Iuriſconſulti in quatuor Inſtitutionum Imperialium libros, Cõmentarii,

non minus rerum varietate vtiles, quàm ſermonis elegantia delectabiles, nuper diuinitus ab interitu vindicati, & ſumma diligentia C. Theobaldi Migniani, Meldenſis I. V. prodoctoris velut natalibus reſtituri, & in ſtudioſorum iuris gratiam ſedulò excuſi & manumiſſi.

Quibus locupletiſsimus acceſsit rerum & verborum inſignium Index, cum authorum omnium, qui paſsim citantur catalogo.

AD

Reuerendiſsimum ampliſsimúmq; Do. Do. Archiepiſcopum & Comitem Viennenſem, Primatem Primatum, maximúmque omnium Galliarum Primatem.



PARISIIS.
Apud Sebaſtianum Niuellium ſub Ciconiis, via Iacobæa.
1555.
CVM PRIVILEGIO REGIS AD DECENNIVM.

Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France à noz amez & feaulx conseilliers les gens de noz courtz de Parlement, Au preuost de Pa[ris], Bailly de Rouen, Seneschaulx de Lyon, Thoulouze & Poictou, & à tous noz aultres iusticiers & officiers, ou leurs lieutenans salut. Nostre bien ame Sebastien Nyuelle marchand Libraire iuré de nostre ville & Vniuersité de Paris nous a faict dire & remonstrer qu'il a recouuert puisnagueres vn liure intitulé Stephani Bodei clarissimi Iurisconsulti in quatuor institutionũ Imperatoriarũ libros cómentaria, pour lequel recouurer & imprimer luy a conuenu & conuiendra faire de grans fraiz & despens. Et doubte que les autres Libraires, marchans, & Imprimeurs de nostre Royaulme ne facent, si tost que ledict exposant aura publié ledict liure, iceluy imprimer & mettre en vente, qui seroit luy oster tout moyen de le pouoir rembourser de ses deniers & receuoir quelque fruict de son labeur. A ceste cause nous a humblement requis luy vouloir sur ce pourueoir de remedé conuenable. Pource est il que nous desirans bien & fauorablement traicter ledict suppliant luy auons permis & permettons de grace specialle, plaine puissance & auctorité Royal de mettre & exposer en vente en nostre Royaulme, pays, terres & seigneuries à nous obeissantes le liure dessus nommé, sans que nul Libraire, marchant & Imprimeur de nosdictz Royaulmes, pays, terres & seigneuries le puisse imprimer ou faire imprimer sans le congé & permission dudict suppliant iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & datte que ledict liure sera acheué d'imprimer en la premiere edition: & ce sur peine de confiscation desdictz liures & d'amende arbitraire. Si vous mandons & à chascun de vous sur ce requis & si comme à luy appartiendra que vous de la presente concession & priuilege faictes, permettez & souffrez ledict suppliant iouyr & vser plainement & paisiblement, sans luy mettre ou donner, ne souffrir estre mis ou donné aucun destourbier ou empeschement au contraire, lequel si mis ou donné luy estoit, vous faictes incontinent & sans delay mettre à plaine & entiere deliurance & au premier estat & deu. Car tel est nostre plaisir nonobstant quelzconques lettres à ce contraires. Donné à sainct Germain en Laye le vingtdeuxiesme iour de Decembre, l'an de grace mil cinq cens cinquante quatre & de nostre regne le huictiesme.

Signé par le Roy vous present

Le Chandelier

AD REVERENDISS. ET ILLVSTRISS. DO. DO. ARCHIEPISCOPVM ET COMItem Viennensem, Primatem Primatum, maximúmque omnium Galliarum Primatem, sacro Henrici II. Christianiss. Francorũ Regis Oratorio præfectũ Do. Petrum Palmerium, C. Theobaldi Migniani Meldensis I. V. prodoctoris ad commentarios Sthephani Bodei Iuriscon sulti in Iustinianeas institutiones pręfatio.

IMMORTALEM DEVM, vt natura sua bonum, ita bonorum vniuersorum esse authorem, Præsul clarissime, tam prophanis quàm sacris testimoniis, & exemplis maximè constat: cui eam ob causam homines pii accepta omnia quæ habent, ita ferunt, vt & ab illo, siquid requirunt, postulent: & eius opem, siquid rei præsertim grauioris moliantur, implorent: si quid denique dicant, vel promittant, id cũ bona illius venia faciant. Præclarè enim cum illis agitur, si, cùm diuinæ maiestati omnia tribuant, nihil quanuis exiguum, nisi prius inuocato Dei auxilio suscipiant: cùm contrà illis cedat infœlicissimè, qui sceleratum animum gerentes, tam impiam de Deo induunt opinionem, vt nec ab eo capiant agendarum rerum primordia, nec vlla pietate eius religionem colant, quem non modò singulis, sed ne vniuersis quidem rebus humanis consulere, nec prouidentia mundum hunc administrare arbitrantur. Itaque oportet, vt Zaleucus dicebat μέμνησθαι τῶν θεῶν, ὡς ὄντων, καὶ τοῖς ἀδικοῖς ἐπιπεμπόντων κακά. Et Demosthenes ad Leptinem, τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι τἀγαθὰ διδόναι sensit. Deos verò cùm illi nominãt, longo sanè à nobis dissident interuallo. Nam cùm illi deorum infinitam induxerint multitudinem, ne vnum quidem habuerunt, quem reuera colerent: cùm ex diuerso nos eum habeamus, præter quem nihil omnino coli par est. Sic ipsius Dei summo beneficio veritatem cognouimus, vtinã & sequamur: Sic ab inani deorum cõmunitate recessimus, vnum trium personarum Deum adoramus, eique tribuimus omnia, quæ possidemus. Itaque Delũ, Delphos, Dodonémq; odimus, hunc nostrum Deum adimus, consulimus, deprecamur, quem & ab omnibus gentibus cognosci desideramus & coli. Nec similes eorum sumus qui Patrios habuerunt deos, singularum vrbium propugnatores, quorum numen, quòd vrbi præesset, palam facere nefas putabãt, ne euocationes ad auertẽda numina fieri solitæ, hostibus innotescerent. Deum autem hunc cùm propitium habere maximè cupiendum sit, vt quasi per medium profundum humanorum discriminum, & studiorum euntes, cursum quem tenemus, alioqui desperatum cœlesti fauore compleamus: tamen etiam homini ab homine quærenda sunt præsidia, vt qui parum potest, cuiusdam potentioris authoritate

tutus sit. Est & ea officiorum inter homines communicatio, vt cùm alij in aliorum beneficentiam propensissimi sint, illi contrà vel beneficia rependere, vel agnoscere saltem, memorésque esse debeant. Cùm autẽ sit ea natura fortunáque tua, vt velis & possis iuuare quamplurimos, etiam totius familiæ nostræ exornandæ, amplificandǽque tantum studium fouisti, vt eius nec raram quidẽ, nec mediocrem significationem dederis. Nam ex quo in Archimandritam Resbacensem conspirantibus totius Benedictinæ illius familiæ suffragiis electus es, Auunculos meos Petrum & Claudium Baretos tot cumulasti honoribus, tótque beneficiis exornasti, vt alteri tuas vices quasique teipsũ, alteri verò priores cœnobij partes credideris. Verùm illi te exemplo præeunte, & monstrante benemerendi viã, tanta animi alacritate sunt eam ingressi, vt facilè sentiam cum reliqua mea gente, quantos in illa disciplina progressus tanto doctore fecerint. Quare non possum quin ingenuè fatear, te omnium, quæ adeptus sum, beneficiorũ parentem esse & authorem. Præterea me quoque veluti candidatum in istis molestioribus quidem prẽsandorum magistratuum comitiis, suffragiis & literis iuuisti: quod etiam non minus accuratè, quàm sedulò, Do. Archidiaconus Lingonensis prudentissimus rerum tuarũ administrator quasique architectus, pro ea qua est humanitate & propensa in cognatos meos beneuolentia, sæpissimè conatus est. Quæ cũ ita sint, essem ingratissimus, nisi grati animi testificationem tibi aliquam darem à quo tantum ad me fauoris redundat, vt eo tanquam palmaria parma facilè vtar ad venenatos inuidiæ, si qui erunt, aculeos retundendos: Si in eius quidem vmbone per te, veluti Demosthenis more, aureis bona fortuna literis inscribatur, vel Alcibiadis Cupido cum sagittis, vel Agamemnonis formido leonino capite depingatur. Sed cùm apud me cogitarem, qua tandem ratione id perficerẽ, sensi nihil facere me cõmodius posse, quàmsi hanc lucubrationum mearum particulam & primitias tuo nomini inscriberẽ & sacræ bibliothecæ tuę mãciparem. Quod quidem vt facerem nõ modò commune mihi cum plerisque omnibus argumentum, sed & alia nõ vulgaria impulerunt, vt essem in eo proposito perseuerantior. Nimirũ hæc sunt, prudentia, vitæ integritas, eximius literarum cultus, fama nominis & authoritas, quæ non modò Regiam (in quã maximis tuis meritis accitus es, personat, nec ipsis Galliæ finibus circumscribitur: Imò ad ipsius orbis περιφέρειαν attingere, sublimíque vertice sydera videtur ferire. Accedit quòd tanta modestia, támque procliui ad iuuãdos mortales natura es, vt nullos ex alta tua specula despicias, quin occurris omnibus, maximè verò studiosis, & in sinũ quasi parens humanissimus excipis, nunquam futurus hilarior, quàm si cui suppetias ferre possis. Atque ita rebus bene gerendis commissam tibi ecclesiam instruis, eíque in superandis humanæ tempestatis fluctibus, & periculis videris iure præsilire. Itáque cùm iure id facias, cùm etiam iuris

& legum vim perſpectam, animóque velut ſcrinio cõcluſam habeas, cui potius quã ſapientiſſimo iuris ſacerdoti, iuris præclarum ἀπότέλεσμα fuit conſecrandum? Quo patrono ac vindice, non modò cum authoritate ſplendorem accipiet, ſed contra perditam quorundam ad dicẽdas contumelias libidinem tutum erit. Eſt autem id eo magis illi neceſſarium, quòd iam ſine patre, quaſi poſthumũ in doctiſſimas vrbes, in gymnaſia naſutiſſima, in conſultiſſimas priuatorum ſtudiorũ officinas progreditur, quaſi nihil ab æſtu procellíſque popularium contentionum ſibi metuens, modò te huius nauiculæ qua quodammodo vehitur, moderatorem & præfectum nominari patiaris. Quæ res tibi minus erit moleſta, quòd nihil ex patrimonio tuo in hanc ſiue tutelã, ſiue curam conferendũ ſit. Ampliſſima enim res familiaris ei à parente relicta eſt, vt non ſit verendum, quin ſi quid ex tuo in illius vſum eroges, id actione contraria conſequaris. Ipſe verò poſtulari non poſſis, niſi reddẽdæ rationis iudicio. Quod ſi fiat, meã hanc de damno quantumuis magno, quod ex illa cauſa proficiſcatur, cautionem agenti obiicies. Ergo cùm ab onere periculum abſit, nullam ne iuſtam quidem (pace dixerim tua) mihi videris poſſe prætexere excuſationem, propter quam digniſſimum tua perſona honorem, cum paruitate oneris refugias. Quod ne facias, munus hoc meum verbis, quantum potero, reddam ornatius. Prius tamen quàm id ago, paucis aperiam, qua ratione iſti in manus meas cõmentarij ceciderint. Poſt Bodei in Italia fatum, vt accepi, ex amicis eius quidam hoſce in puluere, inter tineas & blattas ſquallentes, quaſique luctu, ob parentis triſtius fatum, tabeſcentes commentarios attulit ad Sebaſtianum Niuellium, Reip. literariæ, boníque publici quàm priuatæ pecuniæ ſtudioſiorem calcographum: vt ſi è re ſua, ſtudioſorúmque eſſe videretur, opus quod lucem deſiderabat, luci exponeret & euulgaret: ne cũ patre, partus quoque memoria extingueretur. Quos cùm ille accepiſſet, ad me, quem familiaritate habuit coniunctiſſimum, detulit, expetens conſilium, Lucéne opus dignum eſſe arbitraret. Cuius & ſtudio & honeſtæ petitioni cùm non poſſem refragari, titulos aliquot ex difficilioribus perlegi: reſpondi dignũ mihi videri opus prælo, ſimúlque dignam eſſe hanc poſtulationem, quę prima altercatione expugnaretur, nimirum vt opus hoc in lucem, ſicuti poſtulabat, æderetur & manumitteretur. Adieci tamen nõ eſſe præcipiti fortaſſe conſilio temerè aſſentiendũ, verùm id negotij doctiorum iudicio eſſe tentandũ. Id ille curauit, retulítque idẽ aliis, quod mihi videri. Quare inſtitit magis, vt poſthumi quaſi fiduciariam tutelam gererem, vtque opus tãquam ſpurium cenſerem. Cuius equidẽ cenſus tam magnus eſſe mihi viſus eſt, vt facilè in cuiuſuis ciuitatis tabulas aſcribatur. In cenſu autem agendo, cùm multa hinc & inde deeſſe, multa etiam viderem ſupereſſe, quia neque dum ſuprema operi manus adhibita erat, cùm

doctiſſimorum & amiciſſimorum hominū, præſertim verò Euſtathij Dalnaij i. v. doctoris opera, tum librorum ope, ex quibus ſententiæ authoritatéſque citabantur, operi ſuum ſplēdorem reſtituere ſum conatus. Nam pluribus in locis adieci quæ deerant, mutaui quæ nō ſatis, aut nihil omnino conſentiebant, quæque ſuperfluere & excreſcere videbantur, amputaui. In quo ſi non ingenio valui ſatis, tamē diligentia ſubſidium paraui, vt nihil præterirem, quod diligenter oculatáque fide non ponderarem & examinarem verum nec ne, aut rectè appoſitū eſſet. Quod quidem muneris cùm maximè ſit inuidioſum, tamen quia ita mihi neceſſariò faciendum fuit, non eſt quòd inuidiam plurimum reformidem. Satis quippe exiſtimo longè ſatius eſſe, etiam in ancipiti rerum euentu, aliquid, quàm nihil omnino conari. Adeò placet immortali Deo verecunda iſta φιλοπονία, vt cùm nobis omnia labore vendat, vt quidam dixerunt, probet maximè vires humanas, ſi circa honeſta, quamuis difficilia, & periculoſa, nonnihil alacriter audeant. Nec enim ſine periculo, vt Comicus ait, fieri præclarū & memorabile facinus poteſt. Eſt ex eo quoq; ſecurior animus mihi, quod, teſte Euripide, τοὺς πόνους οἱ ἀγαθοὶ τολμῶσι, δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ. Nec me minus illud Philiſci iuuat, οὐκ ἔστιν (inquit) ὦ μάταιε, σὺν ῥαθυμίᾳ τὰ τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν. Porrò ſi mihi fiduciarię iſtius tutelę reddenda ratio ſit, minus ero ſuſpectæ adminiſtrationis conſcius, quo nihil parētis dignitati, nihilque pupilli patrimonio detraho: ſed meas opes, quantulæcunque ſunt illæ, cum illius ita coniungo, vt, quamuis nec vſum, nec fructum earum mihi ſeruem, eas tamen ſi velim, poſſim iure meo, ſimul cum meis operis, & impenſis repetere, & vendicare. Sunt hæc pupilli omnia, quibus pariter, vt pupilli opibus, per te, ſtudioſi fruantur, quorum palato ſi reſpondeant iſtæ cūpediæ, dabo vbi fame abutantur. Nec verò etſi teneat, vt Iuuenalis ait, inſatiabile multos ſcribendi cacoëthes, & ægro in corde ſeneſcat, ab inſtituto reuocabor, cùm id curem maximè, quod Plato dicebat eſſe beatiſſimum, vt ſaltem in ſenectutę veras opiniones aſſequi poſſim, eáſque cum eiuſdem ſortis hominibus cōmunicare. Nec ceſſabo quidem in gratiam ſtudioſæ iuuentutis conferre, quicquid potero, nihil moratus aliquorum nimiam impudentiam, qui tātum ſibi tribuunt, vt alienę induſtriæ nihil relinquant. Homines iſtos φιλαύτους non reprehendo, moneo magis, vt Artabatani conſilium ſequātur, quod eſt apud Herodotū in Polihymnia. Vides (inquit) ô rex, Deum prægrādia animalia fulmine ferire, nihil lædere puſilla. Vides magna ædificia excelſaſque arbores eiſdē fulminū telis percuti. Sic gaudet Deus eminentiſſima quæque deſtruere: vnde à paruo exercitu ſæpe ingens debellatur, & nōnulli ſecus quàm dignitas eorum poſtulabat, in varias calamitates inciderunt. Nec enim vult Deus quemquam de ſe, pręter ſe ipſū, magnificè ſentire. Cùm igitur Deus nobis illud magni-

ficentius

licentius & plausibile de nobis ipsis iudicium auferat, multo magis illam petulantem malè de aliis iudicandi, calumniandique παῤῥησίαν tollit. Quemadmodũ autẽ ex diui Hieronymi sententia vnusquisque in templum Dei adfert quod potest, alius aurum & argentum, alius byssum & purpuram, alius gemmas, alius etiam lanã & caprarum villos, & viliora quæque, quàm vt diuinę maiestati conuenire videãtur: ita periti homines in Reipub. literariæ exornationẽ, quas animo bonas, salutaréſque sententias conceperunt, libris ædendis, illis quidem, si fieri potest, in nonum annum pressis, tanquam sui animi fœtibus quibusdam enitendis proferant, qui cùm fuerint vtiles, retineantur & legantur: exsibilentur verò, & ad scombros thuráque mittantur, si sint infrugiferi. Bodeus autem hic noster, qui vt nominis figura sonóque, ita variarum rerũ cognitione, Budæo illi summo totius Galliæ ornamento, vsque adeò similis est, vt pene idem videatur exuscitatus, eam, nec instrenuam quidem, in iure discendo tractandóque operam nauauit, vt nobis viuum ac spirans ingenij sui monumentũ, hunc, inquam, thesaurum rerum omniũ quæ in latissimo iuris mundo cognitæ sunt dignissimæ, reliquerit. Vnde, vt Alexander edicto vetuit, ne se quis, præter vnum Apellem, pingeret, vel ære formaret, præter Lysippũ, vel gemma sculperet, præter Pyrgotelẽ, propter eximiam cuiusque artificis peritiam: ita statuẽdum sit communi Gymnasiorum decreto, nullius doctoris opus esse (verbis absit inuidia) quo melius, non dicam adumbrata, sed reddita iustitiæ imago fuerit: vt præ cæteris legi, relegique à studiosis omnibus debeat. Omnes enim gratiæ in illud conueniunt, omnes aliorum copiæ huc congestæ sunt, ac velut ex stercore aurum collectum est: vt meritò quoddã Gratiarum museum, vt copiæ iuris cornu, & refertissimus rerum bonarum thesaurus dici possit. Inuenta sunt authoribus alia perniciosa, alia verò fructuosissima. Æneus taurus exitium cum infamia Perillo, iste cõmentarius Bodeo vitam, gloriosámque memoriam attulit. Nec mirum id quidẽ est. Nam vt Heracleotes Zeuxis in templum Iunonis apud Crotoniatas etiã Helenę simulachrũ intulit, ex quinque puellarum, quæ omnium formosissimæ essent, contemplatione expressum & efformatum: Sic noster Bodeus ex optimis quibusque scriptoribus compositum, longè præstantissimum animi signum in omnia iustitiæ templa infert. Quo magis probatum iri spero, vt illis quoque qui veteris Sophistomaniæ redolent fermẽtum gratissimũ sit futurum, aliis etiam iucundissimum, qui veluti noua melioris, azymæque sapiẽtiæ conspersione delectantur. Atque id cùm verum sit, etiam verissimum comperient, qui in illius lectione bonas horas non infœliciter collocauerint. Quemadmodum igitur cæca erit in Iuris pelago nauigatio, si Institutionum quasi Cynosura absit: ita sanè, si hoc faciliũ commentariorum quasi quoddam filum desit, inextricabilis error le-

ctorem quamuis eruditum in rerum variarum Labyrinthis inuoluet. De quo & hoc postremò dicam, nempe adeò fuisse acceleratam huius commentatij æditionem, propter improbam quorundam efflagitationem, qui media quasi Apellis Venere delectati, vix, vt erant moræ impatientes, totã sinebant consummari. Quamobrem errata quædam in excudendo commissa sunt, quod properando ferè accidit, vt & magna plerumque detrimenta consequantur. Errata verò notata sunt, ne lectorem turbent, aut morentur. Cæterùm ne te in rebus grauioribus curandis occupatũ teneam diutius, quippe qui satis scias rebus optimis præconio nihil esse opus, sicuti nec vino vendibili suspensa hedera, finem faciens obsecrabo te vt hanc laboris mei portiunculam, cum opere tamen fructuosissimo, tanquam aliquod clientelæ mancipium, aut quasi quidam Artaxerces ab homine tui studiosissimo, licet Rustico, haustam ex proximo fonte aquam & quasi complicita in cauum vtraque palma porrectã vultu sereno excipias. Quod quidem munus si quis conuellat, aut eripiat, vtrubi agas. Est verò hęc tanquam arrha grati memorísque animi, quę me non modò nõ liberat, verùm potius tibi, quia debitũ agnosco, magis obstringit. Tu igitur amplissime Palmeri, hoc quicquid est muneris, simul cum liberali donatore in clientelam fideíque tuæ præsidium accipies, sartúmque & tectum fouebis. Quod ad reliquam debiti quantitatem attinet, si longanimis mihi fueris, omnia, cùm primũ soluendo ero, tibi restituam. Vale fœlicitet, boni consule, & fruere. Datum Lutetiæ Patrisiorum 10.cal. April. anno Do. 1555.

PROSOPOPOEIA IVRIS AD SVI legúmque studiosum, Iambici Senarij.

PLerique me docent, discunt & plurimi,
Nec tamen est discendi, docendíque omnibus
Certa ratio, quippe placet aliud aliis.
Verùm vt sit hæc ratio fidelior, breuem
Doceo viam, quam sit quidem tutũ ingredi.
Sit tibi prior, Studiose, cura, vt optimo
Téque, studiúmque tuum cõmendes numini.
Nam Consulis iustitiæ sancta oracula,
Belli hæc quidem subsidia, & præsidia togæ,
Vt sint meritò lotis tractanda manibus.
Fugiat procul hinc feritas, lasciuia, chorúsque
Affectuum, qui mentis oculos fascinant,
Vt quid sit æquũ, verum, & agendũ nescias.
Obtempera rationi, obsiste affectibus.
Quis est enim Consultus, nisi vir sit bonus?
Sed si ferox obtrudatur, pœnæ metu
Sapiet. ita hunc pœnis, illum præmiis rego.
Huc liberales cum bona artes indole
Feras, eodem omnes compactas vinculo.
Grammatica verum significatum dabit
Verborũ. multiplicésque structuras, modósque
Et copiam Rhetorica suggeret, quibus
Oratio, vt gemmis, micat prudentium.
Fert differendi ars iudicium certius,
Docet & quærendæ veritatis regulam.
Etsi adferas linguarum idioma triplex,
Vnde est petita iurisprudentia prius,
Etsi poesim, sique historiam calleas,
Et Mutios, & Sulpitios viceris.
Hoc facilius quidem, si adiicias matheses:
Vt pretia rerum, operas, vt mercedes scias
Inducere in varias formas contractuum,
Quid as, quid eius partes: vt herciscere
Familiam ex æqua lance vel trutina queas,
Vt limites agrorum (lites de quibus
Longè excitantur plures clamoso in foro)
Deinceps locorum si spectes distantiam,
Cuius frequentissima passim fit mentio,
Arithmeticam, atque Geometriam dixeris
Consulto iuris esse necessarias.
Reliquæ duæ delectant, quàm prosunt magis.
Hæc magna per se, verùm multò maxima,
Si Physicam, Medicinámque degustaueris,
Pecudũ vt greges, partúsq; & abortus scias,
Pigmentáque & veneficia diiudices,
Et vitia, & morbos animantum venalium.
Tres inde partes assequere de moribus:
Quarum vna sui, altera domus, & ciuium
Curam gerit posterior, sine quibus nihil
Ars efficit iuris, quod sit memorabile.

Cùm nec sine illis Vlla sit prudentia.
His Christianæ si iungas Theosophiæ
Rudiměta, cuius quasi mel cum lacte excipis,
Facilè habueris totam encyclopædiam,
Modò mediocrem illis operam nauaueris.
Maior sed erit expectatio tui,.
Quò in singulis studio profeceris magis,
Maximus Vt iuris sis sacerdos & iubar.
Nec Viribus tantum ingenij tribue, Vt putes
Posse assequi per te omnia, & sine cortice,
Quod dicitur, nare. Vnum elige didascalum
Fama celebrē, his linguis præditū & artibus,
Qui legum nodos soluat & ænigmata,
Facilem, impigrum, qui grauitati modum
Adhibeat, nec tā nūmos quærat quàm νόμους.
Pondus item habet authoritas Academiæ
Ad studia firmanda, in quam te recipias.
Ne peruageris igitur legum emporia,
Verùm assiduus in delecto moraberis
Gymnasio, donec cursum perficeris
Præscriptum lege. Primò Vt anno quatuor
Elementorum, τῶν πρώτων totidem libros,
Nouellásque audias, discas & perlegas
Frequentius, donec complectaris animo.
Nec cura tibi erit Rubricarum minor,
Vt ordine intellectas, quasi locos notes.
Exinde iudicia, cum singularibus
Quatuor alacriter audies. & tertio
Verseris in rerum, atque singularium
Trium acroamate. decē hinc reliquos audies.
Tum Codicem integrum, iunctis Authenticis.
Qui superérunt, facili disces industria.
Nec ista sunt satis, ad praxim accommoda
Theoriam, ingenium nunc adhibito arbitro,
Nunc solus exercens repetitionibus
Publicis, tum priuatis: Vt disputes,
Declamésque alias, nec sine problemate,
Quod Vtroque ritè tractare queat stylo.
In Vniuersis methodum, atque Vsum singulis
Adhibe, Vt ordine illa, hac diligentia pares.
Quæ sparsa sunt, certa ratione digeras,
Digesta tractes assiduè, omnibus modis,
Vt sic sequatur noua meliórque accessio.
Sícque indefessa deuorabis tædium
Vigilantia, Vt non sit grauis reliquus labor.
Amicitiam inibis cum æqualibus bonis,
Et feruidis, siue populares sint tui,
Siue externi, quorum sit spectata indoles,
Virtutísque amor, Vt nullô gaudeant magis,
Quàm similitudine certa morum æqualium,
Et grauiter cum illis meum studium coles.
Nec te labore immodico discrucia tamen,
Quin intermitte opus, & modestioribus

Animi propè fatiscentes vires lusibus
Instaura, absit rixa, sint mediocria
Omnia, de te spes vt concipiatur bona.
Vis plura dicam? semper memineris, velim,
Quantum sit in ratione momentum ordinis:
Vt quid personis, rebus, actionibus
Conueniat, ordinatè & iustè accommodes.
Quod posterius ius, quod sit etiam prius
Videbis, quid generi, quid formæ sit datum.
Si denique omnes facti circunstantias
Examines, si orationis lumina,
Si instructas acies, certos pugnandi modos,
Dilemmata, exempla, atque syllogisticas
Ratiocinationes, si sententias
Reprehensas, aut in quibus est variatum, neq;
Perpetuò idem responsum notaueris,
Didascalis futurus sis præstantior.
Quæris fidelem interpretem? Considera
Quem communis scholæ opinio probat magis,
Huncque assere præ aliis bonum; sententia
Cuius videtur melior doctioribus.
Si quæ repugnent inuicem ex diametro,
Sequaris, quod ratione vera nititur,
Quod cum bonis pugnat statutis, respuas
Mutationem certi iuris, nec feras
Audaculum, nec recipias interpretem,
Qui pro libidine verum aliò detorqueat,
Multum licet hæc valeant, imiteris tamen
Authoritate celebrem firmata sophum,
Ad cuius exemplum te formes & regas.
Sed nec magistri iures in verba vllius,
Quem debeas tentare iudicio prius.
Factu hæc sunt facilia. Quid enim est arduum
Mortalibus, vbi quid obfirmatè volunt?
Et faciliora erunt, quò tibi fidelior
A tenerioribus annis preceptor datur.
Nec est vtilius quicquam, sed nec honestius,
Quàm præesse populis, quàm regnare in foris,
Summas tenere, & clauum publicæ rei:
Vt sine dolo possis superare opes Mydæ.
Nec, si non assequeris Achillis gloriam,
Aiacis aut Diomedis laudem negligas,
Sique minus in primis consistas sedibus,
Ne desponde animũ, quin queas in proximis.

Hæc sunt nomina authorum, quos Bodeus in eorum de quibus passim agitur, confirmationem citat, qui & professionis, & eruditionis variæ sunt, vt ex nomenclatura deprehendes.

A
Abbas Siculus.
Æsopus.
Agennius Vrbicus.
Albericus.
Alciatus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Imolensis.
D. Ambrosius.
Ancharanus.
Anacletus.
Angelus Aretinus.
Angelus Perusinus.
Antonius Petrutius.
Antonius Rosellanus.
Archidiaconus.
Aristoteles.
Asconius Pædianus.
Azo.

B
Baldus.
Baldus Nouellus.
Baptista Ægnatius.
Barbatias.
Bartolus.
Besutius.
Bulgarus.
Butrigarius.

C
Capitolinus.
Cardinalis.
Castrensis.
D. Chrysostomus.
Cicero.
Cynus.
Comensis, siue Cumanus.
Curtius.

D
Decius.
Demosthenes.
Dinus.
Diogenes Laërtius.
Dorotheus Camillus.

E
Epicharmus.
Erasmus.
Euripides.
Eusebius.
Eutropius.

F
Faber. Felinus.
Fenestella.
Ferrarius.
Festus Pompeius.
Florianus.
Fortunius Garsia.
Franciscus Aretinus.
Franciscus de ripa.
Fulgosius.

G
Gellius. Gomesius.
Guillelmus Cumeus.

H
Henricus Glareanus.
Hermolaus Barbarus.
Homerus. Horatius.
Hostiensis.
D. Hieronymus.
Hyppolitus de Marsiliis.

I
Iacobus de Rauenna.
Iacobus Arenarius.
Iason. Imola.
Innocentius.
Ioachimus Vadianus.
Ioannes.
Ioannes Longouallius.
Ioannes Andreæ.
Ioannes Igneus.
Ioannes Plateanus.
Iuuenalis.

L
Lactantius. Lampridius.
Laurentius Vallensis.
Lazarus Baïffius.
Liuius. Lucanus.
D. Lucas.
Lucianus.
Ludouicus Pontanus.
Ludouicus Romanus.

M
Macrobius.
Martinus de Fano.
D. Matthæus.
Melanchthon.

N
Nauseas. Nebrissensis.
Nicolaus Neapolitanus.
Nicolaus Præses.
Nonius Marcellus.

O
Odofredus.
Oldendorpius.
Oldradus. Ouidius.

P
Palephatus.
Panormitanus.
D. Paulus.
Paulus Diaconus.
Persius. Petrus Perticësis.
Petrus Crinitus.
Philippus Francus.
Picus. Placentinus.
Plato. Plinius.
Plutarchus.
Politus Senensis, qui & Catharinus postea dictus est.
Politianus.
Pomponius Mela.
Porcius. Procopius.

Q
Quintilianus.

R
Ruminaldus. Reinerius.
Riuallius.
Rochus Curtius.
Rodolphus Agricola.
Rosatus.

S
Salmonius. Salycetus.
Socinus. Speculator.
Stephanus Niger.
Suetonius. Suidas.

T
Terentius.
Theophilus.
Trapezontius.

V
Valerius Maximus.
Valerius Probus.
Varro.
Vegetius.
Virgilius.
Viglius.

Z
Zasius.

ANNOTATIONES SEV COMMENTARII IN IVSTINIANI SACRATISSIMI Principis, Institutionum seu elementorum iuris libros quatuor, Stephano Bodeo insigni iurisconsulto ac patrono authore.

SCRIBIT iuris author Caius[a], incōueniens esse iis qui interpretationem promittunt, omissis initiis, atque origine non repetita, illotis (quod aiunt) manibus, nullaque præfatione habita, rē ipsam atque materiam interpretationis aggredi ac suscipere, cùm præfationes ipsæ & libentius nos ad lectionem materiæ propositæ perducant: & cùm eò venerimus, eius rei euidentiorem præstent intellectum. Itaque Iustinianus facturus legum Romanarum interpretationem, operæpretium fore existimauit, si prius præfatiuncula aliqua iuuenum animos ad studia iuris capessenda adhortaretur, suósque labores ac conatus circa Reipub. incolumitatem, & legum studia commendaret. Proponit itaque initiò, veri imperatoris officium esse, vt vtriusque temporis notitiam habeat, armorum scilicet & legum: cùm his duobus summa Reip. tuitio cōtineatur[b]. Id quod pro sua virili se fecisse ostendit, dum armorum studia ita pertractarit, vt & plerasque barbaricas gentes sub Romanorum iugum venire coēgerit, eorúmque ditioni adiecerit[c]. Deinde ostendit quantis vigiliis ac laboribus legum studia comparauerit, dum se illis ita addictum esse ostendit, vt & iam omnes populi legibus tam à se promulgatis quàm etiam cōpositis regerentur[d]. Id quod quum effecisset, animum ad principum constitutiones restituendas adiecit[e], & ex Codice Theodosiano, Gregoriano, Hermogeniano, Codicem conscribi iussit. Inde ad immensa veteris iurisprudentiæ volumina accedens, totum illud quod antea confusum erat, vtpote quod in duo millia librorum, & tricies centena versuum propagatum extensúmque haberetur, in quinquaginta libros digessit. Sed cùm his omnibus perdiscendis iuuenum animi non possent sufficere, mandauit id negocij Triboniano, Dorotheo, Theophilo, aliísque viris eruditissimis, vt Institutiones componerent, quæ essent totius legitimæ scientiæ prima elementa. In quibus (vt & ipse ait) & quod antea obtinebat, & quod desuetudine inumbratum est, contineretur[f]. Cæterùm cùm in priori Codice non omnes imperatorum constitutiones haberentur, multáque emendationem desiderare viderentur, eundem sub incudem reuocari iussit, atque repetita prælectione secundò, sed emendatiùs multò componi iussit[g]. Et is est quo etiam nūc hodie vtimur. Postremo loco ius Authenticarum constitutionum conscribi iussit: quod ea gratia tractari ab omnibus debet diligenter, quòd pleraque tam Codicis, quàm Pandectarum emendat ac corrigit[h]. Ad extremum, vnumquemque ad studia iuris hortatur, futurum promittens, vt & ipsi legitima scientia haud vulgariter imbuti, ad Remp. moderandam accedere posse videantur[i].

a l.j.ff. de origine iuris.

b l. vnica. C. de Iustinianeo Codice confirmando. in princip.

c §. Quorum vtrāque viā. infra eo. l.xj. C. de eunuc.

d §. Quorū. versiculo, omnes verò populi.

e dicto. §. Quorū. versi. & cum sacratissimas.

f §. Cùmque hoc deo propitio, infrà eo. §. discipuli. in proœmio ff. & §. igitur post libros. infra eo.

g l. vnica. C. de emēdatione Codicis Iustinian. & secūda editione. l. meminimus in. §. sed subtilio-re. C. de legit. hared.

h Glos. in verbo cōgregatione. C. de emenda. Cod. Iustinian.

i Summa itaque ope, infra eod.

In nomine Domini.

Hinc Accursius colligit Iustinianum fuisse Christianæ religionis non expertem, cùm & ipse cum Paulo à Deo initium fecerit[k]: cúmque nemo ad imperatoriam maiestatem aspirare possit, qui à Christiana persuasione abhorreat[l]. Quod vt verum demus in Iustiniano, in aliis tamen qui eum præcesserunt imperatoribus, id minimè verum esse affirmauerim. Constat enim ex vetere Romanorum historia[m] plerosque imperatores in odio Christi nomen habuisse, vt etiam illud igni & ferro absumere conati sint: cuiusmodi fuit Traianus, alioqui optimus princeps: Nero, & omnium impiissimus Valens, quem constat Christianis adeò infestum fuisse, vt per Lucium nequitiæ suæ satellitem tria eorum millia ex AEgypti eremis abstraxerit, eósque ad munera publica suscipienda coëgerit: alioqui eos facultatibus omnibus ex condénatione publica exuebat[n]. Id quod & Eusebius[o], diuus Hieronymus[p], Suidas[q], & alij non pauci[r] attestati sunt diligenter. Contrà non defuerunt alij, qui sic Christianum nomen amplexi sunt, vt & eos non indignos existimarent, quibus rem suam publicam tutò committere possent, id quod diui Verus & Antoninus ex professo suo rescripto permiserunt[f]. Quin & ipse Tiberius, quo imperitante Christus passus est[t], vbi à Pilato resciuisset quanta in Christo extiterat benignitas ac diuinitas, ei tēplum operosius exstructum conficere voluit. Cæterùm cùm ex veteri Romanorum instituto nemini iniussu senatus deos consecrare liceret, idque ad senatum retulisset, nō potuit id impetrare. Cōminatus est tamen grauiter eis qui vlla Christianos iniuria lacessērent. Sed & diuus Alexander Christū in suo larario semper habuit[v]. Ideóque excreuit Christianorum authoritas, vt plerique imperatores ad Christi cultum accesserint, inter quos fuit Philippus, vir alioqui improbus, & alij non pauci. Neque tamen vsque ad Iustiniani tempora omnes nomen professi sunt Christianum, vt de Iuliano & plerisque constat.

Imperator.

Imperatoris vocabulum olim militiæ, nunc dignitatis nomen est.

Cæsar.

Omnes imperatores à C. Iulio Cæsare nominati sunt, nisi quis malit id à cæso vtero dictum esse: quanquam hi verius Cæsones quàm Cæsares cognominantur. Item & Nonius Marcellus[x] alio modo Cæsaris nomen vsurpauit. vt is diceretur successor ad imperium designatus administrandum, sicut & Augustus, qui tunc imperio fungitur, in quam significationem iureconsulti frequenter acceperunt, vnde etiam nunc in imperatorum constitutionibus alios Augustos & Cæsares cognominari videmus[y]: quod & Alciatus adnotauit[z].

Flauius *.

Accursius familiæ id nomen refert[a]: quod ipsum Nebrissensi placuit. Ab ea autem familia profecti sunt & complures alij viri illustres, vt sunt Vespasianus, Titus, Domitianus.

Iustinianus.

De Iustiniano quid Budæo & Alciato videatur, inferius dicemus.

Alemanicus.

Ab Alemanis nomen accepit[b], & hi à Lemano lacu. Lemanus verò lacus est, in quem sese Rhodanus exonerat.

Gotthicus.

---

k Paulus ca.3. ad Colos. & in omnib[us] propemodum epistolis.

l Authen. ius iuran. quod præsta. in prin. ibi, & cō municator sanctiss. Dei ecclesia.

m Eusebius, Paulus diaconus.

n l. quidam ignauia sectatores. C. de decur. lib. 10. Vide omnino Alciat. li. dispunc. 3. ca. 12.

o Eusebius Cæsarien. lib. 11. historiarum.

p Hieronymus ad chroni. Eusebij.

q Suidas in suo dictionario.

r Eutropius.

f l. generaliter. §. eos qui Iudaicā superstitionē. ff. de decur. vide Alcia. li. dispunc. 3. cap. 9. & lib. 10. C. tit. de decur.

t Baptista AEgnatius in commen. ad Suetonium.

v Lampridius in Alexādro.

x In suo dictionario.

y l. & si excepta. C. de male. & mathema.

z in l. 2. de excusat. artif. lib. 10. C.

* Alciat. lib. 5. Parerg. c. 3. legit, Slauius, à Slauis barbaris, qui veteribus Basterna dicebātur.

a Glossa, Flauius.

b Henricus Glareanus in Geographia.

Gotthicus.

Gotthia regio eſt vltra Daniam, quæ etiam Sueuia appellatur, aut certè eam complectitur. Cui etiam addi poteſt & ea quæ nunc Gothlandia dicitur. Sunt autem duo Gotthorum genera. Quidam enim Viſigotthi dicebantur, qui Galliam occupauerunt. Alij Oſtrogotthi, qui cùm diu in Italia vixiſſent, à Narſete Iuſtiniani duce deuicti ſunt; quod Procopius eleganter proſequitur [c].

c *Procopius de bello Gotthico.*

Francus.

Vnde id nomen accepit Iuſtinianus, apud ~~Iuſtinianum~~ Alciatum videre licet [d].

d *Alciat. lib. diſpunc. 2. cap. 22.*

ATTICVS.) Syncerior eſt lectio, qua Anticus legitur. Sunt autem Antes populi Sclauinis finitimi ad Iſtrum fluuium [e], qui dicitur Danubius, Ioan. Oliuario in ſuis ad Pōponium Melam annotationibus, cap. 4. lib. 3. de Sarmatia. Alciatus aſpirat Hiſtrum, & Antes Hiſtri accolas, congeneres Sclauinis eſſe ait [*]. Neque Iuſtiniani victoriæ vſque ad Atticam protendebantur.

e *Idem Glareanus ibidem.*

* *Alciat. d. cap. 3. lib. 5. Parerg. iuris.*

ALANICVS.) Alani pars Sarmatiæ ab Alano fluuio, vt Varroni placet, nomen acceperunt.

VVANDALICVS.) Vuandalos enim per Beliſariū ſuum ducem Aphrica exire coëgit [f]: & omnia ornamenta, quæ Vuandali occupata Roma, in Aphricam tranſtulerant, recuperauit: vnde ſe Aphricanum cognominauit.

f *l. 1. C. de offic. præfect. prætor. Aphrica.*

PIVS.) A diuo Pio Antonino reliqui alij imperatores ſeſe Pios cognominant [g]: quanquam is impiiſſimus fuerit.

g *§. quorum vtrãque viã. infrà eodem.*

INCLYTVS.) Duas ob cauſas: prior, quòd id ipſum meritus ſit in legibus reſtituendis ac reparandis, quod nemo ante illius tempora aggredi auſus fuit. Nam & prius Pompeius qui hoc ipſum iampridem animo ſuo conceperat, poſtea obtrectatorum inuidia ſententiam mutauit. Iulius quoque Cæſar idipſum præſtitiſſet, niſi præmatura morte præreptus fuiſſet.

TRIVMPHATOR.) Ex veteri enim Romanorum inſtituto bis triumphauit, ſemel de Vuandalis, & ſemel de Parthis.

AVGVSTVS.) Auguſti omnes ab augendo imperio dicuntur, licet id non faciant [h].

h *Alciatus in l. taberna. ff. de verb. ſignificat. & gloſſa hic.*

In prooemium.

IMPERATORIAM MAIESTATEM.) Boni igitur imperatoris eſt, vt tam rei militaris, quàm legum peritiam habeat: eáque ſic mutuò cohærent, vt alterum ab altero ſeiungi non poſſit [i]: id quod his verbis apertè demonſtrat Horatius [k] ad Auguſtum:

i *l. 1. in principio. C. de Iuſtinian. Cod confir.*

k *epiſtola 1. lib. 2. epiſt.*

Cùm tot ſuſtineas ac tanta negotia ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes.

Quin & ipſe Virgilius ſemper hæc duo ita coniunxit, vt neutiquam ea à ſeipſis ſeiunxerit. Miratur, inquit, molem AEneas [l]. Rurſus 3. AEneidos de Pergamea Aeneæ loquens:

l *Virgilius 1. AEneid.*

Ergo auidus muros optatæ molior vrbis
Pergameámque voco, & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcémque attollere tectis.

Atqui Romulus videtur armis populum Romanum inſtruxiſſe, Nu-

ma verò religione aclegum per itia [m]. Respondeo Romulum non arma rantùm, sed leges quoque ipsas consectatum fuisse, cùm is nunquam finitimis gentibus bellum intulerit, nisi obseruata prius iuris solennitate, quíque sontes in Rep. diutius viuere non permiserit: sicut nec Numa Pompilius, qui alioqui religiosissimi nomen emereri non poterat, nisi etiam arma quibus legum executio fieret, ipse curasset. Nec nos mouerit, quòd multis magis arma scire quàm leges expediat [n], quasi altero potius carendum habeat. Nam vt id verum demus, in imperatore tamen non concesserim, neque enim bonus dux esse potest, qui leges neglexit [o]: id quod Cicero in Q. Maximo & Scipione commendare videtur [p]. Minus quoque moueor eo quòd Accursius alterum ab altero semper seiungere videatur [q], dum facit altero', nempe legibus, opus esse in pace: altero verò in bello. Nam de eo quod fieri debet, est hîc disputatio: atque ita aduersus Fabri & Angeli [r] sententiam ipse censeo.

ARMIS decoratam.) Ideo quod armorum est, legibus attribuit, quòd hæc mutuò à sese inuicem dimoueri non possunt, vt modò dixi.

VTRVMQVE tempus.) Vtrûque tempus hîc pro hominibus vtroque tempore viuentibus posuit *.

PER legitimos tramites.) Legibus enim domesticorum hostium qui insidiis per calumniam locatis in ciues grassari solent, calumnia coërcetur: sicut & armis, qui aperta vi belligerantur. Atque hic est verus & germanus huius loci sensus [s].

§. *QVORVM vtramque viam.*) Superius ostendit veri imperatoris esse, vt arma & leges ex æquo intelligat: iam modestissimè se boni imperatoris functum esse officio, dum se & armorum [t] & legum [u] studio perennem operam insumpsisse ostendit.

SVMMIS vigiliis.) Vigiliæ corporis sunt, sicut prouidéntia animi. Nihil enim aliud est prouidentia, quàm deliberatum propensúmque consilium, quo quis ea quæ obuentura sunt, prouidet.

BARBARICAE gentes.) Videtur hæc clausula referenda ad Persas simul & Parthos, qui Belisarij Iustiniani ducis auspiciis bello superati sunt [x]. Porrò Barbarorum Alciatus alicubi meminit *.

APHRICA.) Aphricam hîc accipiemus pro Aphrica minore, cuius caput est Carthago: sicut & prouincias pro Numidia, Mauritania, & aliis id genus, quas Iustinianus latius alibi prosequitur.

ITERVM ditioni Romanæ.) Non ab re dicit se Aphricam & innumeras alias prouincias iterum ditioni Romanæ adiecisse [y]. Postquam enim regnum quod antea commune erat, per Constantinum & Galenum vtrumque Roman. imperatorem diuisum fuisset in duas partes, quarum altera Orientale imperium dicebatur, in qua continebatur Illyris, Thracia, Bosphorus, & tota propemodum Græcia, cuius caput Constantinopolis Roma noua dicebatur, quam ipse Iustinianus inferius regiam vrbem [z] appellat. Altera pars Occidentale imperium dicebatur: in qua continebatur Italia, quæ & ab Ostrogothis infestabatur: Gallia quæ à Francis, Hispania, Aphrica, quæ à Vuandalis torquebatur. His igitur populis deuictis, quæ antea fuerant populi Romani Iustinianus recuperauit: quapropter dixit iterum ditioni Romanæ.

PROMVLGATIS.) Promulgari leges à Festo [a] dicuntur, cùm primùm in vulgus exeunt: vnde ad leges à Iustiniano compositas id referri debet.

CONSTITVTIONES.) In hoc differunt à legibus constitutiones, quòd hæ imperatorum sunt [b]: illæ verò iureconsultorum: quæ quandoque sanctæ [c], nonnunquam & sacratissimæ dicuntur.

m auth. vt præpona. nomen impera. colla. 5. Liuius l. ab vrbe condita.

n l. 1. C. de iuris & facti ignorantia. l. scimus. C. de iure delib.

o l. 2. ff. de orig. iuris.

p Cic. in Officiis.

q gloss. hîc in verbo gubernari.

r Faber & Aret. hîc.

* Metonymia est.

s Budæus in. l. vlt. ff. de senatoribus.

t Vers. & bellicos.

u Vers. & cū sacratissimas.

x l. 2. in prin. C. de veteri iure enucle.

* Alcia. in l. Scriniis. De palat. sacr. larg. li. 12. C.

y l. 1. C. de Offi. præfe. præto. Aphri.

z §. quam formam. infrà de satisdation.

a Festus Pompeius in suo dictionario.

b l. 1. de constitutionibus principum. & §. sed & quod principi.

c §. sancta. infrà de rerū diuisi. l. sanctū. & ibidē Budæus de rerū diuisio.

Ad

AD IMMENSA.) Erant enim duo millia librorũ[d], & tricies centena versuũ. Admonendi autem sumus leges duodecim Tabularum versibus conscribi solitas, vnde versus dicebantur. xij autẽ loquendi cõpendio. xij. tabularum leges vocabantur: quod & Budæus eleganter adnotauit[e].

OPVS desperatum.) Voluit enim quandoque Pompeius Magnus, sicut & Iulius Cæsar, aliquando leges veterum iureconsultorum in ordinem redigisse: sed hunc præmatura mors, illum verò obtrectatorum metus cohibuit.

PER MEDIVM profundum.) Hoc est, per medium Oceanum, in quo neque fundum neque finem inuenias.

.§. Cúmque hoc Deo.

TRIBONIANO.) Tribonianus omnium suæ ætatis facũdissimus simul & disertissimus fuit: cuius argumentum fuerit hic præclarissimus liber Institutionum, simul & Authentica ab eo Græcè conscripta. Vsque adeò autem auaritiæ deditus fuit, vt leges subinde pretio fixerit ac refixerit, totúmque ius semper venale habuerit. Eius autem tanta fuit apud Iustinianum authoritas, vt etiam quidlibet illi persuadere posset, suasitque ei eum immortalem futurum, & vnà cum carne in cælum assumptum iri propter leges à se conditas, & in ordinem digestas. Neque desunt[f] qui putant opera huius subinde mutatas fuisse leges. Videmus enim sæpissimè quàm inconstanter diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

EX QVAESTORI.) Existimauit Crinitus[g] exquæstores dici eos qui aliquando functi fuerant: idémque de exconsulibus & expatriciis, & aliis id genus nominibus dicendum esse cõtendit. Cuius sententiã nõ immeritò Alciatus[h] damnat ac reiicit. Nã & Budæus Tribonianũ in adepta semel dignitate vsque ad mortem perseuerasse contendit: vnde non potuit dici exquæstor, quasi qui aliquando quæstura functus fuerit, vt exquæstorem hoc loco Tribonianum vocemus, quasi qui ante omnes quæstores & alios omnes magistratus aulæ Iustiniani fuerit. Ex enim particula est nó priuantis tantùm, sed etiam augentis.

ILLVSTRIBVS.) Communiter enumerantur quatuor ordines dignitatum, vt quidam sint maximi, vt superillustres: magni, vt illustres: medij, vt spectabiles: minimi, vt clarissimi: quibus adduntur infimi, vt sunt defensores ciuitatũ, ac magistratus municipales: quod Alciatus nõ probat[i].

ANTECESSORES.) Videnum antecessores an antecẽsores legendum sit, apud Alciatum lib. 3. dispunc. cap. 12.

.§. Igitur.

PANDECTARVM.) Pandectæ volumina dicuntur aliquid vniuersaliter continentia[k]. Vnde Pandectæ legum dicuntur quæ ius ciuile continent. Dicuntur & Digesta, vt quæ antea confusa erant, in hos libros eleganti ordine congesta sunt. Cur autem antea Digestorum libros hac nota ff. citemus, eleganter Alciatus contra omnium doctorum sententiam prosequitur[l].

d In proœmio ffor. §. & antea.

e Budæus in l. 2. ff. de origine iuris.

f Salomonius in l. 2. ff de orig. iur.

g Crinitus in libris de honesta disciplina.

h Alciatus lib. 4. dispũc. cap. 3.

i Alciatus in l. [illegible] personas. ff. de verb. sig. & in libris dispunc.

k Gell. lib. 3. cap. 9.

l Alciat. lib. 3. dispunc. ca. 16. quo loco disputat de nomine paragraphi.

AD PRIMUM LIBRUM INSTITUTIONUM COMMENTARIA.

In Titul. De Iustitia & iure.

NON abs re videtur Iustinianus à definitione iustitiæ initium fecisse, quòd ad eam veluti rerum omnium ducem optimam omnia sua studia omnésque conatus iurisprudentiæ sectatores referre debeant: partim quòd Iustiniano iurisprudentiæ rudimenta tradituro, nihil facilius fuit quàm fontem ipsum, nempe iustitiã, à qua ius proficiscitur[a], aperire: propterea quòd ex Ciceronis sentẽtia[b] omnis quæ de aliqua re suscipitur institutio, à definitione proficisci debeat. Licet autem ex cõmuni regula iuris traditum sit omnem definitionem in iure ciuili periculosam esse[c], vt quæ facillimè subuerti possit: hæc tamen definitio suis numeris omnibus absoluta est, vt quæ genere, differentiis ac proprio cõsistat. Videmus enim voluntatis vocabulum generis loco hîc positum esse. Qua tamen in re animaduertendum est, subiectum nomen pro genere positum esse. Neque enim iustitia voluntas est magis, quàm homo scientia, aut arbor paries: sed quia est inter subiecta & accidentia quædam cognatio, ita vt inter se mutuam quãdam operam præbere videantur[d]. Quemadmodum enim ex accidentiũ cognitione subiecta facillimè intelliguntur, sic & subiectis declarantur accidentia. Atque hic quidem mihi videtur verus & genuinus huius particulæ sensus: nisi quis cũ Salomonio[e] malit voluntatẽ ideo hîc inseri, quòd iustus res omnes suapte sponte nullóq; impulsu peragat. Additum est in definitione, iustitiam voluntatem esse constantem, & perpetuam: quæ duo differentiæ locum sibi vendicant. Oportet enim eum qui iustus haberi cupiat, sic animum imbuere, vt neq; pecunia frangi, nec gratia flecti valeat[f]: quin & omnes amicitias cum Cleone soluere debebit, cùm nimius atque immoderatus amor plerumque hominum animos à veri ratione traducere soleat, vt elegãter Plutarchus docuit.[g] Neq; sufficiet quarto quoque anno iustitiam exercuisse, vt Elei[h]: sed ea debet esse perpetua, & minimè interrupta. Hæc enim vera est perpetui significatio[i]. Ad extremũ institiæ proprium officio circunscribitur. Cùm enim vel Cicerone interprete[k] nulla sit virtus quæ nõn aliqua nota secernatur, nõnihilque præ cæteris habeat, sicut prudẽtia in delectu bonorum & malorum, fortitudo in rebus aduersis forti infractóque animo perferendis, temperantia in coërcendis illis plus quàm beluinis voluptatibus: sic proprium iustitiæ munus est suum cuique tribuere[l]. Tribuitur autem vnicuique suum, cùm diis religionem & fiduciam, parẽtibus honorem, & reliqua vitæ adminicula, magistratibus verò reuerentiam & obedientiam præbemus. Item & cùm beneficium acceptum pensamus[m], idque maiore mensura quàm acceperimus. Postremò si omnes etiã eos qui de nobis nihil bene meriti sunt, opera ac studio nostro adiutare contẽdamus: quod & homini Christiano cõuenientissimum est[n].

§. Iurisprudentia.

In §. huius interpretatione variatum est sententiis, quibusdam ad ἐγκυκλοπαιδείας[o] seu bonarum literarum consensum referentibus, quasi nemo peritus esse queat, qui non orbem illum disciplinarum calluerit. Aliis ita sentiẽtibus[p], ad diuisionem illam qua ius aliud diuinum, aliud humanum

a l. 1. versic. Est autem ius. ff. de iusti. & iure.
b Cice. lib. 1. offi. in prin.
c l. omnis definitio. de reg. iur. & ibi Decius.
d Philipp. Melan. in pri. lib. dialect.
e Salomonius ad l. iustitia. de iustitia & iure.
f l. respiciendum. ff. de pœ. Cic. 3. offi. ca. Maxime autem perturbantur.
g Plutar. in Politicis.
h Plutarchus in vita Agidis.
i l. si seruum Stichum. de verb. oblig. l. si cùm dotis. § si maritus. sol. mat. l. via. de ser. rust. præd. Ouidius, Ad mea perpetuũ deducite tempora carmẽ. in Metamorphosi.
k Cicero in lib. 5. de finib.
l l. bona fides. vers. & hãc probo esse iustitiam. ff. mandati.
m Cic. 1. Offic.
n Matthæi 5. ca. sub finẽ.
o Budæ. in l. iustitia. §. iurisprudentia. de iust. & iure.
p Agricola & Melãch. in suis dialecticis.

num dici consueuit,referendum. Paulò diuersius Alciatus[q], qui hac clausula asserit deos non homines tantùm legibus esse adstrictos: quæ sententia authore non caret. Etenim Iupiter apud Ouidium Metamorpho.lib. 9.circa medium libri sic loquitur,

q *Alcia.lib.2.disp. ca.8.*

O nostri si qua est reuerentia,dixit,
Quò ruitis?tantúmne aliquis sibi posse videtur,
Fata quoque vt superet?fatis Iolaus in annos
Quos egit,rediit:fatis iuuenescere debent
Callirhoë geniti,non ambitione,nec armis.
Vos etiam,quóque hæc animo meliore feratis:
Me quoque fata regunt quæ si mutare valerem,
Nec nostrum seri curuarent AEacon anni.

Huc quoque videntur respexisse mulieres apud Euripidem in Hecuba, ex interpretatione Dorothei Camilli:

Nos vtique & seruæ,& imbecilles pari modo:
Verum dii valentes sunt,atque illis imperans
Lex.lege nanque deos censemus,
Et viuimus,iniusta,atque iusta finientes.

Hæc autem sunt verba Hecubæ cum Agaménone colloquentis cóquerentísque de nece Polydori per Polymnestoré illata: quem & vlcisci cogitat,atque adeò vlta est,freta promisso ab Agamemnone auxilio.

Huius autem definitionis sensus hic est, eum iurisprudentiam habere, qui quid iustum, quidve iniustum sit intellexerit, siue cum diis agitur,siue cum hominibus.

.§. His igitur generaliter.

LEVI ac simplici via.) Optima enim docendi ratio videtur[r], si primùm crassiore Minerua rem ipsam aperiamus, paulò pòst exactiori ac diligentiori cura eam expositurí:nimirum statuariorum institutum imitátes, qui primùm rude aliquod opus effingunt,denique diligentius expoliunt,eiq; ad extremum supremam manum imponunt.

r *Fabius Quintil. proœmio lib.8.instit.ora.*

.§. Iuris præcepta.

Scribit Valerius tres esse humani generis pestes, à quibus omnia mala proficiscuntur mortalibus,nempe libidinem,iram,& cupiditatem, quibus aduersantur quę in hoc responso obseruari iubentur. Nihil enim est quod magis libidinem expellat, quàm honesta vita. Exploditur ira,si in id aduigilemus, vt neque dicto neque facto neu quouis alio modo alicuius famã lacessamus. Cupiditas quoque coërcetur,si suum cuique tribuamus alieni minimè appetentes.

Honestè viuere.

Adnotarunt interpretes[s] eum quoque honestè viuere, qui pro more patrio viuat:hincque infertur,legatum mulieri relictum quandiu honestè vixerit,tandiu deberi vsquedum à moribus patriæ desciuerit: cùm verba testatoris ex consuetudine regionis interpretationem accipiant[t]. Sed quid si testator se vxori legare dixerit quãdiu castè vixerit? Et à plerisque[v] responsum est eam potiri legato etiã si nupserit. Quod tamen ex proferentis qualitate constituendum arbitror: vt id quidem tum obtineat, si à patre vel alio quouis extraneo id proferatur[x]: nisi ea indigno nupserit[y], aut nisi à marito vel filiis relictum sit[z], quorum interest memoriam prioris matrimonij religiosissimè conseruari.

s *Angelus hic & Deci⁹.*
t *l.cum de lanionis.§.asinam molendinariam.de instruct. & instrument.*
v *Aretinus hic. Ludouic. & Angelus in l.mali. §.cùm proponeretur ad Trebel.*
x *d.§.cùm proponeretur.*
y *l.3.§.si emancipatus.De bo.poss.con.tab.*
z *auth.de nup.§ qui verò. col.4.l.vlt & ibi not.C. de indict.viduita.*

Alterum non lædere,

Sed nec alicui seipsum lædere permittitur:alioqui capitali pœnæ subiicietur[&], qui neque impatientia doloris,aut tædio vitæ vltro mortem sibi

& *l.omne delictũ.§.qui se vulnerauerit.l.si quis ali quid.§ miles.de pæ.*

consciuerit. Imò nec id alteri permittere licebit, quia dominus membrorum suorum nemo videtur [•], nisi fortè id fieri permiserit, quo corpus non deformaretur [a]. Sed nũquid iniuriam sibi illatam remittere omnibus licebit? Et homine Christiano dignum videtur, iniuriæ non meminisse[b]. Si tamen ea iniuria aliquid detrimenti reip. allatum esse videtur, nihil debet incommodare reip. huiusmodi cõdonatio[c]. Vulgo quæri cõsueuit, nunquid pro nostra virili opitulari debemus? Et plerique existimant[d] neminem ad id astringi iure ciuili: alioqui videremur turpiter accipere pecuniam[e] eo nomine, vt aliquem de vi aut potestate hostium seu latronũ liberaremus. quæ sententia non immeritò quibusdam displicuit.[f] Lex enim pecuniam accipere permisit eo nomine, quòd nemo debet se vltro periculis obiicere[g]. alioqui oppresso subueniendum est: cùm & lex canonica[h] eum fauere delinquenti interpretetur, qui cùm opé ferre possit, non ferat[i]. Idque contra Butrij in d. cap. quantæ, & Andreæ Siculi in cap. j. de Officio delegati, sententiam. procliuius est quod elegãter Decius in l. culpa caret [lz], multis rationibus prosequitur.

• l. liber homo. ad legem Aquiliam.
a l. i. §. Vsq. adeo. De iniuriis.
b §. fin. instit. De iniuriis.
c glos. notabilis in l. 2. De senatusc. Sylla.
d Bar. in l. metum § sed licet quod met. cau.
e argu. l. vl. De condict. ob tur. cau.
f de l. b. dicto §. sed licet.
g arg. cap. ex parte. De appel.
h cap. quãta in fi. De senten. excommunica.
i cap. dilecto de sent. excõmuni. lib 6.
lz ff. de reg. iu.

.§. Huius autem studij.

Hunc locum Budæus ita interpretatur [l], vt totam iurisprudentiam circa has duas species consistere existimet. Quædam enim in id comparata sunt, vt vsibus publicis deseruiant (Quod in sacris, sacerdotibus & magistratibus consistit [m]. quod ideo publicum dicitur, quòd vtilitas in vniuersum ad omnes redeat) imò nec ipsis quidem magistratibus prosunt. Priuatum verò singulorum vtilitatem respicit. Harum partium cognitio apprime necessaria est his qui ad rempub. administrandam accedere contendunt: magis tamen ad præsens pertinere videtur priuati iuris cognitio: quæ res effecit vt nulla hîc publici mentio fieret.

l Budæus in l. 1. ff. eo.
m Accur. hic. Alcia. in l. pupillus. §. munus. ff. de verbo. signif.

Ciuilibus.

Neque enim vllius rei possessionem vel dominium nãcisci possumus, nisi id naturali vel gentium [n] aut ciuili [o] iure comparemus.

n §. singulorum .1. De rerum diuis.
o Toto tit. de vsucap. & dona.

TITVLVS DE IVRE NATVRALI, gentium, & ciuili.

.§. Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit.

Sed quod illud est quod natura omnia animalia docuit? Et vtique nihil aliud est quàm quod Cicero ostendit [p] dum dicit, Principio generi animantium omni à natura tributum esse, vt se, vitam corpúsque tueatur, declinétque ea quæ nocitura videantur: quæque sunt ad viuendum necessaria inquirat, vt pastum & latibula, & vt sit communis omnium animantium coniunctionis appetitus, procreandi causa. Et vt summatim dicam, vt se vitámque suam ac propriam speciem, quàm diutissimè fieri potest, conseruet, cùm ex Ciceronis sententia [q] omnis natura velit esse conseruatrix sui, vt salua sit, & in suo genere conseruetur. Hæc autem sui conseruatio, aut ad indiuiduum, aut ad speciem referenda est. *Ad indiuiduum pertinet latibulorum inuestigatio, pastus inquisitio, eorúmque vitatio quæ animanti incommodare videntur [r]. Sed coniunctionis appetitus procreandi causa, vnde & liberorum procreatio atque educatio, maximè ad speciei conseruationem referenda est. Etenim cùm à Deo certa sit nobis præscriptá viuendi ratio, ita vt nulli immortali esse liceat, natura generare liberos nos docuit [s], vt ex liberorum diuturnitate nobis memoriã in æuum perpetuũ relinquamus. Sanè adnotauit Salomonius [t], instar triplicis quæ in homine est considerationis, triplex quoque ius constitutum esse. Aut

enim

p Cic. 1 Offic. cap. 1.
q Cic. lib. 4. de finibus.
* Salomonius in § ius naturale l. i. ff. eodem.
r l. vt vim. eodem tit.
s l. liberorum. in fine. De verbo. signif.
t Salo. in l. ius naturale. eodem titu.

enim hominem ſicut animal diſpicimus, & ſit ius naturale, quod in appetitu & ſenſu tantùm conſiſtit. Si verò vt hominem conſpiciamus, ſit ius gentium, quod naturalis ratio tantùm inter homines conſtituit. Quòd ſi vt ciuis in conſideratione habeatur, ius ciuile conficiemus, quod citra ciues eſſe non poteſt.

Maris & fœminæ coniunctio.

Quàm ſit ciuitatibus neceſſarium matrimonium, argumento fuerit lex xij. tab. quæ omnes ad matrimonium adigebat vbi primùm apti eſſent. Verba illius hæc ſunt: Cœlibes eſſe prohibento. Vnde & vacationem à pleriſque muneribus[v] conceſſit liberorum multitudo. Videmus quoque doti non minus quàm alimentis priuilegium conceſſum eſſe[x], & alia in iure quàm plurima[y]. Ad matrimonij verò iuſti conſummationem multa requiruntur. Exigitur enim conſenſus, qui iuris gentium eſt. Item forma quam lex ciuilis præſcripſit[z]. At inſtinctus ille ſiue animorum cōiunctio ad ius naturæ referri debet. Vix enim conſentanea viri ac mulieris coniugatio dici poteſt, quę ſine ſpe procreandæ ſobolis contingit. Quo iure videmus conditionem eam qua procreatio ſobolis euitatur, à iure improbatam eſſe, ita vt ea matrimonium vitietur.[a]

Educatio.

Liberi ergo à parentibus educari debent[a]: imò non liberi tantùm, ſed & nurus ali debent[b]: quod tamen non obſeruatur vbi filius ſua opera atque induſtria victum ſibi quæritare poteſt[c]. Idem & ſi nota ingratitudinis filius à patre multetur. Quibus enim ex cauſis exhonoratio contingit, ex eiſdem quoque alimenta denegantur[d]. Sed nec alendi ſunt ex damnato coitu nati, cùm eos filiorum nomine lex ciuilis indignos exiſtimet[e]. Quod tamen æquitate canonica temperatum eſt[f]: id quod in foro ciuili ſequendum erit, vt But. Car. Flor. Zabarel. & alij cenſuerunt[g], licet Imola contrà ſentiat[h]. Quin & illud receptum eſt, ex lege municipij induci poſſe, vt alimenta liberis non præbeantur. Quod ita tamen accipiendum eſt, vt neceſſitas illa à lege ciuili inducta tolli poſſit[i] contrario iure ciuili: Ille verò inſtinctus à natura hominibus inditus immutari nequeat[k]: quod eleganter Decius annotauit[l]. Sed quid in matre? nonne & illa filium alere debebit? Et procliuior eſt ſententia intra triennium debere[m]. Neque quicquam profuerit prædixiſſe teſtatò, ſe alimenta repetiturum. Imò & filium vulgò quæſitum alere debebit[n], non ſpurium. Sed id non procedit vbi præter matris nobilitatem cenſeremus eſſe, vt ſuo ſibi lacte liberos aleret[o]. Qua tamen in re ſi conſilium bonorum adhiberemus[p], longè vtilius eſſe ſuaſerit, non mulierum adhibitarum, ſed ſuo ſibi lacte liberos alendos eſſe: idque omnibus mulieribus commune eſſe debet: quod & diuus Auguſtinus adnotauit[q]. Sed nunquid lege municipali matrimonium prohiberi poteſt? Et Ioan. And[r]. reſpondit non poſſe. cùm enim matrimoniū ſpirituale cenſeatur, non poterit laicorū ſtatuto inhiberi[ſ]. Ex cauſa tamen id fieri poteſt, vt ſi publica vtilitas id ſuadeat. atque ita Baldus cenſuit[t]. Sed cùm omnibus in rebus ſeruanda ſit æquitas[v], cō ſequens eſt vt & à filio parentes inopia laborantes ali debeant[x]. Neque quicquam refert an à religione Chriſtiana parens abhorreat[y]. Imò & ſi deportatus ſit pater, huic tamen à filio alimenta debebuntur. Sed quid in fratre? Et crebrior eſt ſententia, à fratre ſororem, vel à ſorore fratrem alendum eſſe[z]. Cenſuit quoque Iaſon[&], ſacerdotij prouentum rectè in dotem vxoris conſtitui poſſe: quæ ſententia humanior eſt.

v l. sextūdecimū. §. numerus. de vacat. & excusat. munc. §. 1. instit. De excusat. tut. eleganter Aleiat' in l ter enixa. De verbo. & re. sig.
x Iason & alij in rub. solu. matri.
y Alcia. in l. ter enixa. De verb. & re. signi.
z Accur. & alij docto. hic.
& Salomo dict. §. ius naturale.
a cap. vlt. de condit. appo.
a l si quis à liberis. in pri. §. 1. de lib. & agno.
b l. si filia nupta. §. si filius famil. fa. here.
c l. si quis à liberis. §. si filius fa. gl. in l. si maritus in fi. solu. mat.
d d. l. si quis à liberis §. idem iudex. cum glos. Bart.
e authē. ex complexu. C. de nat. liberis.
f cap. cū haberet. De eo qui cog. caus. vx. sua.
g d. ca. cùm haberet.
h Imola in l. ex facto. §. si quis rogat' ff. ad SC. Trebell. & Bar. in tract. de aliment. nu. 17. dicit ali debere.
i d. l. si quis à liberis. ī pri.
k c. ius naturale 1. distin. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iure.
l Decius in l. iura sanguinis. De reg. iur.
m not. gl. in l. alimēta. C. de neg. gest. l. nec filium. C. de pat. pot.
n d. l. si quis à liberis. §. ergo & matres.
o in l. 2. C. de alē. lib. à parentib. & l. penult. C. de pat. potest.
p Gellius lib. 12. cap. 3.
q ca. vlt. 5. distinct.
r Ioan. An. in nouella in cap. statū. De hæret. lib. 6.
ſ Not. in ca. eccle. sancta Maria. De constitut.
t Bal. in d. § ius naturale. per l. si tutor. C. tut. matr. & per l. edicimus. C. de marileg. lib. 11. & ibi Bar. not.

v gl. in cap. 1. vt lit. non contest. x Bart. Bal. l. si quis à liberis. §. si vel parens. y 30. dist. ca. si qui filij. z l. cum qui filium. vbi puer educ. deb. & Iason in §. fuerat infrà. De actio.

.§. Ius autem ciuile.

Superius explicuit Iustinianus primam iuris priuati speciem[a]: iam verò descendit ad reliqua eiusdem iuris genera, ostendens hac nota secerni ius gentium à iure ciuili, quòd illud omnibus hominibus ex æquo conueniat, hoc verò proprium sit vniuscuiusque ciuitatis. De singulis igitur videndum. Et in primis sciendum est[b] ciuitates omnes quæ vel præscriptam vel ex priuilegio sibi concessam iurisdictionem habeant, posse legem municipalem constituere, quæ omnes eiusdem municipij ciues constringat[c]: non autem in vniuersum omnibus præscripta videbitur[d], nisi superioris consensus accesserit. Sed cùm eadem sit condondæ legis & statuti ratio[e], debebit id consilio virorum prudentum fieri[f]. Ducendi igitur erunt omnes ciues qui posint in hãc legem compromittere, vt si quidem ex vsu publico fore videatur hæc lex, rata sit: sin minus, in totum abrogetur[g], quod inferius attingemus[h]. Cauẽdum autem fuerit ne ea lex in odium alicuius personæ feratur[i]: alioqui iusta erit ab ea lege prouocatio[k]. quin & hoc casu licebit doli exceptionem obiicere[l]. Neque quicquam profuerit legem generalibus verbis conceptam esse, modò illius effectus in odium alicuius redundet: quod in non disimili prosequitur Ancha[m]. Nec tamen debebit authoritas aut ius superioris ea lege imminui[n]: vnde nec de natalium restitutione, nec puerorum legitimatione, nec vectigalium impositione[o] rectè poterunt ciues constituere: sicut nec tolli appellatio[p] poterit ab eo municipio quod superiorem agnoscit. Sed & hoc exigitur, vt honesta suadeat[q]: vt non contra bonos mores constituatur. Oportet enim legem honesta atque vtilia constituere[r]. Porrò autem curandum est vt publicatio fiat, ne quis posit vllam ignorantiam prætexere, cùm leges ab omnibus sciri debeant[s]. Sunt & alia quàm plurima quæ necessariò exiguntur: quæ omnia sciens prætereo, propterea quòd copiosisimè Bar. Bal. Iason. Salom. Aretinus.[t] & alij non pauci hæc prosecuti sunt: ad quorum lucubrationes ceu aurum Midæ vos relegandos duco. Atque hæc de eo iure quod vnaquæque ciuitas sibi constituere potest.

a suprà eodẽ §. ius natur.
b gloss. in ver. iurisdictione in fine.
c Bart in l. omnes populi in vers. primo quæro.
d l. si quod extraordina. C. de leg. lib. 10.
e notatur in l. i. de legibus.
f arg. d. l. i de leg. glos. in l. 2. de decur. C. li. 10.
g Alcia. in l. derogatur.
h § lex inf. eod.
i d. l. i. in princ. cap. erit autem lex quarta distin.
k l. i. §. solẽt quæ. app. sit.
l l. i. in fi. de do. ma. & met. excep.
m Auchar. in repet. c. canonis statuta. de haret. lib. 6.
n not. in cap. de maio. & obe. & in l. i. & ij. C. de iur. aur. annu.
o vide Abba. in c. innouamus. de censi. & Bart. in l. vectigalia. ff. de pub vect. & cum glo. in d. c. innouamus.
p cap. super quæstionem. de offi. & pot. iud. dele. Bart. in l. omnes populi. idẽ in l. vlt. de aqua plu.
q not. in rub. C. de decur. lib. 10.

Quod verò naturalis ratio.

Ciuitas communi omnium hominum iure[v] (quod à naturali quadam ratione profectum est) vtitur, vnde & naturale secũdarium dici potest. quod vt apertius fiat, ita habete[x]. Est quoddam ius naturale, de quo suprà diximus[y], quod non homini tantùm, sed & reliquis omnibus animalibus commune est: quod rectè primarium dixeris. Est & aliud ius naturale secundariũ, quod & gentium primarium dici potest[z], de quo in præsentia est mentio: quod solos homines tangit, non reliqua animantia, cùm id naturali quadam ratione constitutum sit, cuius soli homines sunt capaces, bruta verò rationis sunt expertia[&]. Ideo autem naturale dicitur, quòd naturali sola lege ratione que consistat. Neque enim vlla est tam fera támque immanis natio[°], cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Gentium autem propterea dicitur, quia ad solos homines refertur. Aliud est, & tertium ius gentium, quod secundarium rectè nuncupari potest[a]: quod vsus & necesitas hominum excogitauit: quo iure hominum commercia esse cœperunt[b]: ciuitates extructæ, regna condita: dominia distincta, contractus propemodum omnes adinuenti, præter sponsalitiam largitatem[c], contractum ἐμφυτεύτικον[d] stipulationem[e], & literarum obligationem[f]: quod Accursius[g] & Alciatus[h] notarunt. Superius illud ius quod primarium diximus, in deorum religione, ac pietate tum in parentes, tum in patriam, consistit[i]. Item in vis atque in-

r Bar. in l. nec ex prætorio. De reg. iur.
s in d. l. omnes.
t Aretinus hic ad 16. col.
v §. quod autem.
x Budæus ad. §. ius naturale.
y §. i. sup. eodem.
z d. §. quod autem dicitur vt antequã. in l. i. de acq. rer. dominio.
& Cic. in Offi. Homo enim sermone & ratione à belluis discernitur.
° Cic. Quæst. Tuscul. i.
a §. ius autem gentium. vers. sed et.
b l. & hoc iure. De iust. & iure.
c Authen. vt spons. larg. §. i. & 2. col. 9.
d d. §. adeò. d. loco.
e §. de constituta infrà de actionibus.
f infrà. de literarũ obligation.
g Accur. in verbo penè. infrà d. §. ius autem.
h Alcia. in l. creditores in verbo. iure ciuili. De verb. signi.
i l. veluti. De iust. & iur.

iuriæ propulsatione[k]. Vnde colligimus vim vi repellere licere: id quod tam diuino quàm naturali[l] & ciuili iure nobis permittitur; idque non personæ tantùm gratia[m], sed rerum[n] quæ proximas à nostra vita partes sibi vendicant, vtpote cùm citra eas nemo rectè viuere queat. Quin & illud admissum est, in gratiam vicini aut proximi licere quem offendere[o]: sicut & pro tuenda incolumi fama, quæ non minus nobis curæ esse debet, quàm ipsa vita[p]. Sed non continuò occidere cuiquam permittitur: quin & ipsum moderatè fieri debebit[q]. Hęc autem moderatio circa hæc tria potissimùm versatur, vt æqualitas armorum adsit. quod tamen non immeritò quibusdam displicuit[r], cùm lex generaliter dicat: Id quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit[s], id iure fecisse videri. & alibi, defensoré propriæ salutis in nullo peccare[t]: neque de armorum æqualitate vlla sit in illis mentio[v]. Nihil igitur retulerit quo genere armorum quis aggredientem se repellat[x]. Exigitur quoque ad hanc moderationem, vt in continenti fiat repulsio[y]: quod aliter in defensione rerum, aliter in defensione personæ accipi consueuit: cùm in hoc statim[z] (vt aiunt) in ipsa actus flagrantia fieri debet: in illo verò priusquam quis ad actus extraneos accedat: vnde & illi aliquando amicos conquirere[&], aliquando & iudicem adire recuperandæ rei gratia permittitur. Sed & hæc moderatio in vindicta quoque consistit, vt non vindicandæ, sed propulsandæ iniuriæ gratia vis inferatur[a]. quod ipsum ex negocij & personarum qualitate bonus iudex æstimabit. Quid enim si princeps vel aliquis plebeium hominem occiderit, quem etiam solis verbis potuit deterrere? quid item si clericus est aut sacerdos, quem ab omni cæde immunem esse oportet[b], qui sibi fuga consulere potuerit? quid item si vir vxorem inermem aggredi paret? Sed pone, aliquis minatus est alicui exitium pauperiori vel viliori, nunquid illi licebit statim eum repellere? Et Faber[c] censuit eum videri in cótinenti vim repulisse, si post aliquot dies occiderit. Cùm enim in manu sit potentioris, pauperiorem quandoque, si ita illi visum fuerit, occidere, quúmque videatur esse perpetuus[d] metus mortis, hic non tam dolo occidisse, quàm vim vi repulisse existimandus est. Huic quoque sententiæ subscribit Baldus[e], licet idem alibi distinguat[f], inspiciendum esse num is vir talis sit, qui post comminationem manum adferre solebat, vt tum quoque sententia obtineat: alioqui solæ minæ non sufficerent. Quid igitur hac in re diiudicandum sit, religio iudicantis inspiciet. Sed finge: Titius legitimis probationibus docuit homicidium ad sui defensionem admissum esse, nónne id ad pœnam vitandam sufficiet? Et Baldus[g] id negat, cùm lex ciuilis dicat eum qui aliò effugere non poterat, rectè vim vi repulisse[h]. Alibi quoque ita demum occidere permittitur[i], si ei sine vitæ nostræ periculo parcere non possimus. Adde quòd dubia probatio nihil iuuat probantem[k]. Contra Bart.[l] & alij. existimant enim id fidei faciendæ sufficere, nam & in obscuro aliquid iure factum credimus[m]. Huc pertinet, quòd pœnæ legum non sunt exasperandæ sed potius molliendæ[n]. Dubia quoque probatio in criminalibus quæstionem iuuat[o]: cùm omnibus modis liceat vnicuique sanguinem suum redimere[p], promptioráque sint iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum[q]. Quę sententia humanior est. Sed nunquid pro defensione rerum indistinctè occidere licebit? Et verius est ita demum homicidium permitti, si quidem citra periculum nobis consulere nequeamus: id quod & ciuilis[r] & canonica æquitas suadet[s]: licet quibusdam aliter visum fuerit[t], quorum sententia recepta non est. Sed cùm superius ostenderimus vicino de vita periclitanti opem ferendam esse, nunquid immunes erunt à pœna, qui huic homicidio opem at-

k l. vt vim.
l nota in d.l. vt vim.
m l.1.& 2.C.de sica.
n l.aduocati.& ibi gl. in verbo vitam.
o Fab.d.§.ius autē.i ver. sed quid de iuuantibus.
p l.iustas.de manu.vistc.
q gl.in l.1.C.vn.vi. Fab. d.§.hu autē.ver.vel dic quod hoc moderamen.
r Salo.in d.l. vt vi. Fab. d.§.ius autem.
s d.l.vt vim.
t l.3.C.de sica.
v ar.d.l.vt vim.& l.sedet.§.quari.ff.quod met. cau.& ibi glo.ciuil.ibidem allegatus.
x Cice.pro Milone. Innoc. in cap. olim.1. de restit. spoliat.& c. si verò aliquis de sentē. excom.& c.dilecto.de sen.excō.lib.6.& l.1.C.quando lic. si si. iud. vindic.& l.si quis percussorem.ff.ad l.Cor. de sica.
y l.1.§.cū qui.de vi & vi armata.
z l.scientiam.§. qui cum aliter ad le. Aquiliam.
& ca.olim de rest.spolia. Iaco.de Rauen. in l. clā possidere.§.qui ad nūdinas.
a Fab.in d.§.vt vim alioqui non tam propulsare q̄ inferre vim videretur.
b nota in ca. sentētiā sanguinis.ne cle. vel mona.
c d.§.ius autem. ver. sed quid dices.
d l.sed & si quemcunque. ad leg. Aquiliam.
e Bal.in l.vt vim.
f Bal.ī d.l.sciēt.§.qcū aliter ad l.Aquil.ꝙ etiā dicitur i d.l.vt vi.canonista in ca.suscepim' de homic. l.sed & partus.§.3.quod met.cau.
g Bal.ī l.1.C.vn vi, not. in l.Aurelius Symphorinus.ff.de lib.leg.
h d.l.scientiam.§. qui cū aliter.ad le. Aquiliam.
i l.furem nocturnum. de sica.ff.
k cap.inter dilectos de fi. instru.

l Bar.in consil.incip.quidam. Azzolus & in consil.incip.quidam. m l.merito.pro socio. n l.interpretatio.de pœ. Decius in l.semper in obscuris. De reg.iu. o not.in d.ca. inter dilectos. p l.1.de bo.eo.qui an.sen.mor.sibi consci. q l.ab senten.de pœ.l.Adrianus de oblig.& action. r d l.furē. s d.ca.suscepimus. t doctores hic.

tulerunt? Et aliqui respondent[v] esse, idque in defensione personæ, non rerum, quorum sententiam Faber improbat[x]. Siue enim pro vita siue pro rebus quis opem tulerit, nulla tamen pœna eum manet. Nec Innocentio displicet[y], qui hoc amplius addit, non esse excommunicatum eum qui ita clericum percusserit: licet verius sit irregularitatis[z] notam illi impingi. In dubio quoque vbi de aggressore non constat, pro occidente iudicandum est[&], nisi quis malit ex anteacta vita rem ipsam dispicere: quod tolerabilius est.

Ostendimus paulò antè, sub hoc iure gentium, in patriam ac parentes pietatem cótineri, hincque à multis quæri video[a], Vtri potius parẽdum sit, patriæne, an parenti. Quæ res ex petitione finiri potest, vt si quidem patria id quod honestum, pater verò id quod inhonestum est petat, patriæ potius quàm parenti obtemperemus: vt ecce patriæ necessitas hoc à me petit, vt in expeditionem Turcarum proficiscar: pater contrà me ad alearum lusum vel ad scortationem[b], aut ad patriæ proditionem inuitat. Negligenda erit parentis pietas. Plus dico, licere hoc posteriore casu patrem impune occidere. Honestius tamen facturus est, qui à cæde temperauit, cùm reip. intersit, filios in parentes bene affectos esse[c]: id quod & naturalis ille instinctus suadet[d]. Quid autem si vterque rem honestam petat? Et hac in re dispiciendum, num possit id quod à patre petitur, differri, vt patriæ tunc nos præbeamus. Quòd si vterque ex æquo contendat, procliuius est vt vtilitas publica priuatæ anteferatur[e].

§. Sed ius quidem ciuile.

Id ius quod vnaquæq; ciuitas sibi constituere solet, ius ciuile vocari potest. Quòd si simpliciter iuris ciuilis mentio fiat, tunc κατ' ἐξοχὴν[f] de iure ciuili Romanorum intelligimus. Hinc que infertur, legatum ecclesiæ relictum, in obscuro matrici ecclesiæ deberi[g]: licet aliqui propter incertitudinem legatum vitiari crediderint[h]. quæ sententia recepta non est, cùm legatum ad pias causas, ob incertitudinem non vitietur[i]: sicut & causa delegata officiali, censetur[k] commissa digniori. idémque in archidiacono constitutum est[l].

§. Ius autem gentium.

NAM VSV.) In exemplari Norembergensi legitur, Sed & vsu: quæ lectio accommodatior est. Cùm enim hactenus locutus sit de iure gentium primario, ismque ad iuris secundarij explicationem accedat: quorsum hæc insereretur particula, Nam & vsu? Sensus autem erit: Hactenus ostensum est de iure gentium primario, quod à naturali ratione profluxit: superest vt de eo iure quod vsibus humanis destinatum est, differamus.

Bella.

Cùm vnicuique à natura insitum sit, vt ea quæ ad indiuidui conseruationem pertinent, diligenter paret atque conseruet[m], hominésque nullius neque frugis neque operæ, alieno labore parta inuadãt, ex vsu hominum visum est, vt illis bellum indicere liceret: adeò vt vnicuique vel priuato, nó Romanis tantùm, vt Accursius voluit[n], bellum inferre liceat, quod Aretinus intellexit,[o] superioris consensu accedente. Bella etenim ea gratia comparata sunt, vt tandem in pace viuatur.[p] Sed nunquid Christiano bellum gerere licebit? Et huic aduersus Turcas permittitur, cùm illi rerum Christianarum publicè hostes sint. Quod autem aduersus Christianos geritur, plus quàm parricidiale est: cùm omnes Christiani fratres vocentur[q]: vnde nec in illis iura postlimij locum habent, sicut nec seruitus hinc proficiscitur. Sed iamdudum longa vtentium consuetudine receptum est, vt oblata pecunia quam Grçci λύτρον vocant, venia recedendi impetretur. Quo nomine nec ea quidem quæ hoc bello acquiruntur, erunt capientium, idque in eo quod Cõscientiæ vocãt foro: licet nonnulli ex Theologis assentiant, qui Alciato[r] non tam Theologi, quàm ματαιόλογοι videntur.

v gl. in d. l. vt vim. & l. cum seruus. ff. mand.
x Faber Instit. hic. per l. 3. §. cũ igitur. ff. de vi & vi ar. Facítque ad hoc d. l. sesentiam. §. qui cũ alter. ff. ad le. Aquil. l. cum fund. ff. de vi & vi ar.
y Innoc. in ca. olim de sen. excommunica.
z ca. 1. de homicidio.
& l. i. §. cũ arietes. si quadr. paup. fecis. dica. Fab. in d. § ius autẽ. in verb. item nota.
a Aretinus hic in gl. vtimur.
b l. minimè de religio. & sump. fun.
c Cic. lib. 3. Offi. Plenius est ex eo quod dixi in §. ius naturale.
d dixi in §. ius naturale.
e Huius rei ratio est pulcherrima apud Valer. li. 5. cap. 6.
f hoc §. & vide Budæum in l. i. de act. emp.
g arg. huius §. Faber hic.
h l. sicut seruum de lega. 2.
i l. id quod l. si quis ad declinandam. c. de episco. & cle.
k notatur in.
l Faber hic in fine.
m Cic. in Offi. dixi suprà in §. i. ex Salo.
n glo. in verbo bella.
o Aretinus hic.
p Cic. 1. Offic.
q ca. ad mensam. 11. q. 3. latè Alciatus in l. hostes. de verbo. & re. sig. circa me.
r In oratione, puta, habita Auenione.

Contrariæ.

Contrariæ.

Contrarium hîc non pro eo quod repugnans est, sed quod præter naturam est, vsurpatur. Non tam enim contraria naturæ est seruitus, quàm secundum naturam. Cùm enim (sicuti mox cómemoraui) natura in cómune omnia mortalibus profuderit, & vt quisque diligentissimus erat, ita & sibi bona acquireret [f], neque minor sit virtus, quàm quærere, parta tueri: idcirco ne indigni naturæ beneficio videremur, voluit vnumquemque natura suæ rei conseruandæ esse studiosissimú. Sed cùm eò progressa esset quorundam audacia, vt ab alienis minimè temperarent: voluit natura vt illis bellum indiceretur, ex eóque consequeretur seruitus durissima, vt nihilo plus quàm muta pecora huiusmodi homines æstimarentur [t].

.§. Constat.

Omne ius quo Romana ciuitas vtitur [v], aut scripto aut nó scripto cóstat.

.§. Lex est.

Videtur Iustinianus ad morem ferendæ legis respexisse potius, quàm ad veram legis ipsius finitionem. Vbi enim lex consilio virorum prudentú constituta esset [x], solebat tunc ea in consultationem populi Romani referri: cui si placuisset, rata esse dicebatur [y]: sin minus, abrogabatur. Quòd si illi pars aliqua adimebatur, tunc derogatum esse legi prædicabant. Solebant autem leges vt plurimum à suis authoribus nuncupari [z]: vnde & lex Pópeia à Pompeio [&], lex Cornelia à Cornelio dicitur [a]. Vel ab eo cuius gratia constitutæ sunt, vt in lege Annaria videre licet, quæ modum annorum magistratui sufficientem præscribit. Scribit Demosthenes, cuius etiam meminit Stobæus in sermone de legib. & consuetu. ferè circa princip. vbi de Zaleuco Locrensium legumlatore verba facit: de quo vide Valer. Max. c. 5. lib. 6. Locris moré fuisse, vt si quis nouam legem esset laturus, prius eam populo exponeret inserto collo in laqueum, qui, si ea displicuisset, statim constrictus nouæ legis authorem strangularet. Sed nunquid lex ad omnes communiter referri debeat? Et Papinianus [a] legem commune præceptum esse censuit, ea scilicet ratione, quòd lex in omnium communem vtilitatem referenda sit [b]: quod tamen non obseruatur, vbi causa aliqua aliud suadet [c]. Finge enim quempiam qui multúm annonam attriuerit, vel qui seditiones multas conciliarit. & hic cogi potest vt vel rem suam certo precio vendat [d], vel vnà cum suis muneribus ab honoribus arceatur. In lege quoque, sicut & in cæteris propemodum aliis, ideo scriptura exigitur, quò possit memoriæ nostræ tenacius inhærere: licet plerique ad legis substantiam necessariam esse scripturam existiment [f]: quorum sententia recepta non est.

.§. Plebiscitum.

Legibus duodecim tabularum in vrbem allatis, orta fuit inter plebem & patres discordia ob eam causam, quòd plebs impotentia fœneratorú premeretur, vt author est Liuius: vel, vt alij voluerút, quia Appius qui tunc Decemuiratum moderabatur, vindicias pro libertate secundum Virginium ferre noluerat [g]. Secessit igitur plebs ex Algido monte in mótem Auentinum: quo loco statim pòst plebs vrbana cœpit confluere: neque vllis rationibus in vrbem reuocari potuit, nisi sibi sui magistratus, qui eos ab iniuria potentiorum vindicarent, crearentur. Facti sunt ergo Tribuni plebis, qui se populi tutores atque defensores constituerent: quorum authoritas eò excreuit, vt nihil in curia Hostilia ratum sanctúmve esset, quod non subsignatum subscriptúmque à Tribunis plebis videretur. Cœperunt igitur Tribuni ad populum referre leges, quæ ab ipsis Tribunitiæ [h]. Hîc verò plebiscita dicebantur, quibus Senatores non adstringebantur [i], donec opera Q. Hortensij factú est vt non secus ac leges ab omnibus obseruarentur.

f Singul. § ferè. infrà de rerum diuisione.

t l. quod attinet. l. seruitutem. de reg. iur.

v l. ius ciuile. de iusti. & iu. Fab. lib. 12. ca. 3. Bud. in d. l. ius ciuile.

x l. 1. de legibus.

y l. derogatur. ibi Alcia. de verbo. significa.

z Ferrarius hic.

& ad l. Pompeianam. de parrici.

a Deficariis.

a d. l. 1.

b ca. Erit autem lex. 4. distin. Ias. & Castr. d. l. 1.

c arg. l. si quis.

d Bart. in l. omnes populi. vls. quæro. ff. de iusti. & iure.

f glo. in l. 1. C. de legib. gl. in l. de quibus. ff. eo. titu. Petr. Sal. & Bald. in l. humanum. C. de legib.

g l. 2. §. deinde cùm esset. & §. iisdem temporib⁹. de orig. iur.

h Cic. in orat. de lege Agraria. contra Rullum.

i Zasius in schol. ad l. 2. de orig. iur. §. deinde cùm esset.

Genus à ſpecie.

Hoc eſt, ſicut genus latius patet, quàm ſpecies, ita & populi appellatio plebe latior eſt, propterea quòd populi nomen plebem quoque contineat, non contrà. Alciatus [k].

Sed & plebiſcita.

Hincque infertur ſtatuto laïcorum clericos non eſſe obnoxios [l], ſicuti nec Patricij plebiſcitis olim conſtringebantur: quod latius alibi attingitur [m].

§. Senatuſconſultum.

Poſtquàm res Romanorum publica in eum modum aucta eſſet, vt difficilè per præconem legis confirmandæ gratia euocari poſſet [n], cœpit tunc omnis condendæ legis poteſtas deuolui ad Senatū, ita vt quod Senatus ſanxiſſet decreuiſſétque, id pro lege ſeruaretur. In locū ampliſsimi ordinis ſucceſsit quod hodie vocamus Concilium ciuitatis [o]. Quicquid igitur ab hoc concilio ſtatuitur, id non iniuria ſenatuſconſultū vocabimus: æquiparatúrque principi in legis condendæ authoritate. Hincque apparet à ſententia inter duos lata ex ſenatuſconſulto, prouocari non poſſe [p], ſicut nec à ſententia principis: & ita Caſtrenſi viſum eſt [q]. Nam alibi quoque dicitur [r] ex flumine publico aquā duci poſſe, niſi ſenatus aut princeps vetuerit: & aliàs ceſſat aquæ arcēdæ iudicium, vbi principis aut ſenatus iuſſu opus factū fuerit [ſ]. His conſequens eſt, quòd lex infamem poſtulare prohibet, niſi is vel principis vel ſenatus iuſſu famæ reſtitutus ſit [t]. Atque his omnibus modis ſenatum principi æquiparari placuit, quod tamen non obſeruatur in concedenda venia ætatis [v], quæ ſoli principi conceſſa eſt. Idémque in caſu qui principi peculiariter reſeruatus eſt in argumentum ſupremæ poteſtatis, quo in numero eſt ſpuriorum legitimatio, & veniæ ætatis conceſſio.

k Alciat. in l. inter donū & munus. in fi. de verb. ſignifi.
l Aretinus hic.
m Ab. Felin. Barb. in cap. eccleſia ſancta Maria. de conſtitu. Alcia. in authē. caſſa. de ſacroſan. eccle.
n l. 2. §. deinde quia difficile. de orig. iur.
o Caſt. in l. non ambigitur. de leg.
p l. 1. à quib. appel. nō licet.
q d. l. 1.
r l. quo min⁹. de flu. ne quid in flu. ff.
ſ l. quod principis. de aqua plu. arcen.
t l. 1. §. cū qui. verſ. de qua autem. de poſtul.
v l. 2. §. ſed ſenatores. C. de his qui ven. æta. impet.

Vt difficile eſſet.

Videtur ergo ciuitas delinquere non poſſe [x]: vnde nec contra ciuitatem doli actio conceditur [y]. Quid enim (inquit Vlpianus) municipes dolo facere poſſunt? Alibi quoque lex ait ciuitatem vix poſſe conſentire [z]. Reſpódeo ciuitatem delinquere poſſe. Nec nos mouerit quòd vix in vnum congregari potuerint ciues. Id enim difficultatem, nō impoſsibilitatem deſignat [&]. Huc accedit, quod ad vniuerſos refertur, publicè per maioré partē conſtitui ſolet [a].

x Aretinus hic.
y l. ſed & ex dolo. §. 1. de dolo.
z l. vnica in princi. de liberta. vniuerſita.
& d. l. 2. §. deinde quia difficile.
a l. aliud. §. refertur. de reg. iur.

§. Sed & quod principi.

Poſtquam ita propagata eſſet Romanorum ditio, vt ſenatus omnes prouincias probè regere non poſſet, rebus ſic dictantibus datum eſt ius principi, vt id quod conſtituiſſet, ratum eſſet, ac pro lege ſeruaretur, atque ita Pomponius cenſuit [a]. Aliis autem videtur [b] (quod eſt procliuius) populum nunquam huiuſmodi libertatem à ſe abdicaſſe: quin & violentia ipſa imperatores regnare cœperunt. Neque omnino verum quod Iuſtinianus ſcripſerit [c], imperium à Deo cœptum fuiſſe. Si quis enim id ipſum à veteri origine repetere velit, aduertet facilè imperiū (vt modò dixi) à violentia cœpiſſe. Conſtat enim (id quod Lucanus ſuis libris copioſiſsimè exequitur) Iulium Cæſarem primum Romanorum imperatorem ſic ambitionis ſtudioſum fuiſſe, vt in id omnibus neruis contenderet, quò ſolus Romanum imperium moderaretur. Itaque deuicto in Pharſalia Pompeio, occíſóque apud Numidiam Scipione, & Catone mortuo, deuictiſque reliquiis quæ ex clade Theſſalica ſupererant, ipſe Romam rediens, ſeipſum imperatorem tunc Dictatorem conſtituit. Solebat enim ſemper illud Euripidis de Phœniſſ. in ore habere [e], vt Cicero de Offic. 3. ſcribit:

εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν, τ᾽ ἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών. id eſt.
Nam ſi violandum eſt ius, imperij gratia
Violandum eſt: aliis autem rebus pietatem colas.

a d. l. 2. de orig. iur. §. nouiſsimè.
b Ferrarius hic.
c in authen. de inſtru. cau. & fide. §. quia igitur. & Anacletus in ca. in nouo. 21. diſt. ca. duo ſunt genera. 12. q. 1. facit c. duo ſunt quippe. 96. diſt.
e Sueton. in vita Cæſaris, cap. 30.

Sed

Sed hæc satis & super. Vt igitur ex diuerticulo in viam redeamus, manifestè apparet principi solùm concessum esse, vt legem vniuersalem constituat [f], & eam, si quid habeat ambiguitatis, interpretetur, ídque aut in iudiciis, aut precibus, aut alio quouis modo: id quod & senatoribus [g] & præfectis prætorio authoritate principis concedi solet [h]. Sed nunquid princeps id cũ suorum procerum consilio statuet [i]? Et humanius videtur. Vbicunque tamen spontaneus principis motus id suaserit [k], vtiliter quoque legem feret. id quod & in pontifice Romano receptum est, qui solus absque comitiis Cardinalium legem quoque constituere potest. Particularem autem legem plerique rectè facere solent, vt legatus in prouincia [l], episcopus [m], & ordinarius quilibet [n]: sicut & collegij alicuius moderator cum suo collegio [o], (ac de statutis alicuius collegij, liciti quidem, non modò proprius, sed communis etiã iudex cognoscet [*]. Nec verò statuto suo collegium potest vel temporalem, vel spiritualem adiicere, nisi de consensu collegij id fiat, vt concluditur in quæst. 405. decisio. ca. Tholosa.) Quæ omnia ita obseruabuntur, modò non vergant in alicuius detrimentum [p], aut superioris constitutionibus non derogent. Neque enim inferiori legem superioris tollere [q], sed nec immutare [r], aut moderari, nisi pœnæ adiectione, permittitur. Sed nónne capitulum citra episcopi consensum, statutum facere potest? Et Archidiaco. [s] respondit posse: quod alij sequuntur. Faber hîc in ver. An autem capitula.

Cognoscens decreuit.

Nunquid sententia principis interlocutoria habebit vim legis? Et plerique id negant [t], nisi ea in corpus iuris referatur [v]: sicut nec si quis per libellum supplicem principem adierit [x]. Sed quid in definitiua? Et receptum est, vt tum habeat vim legis, siquidem præter ius aliquid contineat [y]. si contra ius, hîc subsistendum est [z]. Quòd si à iure communi nihil discrepet, tunc non tam legem nouam cõdere, quàm declarare videbitur [&]: quæ omnia bene habent, si præsentibus partibus facta fuerint: alioqui illis absentibus lata sententia, videbitur potius per contumaciam decerni [a]: quod Faber hîc & Aretinus tradiderunt.

Populus ei, & in eum.

Cùm igitur populus omnem suam vim ac potestatem in principẽ trãstulerit, nunquid illi permittitur reuocatio? Et crebrior est sententia non permitti [b]. Nam electio facta immutari non potest [c], sicut nec minor in maiorem imperium habet [d]. Nec nos mouerit iurisdictionem mandatam reuocari posse, vetante eo qui mandauit [e]. Id enim locum non habet, vbi omnino translata est [f]. Huc accedit quòd dignitas per episcopos infringi nõ potest [g]. Verum est tamen vbi causa id suadet, vt à summo pontifice tolli posit [h], vt si vel seditiones in re Christianorum publica concitarit, vel à persuasione Christiana desciuerit: quod Aretinus hîc scripsit.

Personam non transgreditur.

Hinc igitur manifestè patet priuilegium personale ad alios non extendi [i]: idque eo maximè obseruatur, quia proprio motu principis cõceditur. Quod tamen in quibusdam casibus non procedit. Primus est in iudiciis: Priuilegiũ enim vni ex litigantibus concessum, ad collitigantem protenditur [k]. Secun-

f l. vlt. C. de leg. adde l. 3. d. tit.
g l. nõ ambigitur ff. de leg.
h arg. l. 1. de senten. præfect. præto.
i l. humanũ. C. de legib.
k Bal. & Salice. in l. 3. C. de legib.
l in ca. vlti. de offi. leg.
m ca. vl. de his quæ à præla. ca. 2. de maio. & obe. ca. 2. de constit. ca. vlt. animarum. eo. tit. lib. 6.
n not. in l. 1. §. 1. Quod quisq; iuris. & glos. in ver. qui magistratum. vbi bene distinguuntur magistratus etiã municipales ab imperatoribus quo ad legũlationem. Nam vt suprà dictum est, imperator generalẽ, magistratus specialem legem & statutũ ferre possunt.
o Fab. in l. periniquum. C. de iurisd. om. iud.
* vt in d. l. periniquũ. non obstãte quod dicitur in l. 2. C. de consti. pec. vide c. cùm accessissent. cũ glos. & ca. ex literis. extra de constit.
p Innoc. in c. 2. de loc. l. pronunciatũ. de verb. signifi. l. nulli. C. de sentẽ. & interlocu. om. iudic.
q cap. cùm inferior. de ma. & obed. l. hominẽ. ff. mã. & l. decurionibus. li. 12. C. de silentio & decur.
r Cle. 2. de cler. & ibi not. Potest & dispẽsare in facto singulari. ca. 2. de æta. & qualit. in 6. l. quod ergo. §. pœna grauior. de his qui not. infa.
s ca. constitutionem. de ver. signifi. in sexto.
t arg. l. 2. C. de leg.
v §. pen. l. 2. de no. eo. faciẽ. 20. dist. ca. 1.
x l. nemo. C. d. sent.
y l. vlt. C. de legib.
z Cãtiũcula & Fab. hîc. & l. adeo. §. cùm quis. de acquiren. re. do.

a l. qui repudiantis. de inoffic. testa. l. si prolusorio. §. quotiens. ff. de appel. & rela. l. si prætor. ff. de iudic. l. si seruum plurium. §. 1. de leg. 1. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. qui absentem. de procur. & l. ea quæ. C. quo. & quand. iud. b Fab. hîc in ver. Sed an populus. c ca. in causis. de elect. & ca. cùm in. & c. publicato. de elect. d ca. 1. §. 1. si de inuest. feu. int. do. & arg. cap. cùm sit. ca. cùm inferior. de maior. & obe. e l. solent. §. sicut. ff. de offic. procons. & leg. & l. iudicium. ff. de iud. f Porcius in §. sed quod prin. facit quod scriben. dicunt hîc. & l. 1. ff. de constit. princip. g glos. in ca. si vna ecclesia. de reb. eccle. non alien. in Clemen. h arg. ca. nullus. extra de iur. patr. facitque ad hæc quæ scribunt Hostien. & Ioan. And. in ca. illud. eo. tit. i l. in omnibus. de reg. iur. l. Neratius. eo. titu. k l. vlti. C. de fru. & lit. expen.

dus est[l] in eo qui ius iniquum aduersum alium impetrauerit. Tunc enim illi regulæ locus erit, Quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur. Tertius casus est quando in priuilegio hæredum mentio fieret[m]. Quartus casus est quando priuilegium illud in iura ciuilia relatum est[n]. Quintus est, vbi naturalis æquitas suadet beneficio locum esse[o]: vnde & beneficio minoris hæres minoris iuuabitur[p]. Alios plerosque casus congesserunt ij quibus id curæ fuit[q]. Sed quid in reali? Et illud omnes ex æquo comitatur[r]. Idémque est & si ciuitati[s], vel loco vel dignitati priuilegium concedatur, quod Faber docuit, & Aretinus & Decius probant.

.§. Prætorum quoque edicta.

Constat ex Liuij historia, prætorem ideo Romæ creatum, quòd Consules bellis finitimis auocarentur[t], quare iuri dicundo vacare non poterant. Vt igitur esset qui in vrbe ius redderet, vrbanus prætor creatus est. Sed cùm his omnibus negociis superesse non posset, peregrinis[v] scilicet multis in vrbem confluentibus, additus est & alius prætor, qui inter peregrinos ius redderet: qui prætor peregrinus, sicut ille vrbanus, quòd inter vrbanos ius diceret, dici cœpit. Augescente autem imperio, oportuit quoque & numerum prætorum adaugeri[x]. Itaque eò excreuit, vt decem & octo prætores crearentur. Tantum autem honoris illis impensum est, vt eorum edictis, (quæ ipsa quòd in tabula proponerentur, album prætoris dici consueuerunt[y]) honorarij appellatio addita sit[z], cœptúmque est ius prætorium honorarium dici. Sed quia leges decemuirales omnibus negociis magna ex parte non sufficiebant, prætori permissum fuit, vt vel iuuaret, vt in commodato[&], vel in doli[a] & metus[b] exceptionibus: aut corrigeret, vt in emancipatis[c], quos cum liberis succedere voluit. Quare & ipsum postea vocitarunt viuam vocem legis ciuilis[d]. Quemadmodum autem consulari tempori magna fuit prætoris potestas in legibus & abrogandis & derogandis: ita & principibus ad Reipub. moderamina accedentibus, cœpit eorum authoritas imminui, adeò vt principum oraculis ius dicere & officio fungi iuberentur. Erat autem & iuris honorarij portio quædam id quod ab ædilium edicto proficiscebatur[e]: qui quòd sella incuruos pedes habente vterentur, Aediles curules dicti sunt. Ab his actiones duæ introductæ sunt, redhibitoria scilicet, & quanti minoris[f]. Illa in eo cõsistit, vt omnia vltro citróque accepta restituantur[g]: Hæc verò quanti minoris in eo, vt de precij solutione tantum restituatur, quanti minoris animal vendi potuisset, si quidem per imposturam venditor vitium aut morbum non celasset[h]. Vtraque autem circa animalia, tam vitiosa, quàm morbosa versatur. Ex vtilitate tamen vtilis actio conceditur ei qui vitiosum librum aut cariosum lignum emerit[i]. Hodie in locum ipsorum videntur successisse præsides prouinciarũ, sicut & defensores, quibus legem particularem facere permittitur, generalem enim facere soli principi conceditur[k].

.§. Responsa prudentum.

Vulgò dici consueuit obscuritatem esse comitem breuitatis: id quod etiam nunc in legibus duodecim tabularum vsuuenerat, vt quæ certis quibusdam verborum inuolucris conceptæ essent. Itaque cùm interpretationem desiderare viderentur[l], mãdauerunt principes iurecõsultis, vt publicè de iure responderent, seséque cõsulentibus omnibus præberent, quod elegãter Põponius prosequitur. Ediderũt igitur leges iurecõsulti, quas ipsi à respõdendo Respõsa vocauerũt: quibus nõ minor authoritas quàm reliquis legibus haberetur: perindéque litẽ suam facit iudex qui cõtra huiusmodi respõsa iudicat, ac si cõtra principũ aut aliorum cõstitutiones iudicaret[m]. Sed nunquid interpretibus

l l.1.§.1. quod quisq; iuris.
m l. sordidorum. C. de ex. cus. mune. l. hæredis appellatio. l. sciendum. ff. de verb. signif.
n l. ad bestias. de pœnis. l. neque Dorotheum. l. Donatij. C. de decur. lib. 10.
o toto titu. de minoribus.
p l. si intra ætatẽ. de in integ. restit. C.
q Aretinus hic. Decius in d. l. in omnibus.
r d. l. in omnib⁹. not. in regula, priuilegiũ. de reg. iur. lib. 6.
s ca. cum venissent. de institu. c. cum locũ. de spon. & matrimo.
t Pomp. in l. 2. §. cũque cõsules. de orig. iuris.
v d. l. 2. §. post aliquot.
x d. l. 2. §. deinde Corneli⁹. Sylla. vsque ad §. Et hæc omnia.
y Alciat. in li. prætermissorum 1. album antẽ. 1. tabula dealbata. ĩ auth. de litigiosis. §. Iubemus. col. 8.
z l. ius autẽ ciuile. §. vlti. de iusti. & iu. cum l. seq.
& Toto tit. Commoda.
a De dolo, per totum.
b Quod metus causa.
c De cõiungen. cũ emãci. lib. §. emancipati. instit. de hære. quæ ab intesta. defe.
d l. nam & ipsum. ff. de iust. & iure.
e Duo erant ordines ædilium, vt declarat Buda⁹ ad l. 2. de orig. iur.
f l. redhibere. de ædil. edic. & per totum tit.
g l. Aediles etiã. §. vlt. & ibi not. eo. tit. l. 1. §. si quid autẽ post. ff. de ædili edic.
h l. sciendum. §. vlt. ff. de ædil. edic.
i Textus est, & ibi glossa ordinaria. l. 1. de ædi. edi.
k Dixi suprà. §. sed & quod principi.
l Ista omnia videre licet in l. 2. ad finem ff. de ori. iuris.
m l. vl. de var. & extraor. cog. §. 1. in institu. de obli. quæ ex qua. deli. na.

pretibus iuris, quos doctores vocant, permittitur, vt possint leges interpretari, ita, vt ab illis iudici recedere fas non sit [n]? Et verius est eorum opinioné probabilem esse, eatenus quoque illi inhærendum, quatenus legibus & rationibus nititur: quod & in opinionum procellis admittitur, vt illi hærendũ esse putemus, quæ cum meliori ratione coniuncta sit [o].

A Cæsare.

Quî fit igitur vt doctoribus liceat doctores cõstituere [p], cùm id beneficij à principe impetretur? Et Aretinus respondit [q] ideo id permitti, quia vel ex priuilegio, vel longa consuetudine Academia id obtinuerit: vnde [r] non tam doctores, quàm ipse princeps cuius iussu id fit, creare videntur.

.§. Ex non scripto.

Hactenus commemorauit Iustinianus ea quæ ad iuris scripti rationem simul & partes eius pertinebant. Progreditur itaque ad aliã iuris partem, quæ ex non scripto venit. Hoc autem ius quia longa vtentium consuetudine receptum est, non immeritò consuetudo dicitur. Hanc autem consuetudinem Bartolus [a] sic definit, vt sit ius quoddam non scriptũ, moribus & vsibus populi, vel maioris partis ipsius, rectè initiatum & continuatum, introductum, habens vim legis. Paulò cõpendiosius Azo [b] definiuit, cuius definitio ab aliis frequentius comprobatur [c], in hæc verba: Consuetudo est ius quoddam non scriptum moribus constitutum. Debet autem non per errorem à populo introduci [d]: cùm non consentiant qui errant [e], neque quicquam quod cum ratione pugnet, continere debebit [f]: quod ipsum arbitrio iudicum relinquendum est. Exigitur & illud, vt ex pluribus actibus introducatur [g]. Neque enim actus vnus sufficeret, nisi alioqui valde insignis esset: quod Faber hîc censuit: aliquando tamen sufficeret secundum illam bis iudicatum fuisse [h]. Quin & illud receptum, consuetudinem præscribi debere. Quæ res ex præscriptionis varietate terminari poterit: vt si quidem consuetudo longissimo vtentium tempore recepta sit, quadraginta anni sufficiant, vt in ea quæ contra canones inducitur [i]. Quòd si per eam ius aliquod parti acquiratur, decem annorum lapsum exigemus [k]. In ea verò quæ contra ius est, tempus cuius initij nulla extet memoria, desideratur [l]. Qua in re adnotandum est, consuetudinem præscriptam, vno aut duobus actibus contrariis tolli non posse: immo nec pluribus [m], nisi tanta esset actuum frequentia, vt eam propemodum viderentur sustulisse. Sed cùm hæc consuetudo facti sit [n], consequens est vt ea quoque probari debeat: cùm ex regula iuris receptum sit, facta nunquam præsumi nisi probentur [o]: nisi consuetudo generalis esset, vel notoria, ita quòd ab omnibus obseruaretur [p], vel nisi ordinatiua litis respiceret [q]. Hócque casu summatim iudex despiciet, num id habeat consuetudo. Sed quot testes sufficient? Et receptius est duos sufficere [r], (Qua tamen in re, regionis consuetudinem insequendam esse arbitror [s].) qui in consuetudine longissimo tempore præscripta affirmabunt se vidisse ita obseruari, atque ita à suis maioribus accepisse. Neque exigemus scrupulosius inter quos viderint id obseruari, aut quoties. Sufficiet enim in confuso negocium aperire. nam & id lex ipsa non exigit [s]: quod (arbitror) obtinet in ea quæ decem annorum spatio præscribitur: tunc enim enumerare oportebit quoties id ita factum sit, & quandiu, apud quos, quòve in negotio, & alia id genus quamplurima. Sed pone, Testes duo producti super diuersis actibus deposuerunt: nunquid illis fides habebitur? Et Faber [t] aduersus Iacobi & Petri [v] sententiam, censuit valere huiusmodi

n glos. in ca. capellanus. de feriis. Bal. in auth. ex testamento. C. de colla.
o Aretin' hic in ver. quæro quando sunt plures opiniones.
p Faber hic in fine.
q Aretin' hic in ver. quærit hic Ioannes Faber.
r arg. l. 2. §. 2. C. de vete. iu. enucle.
a Barto. in l. de quibus. in vers. expeditus de contrariis. ff. de ~~instr...~~ legi. et sen
b Azo in summa. C. quæ sit lon. consue.
c Saly. in l. de quibus. ver. sed quæro quomodo consuetudo de qua hic loquitur, definitur.
d l. quod non ratione. de leg. ff.
e l. si per errorem. de iurisd. om. iud.
f gl. in verb. rationabilia. in cap. licet. de constit. in sexto.
g glos. in ver. actibus. in c. cæterùm. de testib. cogen.
h glos. in l. de quibus. & glos. hic. facit ad hæc. c. s. vlt. de consuetu. vbi glo. in verbo præscripta. d. l. de quib' l. 1. & 2 C. quæ sit lon. consuet.
i Hostiensis in ca. super eo. de censibus.
k glos. in verbo diuturni. & hoc quãdo cõtra ignorantem.
l cap. 1. de rescrip. vide hic Fabrum.
m arg. l. 1. §. vlti. ff. de itinere actúque priua.
n Oldradus quæstione 245.
o arg. §. si rem suam. in institu. de lega.
p l. in bello. § facta. ff. de captiuis. l. ante. in fi.
q l. 3. §. sciendum. & §. ibidem. ad exhiben.
r l. vbi numerus. ff. de testibus arg. l. inter illam cõditionem. §. item ita d. s. ta, de verbo. signifi. cap. plur. aliis de reg. iur.
s Faber hic dicit in Francia dotẽ exigi. Vide l. semper. in stipulationibus. ff. de regu. iur. *s arg. l. meminisse. sub fi. C. ad leg. Iul. maie. sicut nec titulus in illis requiritur. cap. 2. de præscript.* *t Faber hic in ver. Quid si sint plures.* *v Iacobus & Petrus hic.*

teſtimonium, cùm ea gratia tantùm inducantur, vt probent præſcriptionem: quod ſecus eſt vbi interrogati conſuetudinem ita habere reſponderunt [x]. Oportuit enim de actibus & curſu temporis eos aſſeruiſſe, quò facilius iudex poſsit perſpicere num ea cõſuetudo cenſeretur. Atque ita Imola cenſuit: cuius ſententiæ locus non erit, ſi teſtis vlterius interrogatus non fuerit [y]. Sed quis eſt effectus conſuetudinis? Et complures hîc enumerantur. Aliquando enim ius in re corporali conſtituit, eiúſque rei gratia actionem realem parit, ſi quidem de re corporali agatur: quòd ſi de incorporali, confeſſoria vel negatoria dabitur [z]. Vbi verò ius ad rem, condictio ex cõſuetudine orietur [&]. Quin & illud eſt receptũ, conſuetudine legi derogari, eo præſertim loco, qui conſuetudinis locus eſt [*]. Quod ita tamen accipi conſueuit, quando legem ſecuta eſt huiuſmodi conſuetudo. Idem & ſi præcedat: niſi is qui legem condidit, eam cognoſceret [a], vel conſuetudo eſſet generalis. Idem eſt & ſi veriſimile eſſet eum non ignorare: vel ſi expreſsim eã reuocauerit [b]. Sed nunquid legem tollere poteſt? Et receptius eſt poſſe, modò ea factum implicitum habuerit. Cuius rei exemplum tale Faber [c] protulit. Iam multis annis pœna legis Iuliæ in adulteros ſtatuta eſt: non eſt vindicatum, cõtinuóne ſublata erit? Et Faber non eſſe, niſi aliquando alia pœna adiecta fuerit, vel niſi aliter in adulteros animaduerſum ſit: quo caſu factum implicitum habere dicitur. Sed & illud admittitur, conſuetudine etiam eos qui conſenſum non habent, conſtringi [d], exemplo legis quæ omnes ex æquo ſibi deuincire ſolet [e]. Vnde & furioſus, infans, prodigus, & alij conſuetudine ligabuntur. Hincque conſequens eſt, vt ſuperior ea obligetur [f]: quod ipſum ideo conſtitutum eſt, quia non tam conſuetudine, quàm iure quod ab eo proficiſcitur, obligetur. Sunt & aliquot alij effectus: ſed ſufficiet præcipuos attigiſſe. Cæterùm probabilis eſt dubitatio, nónne ad caſus ſimiles extenditur conſuetudo, idque legis argumento? Et ab omnibus cõprobatum eſt extendi [g], modò eadem, aut propemodum maior adſit ratio. Vnde conſuetudo quæ de occidendo loquitur, in vulnerãdo quoque locum habebit, in materia autẽ exorbitante hæc extenſio non recipietur [h]: atque ita ferè omnes ſentiunt.

.§. Et non ineleganter.

Explicat hoc loco Iuſtinianus quid conſilij ſibi fuerit, cùm ius ciuile in duas ſpecies diſtributum eſſe oſtenderet [i], indicans ſe ideo feciſſe, quòd omnis legitima ſapientia, qua Romanorum ciuitas moderatur [k], à duabus Græciæ ciuitatibus, Athenis ſcilicet & Lacedæmone, profluxiſſe videretur. Pulſis enim Regibus, legéque Tribunitia omnibus legibus propemodum obliteratis, cùm ciuitas in confuſo verſari, ac ſacra (quod in prouerbiis eſt) prophanis immiſcere videretur, viſum eſt è re Romanorum publica, decem viris [l], vel vt alij voluerunt, tribus [m] id negocij mandari, vt à duabus florentiſsimis Græciæ ciuitatibus leges peterent. Acceperunt itaque ab Athenienſibus leges Solonis, à Lacedæmoniis verò, qui ſoli toto orbe terrarum [n] trecentos iam annos amplius vnis moribus, & nunquam ſcriptis, ſed nec mutatis legibus vixiſſe ferebantur. Ab ipſis igitur ius illud quod non erat ſcriptum, ſicut & ab illis ius ſcriptum receperunt.

.§. Sed naturalia quidem iura.

Iuſtinianus ad iuris Romani interpretationẽ deſcenſurus, quã ipſe ſolùm ex profeſſo hoc toto cõmentario ſuſcepiſſe videtur [o], vnius obiter admonet, in quo ſcilicet ius ciuile ab eo iure quod naturali ratione inter homines conſtitutũ eſt [p], quod antiquũ vocari diximus, differat: oſtendens nimirum hoc ius immutari nõ poſſe. Cùm enim ſuprà dixerimus [q] id in parentum ac deorum pietate cõſiſtere [r], cúmque eo iure hominem homini inſidiari nefas eſſe doceamur [ſ] naturalíque quadam ratione conſiſtat, quæ neque hominum

x Innocẽ. in c. tam. de teſt.
y l. ſolam. & ibi not. C. de teſtibus.
z Faber hic in ver. circa quartũ videlicet modũ. & arg. l. 1. ff. de condict. ex lege.
* l. 2. C. quæ ſit lon. conſue. vel. de conſuetu.
a cap. licet. & ibi not. de conſtitu. lib. 6.
b c. dudum. §. ſuper cathedram præeminentia. eſt hæc decretalis Bonifa. 8. quã Clemens 5. ſua dicta decret. dudum aſcripſit.
c Fab hic in ver. ſed quæritur an conſuetudo tollat legem.
d l. 1. §. Lucius de adminiſtra. tuto.
e not. in l. 1. & l. de quibus. ff. de legib.
f Archidiacon⁹ plenè in ea. vt animarum. de conſtitut. in 6.
g arg. l. non poſſunt. ff. de legib.
h l. quod non ratione. ff. de legib.
i ſuprà eo. §. conſtat.
k l. 2. §. exactis deinde regib. de orig. iur.
l d. §. exactis. & § ſeq.
m Liuius lib. 3. ab vr. con. Feneſtel. de magiſt. Rom. cap. 14.
n ex Cic. orat. pro L. Flacco, conferendo Cic. at atrũ ad exactos reges.
o §. His igitur generaliter. ſupra de inſt. & iu.
p l. 1. de acqui. re. do. dixi in §. ius autem ciuile. ſuprà eo.
q d. §. ius autem.
r l. veluti. de inſt. & iur.
ſ l. vt vim. ff. de inſti. & in. l. ſi vt allegas. C. de ſicariis.

num ingeniis excogitata, ſed diuinitus in hominum ingeniis inſita ac collapſa ſit[t], conſequens fuit id neque labi neque mutari, ſed immutabile eſſe. Nã vt eleganter Cicero docuit[v], ſi id vel principum conſtitutionibus, vel hominum iuſſis, aut iudicis decreto immutare liceret, ius eſſet adulterari, ius latrocinari, ius teſtamenta falſa ſupponere, quoties hæc ſuffragiis aut ſcitis multitudinis probarentur. Fatebimur tamen ea iura aliquando modum à iure ciuili accipere. Etenim cùm natura matrimonium inter homines promiſcuum eſſe deberet[x], ſicut & inter reliqua animantia (vnde Plato promiſcuum debere eſſe inter homines coitum docuerat[y], quod Lactantius improbauit[z]) modus tamen huic rei additus eſt, quo non omnes nobis vxores ducere licet[&]. alioqui filij ex eo matrimonio nati, ex damnato coitu nati viderentur[°], atque à parẽtum ſucceſsione alieni, ſicvt nec alimenta eis præbeantur[a], quod ſuprà oſtendimus[b]. Iuuatur quoque ius ipſum naturæ iure ciuili. Etenim natura dictat alendos eſſe liberos[c], veruntamen ad id neminem adſtringit[d]. Aſt hodie ex legis ciuilis præſcripto parens qui in alimentis negligẽtior extiterit, à iudice cogendus eſt[e]. Ad eundem modum parens qui filium arte aliqua imbuendum non curauerit, filium cum vxore alere debebit[f], idque lege ſuadente. Idémque in fratre receptum eſſe ſuprà adnotauimus[g]. Ex cauſa tamen his omnibus denegantur, idque in ſumma, ex his omnibus quibus exhæredari poſſunt[h]. Cæterùm quia omnium rerum quædam eſt viciſsitudo[i], ita vt quod hodie multis probatur, poſt aliquot menſes improbandum eſſe cenſeatur, nouiſque emergentibus negociis noua conueniat remedia adhiberi[k], placuit vt lex ciuilis quæ alioqui à natura innatam quandam habet rationem, vel tacito populi conſenſu, atque ita ſola conſuetudine, vel lege tollatur. Neque enim fieri poteſt (inquit Ariſtoteles[l]) vt eædem leges variis ac pugnantibus rerum publicarum formis vtiles ſint ac reſpondeant. Licet autem ſoli principi contraria lege priorem legem abrogare[m]. Nam & ei dubiam legem intetpretari permittitur[n]: cùm eius ſit interpretari, cuius eſt & condere[o]. Quòd ſi tanta ſit legis ipſius obſcuritas, vt nec illinc ſanus legis ſenſus elici queat, tunc is qui iudiciis præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet[p]. Quòd ſi nec ex ſimilibus id haberi queat, ad conſuetudinem (quæ optima legum eſt interpres) confugiendum erit[q]. Quòd ſi nec ex ſimilibus nec ex conſuetudine id elici poteſt, ibidem ad principem recurrendum erit: quo abſente benignior legis ſenſus ſequendus eſt[r]. Verũ vt lex aliqua ſcripta vel moribus recepta tollatur, opus eſt contraria aut lege aut conſuetudine, cùm per non vſum quantumlibet longi temporis tolli nequeat[ſ]. alioqui quoad fieri licet, legum correctio vitanda eſt[t].

.§. Omne autem ius quo vtimur.

Cùm ex Vlpiani ſententia totum ius noſtrum aut in acquirendo aut in amittendo aut in conſeruando conſiſtat[v], viſus eſt ſibi haud abſurdè facturus Iuſtinianus, ſi à iure perſonarum prius inciperet: nempe vt intelligamus quæ perſonæ aut acquirere aut parta tueri aut diſsipare poſsint[x]. Itaque omne ius Romanorum in tres partes retulit, ad perſonas ſcilicet, vt earum ſtatum & conditionem cognoſceremus[y], quáve viuendi ratione vterentur. Deinde oſtendit quæ res tam in patrimonio quàm extra patrimonium conſiſtãt[z] quæque res aut acquiri aut vſucapi poſsint. Poſtremò oſtendit qua via id quod nobis debetur, perſequi poſsimus:[&] id quod ad actiones referendum eſt.

Titulus, De iure perſonarum.

Ius perſonarum nihil aliud eſt, quàm ſtatus quo quiſque hominum ſibi ius vel libertatis vel ſeruitutis vendicat: id quod Iuriſcõſultus ſtatum hominum vocauit[a].

t C. de legibus. 2.
v Cic. ibidem lib. 1.
x §. ius naturale. ſuprà eo.
y Plato lib. 1. de repu.
z Lactã. li. 3. ca. 21. et ſeqũ.
& §. ergo non omnes inf. de nupt.
° §. ſi aduerſus ea. inf. de nupt.
a Auth. ex cõplexu. de inceſt. & inut. nup. C.
b arg. §. ius autem ciuile.
d d. §. ius naturale & in l. iura ſanguinis. De reg. iur.
e l. ſi quis à liberis. & l. necare. De liber. agn.
f l. ſi filia nupta. §. 1. fa. hercíſ.
g glo. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi filius famil. & l. ſi maritus. ſol. mat.
h l. cũ qui filium. vbi pupill. educa. vel mo. de. d. l. ſi quis. §. idem iudex.
i ca. non debet. de conſan. & affini.
k ca. cæterũ. de iura. calũ.
l Ariſtot. poli. lib. 4. ca. 1.
m §. ſed & quod principi. ſup. eo. vbi dixi.
n l. vlt. C. de legib. ca. cùm veniſſent. De iudiciis.
o not. in d. ca. cũ veniſſẽt.
p l. non poſſunt. de legib.
q l. ſi de interpretatione. de legib.
r l. benignius. l. in ambigua. de leg. l. Plãtius. de condi. & demon.
ſ noto ad l. de quibus.
t cap. cũ expediat. de elect. in 6.

v l. totum de leg.
x l. 1. de ſtat. hominum.
y toto primo lib. ad tractatur.
z Titu. de rer. diui. vſque ad tit. de obligationibus.
& à tit. de oblig. vſque ad finem.

a Ferrarius hic.

.§. Summa itaque diuisio.

Aut serui.

Enumerantur & aliquot alij, qui serui liberi, aut tantummodo serui esse videntur: quorum statum ex conditionis finitione perspicere possumus. Statuliberi [b] enim & addicti serui sunt [c], licet temporalem seruitutem habeant, asscriptitij verò [d], Coloni [e], Apolides, [f] Parabolani, [g] monachi [h], & qui Canonici in numerum liberorum referendi sunt. Porrò quibusdam videtur esse τῶν ἑτέρων numeri, quæ frequentissima est in iure, vt scilicet numerum multitudinis pro singulari Iustinianus vsurpasse videatur [i], hoc nimirum sensu: Omnis homo aut liber est, aut seruus: quod communis doctorum calculus approbauit: cui non accedit Porc. [k] cùm dictio omnis hoc loco distributiuè pro singulis hominibus vsurpetur, licet collectiuè vsitatius sit. quæ sententia verissima est.

.§. Et libertas.*

Sensus huius definitionis est: Omnis ille liber dicitur, cui liberum est facere quicquid velit, præterquam si vel iure gentium, & ita captiuitate: vel iure ciuili, vt in suipsius venditione, prohibeatur: atque ita communiter omnes sentiunt.

.§. Seruitus.

Constitutio iuris gentium, id est conditio hominum, ex iure gentium profecta, vt scilicet causa pro effectu vsurpetur.

CONTRA NATVRAM.) Neque enim apud Deum Iudæus, neque Græcus, neque seruus aut liber: sed omnes vnum sumus in Christo Iesu [l]: omnésque ab initio liberi nati sumus [m]. Itaque nihil est quod magis naturæ repugnet, quàm seruitus. Cùm enim homo ad imperium natus sit, omniáque natura in illius gratiam in medium effuderit [n], consequens est eum simul atque in seruitutem venerit, propemodum ab hominum genere in pecudum naturam conuersum esse. Vnde non abs re veteres seruitutem morti comparauerunt [o], quidlibétque potius ferre quàm seruitutem seruire censuerunt [p].

.§. Serui autem.

NEC OCCIDERE.) Licet autem hac gratia bellum suscipiendum sit, vt in pace viuatur [q]: attamen victoria parta conseruandi sunt ij qui non crudeles in bello nec immanes extiterunt. Nam & viri magnanimi est rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare [r]. Itaque prisci illi bellorum duces captiuos venales sub coronis pileatósque venum proferebant [f]: atque ita eos non occidebant, sed conseruabant: vnde & serui à seruãdo dicti sunt [t]: sicut & mancipia, quòd manu caperentur [v]: vel quòd seruituti manciparentur. Licet autem omnis seruitus miserrima sit, honesta tamen ratione serui appellatio recepta est [x].

.§. Serui autem aut nascuntur, aut fiunt.

Nascuntur ex ancillis nostris.

Hoc ideo, quia partus ventrem sequitur [y]. Cuius rei illa est causa, quòd mater semper certa sit, pater verò vt plurimum incertus [z]. Qua ratione & vulgò quæsiti, matris conditionem insequuntur [&]. Idem & si de conditione dubitetur, vt quia incertum an quis seruus sit, nécne [•]. In dignitate verò, curiali conditione, honoribus, agnatione & aliis receptius filios legitimos, non vulgò quæsitos, patris conditionem amplecti: quod & Alciatus censuit. *

Maior viginti annis.

Exigitur enim vt is sit maior viginti annis [a], suæ conditionis non ignarus, [b] tertiò bona fide ementi sese [c] precij participandi causa vendiderit [d]: Hócque

b l. statuliberi à cæteris l. statuliberum medio. De statulib.
c Faber li.7.ca.4. Budæus in tit. de in diē adiectiōe.
d l. ne diutius. C. agri. & cens. lib. 11.
e l. colon. l. 1. et 2. eo. tit. C.
f l. quidam. de pœnis.
g l. placet. l. parabol. C. de epis. & cle. Alcia. lib. dispun. 4. cap. 3.
h Aretin⁹ hic & Accur.
i glo. hic in ver. oēs homines. Faber & Aret. hic.
k Christo. Por. hic. ver. in gloriam omnes.
* glos. in verbo libertas. in vers. & expone.
l Paulus ad Gal. ca. 3. sub finem.
m d. §. ius autem.
n §. in pecudum inf. de rer. diuis. psal. 8. oīa subiecisti sub pedibus eius. Cic. de nat. deo. lib. 2. Lact. in. de ira Dei ca. 13. Ouid. 1. Metamor. & quod dominari in cætera posset natus homo est.
o l. seruitutem. De reg. iur.
p Cic. lib. 3. Offi.
q Cicero lib Offi. 1.
r Idem eo. lib.
ſ Gell. lib. 7. ca. 4. Bud. in annot. ad l. 2. de org. iur.
t l. pupillus. §. seruorũ & ibi. Alcia. ff. de ver. sig.
v l. libertas. §. serui. ff. de sta. ho.
x Cicero 2. Philip.
y l. partum. C. de rei vendic. glo. in verbo nihilominus. Faber & Aret. tit. prox.
z l. qui semper. ff. de in ius voc.
& l. vulgò quæsiti. de sta. ho. l. cũ legitima. & ibi bona gl. eo. tit.
• d. l. partum.
* Alcia in l. familiæ. §. fœminarum. de verb. signi.
a l. si ministerium. C. de libera. cau.
b l. non ideo. C eo. tit.
c l. 2 ff. si libertus ing. esse dicatur.
d l. liberu. §. si quis sciens. ff de lib. cau.

Hócque casu tam arctum est seruitutis vinculum, vt nec si millies manumittatur, tamen ad libertatem peruenire posit[e]: cùm is naturæ iniuriam intulisse videatur, qui à se beneficium naturæ reiecerit. Idémque est si alio titulo libertati renunciarit, modò ad eum redeat aliqua commoditas[f]. Atqui videbatur huiusmodi venditio nullius esse momēti, cùm liberi hominis nullum sit commercium[d]. Omitto quòd nemo est dominus membrorum suorum[g]: vulgóque dici consueuit, liberi hominis nullam esse æstimationem[i]: vnde licet demus venditionem valuisse, licuit tamen huic, tanquam in dimidia parte precij decepto, cōtractū rescindere.[k] Ipse crediderim duas ob causas venditionem hinc tolerari: nam & ea legis authoritate perficitur, quæ, vt Bartolus voluit[l], domina est membrorum hominis: quæque ideo facilius id admisit propter ignorantiam probabilem ipsius emptoris[m]. Qua ratione cēsuit apud Fabrum Dinus, lege municipali constitui posse, vt aliquis in vinculis publicis propter æs alienum contineatur: idque receptius est propter legis authoritatem: cùm tamen id pacto fieri non posset[n]. Hincque consequēs est vt alicuius famulitio in perpetuum quis se abdicare posit[o], permittitúrque ei aliquando opera vicaria vti[p], licet aliàs non posit: idque eò maximè quando in tempus alicui operam suam locauerit: quod Faber docuit, & Porcus probat. Sed quum minores vigintiquinque annis in integrum à prætore restitui soleant[q], nunquid & hic eo beneficio iuuabitur? Et verius est non iuuari: quoniā, vt Papinianus voluit[r], res nō capit restitutionem cùm statum suum mutet. Sed nunquid parenti licebit filium suum vendicare adiecta causa de more Quiritum?[s] Et Accursius respondit non decere[t]. cuius sententiæ locus est quando id contractum esse non ignorauit. tunc enim taciturnitas illi incommodabit, cùm huic venditioni consensisse videatur: alioqui vbi eo ignorāte facta est huiusmodi venditio, procliuius est vt oblato emptori precio, ne emptor videatur deceptus, authoritate[v] legis ei vendicatio permittatur[x]. Atque ita Aretinus docuit[y]: cuius sententia verissima est. Sanè aliis quoque modis serui fieri solent: vt ecce aliquis passus sui status cōtrouersiam, iudicio sisti cautionem præstitit[a], deinde euocatus ad iudicium trino edicto, intra annum non venit. & hic omnimodo seruituti obnoxius iudicabitur. Sed & propter ingratitudinem manumissus in seruitutem reuocatur:[*] quod inferius attingam. Ad eundem modum qui de latronum familia decedens factus est capientis, authoritate principis seruus efficitur.[*]

§. In seruorum conditione nulla est differentia.

Licet enim quidam inter eos sint vicarij[a], alij ordinarij, alij veterani[b], alij nouitij, alij receptitij[c], & alia id genus: tamē quia hoc qualitatem respicit, ideo nouam differentiam non constituit.

In liberis autem multæ.

Quemadmodum enim[d] si substantiæ hypostasin spectes, aurum obryzum non magis aurum est alio auro simplicius excocto, sed si precij bonitatísque censuram agas, aliter iudicabis: ita si libertatis veritatem consideres, vna est ciuium Romanorum libertas: tamen si ortus dignitatísque rationem habeamus[e], candidiore calculo digni sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, quíque capite non sunt diminuti, quàm ij qui libertatis suæ authorem minimè ostendere vel nominare possunt. Quare inter liberos est inducenda differentia, vt alios ingenuos, alios libertinos appellemus.

Titulus de ingenuis. §. primus.

LIBER EST.) Aliis quoque modis ingenuus quis efficitur, vt in eo qui deferente iuramentum patrono, se ingenuum esse iurauerit, receptum est[f]. Sic & is de quo sentētia iudicis lata est, pro ingenuo habetur[g]. Qua ratione & qui fidei commissariam in testamento libertatem accepit ingenuus efficitur[h],

e l.i.ff. quib[9] ad liber. proclamare nō licet. & l. homo liber ff. de statu hom.
f l. cū pacto. & l. si vsumfructū ff. de liberali cau.
d l. si ministerium.
g l. sfi emptiōe. §. omniū. ff. de cōtrah. emptiōe. l. liber homo. l. inter stipulātē. §. sacrā. ff. de verbo. oblig.
h l. liber homo. ad le. Aquil. ff.
i l. vlt. ff. de iis qui eiece. vel effude.
k l. rem maioris precij. C. de rescin. vendit.
l Bart. in l. Titio cētum ff. de condit. & demon.
m arg. l. Diu[9]. ff. de ī integ. rest.
n not. in l. si quis in cōscribendo. C. de pact.
o glo. in l. 3. de fur. & l. apud antiquos. C. de fur.
p Alcia. in l. trāsactione. C. de transact.
q l. s. ff. de minoribus.
r l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minoribus.
s l. s. §. p hāc. ff. de rei vēdi.
t gl. ī verb. maior. in vers. Sed nūquid patri hoc tit.
v Contr. l. Gracchus. C. ad le. Iul. de adulte.
x ar. l. 1. 2. et 3. de libe. cau.
y Areti. in fine huius § & l. s. §. sciētes. C. de asser. tollenda.
[*] auth. vt liberti de cætero. § i. in fi. & § illud verò. coll. 6. & l. 2. C. de liber. & eo. liber.
[*] l. 2. C. quibus ad liber. pcla. non licet.
a Alcia. in l. vrbana familia. de verb. sig. glo. in §. cū autē inf. quod cū eo.
b l. interdum. §. quotiēs. de publ. & vectig. de cōmis.
c Gellius lib. 17. ca. 6.
d Cautiuncula hic.
e Vide Cic. in epist. ad Treb.
f l. eū qui §. si libertus. De iureiurando.
g l. ingenuum. ff. de sta. hominum.
h quod & in eo. qui natalium restitutionem à principe impetrauerit, constituitur.

licet illius mater nondum manumisſionem conſecuta ſit [i]. quo fit vt minimè Vallæ ſententiam probem,[k] eum ingenuum dici exiſtimantis, qui ab his natus ſit, quorum maiores nullam vnquam ſeruitutem ſeruierunt. Id enim tum ex hoc loco [l], tum ex aliis compluribus confutatur [m]. Ad eundem modum ſi quibuſdam ancillis libertas relicta ſit, & hærede [*] adiectionem libertatis differente illæ pariant, filij earum naſcuntur liberi [n]. Et ita diui Marci orationem de vindicanda defuncti nece loquentem fauore libertatis ad libertates extendi voluit [o].

.§. Sed & ſi quis.

EO TEMPORE QVO NASCITVR.) Cùm enim mater tribus temporibus filio commodare poſsit, conceptionis ſcilicet, natiuitatis, & medio tempore [p]: æquius fuit, magíſque ex re filiorum, vt filii matris conditionem quo ad ſtatum, potius quàm patrum ſequerentur. Pater enim vno rantùm rempore, generationis ſcilicet, commodare poterat. Adde item ei ſoli cædere, à quo naſcitur: [q] quod eleganter Porcus cenſuit [r]. Aliis videtur (quod & ſuprà adnotauimus [ſ]) ideo id fieri, quòd mater ſemper certa ſit [t], pater verò incertus, vt qui nonnunquam ludificetur: vnde Thelemachus apud Homerum [v] Mineruæ Mentoris perſonam indutæ dum interrogaſſet, Vlyſsiſne illius qui cum ſibi arctiſsima fuerat familiaritas, filius eſſet, reſpondit:

μήτηρ μέν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ', οὐ γάρ πού τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω, *id eſt:*

Me genitum ex illo mater ait, attamen ipſe
Neſcio: nam patrem non eſt qui nouerit vllus.

Sed huic ſententiæ Porcus non acceſsit [x], cùm ea in eo qui ex iuſtis nuptiis procreatus ſit, locum vendicare non poſsit [y]. Quare non deſunt qui exiſtiment hæc ideo fieri, quòd ante partum onerosa fuerit mater, doloroſa in partu, poſt partum verò laborioſa & ſolicita. Qua ratione videmus etiam matrimonium à matre potius quàm à patre cognominationem accipere.[z] Quæ ſententia ſi admittatur, æquius eſſe videbitur, vt in omnibus & per omnia partus matrem ſequatur: quod nemo ſanus dixerit. Melius itaq; fuerit Porci ſententiam hac in re amplecti, quam initio attigimus.

CALAMITAS MATRIS.) Sed nec patris calamitas filiis nocere debebit [&]: quod eatenus obſeruari conuenit, quatenus ante calamitatem liberi nati fuerint. [•] alioqui ſi id poſtea contigerit, obeſſe dicitur: vnde natus ab eo qui ſenatu pulſus eſt, ſenatoris filius non exiſtimabitur, ſicut nec nobilis cenſetur is qui poſt patrem damnatum progenitus eſt. [b] Hincque conſequens eſt, vt in grauiſsimis criminibus, qualia ſunt impietas in Deum, quam hæreſim vocant [c], & crimen maieſtatis [d], filio per patrem aliquid incommodi accedat, tunc enim eorum bona fiſco vendicare permittitur.

QVI IN VTERO EST.) Cùm enim ius ingenuitatis illi quæſitum ſit [e], non poterit ſine ſuo facto ab eo auferri [f], cùm nec princeps id poſsit [g], niſi cauſa iuſta id ſuadeat [h]. quod alibi latius attingitur. Decius in d.l.id quod. Aretinus in §.ſed & quod principi.

.§. Cùm autem ingenuus.

ET POSTEA MANVMISSVM ESSE.) Atqui manumiſsio ſeruitutem arguere videbatur [i], vnde & libertini eſſe debuerunt [k]. Sed aliud reſponſum eſt quum manumiſsio de facto tantùm proceſſerit [l]. Ab his autem quæ de facto procedunt, nullius iuris effectus proficiſcitur [m]: quod in conuentionali obligatione, cui pœna adiungitur, receptum eſt [n]. Quod tamen non obſeruatur vbi exempto facto aliqua ad aduerſarium redierit incommoditas

i l.ſi quis rogatus.§. de fidei commiſſa.liber.
k Valla lib.4.ca.1.
l hoc titulo.in prin.
m d.l.ſi quis rogatus.
* legẽdum eſt potius aditionem hereditatis. quod ex verbis.d.l.penult.C. de iis quibus de ind. col lig.ibi hæreditas adita.
n l.pẽ.C.de his quibus vt indig.
o d.l.penult.
p hoc.§.& l.ſeruorum.§. ingenuus.de ſta.hominum.
q ar.§.qua ratione.l.qua ratione.de acq.rer.dom.
r Porcus hic in verſ.quare cogitauit duas rationes.
ſ ſup.§.ſerui aũt.aut naſc.
t l.quia ſemper de in ius vocando.ff.
v Homerus Odyſſ.α.
x Porcus hic verſ.ſed dixerit quiſpiam.
y d.l.quia ſemper verſ.pater is eſt quem nuptiæ demonſtrãt.
z cap.ex literis.ver.ad q̃ illa reſpondit.de cõuerſ. infideliũ. ſed dictũ c.ex literis loquitur de matre Iudæa à qua pater Chriſtianus factus filiũ abducit fauore chriſtianitatis. Ergo ſi eiuſdem ſectæ religioniſq; eſſẽt vir et mulier, apud matrem filius tener maueret.
& l.2.C.de liber.& eorũ libertis.
• l.emancipatum.C.de ſenatoribus.
a d.l.emancipatum.
b l ſed & milites §.qui numero.de excuſ.tut. Faber in.§.ſufficit.
c l.manichæos.in auth.gazarenos.C.de hæreticis.
d l.quiſquis.ad le.Iuliam maieſtatis.
e Porcus hic in ver.itẽ nota calamitatem.
f l.id q̃d noſtrũ.ff.de re.iur.
g Faber in §.ſed natural.
h l.Lucius.ff.de euictionib⁹
i arg.l.decẽ.ff.de ver.obl.
k §.libertini.de liber.
l hoc.§.
m Aretin⁹ hic in verſ.ex quo nota.
n l.ea qdẽ.C.ſi mãcipiũ ita fuerit alien.vt manumit.

moditas[o]. Vnde qui contra pœnalem transactionem fecerit, pœnæ quæ ex conuentione partium dicta est, subiicietur. Hincque consequens est, vt is qui à sententia prouocauit, sententiam comprobasse non videatur[p]: sicut nec induciæ inter reges habitæ, belli vltrovtrόq; denunciationẽ arguere solent[q], cùm inducias in pacto tractari videamus. atque ita aduersus Iac. Arenarij sententiã Dinus aliquando docuit: cuius sententiam Faber hoc loco improbauit[a], cùm rarius aut propemodum nunquam induciarum mentio citra aliquem belli rumorem fieri soleat. Sanè non videtur excommunicationem fateri[b] qui absolutionem simpliciter expostulat[c]. Quòd si sub conditione, si scilicet aliquo vinculo adstrictus sit, id expostulat, procliuius est vt excõmunicatio arguatur. Atque ita Innocentij & Hostiensis dissentiẽtia[d] pronunciata conciliat Faber[e]: cui Aretinus accedit. Aliquibus tamen casibus id quod de facto processit, effectum producere solet: nunquam enim ea re exceptio acquiritur[f]. vnde manumisso ante aditam hæreditatem seruo, exceptio datur si ei status controuersia moueatur. Licet enim à non domino manumisio facta non valeat, tamen libertas seruo data secundum testatoris voluntatem, conualescit. Sed & illud receptum est, pœnam vitari posse vbi de facto aliquid factum fuerit[g]: quod latius Bartolus prosequitur[h].

NATALIBUS NON OFFICERE.) Hîc natales pro ingenuitate, seu claritatis conditione vsurpamus, quo modo numero multitudinis vsurpari solent. Vnde eum natalium restitutionem impetrasse Marcellus ait[i], qui illis natalibus restitutus est in quibus initio omnes homines fuerunt, nõ in quibus ipse nascebatur, cùm seruus natus sit. Vnde quia ius patroni hoc impetrato amittitur,[k] non temere citra patroni veniam à principe concedi solet. Huius autem loci sensus est, si quis ingenuus natus, postea ex seruitute qua de facto & immerito continebatur, similiter manumissus de facto fuerit, hoc ipsum ingenuitati eius non officere: hoc est, vt natalibus restituatur, non opus esse, cùm ingenuum semper statum retinuerit. Accursius[l] malè hanc dictionem ad libros professionis retulit, in quibus olim veteres diem suum natalem adscribere solebant[m]. Quòd si id apud acta publica fieret, ingenuitas seu claritas illis probabatur. A patre verò facta indicium seu coniecturam quandam adferre solebant: quod Aretinus hîc docuit.

Titulus de libertinis .§. Libertini.

Superius dictum est[n] liberorum hominum hãc esse differentiam, quòd alij essent ingenui alij verò libertini. Cùm itaque differuerit de ingenuis,[o] ostendit hoc loco qua nota ingenui à libertinis secernantur.[p]

IUSTA SERVITUTE.) Istam seruitutem hoc loco vocamus veram[r] & non erroneam (qui enim aliquorum opinione seruus habebatur, manumissus de facto efficitur ingenuus[q]) quomodo & iustum prælium Liuio dicitur quod statoria pugna certatum est: & iustus amor Catullo, qui omnes Cupidinis vires excedit. Iusta quoque hæreditas dici consueuit,[t] quæ legitima est, & ex lege 12. tabularum descendit, qualis ea quæ ab intestato defertur. Iusta vxor, quæ cum legum solennitate ducta est[f]. Iusti liberi[v], ex legitimo matrimonio procreati. Iustum pactum, quod aliqui vestitum vocant[v]. atque ita Alciatus docuit[x]. Accursius hîc malè retulit ad iusta obsequia propter quæ quis à domino manumittitur.[y] Nam pro arbitratu domini, etiam si nullo officio dominũ seruus demeruerit, tamen manumitti poterit. Minus quoque placuit quòd dictionem hanc ad ius gentium retulerit, quasi iure gentium aliquis seruus efficiatur[z]: quod vt verum sit, tamen eo iure ciuili quis seruituti obstringitur, quod superius attigimus.[a]

Manumisio est datio libertatis.

Manumisionem Festus ideo dici existimauit, quòd dominus libertatem

o l. vbi pactũ. C. de trãsa.
p l. à sententia. §. 1. de appel. & l. si expreßim de appella.
q l. nec si volens. C. de libe. causa.
a Faber hic & ibi. & opinio Iacobi hic videtur melior.
b ar. l. 2. C. de inge. manu.
c glos. in ca. cùm dilectus. §. licet de ord. cog. quem Hosti. sequitur.
d Inno. in d. c. cũ dilectus.
e Faber hic & Aretinus in fine.
f l. mulier. §. si quis hæreditatem. De cond. institu.
g l. quidam cũ filium. De verbo. obliga.
h Bar. in l. continuus. §. cũ quis. De verbo. obliga.
i l. interdum. §. illis enim. De nata. restit.
k l. vlt. ibi. ius enim patro. eo situ.
l glos. natalibus hic.
m l. nec omissa. C. de libe. causa. l. neque natales. & ibi glo. atque oẽs interpretes. C. de probationibus. Budæus in l. cũ de ætate. De probatio.
n §. vlt. sup. de iure personarum.
o suprà titu. proximo.
p hoc titulo.
q §. vlt. sup. de ingenuis.
r l. 3. & vlt. pro socio.
s l. si vxor. de adulteriis. ff.
t l. cùm quis. C. de natu. lib.
v l. Stichũ. §. naturalis. ff. de solu.
x Alcia. in l. lege obuenire. ff. de verb. sign. lib. 4. paradoxorum. ca. 7. Aretinus hic.
y gl. hic in verbo iusta.
z l. & seruorum §. 1. ff. de sta. ho. & § serui autem sup. de iure personarum.
a dicto. §. serui autem.

ſeruo ſuo donaturus, eum manu vel aliqua corporis parte teneret, atque ita diceret, Hunc hominem liberum eſſe volo, eúmque ita manu ſua emittebat. Subiungitur in definitione, manumiſsionem eſſe dationem libertatis. quo in loco dationem Accurſius pro detectione vſurpari voluit,[a] nimirum innuens libertatem illam quam ab initio hominibus natura inſeruerit, in ſeruo quoque vires adhuc habere: eam tamen veluti nubecula quadam ſeruitute obtenebrari, móxque vbi quis manumiſſus eſt, id ex manumiſsione conſequi, vt tenebræ illæ abducantur. qui ſenſus huic loco congruit[b]. Nam & Iuſtinianus eum qui in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitum eſſe oſtendit, ſimúlque vbi manumiſſus fuerit, domini poteſtate eum liberari. Huc pertinet quòd ſeruitus quæ accidentaria eſt non potuit tollere libertatem illam quam natura hominibus dederat. Hinc fit vt & dominum ſeruo naturaliter obligari dicamus[c]. quæ omnia manifeſtè oſtendunt libertatem citra conſenſum ſeruo ineſſe. Hinc quoque videmus vt & pœna parricidij ſeruis imponatur ex natura illa quæ omnibus communis eſt[d]. Porrò cùm tam naturali quàm etiam diuino iure omnibus tributum ſit liberum arbitrium, poterit id in totum tolli atque adimi[e]. Atque ita Chriſtophorus Porcus aduerſus cæterorum[f] ſententiam diſputauit: cui accedo.

Manui & poteſtati.

Manus hoc loco pro dominio vſurpatur. Vnde qui rem ſibi vẽditam vel legatam habet, adiecto pœnali pacto, ſi illius manus exeat, non videbitur cõmiſſa pœna ſi locauerit, cùm locatio dominium transferre nõ ſoleat[g], niſi ex coniecturis locationem in fraudem factam fuiſſe præſumamus, vt quia ad lõgum tempus elocaſſet[h]: quod Aretino placuit.

.§. Multis autem modis.

Enumerantur hîc aliquot modi quibus manumiſsio contingere ſolet. Primus eſt[i] quando in eccleſia accedẽtibus antiſtitibus, & ſcriptura aliqua actorum vitæ intercedente, fit manumiſsio. Secundus eſt qui fit vindicta[k]. Vindicta autem virga erat qua Prætor ſeruum percutiebat in hæc verba, Liberum te eſſe aio. Deinde ſolebat ſeruus circumagi, ob id opinor, quò intelligeret liberam eſſe ſibi quoquo vellet eundi facultatem. Nomen habet à vindicio Aquiliorum, vt Liuius[l], vel Vitelliorum, vt Plutarchus,[m] ſeruo voluerunt, qui primus libertate donatus eſt, ídque eo nomine, quòd coniurationem de reducendo in vrbem Tarquinio aperuiſſet. Tertius eſt quando inter amicos datur[n], præſentibus quinque teſtibus adhibita ſcriptura. Quartus eſt[o] quando per epiſtolam patronus eum liberum eſſe iubet. tunc enim liber eſt, modò ea quinque teſtibus & à patrono ſubſcripta ſit[p]. Eadem ratione abſens ex teſtamento libertatem conſequitur. Quintus eſt quando in teſtamento etiam minus ſolenni liber eſſe iubetur, ídque vel directò, vel per fideicommiſſum[q], vt etiam in codicillis. Alios quoque modos ex Iuſtiniani cõſtitutione introductos[r] videre licet, quos in præſenti omittimus, ne contra vetus prouerbium actum agere videamur.

ECCLESIIS.) Atqui videbatur contrarium conſtituendum. nam ex pontificum conſtitutionibus in eccleſia nihil agendum eſt quod oculos diuinę maieſtatis obturbet[ſ]: neque aliquis actus humanus in eccleſiis exerceri debet. Sed arbitror hac in re contractus à iudiciis diſcernendos eſſe[t], vt iudicia eccleſiaſtica[v], idem & ſecularia, modò ſint voluntarię iuriſdictionis[x], in eccleſia agitari permittantur. In his verò quæ contentioſam iuriſdictionem reſpiciunt, aliud eſt.[y] Sed quid in citatione?[z] Et receptius eſt vt in eccleſia fieri poſsit. Idémque de iuramento à patre recipiendo conſtituitur[a]. In eo verò quod à teſte recipi debet, Baldus addubitat[b]: niſi ſi quis ideo admittat, quòd res ſacra

a glo. in verbo datio.
b l. manumiſsiones. verſ. nam quandiu. ff. de iuſt. & iure. ar. l. adeò. §. cum quis. verſ. cùm enim. ff. de acq. re. domi.
c l. ſi id quod dominus ſeruo. ff. de cõdict. indebiti.
d l. hos accuſare. §. Itẽ nec lex Pompeia. verſ. ſed cũ natura communis. ff. de accuſationibus.
e §. ſed naturalia. ſuprà de iure naturali. vbi dixi.
f Porcus aduerſus Angelũ et cõmuniter alios hic.
g l. non ſolet. ff. locati.
h ar. notatoriũ in l. codicillis. §. inſtituto. de lega. 2.
i l. 1. & 2. C. de his qui in Eccle. emancip.
k l. ergo. & l. ſi pater. ff. de manu. vindic.
l Liuius lib. 2. ab vr. cond.
m Pluta. in poplic. Aliis tamen magis placet vt à vindicando deducatur.
n l. 1. §. ſed & ſi. C. de Lati. liber. tollen.
o d. l. 1. §. ſancimus.
p gloſ. in l. 1. §. 1. C. de Lati. libert. tollẽ. & Porc[o] hic.
q toto titu. de ſing. reb. per fideicommiſ. relic.
r auth. de mãda. principũ. coll. 3. auth. de mona. §. 2. colla. 1. l. vlt. C. cõmunia de manu. toto titu. quibus ex cauſis ſerui pro pra. lib. accip.
ſ cap. decet domum. de immu. eccle. n. 6.
t Aretinus hic.
v d. c. decet. dom.
x d. l. 1. C. de his qui in eccl. manu.
y Bar. & Bal. in l. nemo. C. de ſacroſan. eccle.
z Bal. ĩ d. l. nemo quod obtinet in citatione verbali, ſecus in reali.
a Bar. in d. l. nemo. l. generaliter. De reb. cred.
b Bal. in d. l. nemo.

res sacra sit iusiurandum. Sed & in ecclesia testes examinari poterunt, cũ examinatio ad diem præstiti iuramenti contrahatur: quod Barto. admonuit[c], & alij omnes. præter Baldum insequuntur. Qua ratione censuit Bar. in accusatione illa falsi aduersus ipsum testem instituta sufficere locum iuramenti apposuisse: quod & rationem habet. Nam pœna aduersus testem ipsum periurum est instituta. Protestationem quoque in ecclesia fieri posse, receptissimi iuris est[d]. Sed cùm arbitria instar iudiciorum obtineant[e], nunquid in ecclesia compromissum fieri poterit? Et verius est non licere in arbitrio[f], in arbitramento verò, quod speciem trãsactionis obtinet, contrà receptum est[g]. Et hæc quidem omnia in iudicijs locum obtinent. Sed quid in contractibus? Et à plerisque respõsum est. nullum contractum fieri posse præterquam in causa pietatis[h]. vnde tutela in ecclesia dari poterit, & ex æquitate huiusmodi contractus tolerabitur.

AVT PER epistolam.) Idem est & si per nuncium. nam & quæ per epistolam, & per nuncium quoque expediri possunt. Quod tamen in procuratore non obtinet[k]. Differentię ratio hæc est, quòd procurator in suã personã verba concipiat[l], nuncius autem in personam domini, nũciúsque ministeriũ præstare soleat[m]. Qua ratione nec adoptio[n], nec arrogatio, emancipatio[o], sed nec cognatio spiritualis, quã compatronatũ vocant[p], per procuratoré fieri potest. quod in spõsalibus contrahẽdis[q] & legitimatione filiorũ nõ obseruatur.

§. Serui verò.

MANVMITTI solent.) Quid si nolit? Et à plerisque responsum est eum cogendum esse: quod & rationem habet, quia intersit Reip. homines esse liberos cùm vnusquisque liber nascatur[r]. Cui consequens est, vt cùm seruo non incõmodet hęc manumissio, liceat etiam cõtra suã voluntatem eum manumittere, cùm ex regula iuris constitutum sit[s], licere vnicuique facere quod sibi prosit, neque cuiquam incommodet.

VEL in transitu.) Sed cùm libertas sit magni momenti, iuxta Terentium[v], Illud quod habui summum pretium persolui tibi: videbatur non tam facilè indulgenda manumissio, cùm ea quæ magni sunt momenti, altiori indagine sint tractanda[x]. At contrarium recepit fauor libertatis[y]. Hincque infertur, ea quæ voluntariæ sunt iurisdictionis, posse etiam extra iudicium sine prætore expediri[z]: sicut & id quod prætoris notionem nõ desiderat, consistit si coram eo id fiat, etiam extra iudicium. Quod tamen non obtinet in his quæ contentiosam iurisdictionem respiciunt[&]. tunc enim hoc exigimus vt pro tribunali sedeat iudex.

SEMPER.) Et hæc dictio continuum tempus notat[ᵓ]: quodcunque verò interuallum admittit. * vnde si testis in reali interrogatus dicat Titium semper possedisse, exigemus perpetuam temporis continuationem.

§. Libertinorum.

Vt res omnis magis sit in conspicuo, paulò altius repetendum est quod Caius[a], Angelus Politianus[b], Zasius[c], & alij annotauerunt. Constat itaque eos qui vel in æde sacra, vel in testamento, aut vindicta apud Consulẽ manumittebantur, ciues Romanos fuisse, ex eóq; testamenti factionem consequi, ita vt & testamenta aliis relinquere, & ipsi ex testamento rẽ accipere possent. Neq; id testamento prohiberi poterat, cũ priuatorum prohibitio id quod ad Reip. vtilitatem pertinebat[d], prohibere non posse videretur. Qui autẽ vel inter amicos, aut per epistolã, aut inter conuiuandum manumittebantur, ij Latini fiebãt, qui à Iunio Norbano Iuniani dicti sunt. Hi autem licet ad priuilegia Romanorum aspirare poterant, vt quia vel in æde sacra vel alio modo ex integro manumitti poterant, tamen eorum legitima hæreditas non erat: vnde necillis testamentum condere permittebatur. sed eorũ bona manumissor pe-

c Bar. d. l. nemo.
d auth. si quis ei. C. de adul.
e l. 1. de arbitris.
f Io. And. in d. ca. decet.
g auth. vt differentes iudices. §. primo.
h l. 2. de sir. in arg. l. quibus bet. §. quoties. De tutelis.
i l. 1. in fi. de cont. em.
k l. nec mulier. ff. C. vñd. libert.
l l. quæcunque gerimus. De actio. & obligat.
m l. qui autem. §. 1. de cõst. pecu.
n l. neq; absens. l. post mortem. §. vlt. de adop.
o l. iubem⁹. C. de emãc. lib.
p Bal. in l. Gallus. § forsitã. Bal. in l. 1. §. ne autem. C. de ead. tol.
q ca. vlt. de procur. in 6.
r l. fina. §. fin. verò. C. de testamen. manumiss.
s l. 1. in fine de ven. inspic.
t l. si id quod à te. de euic. l. 2. §. idem Neratius. De aq. plu. arcen.
v Simo apud Terentium in Andria.
x ca. cum periculũ. De cler.
y l. libertas. de reg. iur. l. inter pares. De re iudi.
z Porcus in glo. serui. & Aretinus.
& arg. l. 2. de offi. procõs. & leg.
ᵓ l. Caio. §. imperator vt leg. no. cau.
* Aretinus hic.
a Caius lib. 1. institutionũ.
b Politianus lib. Miscella c. 84.
c Zasius in l. 2. §. initium. De orig. iur.
d l. 1. §. illo proculdubio. de Lati. liber. tol.
e Plini⁹ epist. lib. 7. ad Calessum. & §. multis antẽ. suprà hoc tit.

culij iure occupare poterat[f]: simúlque cũ vita libertatem quam toto vitæ suæ curriculo nacti erant, amittebant. Deditítij autem ij erant, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publicè pro criminibus cęsi essent, aut in quorũ facie vel corpore quæcunque notę atque stigmata aut igne aut ferro impressa essent, ita vt deleri non possent. Hi si gratia dominorum inita manumittebantur, dedititij fiebant, ducta opinor nominis ratione ab ijs qui abiectis turpiter armis sese dedere veriti non sunt. Hi verò totam vitam seruiebant, liberi tamen moriebantur. Hodie autem ex Iustiniani constitutione [g] manumissus quoquo modo ciuis Romanus efficitur, cùm ampliandam magis quã minuendã ciuitatem Romanam conueniat[h]. Hac tantũ nota manumissus à manumittente discernitur, quòd ille libertinus, hic verò ingenuus efficitur. Cuius rei nõ mediocris erit effectus. Nam & operæ tam obsequiales quàm fabriles debebuntur[i]. Item alimenta non patrono tantùm[k], sed & liberis eius præstare debebit, sicut & alia in iure quãplurima. Hic quoq; si vel manus patrono attulerit, vel famosa aduersus eum actione experiri velit, in seruitutem iustè reuocabitur[l]. Quòd si honestam actionem mouere velit, id ei nõ nisi impetrata à prætore venia, permittitur: alioqui quinquaginta solidorum pœnã luito. Porrò annotatum est, solidum in iure pro aureo vsurpari: quod Budæus docuit, nec Alciato displicet[m].

Et omnes libertos.

Quoquo igitur modo quis manumittatur, ciuis Romanus efficietur, neq; scrupulosius de manumissi ætate inquiremus[n]: licet olim quadraginta desiderabantur priusquam ciuitatem Romanam manumissus assequeretur. Minus quoq; curandus est manumisionis modus. neq; enim quicquam refert quoquo modo quis manumittatur[o]. Sed nec domini manumissoris cõditionem inuestigabimus[p], quanuis olim mutus & surdus alicui libertatem donare non poterant.

Titulus, Quibus ex causis manumitteere non licet.

Licet ex legis duodecim tabularum præscripto[q] amplissima potestas tributa sit legata & libertates dandi, permittatúrque vnicuique sua re liberrimè vti posse[r], magnúsque sit fauor libertatis[s]: tamen is non tantus esse debebit, vt cum alterius iniuria coniũctus esse videatur[t]. Neque enim alicui permittitur suo iure cum alterius detrimento vti[*]. quare non licet passim dominis seruos suos manumittere, præsertim in fraudẽ creditorũ[v]: alioqui manumissio quo ad dominum pertinet, reuocabilis erit[x]: quo ad creditores verò, nulla est[y]. Qua ratione videmus contractum qui contra legem vel statutum factus in fraudem alicuius fertur, contrahentem constringere, alium verò minimè. glos. ordinaria & ibi Bartolus in l. eleganter. ff. de dolo. glo. in l. à diuo Pio. de rit. nupt. glos. in l. si dolo. C. de rescin. vendit.

CREDITORVM.) Creditores hoc loco dicuntur ij omnes quibus quacunque ex causa actio cum fraudatore competit[z].

Quia lex Aelia Sentia.

Hæc ratio in his quæ commentitij iuris sunt, est frequentissima, vt in his pro lege voluntas sufficiat. Voluntas enim legis plerumque pro ratione habetur[a]. Causa tamen huius loci hæc esse potuit, quia tantus non debet esse fauor libertatis, vt ea ius creditoris perimatur. Neque enim, inquit Cicero[b], vlla res vehementius Remp. continet, quàm fides: quæ nulla esse potest nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. & in bonis nostris nihil verè esse dicitur, nisi quod deducto ære alieno superest[c].

§. Licet autem.

Suprà dictum est[d] domino non licere quem in fraudem creditorum manumittere:

---

f §. Sed hæc. instit. de succes. libert.

g l. vnica. C. de dedititia libertate tol. l. vnica. C. de lati. liber. tol.

h l. 2. communia de manu.

i Zasius in l. si nõ fortem. §. libertus. ff. de condict. indebiti.

k l. etiam liberis. & l. libertos. C. de obseq. pat. prastã. l. 1. C. de oper. libe. l liberto. De obsequiis.

l l. si manumis. C. de obse. pa. præst. & C. de libert. & eo. lib. l. 2. in auth. vt liber. de cętero. §. illud verò adiiciunt. colla. 7. l. 4. §. Prætor ait.

l l. penul. & vlt. de in ius vocãdo. ff. & §. fina. De pœna teme. litigan.

m Alcia. in l. etiã aureos nummos. De verbo. sign.

n l. 2. C. communia de manumiss. amplianda enim magis est (inquit Iustinianus) ciuitas, q̃ minuẽda.

o hoc. §. ibi. nec manumissionis modo.

p Iulius Paulus lib. 4. sententiarum. hoc. §. ibi. nec dominis manumissoris.

q l. verbis. de verbo. signif. l. 1. §. 1. Ad le. Falcid.

r l. ĩ re mãdata. C. mãdati.

s l. inter pares. de re iudic. in libertatis enim causis si pares numero iudices diuersa statuãt, pro libertate obtinet constitutum.

t Cicero 1. Officiorum.

* Facit ad hoc l. iure naturæ. ff. de reg. iur. c. locuplet.

v l. in fraudem. cũ seq. ff. q & à quib. manu. lib.

x l. si creditorib. C. de ser. pig. dat. manu.

y l. si mortis tẽpore qui & à qbus pbatur ex eo, quod alioqui esset reuocabilis.

* l. si ex causa. §. Papinianus ait. De minoribus.

z l. si cũ fideicommissaria. §. ne quis. ff. qui & à qb. l. creditores. l. creditorẽ l. si cui. l. cõditionales. l. creditores accipere. ff. de ver. sig. sing. ĩ l. 1. ff. si certũ pet.

a §. furtiuę. inst. de vsucap.

b Cicero Offi. 1. c l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. sig. §. vlt. infrà de leg. Falcidia. d §. 1. suprà eod.

numittere:

numittere: hic verò casus excipitur in quo etiam in fraudem id nobis permittitur: id quod non tam lege Aelia Sentia quàm diui Pertinacis cõstitutione[e] receptũ est. Cæterùm vnum hæredẽ instituere licebit. nam duorum institutio facta non aliâs valebit, quàm si ante tabulas testamenti apertas alter decesserit[f]. Idémque est & si de eo qui priore loco nominatus est, constiterit[g]. Seruus quoque specialiter pignori obligatus non antè manumitti poterit, quàm si domino satisfactum sit[h].

QVI soluendo non est.) Lex duodecim tabularum permittebat creditoribus debitorem partiendum: cui legi desuetudine primum abrogatum est. cœptúmque pecunia transigi, & bona ipsa non corpus abiudicari: quod & apud Gellium Cęcilius eleganter disputauit[i].

NE INIVRIA defunctus afficiatur.) Neque enim is opprobrio carere potest, cuius bona sub præconis voce hastáque væneunt[k].

§. Idémque iuris est.

CVM NON sit verisimile.) Cui enim antecedens permittitur, ei quoque nõ denegatur consequens[l]: & aliquo cõcesso, id quoque videtur concedi sine quo ad illud peruenire non possumus[m]. Seruus enim non aliâs hęres esse potest, quàm si manumissus sit. Qua ratione iudicãdi[n] munus à principe minori concessum, dispensationem percepisse arguere solet: sicut & si sacerdotium ab episcopo incapaci collatum sit, inhabilitatem omnem tollere videtur[o]. Quod verum est, si coniecturis de episcopi mente constare possit: quæ ex eo colligitur, quòd dispensationis mentio præcesserit[p]. Porrò cùm indigno nunquam dispensatum esse intelligitur, nisi expressim id factum sit, quod ex Speculatore hîc Faber annotauit[q], & Aretinus sequitur.

§. In fraudem.

Cùm lex Aelia Sentia in fraudẽ creditorum seruum manumitti prohibeat[r], videndum oportuit quo pacto quis in fraudem manumittere censetur. Et in primis cũ voluntas & propositum distinguant maleficia[s], exigitur[t] vt animũ fraudandi habeat, deinde quòd revera deceptio contigerit, vt quia bona quæ supersunt, æri alieno sufficere nõ videtur. Et licet cõsilij fraudandi in animo latẽtis difficilis sit probatio[v], creditores tamẽ huiusmodi animũ fraudãdi probare debebunt[x], nisi aduersus testatorẽ præsumptione aliqua iuuentur[y]. Qui enim vel vniuersa bona[z], vel maiorem partẽ alienauit[&], itẽ & qui in cõiunctã personã trãstulerit[*], aut qui alienatione facta delictũ aliquod admiserit[a] sicut & qui clàm alienauit[b], videbitur animum fraudandi habuisse. Et hæc quidem ita se habent vbi directò libertas seruo relinquitur[c]: in fideicommissario verò solum euentum rei inspicimus[d]: neque necessum est creditoribus fraudulentum testatoris animum comprobare. Differentiæ ratio hæc est, quòd directa libertas morte testatoris[e] sicut & hæreditatis aditione citra vllum hæredis factum confirmatur[f]: at fideicommissaria ex voluntate hæredis pendet[g]: qui quidem vltra vires hæreditarias, maximè si æs alienum hæreditarium defuncti substantiæ fines occuparit, legata præstare nòn tenetur[h].

SAEPE enim de facultatibus suis.) Atqui in proprio facto ignorantia est intolerabilis, cùm vnusquisque rei suæ familiaris vires ac merita & emolumenta antè cognoscere debuerit[i]. Ipse arbitror tolerari proprij facti ignorantiam in testamento[k], cùm sæpe turbatum adeò morituri animum videamus, vt etiam res illi suæ in obliuionem venire videantur: quod latius patet. Nam & si quis transmarinam negociationem per seruum aut institorem exerceat, hic videbitur iusta ignorantia seruum non manumisisse, cùm ea quæ per alios exerceri consueuerunt iustè ignorasse videamur[m]. Sed & regula iuris excusat eum qui in alterius locum successerit[n]. In alie-

e l.i. C. de necessa. ser. hared. instituen.
f l. qui soluendo nõ erat. ff. de hæred. instituen.
g l. si q's habẽs. ff. q. et à qb'.
h l. pignori. ff. de hęredibus instituen.
i Vide Alciatũ in l. vinculorum. in fi. de verbo. sig. Gell. c. 1. lib. 20.
k l. ex iudiciorũ. de accus. Angelus hic. & Cic. in orat. pro Quintio.
l l. 2. ff. de iurisd. omniũ iud.
m gl. in c. si quis contra clericũ. de foro competen.
n l. quidã consulebant & ibi Bart. rephendit Ang. de re iudica. quia prĩceps qui dedit magistratũ, omnia agit.
o de fil. presby. ca. veniens. c. diuersis. de cler. coniug.
p Specu. in tit. dispensa. ca. qualiter in vers. quibus.
q Faber & Aretinus hic.
r suprà in prin.
s l. quod reip. de iniur. l. q. iniuria. ff. de furtis.
t l. in fraudem ff. qui & à quib. ma. lib. nõ. & l. 1. C. qui manu. non poss.
v l. dolum. C. de dolo.
x l. 2. & 3. ff. de probatio. l. actor. C. eo. tit.
y glossa in d. l. 2.
z l. oẽs. l. Luci'. quę in fraud. credi. fact. sunt vt restit. & l. pp̃ter litẽ. ff. de excu. tutorum.
& l. data. C. de donationib'.
a l. post contractũ. ff. de donationibus.
b l. vlt. de rit. nup. l. non ex testamẽto. de admini. tut.
c glo. hic in ver. nõ imped.
d l. vl. C. qui manu. nõ possunt. l. 4. §. si quis autẽ. De fidei commiss. lib.
e l. i. C. de eo.
f glos. d. l. vlt. in ver. inspicimus. in fine.
g l. his quibus l. si seruus. C. de fideicommiss. liberta.
h l. successores. C. ad leg. Falci. gl. d. l. vlt.
i l. quisq;. C. de resci. vẽdit.
k l. hac cõsultiss. §. at cũ humana fragilitas. C. de test.
l l. in fraudẽ q. & à qbus.
m l. finali. pro suo. l. si quis inficiatus. ff. deposit.
n l. q ĩ alterius. De reg. iur.

no autem facto ignorantia tanquam probabilis admittitur[o], cùm tam curiosæ Lamiæ non debeamus esse, vt ea quæ ad nos nihil pertinent, curemus: quę verò ad nos, negligamus: id quod Menedemus apud Terētium Chremeti obijcere visus est[p]: Sed quid in contractibus[q]? Ipse crediderim facti proprij ignorantiam nemini patrocinari debere, ne alioqui iactare suum quis videatur.

.§. Eadem lege.

Videtur lex Aelia Sentia non absurdè minori viginti annis manumisionem interdixisse, nisi vbi iusta causa id suaderet: quæ apud cōsilium, hoc est, pro tribunali apud prætorem, proconsulem, legatúmve Cæsaris approbaretur[r]. Nam cùm libertas nullo precio posit compensari[s], sitq; omnibus rebus longè fauorabilior, tantique suapte vi momenti, vt instinctu quodam ac motu naturali, non solùm ab hominibus, verùm etiam à bestiis expetatur, atque omnibus rebus anteponatur[t], existimauit antiquitas nefas esse rem tantam inter iuuenum ineptias proculcari, sed cùm hac in re Iustinianus nōnihil antiquorum iudicio tribuerit[v], libertatisque comparandę terminos extendere voluerit, sua decisione sanxit non aliter huic minori 20. annis manumisionem permittendam, quàm si is decimumseptimum annum impleuerit, & decimū octauum attigerit[x]. Illa scilicet ratione, quòd veteribus hęc ętas visa sit idonea causis in foro actitādis[y], constétque Neruam filium, & alios id ętatis viros 18. anno publicè de iure respondisse. quāto magis igitur licebit seruo vel pluribus libertatem donare?

PROCVRATORIS habendi gratia.) Licet inter iuris interpretes non satis conueniat de ætate procuratoris ad iudicia & ad negocia[z]: hodie tamen ex pontificum constitutionibus[&] in eo qui negocia alterius gerit, octodecim anni sufficiunt: in procuratore verò ad lites, vicesimusquintus annus desideratur. Idque in foro ciuili sequēdum erit, cùm regula sit, Quoties articulus est iure ciuili dubius, iure tamen canonico apertus, sequenda erit iuris pontificij authoritas, etiam in terris quibus imperatores præesse dignoscuntur[*]. quod bellissimè Porcus hîc exequitur.

MATRIMONII causa.) Quid si concubinę habendæ gratia ancillam manumitteret, continuóne iusta hæc causa censeretur? Et iurisconsulti decreuerunt[a] iudices in causis probandis meminisse debere, vt non ex luxuria & affectu descendentes causas approbent. Neq; enim deliciis, sed iustis affectionibus dedisse iustam libertatem legem Aeliam Sentiam credendum est.

.§. Semel autem.

Dixit suprà Iustinianus legem Aeliam Sentiam domino minori facultatem manumittendi permittere, si quidem iusta id causa suadeat[b]: quod extendit hoc loco ad iniustam causam, quæ sentētiis iudicum comprobata est. Hîc autem iustam causam pro idonea, iniustam pro non idonea accipere debemus. Cuius rei illa est causa, quòd causæ probationi contradicendum est, non autem causa iam probata retractāda[c]. Pluris enim facienda est libertas, quàm vt prætextu falsæ causæ iam detectæ retractari debeat. Sed quia id latissimè ab interpretibus disputatum video, ideo prudens supersedeo.

.§. Cùm autem.

LEGATA relinquere.) Quorum appellatione etiam libertates continentur[d]. Huius autem loci hæc est ratio, quia cui permittitur id quod maius est, ei quoque permittitur quod minus est. Vnde cùm huic adolescentulo de re sua liberè disponere permissum sit, meritò & illi non denegāda fuit circa hominem vilem disponendi facultas.

SED CVM Libertas inæstimabilis res sit.) Ideo libertatem inæstimabilem dicit, tum quòd libertas non sit exigui momenti, tum quòd plurimum boni

o l. quanquam ad Velleianum l. vlt. pro suo.
p Terent. Heautont.
q d. l. quisquis.
r l. si quis integrũ. §. minor. ff. qui & à quibus. l. si minor annis. cū 2. sequētibus. & l. iusta. De manu. vin.
s l. an manumittere. l. si minor. l. si rogatus. De manu. vind.
t l. inter pares. de re iud. l. libertas. De reg. iur.
v Cicero in oratione de l. Agraria cōtra Rullum.
x §. Cùm autem. ver. nos autem. sup. eod.
y Hodie iure authē. sufficit ętas 14. annorū. auth. vt sponsal. largitas. §. 1. colla. 9.
z l. 1 §. pueritiam. de postulando. ff. l. clarum. l. quidam consulebant. De re iudi.
& Porcus hic in expos. gl. decem & septem.
* ca. qui generaliter. §. vlt. de procura. in sexto.
* c. dilecti de iudiciis. cap. penul. de donationib⁹ inter vi. & [illegible] xo. ca. 1 & 2. de no. ope. nuncia. Felinus in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. De constitutionibus.
a l. illud. De manumi. vin.
b §. Eadem lege. sup. eo.
c l. iusta. causa. De manu. vindicta. sub finem.
d l. eum in substitutione. de legatis tertio.

boni adfert manumisso, tum quòd ex illius datione minuitur manumittentis patrimonium. Qua ratione Accursius[e] censuit precium eius qui se vendiderit, penes emptorem remanere debere, cùm nulla sit liberi hominis æstimatio[f]. Quæ sententia non immeritò quibusdam displicuit, cùm lex de precio eum participare velit[g], bonámque fidem in emptore desideret: alioqui nulla esset huiusmodi venditio: quod rectè Porcus censuit[h].

IN TESTAMENTO.) Sed quid in contractibus? Et Accursius[i] (cuius sententiam omnes communiter approbant) censuit non esse ad contractus extendendum. Licet enim in iure à contractibus ad vltimas voluntates recepta sit argumentatio[k], tamen id hoc loco non extenditur ad dispositionem quæ fit inter viuos, cùm de lege Aelia Sentia corrigenda hîc tractetur[l]. Hincque colligimus legem quæ aliquid corrigit, ad casus similes, vel etiam maiores, extendendam non esse: quod Faber & Aretinus docuerunt: nec Iasoni in annotationibus ad Porcum displicuit.

Titulus, De lege Fusia Caninia tollenda.

Hactenus commemoratum est quænam potestas manumittendis dominis in suos seruos concessa videretur[a]: támque fauorabilem esse ipsius manumissionis causam, vt etiam vel inter conuiuandum[b], vel in inuitum conferri possit libertas. Consequens igitur fuit, vt omnia quæ libertati aduersari viderentur, funditus euellerentur: id quod Iustinianus hoc loco fecisse videtur, qui ideo legem Fusiam Caniniam sustulit, quòd non tam morientium vltimas voluntates, quàm etiam libertates ipsas reprimere videretur. Etenim cùm ex Cõstantini constitutione[c] nihil magis hominibus debeatur, quàm vt licitum sit quod iterum non redit arbitrium, cuiusmodi est vltima voluntas, tamen lege Fusia certus modus manumittendi constitutus erat, ita vt nõ omnes indiscriminatim manumittere liceret, cùm tamen inter viuos etiam myriadem seruorum manumittere quis non prohiberetur.

VIVOS QVIDEM.) Hincque apparet licitam esse à contractibus ad vltimas voluntates argumentationem: quod admittitur eadem ratione subsistente: quod ibi latius attingitur[d].

Titulus, De iis qui sunt sui vel alieni iuris.

Aggreditur Iustinianus secundam personarũ distinctionem, quæ partim à iure gentium[a], partim à iure ciuili profecta est[b]. Cùm enim suprà dixerit de manumissionibus, & iis quæ ad seruorum statum pertinent[c], huic rei tãquam finẽ impositurus ostendit quanta fuerit dominis in suos seruos permissa potestas, mox tractaturus de potestate quam parentibus ius ciuile attribuit[d].

Quædam alieno iuri.

Sed quid de filiis eorum qui ab hostibus capti sunt? Et plerique eos neutro generi censeri existimant[e]: quorum sententia ex eo improbatur, quòd & hi liberi sunt, præsenti eorum conditione inspecta. quòd si futurus eorum status inspiciatur, in pendenti esse videbitur, quod rectè Porcus censuit[f].

SIMVL intelligemus.) Contrariorum enim eandem esse disciplinam, receptissimi iuris est[g]. Etenim cognito vno contrariorum, facile est reliquum cognoscere. Vnde quemadmodum attestatione facta super iisdem capitulis testes admitti non consueuerunt, ita nec super directè contrariis[h]. idem enim motus subornationis in vtroq; versatur. Idem est & in decisione, vt id quod in vno decisum est, in alio quoque decisum esse existimemus[i]. quæ omnia locum habẽt si eadem subest ratio[k]: alioqui si diuersa, diuersum quoque ius constituemus. Qua ratione si ex lege municipij frater sorori succedat[l], non tamen patri sororem succedere dicemus: cùm ratio legis ea sit, quia interest ne nomen familiæ dispereat ac dissipetur, quod in cognatis maximè conseruari solet.

e glo. sed cum libertas. in medio.
f l. vlt. de iis qui deiecerunt vel effude. ff.
g glos. maior. §. serui autẽ. sup. eodem.
h Porc.° d. glo. sed cũ libert.
i glo. in verb. impleuerit.
k l. seruũ filij. §. eis qui. De lega. i. & ibi Castrẽsis notat. l. inter hæredem. ff. de pactis.
l Bal. & alij in auth. quas actiones. C. de sacr. eccle. not. in l. si cõstãte. §. de viro. solu. mat. in l. præcipimus. & ibi. Bar. C. de appel. Iason in auth. & eo non obseruato. C. de testa.

a §. multis autem modis suprà de libertinis.
b §. Seruus à verò dñis. eo ti.
c l. i. C. de sacrosf. eccl. l. vel negare. ff. quemad. testa. aper. not. in l. de his controuersiis. ff. de transact. Caius institutionũ lib. 1. ca. 2. Iulius Paulus lib. 4. receptarum sententiarũ.
d Iason post Alb. in l. beneficiũ. ff. de cõstitu. prin. Aretinus, Faber & Porcius hic. Dec. in regula, in testamẽ. ff. de reg. iur.

a quo ad dominium in seruos. §. in potestate. inf. eo.
b Toto tit. de patria. pot.
c Tit. de libert. et titu. quibus ex cau. manu. non licet.
d inf. de pat. potesta. & de nuptiis. & inf. de adoptionibus.
e Glos. in ver. quadam alieno
f Porcius in explicatione d. glo.
g Cicero in Topicis. Iason in rubr. de acquiren. rerũ dominio. l. qui accusare. §. 1. de accusat. §. i. inf. de tut. l. hac verba, ille aut ille. De verbo. sig. Gellius lib. 6. ca. 1.
h idem l. 2. De testibus.
i ca. intellecto. De iureiur. ca. hospitiolũ. 32. distin.
k Decius in l. secũdũ naturam. tracta. in rubr. de acqui. posses.
l Bal. l. 1. l. lege 12. tab. C. de legit. hæred.

§. In potestate.

Dominus imperiũ & potestaté in suos seruos habere dicitur ex iuris gentiũ constitutione[m]: quæ res multiplicem effectum producere solet. Et in primis dominica potestas ius vitæ & necis in suos seruos producere solet: quod tamen hodie Constitutione diui Pij Antonini moderatum est[n]: pœnáque legis Corneliæ de sicariis cõstringitur qui seruũ suũ occiderit, perindeac si alium occidisset[o]. Nã si seruus, inquit Caius li. I. institutionum, dignum morte crimen admiserit, is iudicibus quibus publici officii potestas commissa est, tradendus erit, vt pro suo crimine publicè puniatur. Quod tamen in quibusdam casibus non procedit. Primus est, quando seruum in adulterio cum vxore deprehensum occiderit[p]. tunc enim tantùm abest vt lege Cornelia puniatur, vt nec vllo quidem modo in ius vocari ciuili actione possit. Secundus est, quando seruus domino aggresso suppetias non tulerit[q]. Tertius est quando seruus dum forsitan pro culpæ modo cæditur, casu forsitan moriatur[r]. Atque hic est primus dominicæ potestatis effectus: sicut & hic quidem secundus est, quo quicquid seruus iustè acquirit, id domino suo acquirere intelligitur[s]. Neque enim seruus ex iniusta causa domino quicquam acquirere potest: quia id solum possumus, quod possumus honestè[t]. Nam ideo lex acquiri domino per seruum ait, quia fingitur seruus eadem persona cum domino[v]. At nunquam fictioni locus est, nisi ad sit æquitas[x]. Ideo quoque acquiritur domino per seruum, quia id ex virtute legis prouenire solet, quæ lex nihil improbatum continere potest. Vnde lex generaliter acquisitioné per seruum domino concedens, restringi quoque debebit, ne quid iniquum contineat[a]. Idémque in filio receptum est, vt quod ex fœneratitio cõtractu acquisierit, patri minimè acquisisse censeatur[b]. Idémq; & in eo qui iurat se statuta ciuitatis seruaturum, videtur eo ipso iurare se ea quę iusta sunt seruaturũ promittere[c]: Tertius effectus est, ne seruus in domini sui caput torqueri possit[d]: tum ne alioqui testimonium ferat, etiam in ciuilibus[e], ne ve arbiter[f] aut iudex esse queat[g]. Lege enim prohibetur non quia iudicium non habeat, sed quia receptum est ne ciuilibus fungatur officiis.

SINE CAVSA LEGIBVS COGNITA.) Hincque ad eam quæstionem infertur, qua dubitatum est nunquid is qui aliquem non offendere promisit, possit à sua pactione discedere, si quidem alter ea lege in exilium eiiciatur ne vnquam in ciuitatem reuerti possit, quin liceat offendere. Et Bartolus disputando asseruit[h] licitum esse pactionem non seruare. Hoc amplius dixit, si ego tibi iniuriam aliquam remisero, quum alioqui te impune offendere possem, conueneritque inter me & te, ne vnquam te accusare possim: si tamen aliquid dignum animaduersione admiseris, licebit à pactione resilire, & te accusare[i], cùm lex hoc ipsum videatur permittere, cuius permissio priuatorum conuentione infringi non potest[k]. His consequens est, vt nec in canonem latæ sententiæ incurrat, qui clericum in crimine deprehensum occiderit. Neque enim tum iniuria irrogatur ecclesię, cùm is se dignum præbuisse videatur. Atque ita quãdoque Baldus[l] docuit, & ab omnibus receptum est.

§. Sed & maior asperitas.

QVI AD AEDEM SACRAM.) Regula est neminé ab ecclesia esse extrahendum[m], præterquam si tale quidpiam admiserit quis, quod capitalé animaduersionem mereatur[n]: id quod iure ciuili constitutum est: iure tamen canonico nemo omnino extrahẽdus est[o], nisi delictum in ecclesia commiserit: vel nisi sint publici latrones, aut depopulatores nocturni: id quod & in eo cui sacris interdictum est, & eo qui à religione Christiana abhorret receptum

m l. 1. §. difficiam⁹. de iis qui sunt sui vel alieni iuris.
n d. l. 2. in fine. & l. 2. ff. de his q sũt sui vel alie. iur.
o l. inde Neratius. §. si dolo. ad leg. Aquil. l. 1. §. 1. de sicariis. l. qui seruũ. ff. de act. & oblig.
p l. marito. ff. ad le. Iul. de adult.
q l. & si certus. ff. de senatusc. Syllanian. vbi dicitur quòd dominus in familiam suam potest animaduertere.
r Caius in tit. de iur. pers.
s § 1. & per to. per quas person. nobis acquiritur. vbi dicemus.
t l. nepos Proculo. ff. de verbo. & re. sig.
v §. ei verò qui inf. de inut. stipula.
x l. sciendum est. l. denique. l. nec vtilem. ff. ex quibus caus. mat.
a l. scire oportet. §. cõsequẽs & §. aliud. de excusat. tut. Hæc Modestini lex Græca cuius initium est. ὑποϑήκας χρὴ.
b glo. in l. cum oportet. C. de bonis qua lib.
c not. in cap. 1. de iureiur. lib. 6.
d l. 1. et ibi. doct. ff. de quæst.
e auth. si testis. C. de test.
f l. parui. aliàs Pedi⁹. §. 1. ff. de arbit.
g l. cum prætor. ff. de iudic.
h Barto. in sua disput. quæ incipit, Lucana ciuitatis statuto continetur. & in d. l. qui seruum. de verbo. oblig. & l. quidam. §. 1. de lega 1.
i arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati
k l. ius publicũ. ff. de pact. l. nec ex prætorio. & ibi Decius not. ff. de reg. iur.
l Bal. in d. l. quid ergo. §. 2. ca. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. Fab. & Aretinus.
m Rubr. de iis qui ad eccle. confug. & l. 2. C. eod.
n auth. de manda. princi. §. neque autem homicidis colla. 3.
o cap. vlt. de immunita. eccle.

receptum eſt[p]. Neque id in eccleſia tantùm locum habet, ſed & in cœmeterio[q]: idémque in eccleſia interdicta vel nondum conſecrata. Idémque eſt ſi muris matricis eccleſiæ ad quadraginta paſſus hæreat[r], ſicut & in non matrice ad triginta. Sed cui permiſſa erit extrahẽdi poteſtas his caſibus quibus quem extrahere licet? Et verius eſt vt iudex id poſſit[ſ]. Sed pone, dominus petit ſeruum ſuum ſibi reſtitui pendente lite ſuper ſæuitia: nunquid audietur? Et receptius eſt, vt ſi probabilis ſit domini ſæuitia, vt nec reſtitui debeat[t].

VEL AD ſtatuas principum.) Qua ratione immunitate gaudebit, qui ad euchariſtiam cùm ad ægrum deferetur, confugerit. Si enim ad ſtatuam principis confugienti immunitas concedi videbitur: quanto magis ei qui ad dominicum corpus acceſſerit, polliceri debet? quod rectè Hoſtienſis cenſuit, nec Fabro diſplicet[v].

COGANTVR.) Atqui quilibet moderator eſt & arbiter ſuæ rei[x], adeò vt nec ad venditionem nec ad emptionem quiſquam cogendus ſit[y]: quod verum eſt modò non abutatur. Ex cauſa enim illi regulæ locus non eſt[z]. Videmus enim parentem aliquando cogi vt filium emancipet, ſi quidem probabilis ſit illius ſententia[&], ſicut & ſocietatem dirimi quæ cum homine rixoſo coita ſit[*], quod eleganter Alciatus proſequitur[*].

SED ET dominorum intereſt.) Fortunæ enim imperium tantũ eſt in rebus humanis, vt qui nunc liber eſt, poſſit facilè ſeruus effici[a]. Intereſt igitur dominorum, vt aduerſus violentiam auxilium impetretur, ne ſi fortè in eundem caſum domini inciderint, immitius cum eis agatur[b]. Videbatur tamen lex non ſine graui ratione ius vitæ & necis domino in ſeruum dediſſe, tum vt hi qui ſeruitutem ſeruiebant, continerentur in officio: tum vt qui nõdum ſubiecti eſſent, diligenter viderent, ne ſua culpa iugo ſubiicerentur. Sed quia hac iuris gentium authoritate nonnulli abuſi ſunt, ideo bonum viſum eſt legiſlatoribus eorum violentiam coërcere ac reprimere. Quod ratione in patre conſtitutum fuerat[c]: cui vitæ & necis poteſtas permiſſa erat in liberos, ea ſcilicet ratione, vt quos pietas ad parendum non moueret, ſaltem magnitudo ſupplicij deterreret. Verùm id poſtea mutatũ eſt, cùm patriam poteſtatẽ in pietate magis, quàm in atrocitate cõſiſtere debere diuus Adrianus reſpondit[d]. Nec iam liberos occidere, vt olim, ſed exhæredare patribus licet[*].

Titulus de patria poteſtate.

Superiori titulo tractatum eſt de ea poteſtate quam iuris gentium authoritas dominis permiſit. Hic autem dicitur de ea quæ à lege ciuili proficiſcitur[e], datúrque patri vel auo paterno in eos quos ex iuſtis nuptiis procreauit. Nam vt mater[f], aut auus maternus[g] nullos filios, ita nec pater filios naturales tantùm aut illegitimos in ſua tenet poteſtate[h]. Ea enim poteſtas tantùm ex iuſtis nuptiis deriuatur. Ab eo autẽ iure, quẽadmodum & à dominico, multiplex effectus prodire poſſet: id quod latius Accurſius diſputauit[i].

Nuptiæ autem ſiue matrimonium.

Nuptiæ ergo ab obnubendo ſic appellatæ[k], (quas etiam à matris nomine non iam adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcẽdo rectè matrimonium appellaueris[l]) ſunt viri & mulieres coniunctio legitima, non ſocitate corporum (quamuis & hoc quoque) tantùm, ſed voluntatum conſenſu[m] vero ac ſobrio, non per inſidias, per lenones ac lenas inter ſtultos ac temulentos exorto, ſed ex patris[n] & amicorum authoritate adhibita[o] atque vis animis comparata, vt ſit perpetua, etiam ſi vel patrem vel matrem hac de cauſa relinquere oporteat[p]. Vſque adeò enim indiuiduum eſt inter ſic coniunctos totius vitæ conſortium, vt maritus ſui corporis dominus non ſit, ac viciſſim ius vxorij corporis penes maritũ reſideat[q]. Neque verò dum ita coëunt coniugia, quis velit ominari diuortium. Nemo enim contrahit matrimonium,

c. iiij.

p Faber hîc.
q d. cap vlti.
r 17. q. 4. ca. frater.
ſ d. §. neque autem homicidis. in d. auth. de man. princip.
t arg. ca. ex parte. de reſti. ſpolia.
v Faber hîc in verbo, ſed gaudebit.
x l. in re mãdata. C. mandati.
y l. nec emere. C. de iure deliber.
z d. l. 1 & l. 2. ff. de iis qui ſunt ſui vel alien. iur.
& l. ſi lenones. C. de epiſco. audien.
* l. ſi cõuenerit. ff. pro ſocio.
* Alcia. lib. 1. ff. de verb. ſignifi. Papina. 17.
a Macrob. lib. 1. Saturna. cap. 11.
b arg. l. diuus. ff. de milita. teſta. & §. planè. infrà de milit. teſta.
c Bud. in l. manditum. de ſicariis. l. in ſuis. in fine. de libe. & poſthu. Gellio lib. 5. ca. 19.
d l. diuus Adrianus. de parrici.
* Paulus in d. l. in ſuis. de libe. & poſthu.
e l. nam ciuium. & l. ſeq. de iis qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſic eueniet. ad legem Iul. de adul. §. vlti. infrà. qui. mo. ius pa. po. ſol.
f l. ſi maritus. C. de pa. po. §. vlt. infrà tit. noſtro. §. ius autẽ. ſuprà tit. proxi.
g §. fœminæ. infrà de adoptio. gl. in verb. parẽtes. infrà d. §. 1.
h l. lex natura ff. de ſtat. ho.
i gl. magna. in d. §. ius autem, dixi ſuprà tit. proxi. in §. in poteſtate.
k Alcia. in l. taberna. de ver. ſignifi.
l Gellius lib. 18. ca 6.
m l. nuptias. de reg. iur.
n §. 1. infrà tit proxi.
o Vide Eraſmũ in annot. ad 7. ca. 1. ad Corint. & in li. de Chriſtia. matri.
p Matth. ca. 19.
q 1. ad Corint. ca. 7.

nisi hoc animo, vt sit perpetuum. Quòd si, vt sunt res humanæ, incidat necessariò, vt repudij atque diuortij remedio ex causis legitimis[r] vtendum sit, non fit iniuria sacramento si pactorum necessi[s]tati succurratur. Vt enim pactorum priuilegium non irritat legé generalem, ita pactorum infœlicitas nó vitiat commune sacramentum[t]: quod eleganter Cantiuncula prosequitur.

EST MVLIERIS & viri coniunctio.) Nuptias enim consensus facit, nó concubitus[v]. Neque quilibet cósensus sufficit, sed voluntarius & spontaneus: alioqui coactus matrimonium vitiaret[v]. Licet enim voluntas coacta sit, voluntas tamen est[x]. Id obseruatur vbi lex simpliciter consensum desiderat: alioqui vbi lex consensum cum adiuncto requirit, vtpote liberum consensum, tunc voluntas coacta voluntatis nomé emereri nó potest[y]. Neque quicquam retulerit si quis causam huic metui præbuerit[z]: licet in aliis qui causam metui dederat, sibi imputare debeat[&]. Sed cùm nihil magis contrarium sit consensui quàm error[9], nunquid per errorem consensus vitiabitur? Et receptius est[a], errore conditionis vel personæ vitiari. Quo fit, vt qui liberam docere se existimans, ancillam duxerit[b], non videatur ritè matrimonium contraxisse, sicut nec qui Titiæ fidem dare volens, Semproniam desponderit[c], sicut & in errore qualitatis, vt quia sit deformis, quæ mea sententia formosa credebatur, receptius est matrimonium non impediri, atque ita omnes communiter docuerunt.

Indiuiduam vitæ consuetudinem continens.

Matrimonium ergo semel contractum, nullo modo dirimi potest[d], quod obtinet[e] vbi copula carnalis subsecuta est, alioqui vel vno ex coniugibus ad monasticam vitam accedente[f], vel à summo pontifice dissolui poterit[g]. Si tamen mulier tam arcta sit, vt mulier fieri nó posit[h], permittitur à matrimonio digresio, idque post triennium[i], si alterum ex coniugibus ad Venerem ineptú non constiterit. Idem erit si duo Christianæ religionis expertes simul iuncti sint, altérque ex coniugibus ad religionem Christianam cóuolarit, illi enim pontificum constitutionibus alteri licebit impuné nubere[k]. Sed id ideo fieri crediderim, quòd nó esset inter[l] eiusmodi matrimonium. Etenim cùm matrimonium deo authore constitutum sit, consequens est vt inter eos qui persuasionis Christianæ sunt participes, tantummodo consistat. Quod auté subiicit hoc loco Accursius[m], mancam esse videlicet matrimonij quæ hîc traditur definitionem, vt cui necessariò ea particula adiungenda sit, diuini & humani iuris communicatio[n], alioqui concubinatus excludi non posset, nugamentum est. Cùm enim ij qui inter se mala consilia agitant[o], consentire nó videantur, nec dicamur aliquid posse nisi quod honestum est[p], nó potest dici animorum esse coniunctionem inter masculum & concubinam: cùm hodie iure pontificum quilibet coïtus extra matrimonium illicitus sit, vt Aretinus hîc rectè docuit, in cap. nostram. de hæreticis, in Clementinis, & Canonistæ omnes.

.§. Ius autem potestatis.

QVALEM nos habemus.) Nisi in orbe Romano sint[q], vel nisi ciuitate Romana fruantur[r]. Huius autem patriæ potestatis multiplices sunt effectus. Nam citra parentis consensum filius voto vel pollicitatione non obstringitur[s]: sicut nec codicillos facere, nec testari, eo etiam cósentiente, potest[t]. Sed nec mortis causa donare poterit[v] citra patris cósensum. Quin & illud receptum est, vt in matrimonio iure ciuili patris cósensus exigatur[x]. Ad eundem modum filiofamilias tutor dari non poterit[y], præterquá si pater deportatus sit. Patria quoque potestas modicam patri coërcionem in filium attribuit[z].

r l. consensu. C. de repud.
s Erasmus in d. c. 7. Alcia. in l. inter stuprum. §. diuortium. de adulter.
t l. nuptias. de reg. iur. & ibi Decius no. l. cùm fuerit. ff. de condi. & demõ.
v ca. veniens, & cap. cùm locum, & ca. tua nos. de sponsa. & matri.
x l. si minor. §. penul. quod me. causa Elegáter Decius in ca. velle non creditur. de reg. iur.
y no. in l. interpositas. C. de transact. per Iasoné & Alciatum.
z Canonista ca. abbas. & ff. de his qua vi metú vé fiunt.
& ca. veniés. de spons. & matri. l. si mulier. in prin. l. nec timorem infamia. ver. pinde si quis in furto. quod me. causa.
9 l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iudi.
a Porc⁹ hic in gl cõuẽtio.
b cum ancillis. C. de incest. & inutil. nupt.
c ca. tua nos. de sponsa.
d Matth. ca. 19.
e cap. ex publico. de cõuer. coniuga.
f ca. veniẽs. de cõuer. cõiu.
g l. Deo nobis. de episcop. aud. C.
h ca. 1. de frig. & malef.
i ca. laudabilem. eo. tit. de frig. & malef.
k cap. quanto. cap. gaudemus. de diuort.
l Quẽadmodum inter seruos erat tantum contubernium. l. cum ancillis. C. de incest. & inut. nup.
m gl in ver. idiuiduã ĩ fi.
n l 1. de rit. nup. ff.
o arg. l. conuenticula. C. de epi. & cler.
p l. nepos Proculo. ff. de verbo. signi. dixi in §. in potestate. supra tit. proxi.
q l. in orbe. de statu ho. & vide omnino Alcia. li. d spunc. 2. ca. 21. & 22.
r glo. in ver. sui. in princi. supra de iis qui sui vel alie. iur. sunt.
s l. si quis reip. §. voto. ff. de pollicis. l. 1. ff. ad Macedo.
t l. pe. & vl. C. qui testa. fa. pos. l. cõficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codic. v l. sãis qui. §. 1. & ibi gl. & Bal. ff. de dona. cũ mor. x §. 1. infra ti. proxi. y l. vlt. C. de cura. furio. z l. 1. C. de emẽ. ppi. l. si filio. C. de pat. pote.

Item filiusfa. institutus hæres, si infans hæreditate non adita decesserit [&], pater eam hæreditatem iure patriæ potestatis adipiscitur. Qua ratione pater filium necessitate vrgēte vendere potest [a]: ergo & obligare poterit [b]. Nam & lex municipij extendi debet vbi maior ratio id suadet [c]. Matri verò nec ob famem, filium vendere licet, cùm in illius non sit potestate [d]. Sed nec filiusfamilias patrem in ius etiam venia à prætore impetrata vocare poterit [e]. Quo fit vt nec filio litem vnquā mouere possit [f]: quod ipsum præter patriæ potestatis prohibitionem rationem quoque habet. Cùm enim in iudiciis quasi contrahatur [g], censeatúrque pater cum filio vna & eadem persona [h]: ne vnam personā sibi obligari contingat, iura constituerunt ne vlla lis per patrem filio inferri posset. Quæ ratio effecit vt nulla ciuilis obligatio inter patrem & filium cōstare posit [i], præterquam in certis casibus, quos alij attigerunt [k]. Hinc fit vt nec filiusfamilias litigare posit [l], nisi id ei nominatim à patre mandatum sit (neque enim mandatum generale sufficeret) præterquam si vel tutor vel curator constitutus esset [m], vel alicuius esset constitutus curator [n]. Idem si de ea causa lis moueatur, cuius vsusfructus ad patrem non pertinet [o]. In causa quoque criminali etiam patre non assentiente, filium quoque familias in iudicio consistere receptissimi iuris est [p]: quod & ad inquisitionem extenditur. Sed & præiudiciali actione pater filium in potestatem reuerti compellere potest: quod inferius attingemus [q].

IN POTESTATE tua non sunt.) Vnde & soror ob eam differētiam est appellata, quòd quasi seorsum nascitur, separatúrque ab ea domo in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur [r].

Titulus, De nuptiis.

Cùm superiore titulo dictum sit, eos esse in parentis potestate, qui ex iustis nuptiis procreati sunt [s], operæprecium fuit videre quænam essent illæ iustæ nuptiæ à quibus huiusmodi potestas proficiscitur. In nuptiis autem contrahendis legitima ætas in pubertate esse intelligitur [t], quæ hodie nō vt in testamētis & tutelis decimoquarto anno in viro [v], duodecimo in muliere æstimatur, sed ex vi & potestate coëundi: id quod hodie iure pontificum receptū est [x], cui leges hac in parte nuptiali subscribere non dedignantur [x]. Vix est tamen vt affirmare audeamus à viro mulierem iniri posse ante decimumquartum annum. Vnde affirmant plerique nuptias ante id temporis contractas subsistere non posse: id quod etiam nunc forensis vsus obseruat. In sponsalibus autem septem annorum ætas requiritur [z]. At ne quis miretur sponsalia à nuptiis diuerso iure censeri, consideret matrimonium ea gratia suscipi, vt ex mutuo coïtu liberi nascantur [&]: vnde ante id tempus lex eos ad generandum ineptos esse existimat. At in sponsalibus solus consensus sufficit [a], sicut & in matrimonio, licet aliò tendat. Ad id enim sponsalia cōtrahuntur, vt superueniente legitima ætate matrimoniū perfici posit [b]. Porrò nō omnibus matrimonium contrahere licet [c]. Ecce enim seruus dominica potestate prohibente lege ciuili matrimonium contrahere non potest. Qua in re legi ciuili à canonibus derogatum est [d]. Seruis enim, sicut & aliis nubere licet, modò id citra sui domini iniuriam facere videantur [e]. Sed & patria potestas facit vt nec filio tam facilè contrahere liceat [f]. Vndè ciuili ratione, quia est in potestate, assensus patris desideratur [g], sicut & naturali, quæ filios parentibus parēre iubet [h]. Ast hodie cùm in nuptiis solus contrahentium consensus exigatur [i], constitutionibus pontificum id immutatum est: licet honestius facturus sit, qui in matrimonio parentum consensum expostulet. Exiguntur autē tria quæ matrimonij bona dicuntur. In matrimonio nempe sunt proles, fi-

& no. in l. si infanti. C. de iu. delib.
a l. 2. C. de pat. qui fil. distr.
b arg. l. cui licet. de reg. iur.
c Porc' in expeditione glossa magna.
d §. fœmina. infr. de adopt.
e l. qui in potestate. C. de in ius vocando. & ibi Alciatus notat Aretinus in effectu glossa magna.
f Angel' hic. & l. lis nulla. ff. de iudiciis.
g l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio.
h l. vlti. de impub. & al. substit.
i §. itē inutilis. infra de inutil. stipula.
k no. in d. l. lis nulla.
l l. vlt. §. 1. C. de bo. qua lib.
m Pulchrè Angelus hic.
n ca. generaliter. de procur. lib. 6. Aretinus hic.
o l. vlti. §. sin autem. C. de bo. qua lib.
p l. clarū. C de autho. præstan.
q §. præiudiciales. infrà de actionibus.
r Gellius lib. 13. ca. 11.
s §. 1. suprà de pat. potest.
t hoc §. & cap. puberes. de desponsa. impu.
v §. 1. in qui. mo. tut. finia. & l. minor. ff. de minor.
x d. cap. puberes.
y Iason hic elegāter in additionibus ad Porcū, & Porcus arg. ca. vltimi, de secundis nuptiis. Decius in regula, nuptias.
z ca. 3. de sponsali. & l. in sponsalibus. 9. ff.
& ca. vlti. de cōdit. appo. nam fides & proles & sacramentum tria sunt bona matrimonij.
a Porcus in glo. viripotentem.
b cap. 1. de desponsa. impu. lib. 6
c l. cū ancillis. C. de incest. & inutil. nupt.
d cap. 1. & ibi glo. de coniugio seruorum.
e d. gl. in d. ca. 1. quod intellige tu domino sciente & non contradicente.
f l. Paulus. ff. de stat. ho. l. 2. de rit. nupt. l. vidua. & l. in coniunctione. in princip. C. de nupt.
g Expressus vel tacitus. l. in sponsalibus. 1. l. si vt proponis. 1. C. de nuptiis.
h l. 2. ff. de iustitia & iure.
i cap. cùm locum. de sponsa. cap. cùm causam. de rapto. cap. sufficiat. 27. q. 2. in glos. T. 32. q. 3. hoc sanctum in glos. Iason hic in addit. ad Porcum.

des, ſacramentum: quorum ſi alterum deſit, vitiatur matrimonium [k]. Quare rectiſsimè cenſuit Porcus [l], matrimonium ab eo qui eſt deploratæ ſenectutis, contractum, ſubſiſtere non poſſe, cùm is ad procreandum inhabilis exiſtat. Nam ea ratione anſa delicto præberetur [m], vtpote inutili confricationi. Omitto quòd mulier corpus ſuũ ſub ſpecie matrimonij cõmittere poſſet [n]. Nec me mouet quòd Iuſtiniani cõſtitutione [o] id permiſſum ſexagenariis videatur. Nã ibi adhuc aliqua ſpes procreãdæ ſobolis ſubeſſe poteſt, niſi ſiquis illud in teſtamento magis procedere intelligat, cùm illic nulla materia delinquendi præbeatur. Atque ita Porco videtur [p].

.§. Ergo non omnes.

Cùm igitur matrimonium ſecundum præcepta legum fieri debeat [q], nõ omnes nobis vxores ducere permittitur. Inter parentes enim & liberos matrimonium prohibetur, etiam in infinitum. Porrò meminerimus hoc loco parentis appellationem, ſicut & liberorum, in infinitum protendi [r]: ſ[i]dque benigna legis interpretatione admiſſum eſt, licet propria verbi ſignificatione ad tritauum tantùm extendatur [ſ].

VT ETIAM diſſoluta adoptione.) Atqui videtur matrimonium permittendum, cùm per adoptionem diſſolutam efficiatur extranea [t]. Sed publica honeſtas aliud ſuadet [v], quæ in copulandis ſemper inſpiciẽda eſt [x]. Huc pertinet, quòd inhumanum eſſet eam habere vt vxorem, quam aliquanto tempore vt filiam habueris [y]. Nam & adhuc reliquiæ quædam patriæ poteſtatis durare videntur [z]: quæ res efficit vt inter tranſuerſales huiuſmodi [&] obſeruationem tam perfectè támque rigidè non exigamus. Porrò adoptiuus filius ſi emãcipetur, vxorem patris ducere prohibetur [•], quia nouercæ locum habet. Sed matrem patris adoptiui illi ducere permittitur [*], cùm nec auiæ nec nouercæ locum obtineat: quod Iaſon hîc docuit [†].

.§. Inter eas quoque.

POTERIS eam vxorem ducere.) Neque enim huius prohibitionis eſt cauſa perpetua, cùm adoptio non ius ſanguinis, ſed ius agnationis attulerit [a], tametſi in emancipationis tempus ſtipulatio inutiliter & contra bonos mores conferatur [b]. Atque hæc differentia inter naturalem prohibitionem & merè ciuilem recepta eſt.

.§. Fratris.

SED NEC NEPTEM.) Immò nec proneptem [c], quoniam parentis loco ei ſunt quod Iaſon aduerſus Aretini [d] ſententiam rectè docuit: nec diſſentit Cãtiuncula. Hincque infertur legem municipalem quæ in filia loquitur, in nepte quoque locum habere [e], etiam ſi in exorbitãti materia filiæ mentio fiat: quod alibi [f] latius attingitur.

.§. Eius verò mulieris.

VXOREM DVCERE.) Cùm enim certa ſit iuris ciuilis regula cautum [g], eas tantùm perſonas per adoptionẽ cognatas fieri, quæ per eam agnaſcuntur, non poteſt huius adoptiuæ ſororis tuæ filia cognatione legali te contingere. Neque enim potuit tibi filia agnaſci, niſi per matrem, ſi in eius eſſe potuiſſet poteſtate [h]. Quod cùm iure negetur, palàm eſt eam nec naturali, nec ciuili iure tibi agnatam eſſe factam [i]. Idémque eſt in filia arrogati emancipata. Neque enim videtur in tui patris poteſtatem tranſiſſe [k]: quod tamen in legitima nondum emancipata locum non habet. Nam & hæc cum patre in arrogantis poteſtatem tranſiſſe dicetur: vnde conſtante adoptione illam vxorem ducere prohiberis [l].

k Elegãter Decius in reg. nuptias.
l ca. fin. de condi. appo. 27. q. 2. c. omne. adde ex allegatione Porci ad hũc locum c. nuptiarum. d. 27. q. 1. glo. tardiſsimè in ca. puberes. de deſpõſ. impu.
m Porcus in fin. gloſ. ver. viripotens, hoc tit. l. omnino. ff. de impen. in reb. do. & l. cõueniri. de pac. dot. & l. ob res. d. tit.
n contra. l. conueniri. de pact. dot.
o l. ſancimus. 2. C. de nupt. l. ſed eſt quæſitum. ff. de libe. & poſthu.
p Porcus hîc.
q §. 1. ſuprà eo. tit. ibi, qui ſecundum legum præcepta coeũnt.
r arg. glo. notata in verbo parẽtes. in l. quique. ff. de in ius vocan. hoc verbo, in infinitum.
ſ l. iuriſconſultus. §. parẽtes. ff. de grad. affini. & nomi. eorum.
t l. quinetiam. §. vlt. ff. de rit. nupt.
v Petrus de Bella pertica hîc.
x l. ſemper in coniunctionibus. de ritu nup.
y l. ſi quis alumnam. C. de nuptiis.
z l. vnius. §. ſeruus in caput. ff. de quæſtio.
& Porcus hîc in ver. ibi nota inter fratres & ſorores.
• l. adoptiuus filius de rit. nup.
* l. qui in adoptionem datur. de adopt. & eman.
† Iaſon in addi. ad Porcũ.
a l. qui in adoptionem. de adoptio.
b l. ſi quis poſthumos. §. vl. de libe. & poſthu. l. ſi ſtipuler. §. 1. de verb. oblig.
c l. ſororis pronepotem. de rit. nupt.
d Iaſon ĩ addi. ad Porcũ.
e l. filium habe. ad Mace.
f Barto in l. liberorum. de verbo. ſignifi.
g d. l. qui in adoptionẽ. l. ſi qua mulier. §. vlti. de rit. nupt.
h §. illud. infrà de adoptio. l. ſi pater ff. de adopt. in principio.
i d. l. qui in adoptionem.
k d. § illud.
l ſuprà hoc tit. §. inter eas.

§. Duorum

§. Duorum autem fratrum.

Quanquam lex ciuilis[m] inter consobrinos matrimonium habeat legitimum, siue ex duobus fratribus, siue ex duabus sororibus, siue ex fratre & vxore nati sint, tamen lex pontificia[n], quam in hac parte sectandam suprà aperuimus, id prohibet ac reiicit, quod omnes communiter approbant[o].

§. Item amitam.

Admonuimus semel atque iterum adoptatũ omnibus adoptantis agnatis non cognatis agnasci solere[p]: hincque consequens, vt amitam adoptiuam ducere non possim, duplici ratione. Priore, quòd illa patri meo qui in aui potestate residet agnascatur, & per patrem eam quoque mihi agnatam fieri necesse sit. Altera, quòd natura duce eam vxorem habere prohibeor, non secus ac materteram. Etenim personæ istæ inter superiores transuersales propinquum gradum obtinentes, habentur vice parentum[q]. Sed nunquid auunculam aut materteram adoptiuam habere liceat? Et rarius est vt adoptêtur[r], nisi si nepotem ex filia, ceu ex filia neptem quis adoptauerit, & alium extraneum filij vice arrogauerit. Hic enim adoptanti agnatus, nepotis agnatus erit, & auunculus[s].

§. Affinitatis.

Commemorauit hactenus præcepta legum, quæ propter cognationem naturalem & ciuilem[t], aut propter cognationẽ ciuilem tãtùm[v] matrimoniũ impediunt: in præsentia ostẽdit idem quoque iuris propemodũ in affinitate existere. Sed vt res omnis facilius pateat, sciendum est qui dicantur affines. Et Modestinus[x] ita definiuit, vt sint viri & vxoris cognati, dicti ab eo quòd duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius finem accedit. Nãque coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptiis. Hactenus Modestinus. Lege enim ciuili affinitas ex iustis tantùm nuptiis oritur, licet pontificia lex id immutarit[y], quæ etiam ex illicito coïtu affinitatẽ oriri voluit. Sed quî fit vt inter virum & vxorem matrimonium subsistat, cùm vxor affinitatem inducat? Et Accursius[z] respõdit vxorem non esse affinem, sed affinitati causam præbere, sicut nec vnitas numerus est, sed numeri principium. Contrà Porcus[&], idque ex affinitatis definitione. Nam & vxor sicut & reliqui alij ad fines alterius tendit. sic & cùm ipsa sit causa affinitatis, consequens est vt & ipsa quoque sit affinis, sicut & princeps familiæ de familia esse dicitur[•]. Fateamur igitur necesse est esse affinem. Nec nos mouerit[*] quòd affinitas matrimonium impediat: id enim de affinitate quæ matrimonium præcesserit, intelligi debet, alioqui vbi vno eodémque tempore affinitas cum matrimonio contrahitur, nihil oberit: quia non est affinitas nisi matrimonium præcesserit[*]. Qua ratione nec inter sponsos propriè affinitas consistere potest[a]. Vnde lex municipij quæ affinitatis meminit, in sponsis locum habere non intelligitur.

PRIVIGNAM.) Priuigna non solùm dicitur ea quæ vxoris est[b], sed[c] & ex ea neptis ac proneptis: sicut & nurus appellatio non tantùm filij vxorem[c], sed & nepotis & pronepotis continet: quorum vxores etiam pronurus appellari possunt. l. nurus. de verbo. signifi.

Quia duas vxores eodem tempore habere non licet.

Alioqui infamia notabitur[d]. Idémque in eo qui spõsalia bina contraxerit, receptum est[e]. Sed nec iure ciuili duas concubinas habere licebat[f]: non tamen infamia eum manebat. Idémque est & si quis cum vxore cõcubinam habuerit[g]. Sed huic regulæ locus non est vbi iusta erroris causa aliud suaserit[h]: vt ecce renunciatum est mulieri maritum qui diu absuerat, occubuisse, eáque alterius viri nuptias sectari cœpit: nunquid si maritus reuertatur, effi-

m l. celebrandis. C. de nup.
n ca. vl. & ca. nõ debet. de consang. & affinita.
o Porc⁹ hic in notabili. & Ias. in addit. ad eundem. Aretin⁹ & Faber hic.
p d. l. qui in adoptionem. ff. de adopt. & l. si qua mihi. §. adoptiua. de rit. nupt.
q glo. vlt. hic.
r d. §. adoptiua.
s glos. in d. §. adoptiua. in verbo, nemo fit.
t §. ergo. §. inter eas. §. fratris.
v d. §. ergo. ver. & adeo.
x l. non facile. §. affines. de gradi & affini. & no. cor.
y ca. super eo. ca. ex liberis. & ca. seq. de eo qui cog. consan. vxo. sua.
z glos. affinitatis.
& Porcus in explicatione d. glos. affinitatis.
• l. familia. de ver. signifi.
* arg. l. si post mortem. de lega. 1.
a glo. in ver. affinitas. in l. quod Seruius. de cõdict. caus. da. Ias. in addit. ad Porcum.
b l. adoptiuus. §. vl. de rit. nupt.
c d. l. adoptiuus. § penul.
d l. 2. C. de incest.° & inut. nupt.
e l. 1. sub fi. de iis qui not. infam.
f auth. de trien. & semis. § si verò effusa concupiscentia (aliàs, si antẽ confusa) ita sit, &c.
g l. vnica. C. de concubi.
h §. si verò incertũ sit. authen. de nup. cõtra cap. in præsentia. de sponsa.

cietur infamis? Et æquissimè Porcus [i] eam excusandam esse censet. Sed pone mulierem falsò ementitam mortem prioris mariti: nunquid cogenda est vt ad maritum priorem reuertatur? Et verius est vt redire debeat [k]. Iam enim detegitur secundi matrimonij fallacia, quę indicat secundum matrimonium nullius momenti extitisse [l]. Benignius quoque fuerit censere liberos ex huiusmodi matrimonio procreatos, illegitimos non esse, partim quòd communi hominum errore iustum esse putabatur [m] matrimonium, partim quòd color matrimonij rem excusat.

§. Socrum quoque & nouercam.

Socrus appellatione [n] non tātùm vxoris meæ mater, sed & auia & proauia intelligitur, vt nullam earum ducere possim [o]. Nouercam verò quoque hoc est patris sui, vel aui sui, vel proaui vxorem habere nullus [p] potest.

Dissoluta demum affinitate procedit.

Affinitas ergo etiam dissoluto matrimonio durare intelligitur quo ad matrimonij prohibitionem: quod ipsum publica honestate [q] receptum est. In aliis autem receptius est, vt id non obtineat [r]. Vnde & pro affinitate præsenti tantùm postulare licebit [s]: sicut nec soror affinitate durante in ius sine venia vocari poterit [t]. Qua ratione si lex municipalis in agnatos cōpromittentium mandet, de affinitate nondum dissoluta id intelligi debebit [v]: quod Aretinus hîc bellè prosequitur.

§. Mariti.

Non quemadmodum soror adoptione fieri consueuit [x], ita etiam per affinitatem solam, nulla accedente sanguinis coniunctione soror ac frater existere possunt: vnde à matrimonio inter eos contrahendo arceri non debent. Etenim vt affinitatis initiū fit in personis quæ non ipsæ affines sunt, sed coniungendæ affinitatis causa legitimè coëunt [y], ita etiam ad eos qui antea nati sunt, ipsorum, nō etiam mariti & vxoris respectu porrigitur affinitas. Solùm enim inter virum & vxoris consanguineos, tum inter vxorem & consanguineos viri contrahitur affinitas [z]. Hanc autem commoditatem afferre solet affinitas, quòd agnati & consanguinei vxoris liberis deficientibus præferuntur in successione viri [&]: sicut & vxor quæ adhuc viuit: quemadmodum concubina fiscum excludit [*]. Item tutor in bonis pupilli †, socius quoque in bonis socij, quòd eleganter Iason hîc prosequitur *.

§. Si vxor tua.

SE ABSTINVERINT.) Nam propter animi destinationem [a], atque honestatem mutui consensus, qui maximè nuptias facere videtur [b], honestius est si ab huiusmodi nuptiis abstineamus.

§. Illud certum est.

Quapropter iure ciuili serui pro nullis habentur [c], seruitutémque mortalitati ferè cōparamus [d]: tamen est quædam inter seruos cognatio, quæ à matrimonio eos arcere videtur. Atqui videbatur aliud statuendum, cùm ex seruitutis iugo ius illud cognationis adeò pereat, vt nec si quidem manumissus fuerit, ad illud reuertatur [e]. Ipse crediderim illud in tutelarū & successionis iure obtinere [f]: attamen cùm exploratum sit quo ad ius naturale omnes homines æquales esse [g], iuráque sanguinis nullo iure ciuili dirimi possint [h]: non dubium est quin hoc casu seruiles quoque cognationes sint obseruandæ. quod Accursius hîc docuit [i], nec aliis displicet.

i Porcus in 3. notabili.
k auth. vt lice. matri & auia. §. quod autē. coll. 8. l. vxores. ff. de rep. l. vxor. C. d. tit. l. miles. §. mulier. ff. ad le. Iul. de adul.
l arg. cap. fraternitatis. de frig. & maleficia.
m arg. l. Barbarius. ff. de offic. prato. l. 1. C. de testi. glo. ord. in d. l. miles. glo. in d. l. miles citat c. 1. 30. q. 1. sed nihil aut parum facit ad hunc locum. authē. verò citabat ea. per bellicam, quod nusquam apparet.
n l. adoptiu. §. nūc videamus. ver. itaq; socrus. de rit. nupt.
o Ibidem de rit. nupt.
p Hoc §. socrum quoque.
q l. semper. ff. de ritu nupt. Dixi in §. ergo non omnes.
r Nam finita causa priuilegij, finitur priuilegiū. l. generaliter. C. de episc. & cler. & ibi Paul. de Cast. l. fi. de testa. milit. l. sancimus. & ibi glo. C. de restit. milit. cum l. 2. §. planè. ff. de iudi.
s l. cui eorum. §. affinitates. & ibi glos. in verbo præsentes. de postulā. & ibi Barto.
t glo. sing. in l. sed hoc ita. de re iudica. l. generaliter. de in ius vocan.
v Bart. in d. l. cui eorum. glo. in d. l. sed hoc ita.
x §. inter eas. suprà tit. eo.
y l. non facile. §. affines. de gradi. glo. in verbo affinitate. in §. credendum. ea. super his. de consang. & affin.
z Vide le. Titiam, de verbo. obliga.
& l. 1. C. vnde vir & vxor.
** glos. in authen. de trien. & semis. §. cōsideremus. colla. 3.*
† not. in l. quo tutela ff. de reg. iur.
** l. 2. & l. fina. C. de herede.*
a argu. l. eū qui. C. de adul.
b l. nuptias. ff. de reg. iur. Dixi in definitione nuptiarum suprà de pat. potesta. *c l. quod attinet ad ius ciuile. de reg. iur.* *d l. seruitutem. ff. illo tit.* *e §. quod autem. infrà de capit. diminutione.* *f glos. in ver. cognationes hîc.* *g d. l. quod attinet ad ius ciuile.* *h l. iura sanguinis. de reg. iur.* *i glos. in d. verbo cognationes.*

§. Sunt

§. Sunt & aliæ perſonæ.

Præter ſuperiores modos à nobis ſuperius relatos ſunt & alij complures qui matrimonium impediunt: cuiuſmodi ſunt cùm tutor ſenatuſconſulto prohibente cum pupilla ſua, vel curator cum adulta matrimonium contrahere non poteſt[k]. Quod ad hæredes tutoris producendum eſt, vt quãtumlibet extranei matrimonio eis iungi nõ poſsint[l]. Vtriuſque cauſa eſt[m], ne puellæ in re familiari circũſcribantur ab his qui rationes geſtæ tutelæ reddere cõpelluntur[n]. Nam eueniret vt ob immoderatũ amorem vxor marito rationem reddendæ tutelæ remitteret, daretúrq; graſſandi poteſtas in rebus pupillaribus. Sed id iure pontificio immutatũ eſt, vt voluit Ab.[o] nec eſt qui diſſentiat. Ratione quoque dignitatis impeditur matrimoniũ[p]. Lege enim Iulia & Papia ſenator ſenatoriſque filius, nepos pronepóſve ex filiis natus libertinam[q] vxoré ducere prohibetur, niſi vel à principe cõſecutus ſit[r], vel niſi matrimonialia munimenta confecta ſint[ſ], aut amiſſa ſenatoria dignitas, vt quæ ſemel placuit, tum vxor eſſe incipiat[t]. Sed & officij plerumque gratia matrimonio interdicitur: vnde præſes prouinciæ in ea prouincia quã adminiſtrat, vxoré ducere prohibetur, ne ratione officij vim attentet, cuius exercendæ magnam tum poteſtaté habere videtur[v]. Huc pertinet conſtitutio Iuſtiniani prohibés ad matrimonium venire eum qui alicuius nomine in baptiſmo fideiuſſerit[x], quod eleganter Faber[y], Aretinus[z], & Porcus[&] hîc proſecuti ſunt, & latius quoque iuris Canonici interpretes aperuerunt[a]. Sed & illud in diacono receptum eſt, vt non aliter ordinetur, quàm ſi apud epiſcopũ profiteatur ſe nulli nupturum: neque qui eum ordinat, ei permittere poteſt vt is poſtea vxoré ducere poſsit[a]. Ad eundem modum rapta raptori ſuo nubere prohibetur[b], quod ipſum tamen pontificum ſanctionibus abrogatum eſt[c]. Eodem modo furioſus ad nuptias venire prohibetur[d]: licet furor ſuperueniens matrimonium contractum legitimè, ſicut nec alia omnia, dirimere poſsit[e]: id quod in voto ſolenni etiam per omnia conſtitutum eſt[f]. Eadem ratione Chriſtianus Iudæam, aut contrà, ducere non poteſt[g]. Sunt & alij complures modi, quos alij latius attigerunt[h].

§. Si aduerſus ea.

Parum eſſet legem eſſe latam, niſi contrà facientibus pœna aliqua imponeretur. quare ſubiungit qua pœna afficiendi ſint qui non ſecundum præcepta legum coëunt.

NEC DOS.) Inceſtæ enim nuptiæ, inquit Paulus[i], neque dotem habent, & omne quod perceptum eſt, licet fructuum nomine, auferendum eſt.

PATRIS non ſunt.) Etenim patria poteſtas à iuſtis nuptiis proficiſcitur[k]: vnde nec hi filiifamilias efficiũtur[l], nec patris hæredes eſſe poſſunt, nec de patris familia eſſe intelliguntur[m].

SPVRII.) Quos baſtardos vocamus[n], interdum ſpurij dici poſſunt, interdum non poſſunt, vt hi quos principes agnoſcere ſolent, quóſque adoptare: quod vulgò *auouer* dicimus. Nothi enim verbo Græco appellantur, non ſpurij[o].

SEQVITVR ergo vt nec dotis.) Neque enim dos ſine nuptiis eſſe poteſt[p], ſed lex has nuptias inutiles exiſtimat[q]. Sed pone doté de facto (vt vocát) interceſsiſſe: nunquid dabitur exactio? Et Faber[r] cũ Aretino hac in re ita diſtinguẽdum arbitratur, vt ſi ſpóſalia tantum ſubſecuta ſunt, reſtituatur[ſ]. Idé eſt & ſi nuptiæ ſubſecutæ ſint, dum tamen carnalis copula abſuerit[t]. Sed & ſi ſecuta ſit, tunc ei qui prohibitionem bona fide ignorauit, vel actione ex

k *l. tutor. ff. de ſponſa. l. libertum. §. ſenatuſcõſulti. ff. de rit. nupt.*
l *d. l. libertũ. Iaſon hic ad addit. ad Porcum.*
m *Porcus in explicatione gloſ. magnæ.*
n *d. l. libertum. §. 1.*
o *Ab. in rub. de cog. leg.*
p *l. lege Papia. l. lege Iulia. de rit. nupt.*
q *l. ſi ſenator. ff. eo tit.*
r *authen. vt lib. de cate. §. ſi quis autem. colla. 6.*
ſ *l. ſi quis in ſenatorio. ff. de rit. nupt.*
t *l. ſi quis officium. de rit. nupt.*
v *l. vnica. C. ſi quacunque præd. poteſta. facit l. 1. C. ne lic. potẽtio. patro. præſtare.*
x *l. ſi qs alũnã. C. de nupt. & cap. 1. de cogna. ſpiri.*
y *Fab. hic. ver. & hoc ita.*
z *Aretin⁹ hic, ver. in ea. glo. ibi, de ſacro fonte.*
& *Porcus in ea. glo. ibi.*
a *toto tit. de cogna. ſpi.*
a *Hoc de iure ciuili, vt in authẽ. de ſacroſan. eccleſ. §. clericos. colla. 9.*
b *l. vnica. §. nec ſit facultas. C. de raptu virg.*
c *cap. vlti. de rapto. extra de ſponſ. facit cap. ad id quod per tuas. & cap. tria. 36. q. 2.*
d *l. patre furioſo. de iis qui ſunt ſui vel alie. iur.*
e *§. præterea. infrà quib. non eſt permiſ. face. teſta*
f *ca. 1. de voto lib. 6.*
g *C. de Iudæis. l. ne quis Chriſtianam.*
h *docto. hic & Faber.*
i *in l. inceſta nuptia. ff. de rit. nupt.*
k *ſuprà de pat. poteſta. §. 1. & l. item in poteſtate. ff. de iis qui ſui vel alie. iur. ſunt.*
l *authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. ac ne naturales quidem nominãdi, ſic beneficio totius paternæ ſubſtãtiæ indigni, vt nec à patre alantur.*
m *Docto. præſertim Iaſon in l. vlt. C. de verb. ſigni.*
n *Budæus ad l. vulgò. ff. de ſtat. hom. Alciatus prætermiſſo lib. 1. in dictione ſpurius & hi duabus literis olim exprimebãtur S P, id eſt ſine patre.*
o *Hactenus Budæus.*
p *l. 3. de iure dot. ſub fi. § not in l. itẽ quia. §. 1. ff. de pact.*
q *glo. in verbo ſequitur.*
r *Faber hic & Aretinus.*
ſ *l. fi. de condict. ſine cau.*
t *ca. 2. cap. & ſi neceſſe. de dona. inter vir. & vxo.*

ſtipulatu, vel condictione ſine cauſa, aut ob cauſam, ea non ſecuta, reſtitutio permittitur[v]: maximè cùm in caſu propoſito non tam turpis cauſa fuerit, quàm nulla. Vbi verò ſciētes ſe huiuſmodi vetitis nuptiis immiſcuerunt[x], tūc quicquid eſt vel dotis vel donationis propter nuptias, fiſci commodis adiūngitur. Aliis quoque pœnis ſubiiciuntur iſti nuptiarum temerarij profanatores, nam & inceſti pœna conſtringuntur[y], & dignitate priuantur. Si vilis ſit perſona, verberatur[z]. eiſque teſtamenti libera factio interdicitur: niſi quoſdam certos ſucceſſores habeant: nec ex principali indulto reſtitui poſſunt[&]. Sed nunquid maritus fructus dotis hoc caſu lucratur? Et receptius eſt vt ſi vir ſolus bonæ fidei ſit, lucretur[a]: ſi vterque, neuter tunc lucretur[b]. Hincque ad eam quæſtionem infertur, qua dubitatum eſt[c], nunquid qui mulieri nōdum aptæ viro nupſerit, fructus dotis lucrari debeat. Et rigor iuris expoſcit vt nō lucretur[d]. Cùm enim nullum ſit matrimonium, nec dos quoque eſſe intelligitur. Ex æquitate tamen Porcus[e] aliter receptum eſſe docuit: quod vt apertius fiat, diſtinguendum eſſe arbitror: vt ſi mulier ex aſpectu corporis matura viro videatur, ídque maritus ſecutus eam aluerit, reliquáque onera matrimonij tulerit, vt tunc conſequatur[f]. quod tamen non obſeruatur vbi onera matrimonij non tulerit[g]. Idémque dicendum in hac ſpecie arbitror qua ipſe ſciens & prudens eā duxerit, vt nullo modo fructus propter ſuā malam fidem conſequi debeat[h]: & ita belliſsimè Porcus ſentit, cui accedo.

§. Aliquando autem euenit.

Dixerat ſuprà Iuſtinianus in poteſtate parentum eſſe eos qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt[i]: quod extēdit ad eos qui ex nullis penitus nuptiis, ſed ex libero & quaſi ſoluto commercio procreati ſunt, qui naturales vocantur[k].

CVRIAE datus.) Curiam ordinem decurionum vocat[l]: vnde & curiales dicti ſerui reip. ac viſcera ciuitatum dicebātur, vt ex diui * Iuſtiniani conſtitutione colligere licet[m]. Curiæ datus ergo legitimus efficiebatur[n]. Quod & in filia quæ curiali nupſerit, obſeruandum eſt[o]. Hi quoque paternæ ſubſtantiæ capaces ſunt, ſiue teſtato, ſiue ab inteſtato pater deceſſerit[p]: non tamen cognatis ſuccedēt, ſicut nec ipſis cognati[q]. Sed quid ſi ſeipſum obtulerit filius? Et verius eſt vt nullis aliis exiſtentibus legitimis[r], legitimus efficiatur. Sed nūquid per procuratorem talis oblatio fieri poterit? Et Bartolus[ſ] cenſuit poſſe, cui ſubſcribit Aretinus. Meminiſſe tamen debemus hos eſſe fictè & non verè legitimos: quare lege municipij quæ legitimorum mentionem faceret, non continerentur[t]: quod Aretinus hic adnotauit. Eſt & alius modus quo liberi legitimi efficiuntur, nempe per ſubſequens matrimonium[v]. Ecce enim qui natus eſt ex concubina libera, cum qua matrimonium minimè erat legibus interdictum, dotalibus poſtea inſtrumentis ſuper matrimonio confectis, legitimus efficitur. Ex his apparet non ſine ſumma ſolennitate huiuſmodi legitimationem receptam fuiſſe. Etenim, ſicut dixi, liberam eſſe concubinam, non ancillam oportuit[x]: neceſſarióque dotalia inſtrumenta confici debuerunt, & alia id genus ſimilia, quæ hodie legibus pontificiis in deſuetudinem abierunt[y]. Tantùm hoc ſpectatur, id quod etiamnum veteres inſpexerunt[z], vt matrimonium huius concubinæ minimè legibus interdictum ſit, vtque nec ex adulterio, nec aliàs nefario coitu nati fuerint, aut

v Doct. in l. fin. C. de don. ante nupt. doct. in l. vlti. de condict. ſine cau. l. qui contra. & authen. inceſtas. C. de inceſt. & inut. nupt. & vide hic omnino Chriſtophorum pulcherrimè diſtinguentem.
x d. l. qui cōtra. & d. authen. inceſtas.
y l. ſi adulterium cū inceſtu. §. 1. ff. de adul.
z l. humilem. C. de inceſt. & inutil. nupt. & d. authē. inceſtas. & d. l. ſi adulterium proximè allegatis.
a l. inſulam. §. fructus. ff. ſolu. matri.
b l. pen. quod fal. tuto.
c gloſ. in l. ante nuptias. ſolu. matrimo.
d arg. d. l. qui contra. arg. huius gl. & l. notabilis, quam Baldus à Bart. didiciſſe profitetur in l. an in patrem. iſta lex quam author dicit Bal. ex Bart. didiciſſe, nulla eſt, ſed eſt l. 3. ff. de in. do. & l. inceſtas. de rit. nupt. & l. intereſt. de priuil. credi. & l. ſi. C. de dona. ante nup. qua eandem ſententiam cum ea l. an in patrem falsò citata.
e Porcus in gloſ. ſequitur.
f l. pro oneribus. l. dotis fructus. ff. de iure dotium. l. inſulam. §. 1. ſol. mat.
g glo. hoc loco.
h l. ante nuptias. ſol. mat. l. dotis fructus. arg. l. certum. C. de rei vendi. arg. nota. per Dinum in regula poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6.
i gloſ. in princi. tit. de patria poteſtate.
k gl. in §. 1. infrà tit. pxi.
l l. pupillus. §. decuriones. & ibi Alcia. de verbo. ſignifi.

** In codice ſcripto legebatur Maiorani, ſed cùm nullus fuerit huius, quod ſciam, nominis, putaui legendum eſſe Maximiani, vel Iuſtiniani, vel Iuliani, vel etiam Gratiani quorum imperatorum ſunt pleræque conſtitutiones tit. C. de decur. lib. 10. m l. vlti. & toto tit. de decurioni. lib. 10. n l. nuper. C. de natura. libe. o l. vlti. C. illo tit. p authen. quib. mo. natu. effic. legit. q eo. tit. §. filium. r eo. tit. §. primus itaque modus. Pulchrè Iaſ. hic in addit. ad Porcum. verſi. an autem id quod dicitur. ſ Bart. in l. poſt mortem. §. vlti. ff. de adop. & in l. Gallus. §. forſan. & ibi doct. facit l. penult. C. de adopt. t l. 3. C. de natura. liberis. v hoc §. verſ. necnon. l. nuper. l. cùm quis. C. de natu. libe. cap. tanta eſt vis. qui filij ſunt legiti. x authen. de triente & ſemiſſe. §. vlti. not. in authent. quib. mo. natu. effic. legi. §. ſi quis. y cap. cùm inhibitio. de clandeſti. deſponſa. ca. tanta. qui filij ſunt legi. z hoc loco ibi, matrimonium minimè legibus interdictum.*

quòd

quòd matrimonium prohibitione canonica non fuerit interdictum[a]. Nam tunc matrimonij vis tanta esse non potuit, vt eos legitimos faceret. Et ita cómuniter receptum est, licet Hostiensis dissentiat. Sed finge natum fuisse filiú ex concubina, quam habere non licuit, móxque indulto pontificis permissum sit tibi matrimonium: nunquid liberi erunt legitimi? Et Porcus respondit[a] non esse: ne duo specialia circa vnam & eandem rem cócurrere videantur[b]. Primum, quòd tibi eam habere liceat, quam per legem habere non potuisti. Secundum, quòd liberi ad matrimonium sequens retrotrahuntur, cóque nomine censentur legitimi. Rursus & illud quæritur[c], Demus ex adulterino coitu susceptú esse filium, vt si Sempronius Titij vxorem, quo tempore vxor Titij erat, cognouerit, mortuóque Titio, partus Sempronio nascatur, si Sempronius ille, adulter quidem, Titij vxorem ducat: nunquid ex vi matrimonij partus erit legitimus? Et Faber cum Hostiensi docuerunt legitimum esse[d]. Quorum sententiá Rosellanus[e] & Ioánes Andreas improbauerunt: quorum sententia videtur potior. Nec curandú est ne partus ex adulterio nascatur. Sed pone, Titius sustulerat ex concubina liberos, deinde ad iustas nuptias alicuius vxoris venit, mortua vxore, cócubinam repetiit in vxorem: núquid proles erit legitima? Et Richardus Nalnubius apud Bartolum[f] censuit esse. Sanè si testator moriens cum sua concubina sponsalia contraxerit, non ideo futuri sunt legitimi qui ex illis procreati sunt, illa scilicet ratione, quòd spes procreandæ sobolis cessare videatur[g], quæ sola est causa huius legitimationis. Alius est & tertius modus legitimádi, quádo scilicet is qui vel propter morté cócubinæ, vel propter aliquá aliá causam preces principi porrexit, eásque princeps admiserit[h]. Idémque erit & si id suo testaméto cauerit, dum tamen per filios testamentum proferatur, eáque gratia supplicetur. Postremò fit legitimatio, si testator filios in suo testamento nuncupauerit, neque eos naturales esse adiecerit[i]. Et hæc omnia locú habent, sicut semel atque iterum dixi, vbi iusta est concubina. Quod quo pacto intelligendum sit, tam ex libris Digestorú, quàm Codicis colligere licet[k]. Sed quibus permissum est legitimare filios? Et id summo pontifici permittitur[l], sicut & Cæsari[m], & Regi[n], qui tamen superiorem nó agnoscat. Qua in re animaduertendum est, legitimatum à pontifice nó videri legitimatum ad bona temporalia, seu ad hæreditates, nisi sit ager, cuius omnimoda iurisdictio ad pontificé pertineat. Quod in eo qui à Cæsare ius natalium impetrauit, cótrà obseruatur[o]: nam is ad hæreditatem quoque vocatus videtur. Atque ita Faber aduersus Hostiensis sententiam quandoque docuit[p].

Titulus, De adoptionibus.

Non natura duce tátùm, sed etiam arte, liberi in nostram potestaté transeunt. Lege enim ciuili constat adoptio[q], quæ nihil aliud est, quàm iuris ciuilis naturam imitátis actus, per quem qui filius nó est, fieri filius intelligitur[r]. Etenim maxima in adoptiuos liberos potestas ipsi adoptanti permittitur[r], immo aliquanto maior, quàm in naturales & legitimos. Nam hos inauditos, seu vt Græco verbo vtar, ἀκρίτους condemnare nó licebat: at in adoptiuos pater quiduis citra iudicium statuere potuerat, etiam capitaliter. Porrò liberorum distinctionem elegáter prosequitur hîc Accursius[t], & Faber, copiosissimè omnium Porcus.

§. Adoptio autem.

Adoptionis in genere sumptæ duæ sunt species. Vna est arrogatio, alia estque generis sui nomen mutuatur. Arrogantur ij qui sunt sui iuris, ídque apud principem[v], vel delegatum ipsius principis, cùm nihil proprium habere, sed eius tantùm cui mandauit, iurisdictione vti dicatur[x]. Sed quid fiet imperio vacante? Et Accursius respondet[y], arrogationi nullum locum esse:

d. ij.

& Faber hic.

a Porcus in si. glo. in ver. instrumentis.

b l. 1. C. de dot. pmiss. quæ est contra l. cùm post diuortiú. ff. de ior. dot.

c Faber hic in ver. sed q. si fuerit conceptus.

d cap. quod nobis. & ibi Hostien. qui filij sunt legiti. §. 1. de ingenuis. §. sed & si quis. vers. sufficit.

e Anton. Rosellanus, in l. natura. per l. Paulus. de stat. hominum. Ioan. And. de sponsa. & matri. vide omnino Aretinú in ver. quaro, habuerem, hic.

f Bar. in l. si cùm mihi decem. de solutio. ff. Ioan. And. in regula sine culpa. lib. 6.

g Textus est notabilis in l. nuper. C. de natur. libe. Florianus & Ange. in l. 1. de probá.

h d. auth. quib. mo. natu. §. sed aliud. & §. si quis ergo. colla. 6.

i d. auth. quib. mo. §. si verò solummodo. authé. vt lic. ma. & auia. §. ad hac. colla. 8.

k toto titu. de concubinis. ff. & C.

l ca. per venerabilem. qui filij sunt legitimi.

m l. 1. C. de natu. lib.

n Faber hic in tit. de summa trinita. & si. cathol. Innocentius in cá. cú te. de senten. & re iudi.

o l. imperialis. §. itaque. C. de nupt.

p Faber hic in vér. sed cósueuit quæri.

q l. 1. ff. de adop. §. minorem. infra eod.

r gl. hic í ver. adoptio. Vide Iason addit. ad Porcú & Aretinum in §. seq.

s Vide Cic. in ora. p domo sua. & Bud. ad l. iandudú. ff. ad l. Corne. de fica.

t glo. in ver. naturales. & Angelus in eadem glo. Porcus in fine.

v l. generalis post prí. ff. eo.

x l. 1. §. q mádatá ff. de offi. eius cui mand. est iurisd.

y gl. in verb. rescripto. ibi; sed qd si íperator nó est:

quod vt verũ demus iure ciuili, iure tamen pontificio id aliter se habet, cùm imperatore mortuo summus pótifex succedat in administratione[z]. Adoptio verò non apud Cęsarem tãtùm, sed apud omnem magistratũ apud quem legis actio est, exerceri potest[&]. Quin & hâc delegari posse receptum est: cùm omnia quæ iure magistratus alicui competunt, delegari possint, neque plena causæ cognitio[*] desideretur. Hac autẽ specie adoptãtur qui sunt alieni iuris[a]. Sed cur arrogatio non sine principe, adoptio verò apud omnes qui habent plenum iurisdictionis ordinarium, fieri potest? Et variatum est hac in re sententiis[b]. Videtur tamen Baldus[c] omnium rectissimè censuisse, quòd cùm arrogatio libertatem quãdam nobis adimere videatur, debuit nimirum maiori cura ac diligentia pertractari: sed in adoptione contrà, cùm tãtùm ex aliena potestate, in alienam familiam transeamus.

ARROGATIO.) Inde autẽ arrogatio dicitur, quia is qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur an velit eum quẽ adoptaturus sit, iustũ sibi filiũ esse, & is qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur[d]. Qua ratione censuerunt nonnulli infantem arrogari non posse, cùm loqui non possit, vnde nec interrogari vel consentire[e]: quorum sententia recepta non est[f]. Licet enim fari non possit, tamen agnatorum & affinium præsentia hunc defectum emendabit. Tractatur & hoc loco, nunquid sponsus primo loco interrogandus sit, an sponsa[g]. Sed hæc nihil ad prę̀sens institutum pertinent.

§. Sed hodie.

LICET AB INTESTATO.) Quo casu etiam cum liberis naturalibus & legitimis succedere potest, licet nulla sit inter eos cognatio. Testamento verò facto, neque inofficiosi querela, neque alio quouis modo ei cõsulitur[h]: poterat tamen patri naturali succedere[i].

NON EXTRANEO.) Extraneum hîc vocamus omnẽ eũm qui non est in numero parẽtum[k]. In numero autem parentum sunt auus auia, proauus proauia, & sic deinceps: quo fit vt fratris filius in fratris potestatem adoptatus non transeat, vt Accursius voluit[l].

CONCVRRVNT in vnam personam.) Datus ergo in adoptionem auo, sic aui potestati subiicitur, vt omnia illi acquirat[m], sicq; à patris naturalis potestate eximitur, vt nec ei ab intestato successurus sit[n], quod procedit, nisi ab auo emãciparetur[o]. Cæterùm probabilis est dubitatio[p]. Quid si patris mortui adita hæreditate, auus eum emancipauerit, nunquid vtriusque successione priuabitur? Et plerique id asseuerant. Cùm enim nemo emancipetur inuitus[q], imputet sibi qui se emancipari permiserit[r]. A qua sententia, vt quæ rigidior esset, recessum est: vnde auo ipsi succedere debebit, cùm hodie sexus, emancipationis, ac patriæ potestatis differentiam sublatam esse videamus[s]: atque ita Aretinus sentit.

§. Cùm autem impuberes.

Scribit Gellius[t] impuberis arrogationem hodie, sicut & olim, non temerè neque inexploratè committi solere, vnde in ea causæ cognitio quæ desideratur (quæ autem in causæ cognitione veniunt, iureconsulti latius alicubi[v] docuerunt) inter cætera hoc præcipuum fuerit, vt notarius satisdationem exigat, qua arrogator cauebit se omnia pupilli bona conseruaturum, eáque restituturum iis qui si adoptio facta non esset, ad pupilli successionem, seu ex testamento, seu ab intestato, seu titulo vniuersali, seu singulari erant venturi[x]. Etenim constitutione diui Pij in causa pupillaris tantùm substitutionis prospectum est: quæ cùm testamentum filij censeatur[y], per hanc arrogationem, quæ vel minima capitis diminutione perit[z], rupta esse intelligitur[&]. Quanquam illis ius succedendi habentibus etiam citra satisdationem contra arrogationem vtili actione ex testamento (vt Petrus &

z cap. licet ex suscepto. de fo competenti,
& l. magistratũ. & ibi Baldus not. ff. eod. l. 3. de offi. proconsul.
* l. 1. de offi. eius cui mãda. est iurisdi. Bart in l. nec quicquã. §. vbi decretũ. ff. de offi. procon. Decius in l. omnia quæcunque. ff. de reg. iur.
a d. l. 2. §. imperio magistratus. ff. eo. Porcius hîc.
b Porcius hîc.
c Bal. in l. i. C. eo. vide Iasonem hîc in addit. ad Porcium hîc.
d l. generalis. ff. eodẽ. vide A. Gellium lib. 5. noct. Atticar. ca. 19. & Cice. ĩ orat. pro domo sua.
e glo. in d. l. generalis.
f arg. l. 5. C. eodem.
g Faber. Aretinus. Porcius & Iason hîc.
h l. cùm in adoptiuis. §. sed ne articulum. C. eod.
i d. l. cùm in adoptiuis. C. de adopt. §. per emancipationem.
k d. l. cùm in adoptiuis.
l gl. in verbo concurrunt.
m d. l. cùm in adoptiuis. §. si verò pater naturalis. de adopt.
n d. §. si verò.
o d. §. si verò. vers. sed hæc omnia manere.
p Aret. hîc ĩ ver. not. quòd datus in adoptionem.
q Areti. infr. eo. § fi. Iason hîc in addit. ad Porcum.
r arg. c. a. dãnũ. de reg. iu.
s auth. de hered. ab intest. ven. § nullam.
t lib. 5. cap. 19.
v vide l. si paterfamilias. §. in arrogationibus. & l. adoptio. l. nec ei. §. 1. ver. & primum quidẽ, iunctis duab. ll. sequen. ff. eod.
x glo. in verbo venturi, & Aretinus & Faber.
y l. moribus. ff. de vulgari. §. liberi. infrà de pupillari.
z l. vlt. infra de legiti. agnat. tutela. §. vl. de cap. dimi.
& §. alio quoque modo. §. non tamen. inf. quib. mo. testa. infir.

& Iacobus Arenarius voluerunt) succurratur[*]. Quod ad alias verò substitutiones pertinet, non fuit necessaria satisdatio, cùm ex testamento patris proficiscatur, quod arrogatione filij rumpi non potuit: vnde quod illis relinquitur, id tanquam debitum iustè exigitur[a]. Qua ratione censuit Porcus in substitutione compendiosa non posse satisdationem concipi post pubertatem: (sic enim ille habet, Quando substitutio est cōpendiosa, & iam filius euasit pubertatem, illa non dicitur testamentum filij, sed patris, quia per eam non filio, sed patri succederetur,) cùm ea à pubertate iam filij testamentum esse desierit. Ea autem gratia, sicut modò dixi, satisdatio in pupillari exigitur, quod testamentum minima capitis diminutione ruptum esse intelligitur[b]. Sanè stipulatio in adultæ ætatis tempus concipi nō potest, cùm aduentitius is casus sit, quem iureconsulti in obseruatione non habuerunt, cùm arrogato per id ætatis testamētum condere licuerit[c]. Quòd si huic rei adoptio obstiterit, audiendus tamen erit si emancipari velit[d]: idque causa cognita per iudicem statuendum est: quod Iason hîc annotauit. At satisdatione illi quo ad pupillarem ætatem prospiciebatur: quia eius interfuit ne sine hærede decederet[e]. Porrò quemadmodum in arrogando filio causæ cognitio desideratur, sic & non temerè neque inexploratè à patre aduentitio emancipari debebit[f], sed causa cognita, id statuendum erit[g]. Hinc fit vt si filius aliquid in patrem arrogantem admiserit, quod in delictum sonet[h], vel aliquid aliud propter quod iustum filium exhæredare permittitur[i], eáque gratia emancipatus sit, statim quidem omnia sua bona illi restituenda sunt: sed quartam quam ex bonis arrogantis diuus Pius illi relinqui mādauit, amittit[k]. Quòd si ex causa honesta id factum sit, quæ nec ipsi filio imputabilis esse potest, vt quia in emancipationis euentum hæres institutus est, quartam non amittit[l]. Cæterùm si arrogator viuus eum non meliore causa emancipauerit: vel moriens citra causam eum exhæredauerit, ex diui Pij constitutione tenetur non bona tantùm quæ illius fuerunt cùm arrogaretur, sed & si quæ illi aduentitio iure obtigerunt, quorum vsusfructus arrogatori[m] quæsitus est, præterea & quartam bonorum relinquere debebit. Quòd si ne id quidem fecerit testator, ab hæredibus præstandum est. Quo fit vt & si quid in fraudem arrogati bonis arrogatis decesserit, Caluisiana aut Fauiana actione reuocetur[n]. Sed pone non ex iusta causa emancipatum fuisse: continuóne illi bona omnia restituenda sunt? Et verius est vt statim debeant restitui. Quartam autem non aliâs consequetur, quàm si arrogator defunctus sit[o]: quo casu ex testamento actione, vt Barto. voluit[p], quarta peti debebit, si quidem eam ex testamento reliquerit. Sin id minus, condictione ex lege diui Pij agendum est[q], quod Aretinus hîc probat. Neque testatori arrogatum hac quarta defraudare permittitur[r], cùm non tam testatoris, quàm legis fiducia ei debeatur: indultum autem à lege beneficium à priuato auferri non potest[s]. Erit autem quarta ista ad eam libram ad quam filiorum iustorum legitima, iure quo nunc vtimur, hoc est iure Institutorum vel Codicis[t], vt appendi solet appendenda. Communi enim omnium opinione arrogati quarta iure nouissimo aucta non est[v]. Nec nos Bulgari sententia mouerit[x], existimantis patri imputandum esse quòd eum arrogauerit, eáque gratia maiorem bonorum portionē illi relinquere debeat. Nam id cùm lege permittente fecerit, non debebit legis authoritate decipi.[y] Minus quoque moueor, quòd is arrogatus in transferendis bonis grauatus sit. Nam illud grauamini esse non potest, quod suapte sponte & pro libero arbitratu suscipitur[z], Huc accedit, quòd cùm vtrique, scilicet legitimi & naturales, & legitimi tantùm patri acquirant[*], oportet quoque ad vtrumque commoditatem redundare: quod bellissimè Porcus hîc prosequitur. Huiusmodi autem quartam partem mortis arrogatoris tempore inspi-

[*] Petr. de Bella pertica, Iac. de arenis. & Faber, licet Angelus subscribat glo. in verbo venturi.
a l. in arrogatorem. ff. de peculio.
b Porcus in glos. venturi. ibi, sed hic dubitatur. Accursius in eadē glos. ibi, sed quare legitimi. l. coheredi. §. cùm filia. ff. de vulg. & pup.
c §. cùm ergo. suprà quib. ex cau. ma. l. qua ætate. ff. de testamen.
d l. nonnunquam autem. ff. de adop. facit l. in causa. §. causa cognita. ff de minorib.
e §. 1. suprà quibus ex cau. manumit. non li.
f arg. l. prout quisque ff. de solutio.
g arg. d. l. nōnunquā. ff. de adopt. huc pertinet l. nec quicquā. §. vbi decretū. & §. de plano. ff. de offi. prato.
h Faber hic.
i auth. vt cùm de appellatione cogno. §. aliud quoque. coll. 8. & §. causas.
lz l. vlt. ff. si quid in frau. pat.
l arg. l. si cùm legatum. ff. condit. & demonstrat.
m d. l. vlt. si quid in fraudē patro. & l. si arrogator. ff. eodem.
n d. l. vlt. Faber & Aretinus hic. Iason in d. l. si arrogator.
o Faber, Areti. & Iason.
p in d. l. si arrogator.
q arg. l. vnica. ff. de condi. ex lege.
r Ias. hic ī addi. ad Porciū.
s ea indultum. & ibi Dinus notat de reg. iur. in 6. arg. l. 2. ff. de re iudic.
t l. cùm quæritur. C. de inoffic. testa. & ita tenent Barto. glo. & alij in d. l. si arrogator.
v authen. nouissima. C. de inoffi. testamē. Faber & Aretinus hic. Iason in l. si arrogator.
x gl. in ver. quartā partē.
y ar. l. Gracch°. ff. de adul.
z ar. c. dānū. de re. iu. ī 6. & l. cū oportet. de bo. quæ libe.

ciendam esse, certissimi iuris est[*].

CONDITIONIBVS.) Conditionem hîc pro modo vsurpari placuit: alioqui cùm adoptio sit actus ciuilis, conditionem admittere non potest[a], quod Iason hîc annotauit[b].

PERSONAE PVBLICAE.) Hoc est tabellioni, cuius fides publicè approbata est[c].

Iubetur quartam partem.

Ex diui Pij constitutione scilicet[d], non ex vi cautionis. Est enim lege ciuili improbata ea pactio, qua aliquis se quippiam in testamento relicturum profitetur[e], vt quæ liberam testamenti factionem adimere videatur: immo non tam adimit, quàm restringit, votúmque captãdæ mortis inducit[f]. Hinc fit vt ea pactio reprobetur, qua nónulli vxores ea spe ducũt, quòd pater illos in solidũ hæredes futuros promiserit[g], cùm hæreditatis pactio deferri nõ soleat[h]. Sed hæc amplius à Iasone & Alciato tractata alicubi videre licet[i].

§. Minorem natu.

Cùm adoptio sine causæ cognitione procedere nõ debeat[k], in causæ cognitione & illud versabitur, nunquid adoptans plena pubertate adoptatum præcedat[l]. Dixi in principio huius tituli, prodigij loco habendũ esse vt maior esset filius quàm pater. Quæ enim maior calumnia est, inquit Cicero[m], quàm venire impuberem adolescentulum bene valentem ac meritum dicere filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare? Plenam autem pubertatem hoc loco octodecim annorum spatio metimur[n]: quod inferius in titulo de fiduciaria tutela attingam.

§. Licet autem.

QVAMVIS filium quis non habeat.) Atqui naturã, quo ad eius fieri potest, ars imitatur[o]. Sed contra naturam est vt is nepotem habeat, qui filiũ non habet[p]. Respondeo in specie quidem id verũ esse: in genere verò fieri potest vt cui sit nepos, qui filium non habeat, sed iam habuisse fingitur[q].

§. Et tam filium alienum.

IN LOCVM filij.) Id enim non tanquam amens, sed tanquam quilibet facere intelligitur[r]. At in fratris vicem nemo sibi quemquã adoptare potest[s]: id enim naturæ instituto repugnat, vt frater à fratre procreetur[t].

§. Sed si quis nepotis.

Dixerat paulò antè liberum esse vnicuique in locum filij nepotem sibi ex filio adoptare[v]: quod ita hoc loco intelligendum esse censet, si quidẽ filij sui consensus accesserit: id quod naturalis æquitas suadet, quæ vult, vt quod geritur ab his quos causa contingit, qui lædi, ac proinde contradicere possunt, approbetur[x]. Posset autem hoc loco filius hæredem inuitum ac nolentem accipere. Lex autem noluit quòd eo inuito ille agnascatur filius, cui de bonis suis relinquere teneatur[y]. Agnati autem ideo vocandi non sunt, quia eis inuitis non succedunt. Possunt enim ab his, si velint, institui: possunt quoque & exhæredari[z].

CONSENTIRE debet.) Quoties enim id de quo agitur, aliquibus incõmodare potest, necessariò euocari debebũt[&]: quod in actibus volũtariis & prouisionibus quæ officio iudicis fieri solent, receptum est. Quòd si iure actionis agatur, tunc principalem partem citare sufficit[*]. Vnde si de beneficiario fundo, feudũ vocant, inter comites cõtentio oriatur, clientes seu vassalli euocari debebunt, si quidẽ officio iudicis agatur. Idem & si de iure primatiæ inter episcopos agatur: quod latius Aretinus & Faber hîc annotauerũt[*].

NON EST necesse filium consentire.) Nam post aui mortem, venturus est

* arg. l. etiã. § 1. ff. de bo. qua lib. d. l. fin. de his quæ in fraudem cre.
a l. actus legitimus. ff. de reg. iur. ff & in 6.
b Iason in prima addit. ad Porcum.
c l. 2. & ibi gloss. ff. eo.
d d. l. vlt. si quid in fraudẽ.
e l. pactum dotale. l. vlti. C. de pact. l. pactũ quod dotali. ff. de collatio.
f ea. nulla. de cõces. prabẽ.
g Baldus in l. cùm Arthemidoram. C. vt in posses. legat. Iason in §. fuerat. infrà de actionibus.
h l. hæreditas. C. de pact. conuen.
i Iason & Alcia. d. l. pactum dotali.
k l. si paterfamilias. § in arrogatione. ff. eod.
l arg. l. adoptio in his causis. ff. eo. l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega.
m Cicero pro domo sua, ad pontific.
n d. l. Mela. Porcus hîc copiosissimè ex sua sententia.
o §. minorem. suprà eo.
p Porcus hic.
q l. si is qui pro emptore. de vsuca. l. an eadẽ. de duo. reis.
r l. si paterfamilias. §. qui duos ff. eo.
s l. nec apud. C. de hæred. instit.
t Ibidem.
v §. licet autem. suprà eo.
x l. nam ita diuus. ff. eo. l. de vnoquoq. ff. de re iud.
y l. cùm ĩ adoptiuus. C. eo.
z Faber hic.
& d. l. de vnoquoque.
* l. si cùm in cõcedendo. de aqua plu. ar. authent. si omnes. C. eo.
* Fab. § licet. ver. comes.

est adoptatus in patris sui potestatem †.

§. In plurimis.

Illud vtrique adoptioni commune est, vt adoptatus vel arrogatus sic in adoptantis transeat potestatē, vt & adoptatum tanquā ex iustis nuptiis procreatum, aliis in adoptionem dare non prohibeatur.

§. Sed & illud.

Cùm adoptio ad patriæ potestatis ac generandi facultatis imitationem introducta sit[a], consequens est vt qui ita frigidi sunt vel sine testibus geniti, vt natura ipsa steriles esse cogantur, quos nos castratos veluti castos vel castè natos appellamus[b], adoptare quem non possint, sicut nec matrimonium contrahere[c], aut posthumum hæredem instituere[d]. Hi verò quibus colei euulsi sunt, aut calida aqua flaccescentes collisi, aut etiam ante vel post pubertatem execti sunt[e], hi ab adoptando non reiiciuntur. nam & matrimonio iungi[f], & posthumum in testamento hæredem scribere possunt[g]. magis enim in homine vis & consuetudo generandi spectanda est, quàm temporale aliquod vitium[h]: quod & in Hermaphrodito (in quo sexus virilis prævaleat) admissum est[i]. Sed nunquid sacerdos adoptare permittitur? Et Porcus respondit[k] non permitti. Cùm enim natura eorum abhorreat à generandi studio[l], sequitur vt nec id arte fieri possit. quod enim honestè per naturam non licet per legem quoque non permittitur, cùm legem esse sanctionem honestam ac sanctam receptissimi iuris sit[m]. Hinc videmus fratris loco adoptari neminem posse[n], cùm natura id restringat. Quòd si in consideratione illicitum coitum haberemus, posset id quidem fieri, vt si ad OEdipi imitationem sese matri suæ misceret[o]. Nec nos mouerit quòd vnicuique adoptare liceat, nisi expressè prohibitus inueniatur[p]. In generali etenim permissione quod illicitum ac inhonestum est, venire non intelligitur[q]. Sed hæc Porci sententia Aretino displicuit[r], cui accessit Iason[s]. Nā spadoni adoptio permittitur ea gratia, quòd ab initio coire potuerit suapte natura, ex accidenti verò iam prohibetur: id quod in clerico quoque videmus, vt cui ab initio natura coëundi facultatem non negauerit, licet postea religio prohibuerit. Non tam igitur, sicut modò dixi, vitium accidentale prospiciendum est, quàm naturale.

§. Fœminæ.

QVIA NEC naturales liberos in potestate habent.) Atqui non videtur[p] hæc ratio posse subsistere, præsertim cùm suprà dixerimus[t] ex huiusmodi adoptione nihil ad adoptantem transferri: nisi quis adoptionis vocabulum ad arrogationem transferre malit[v]: quod non omnino ab hac litera abhorret[x]. Cùm enim adoptionis vocabulum in genere sumptum vtramque speciem contineat, debebit ad eam speciem referri[y] vnde sanior alioqui sensus elici possit: melius est tamen, vt dicamus mulieres ideo adoptare non posse, quia naturales liberos in sua potestate non habent, hoc est quia non in sola mulierum manu est vt citra adminiculum liberos per naturam generare possint: vnde nec per artem quoque illis permittitur. Atque ita eleganter Porcus docuit[z]. Sanè ex principis indulto quandoque mulier adoptione filium sibi accersere poterit[a]. Sed nec tunc eum in suam potestatem rediget. Licet enim beneficia principum latissimè interpretanda sint[&], tamen ex iuris communis dispositione interpretationem accipere noscuntur. Iure autem communi mulier in potestate filium habere non potest[*].

§. Illud proprium.

Proprium arrogationis est, vt nullius rei vsumfructum arrogatus sibi speciali pacto reseruare queat[a], tametsi arrogator instar naturalium parētum quarundam rerum ei iure peculij permittere possit[b]. Quin & non liberi tantùm quos in potestate habet, sed & si qui postliminio redierunt[c], vel qui in

† §. sed hodie. suprà hoc titu.

a suprà hoc tit. in prin. facta relatione ad tit. sup. de patria potesta.

b l. seruum. §. & si puerum. ad leg. Aquil. l. si qui seruum desicar. l. 1. & 2. C. de eunuchis.

c l. si serua seruo meo nupserit. §. si spadoni ff. de iure dotium.

d l. sed & quaesitum. ff. de lib. & posthu.

e Bud. & Alcia in l. spadonum ff. de verbo. sig.

f d. §. si spadoni.

g d. l. sed & quaesitum.

h d. l. si quis posthumos. Porcus hic in 2. notabili.

i d. l. sed & quaesitum. & l. quaeritur. de sta. hominum. & l. repetundarū. De testib.

k Porcus hic.

l arg. §. fina. suprà de nup. l. miles. §. mulier de testa. milita.

m ca. erit aūt lex. 4. distin. in not. in l. 1. de legib.

n l. nec apud. C. de hered. instit. & in §. praeceden.

o Seneca in 3. Tragœdia.

p arg. gl. l. 1. de testi. arg. l. nec nō. ex quib. cau. ma.

q Bal. ī d. l. miles. §. mulier. De testa. milit.

r Areti. in gl. nō possunt.

s Iason ī additio. ad Porcū.

t §. sed hodie suprà eo.

v §. adoptio. suprà eo. vbi dixi.

x l. mulierem. C. eod.

y l. in dubio. l. quoties. De reb. dubiis.

z Porcus hic in ver. nota quòd fœmina adoptare non possunt.

a arg. §. minorē sup. eo.

& l. beneficiū. & ita latè Iason de cōstitu. prin.

* hoc. § & l. mulierē. C. eo.

a glo. in l. si paterfamil. in princ. hoc tit.

b vt l. 1. l. 3. & multis aliis ll. de peculio. Sueto. in Tiberio. ca. 15.

c d. l. si paterfamilias.

vtero fuerunt cùm arrogarētur ipsum arrogatum insequuntur. Cuius rei illa est causa, quòd in sua potestate alium habere non posit, qui alienæ potestati suppositus est [d].

ORACVLVM.) Ideo teste Cicerone [e] sic dictum, quòd in eo diuina insit oratio, cùm principes sibi aliquid diuinæ maiestatis cœpissent tribuere: vnde & Diuos sese vocarūt, sicut Domitianus authore Læto Domitianus & Dominus & Deus vester sese inscribere solebat: ideo factum est vt rescriptum principis diceretur oraculum [f]. Sic enim diuus Augustus. Accursius in explicatione historiæ toto errat cælo [g]: historiæ itaque veritas sic se habet, Cùm Cæsar Augustus [h] Liuiæ suæ vxoris impulsu magis quàm suopte iudicio Tiberium adoptare decreuisset, non antè id fecit, quàm ipsum Tiberius Germanicum fratris sui filium adoptasset [i], hoc videlicet consilio, vt eunte Germanico in potestatem Tiberij, ipso deinde Tiberio in Augusti, veniret vterque simul in Cæsaris Augusti patriam potestatem: id quod Suetonius & Baptista Egnatius copiosissimè attigerunt [k].

§. Apud Catonem.

POSSE liberari.) Quemadmodum enim is qui suo testamento seruum hæredem scripserit, aut eum tutorem dederit non vult eum & seruum & tutorem & hæredem esse [l], sic duæ hæ species tanquā differentes, patriæ scilicet ac dominicæ potestatis, mutuò consistere nō possunt, nempe vt quis & filiusfamilias & serui vice fungatur. vsq; adeò enim cohæret adoptioni libertas, vt hæc per illam data protinus intelligatur.

ACTIS interuenientibus.) Quod ea ratione admissum est, qua dicimus confessionem in iure factam confitenti nocere [m]: secus si coram tabellione: nisi id auctoritate iudicis fieri videretur. Erit autem is apud acta sic filius nominatus liber, verum id ei ad ius filij probandum non sufficiet: quod & in confessione extraiudiciali qua quis filium suum esse professus est recipitur [n], vt præsumptionem tantummodo pariat, sed contra quem probatio recipiatur. quo fit, vt si testator Sempronium filium suum hæredem scripserit, cùm is filius non esset, vt ei non continuò hæreditas debeatur: præsertim vbi id à testatore orante factum esse ostenditur [o]: nisi dedita opera testatorem fecisse ostendatur [p]: quod in dubio procliuius est vt admittamus: cùm nemo id ipsum dicat quod mente prius non cogitauit [q]. probabitúrque hoc casu filiatio, si vicinia fama eundem filium appellauerit.

Titulus, Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

Postquam visum est quibus rationibus quis alterius potestati subiiciatur, videtur ordinata rerum series exposcere, vt quibus modis quis ab ea liberetur, discutiamus [r]. Quibus autem modis seruus à iure sui domini eximi possit, satis visum est cùm de manumisionibus tractaremus [s]. Cæterùm patria potestas, qua de in præsentia nobis sermo est, multis modis soluitur: & in primis tam morte naturali [t] quàm ciuili [v]: tum dignitate patriciatus [x]: ad hoc captiuitate [y]: deinde emancipatione [z]: postremò adoptione [*]: de quibus latius aperiemus. Alios plerosque modos alij enumerant. Ferè enim quibus modis quis à curia liberatur, iisdē à patria potestate eximitur [&]. Mortuo igitur patrefamilias, filij à patria potestate omnino liberantur: mortuo verò auo ita demum liberantur, si pater auo viuo mortuus fuerit, aut quoquo modo à patris sacris exierit, id quod obtinet [a], etiam si pater hunc emancipatum filium cuipiam ex consanguineis in adoptionem dederit, rursúmque eum per adoptionem in suam potestatem receperit [b]. Licet enim in aui potestate eo moriente permanserit, tamen nepotes in illius non veniunt potestatem. Cuius rei illa est causa, quòd in nepotibus ius exemptionis acquisitum, ab eis tolli sine suo facto non potuit [c]. Filius quoque qui per hanc dignitatem patriæ potestatis

d l. sic eueniet. ff. de adult.
e Cicero in Topic.
f Ferrarius hic.
g gl. diuus Augustus.
h Baptista Egna. in Tiber.
i Sueto. eo. ca. 15. & idem in Caligula.
k Ex Cantiuncula hic.
l §. idēque iuris. sup. quib. ex cau. manu. nō lic. & inf. qui testa. tut. da. pos.
m not. in l. vnica. C. de confes. l. 4. §. causa cognita. de bono poss. l. 1. C. quo. bono. in l. pacta nouissima. in ver. maximè. C. de pac.
n l. non epistolis. C. de probat. l. imperatores. ff. eod.
o l. si pater l. nec apud. & ibi. gl. & doct. C. de hared. instituen.
p l. nemo. & ibi not. eo. tit.
q arg. l. Labeo de supellect. lega. ff.
r arg. l. ferè quibuscunque & l. nihil tam naturale est. ff. de reg. iur.
s toto tit. de libertinis.
t hoc §. in ver. hi verò.
v §. cum autem. infrà eod.
x §. filiusfamilias. inf. eod.
y §. si ab hostibus inf. eod.
z §. prateres emāc. inf. eo.
* §. admonendi. inf. eo. & d. §. & quidem.
& anthen. constitutio qua de dignitatib. §. illud. colla. 6.
a l. si pater filiū. De adopt.
b d. l. si pater. de adoptio.
c l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.

testatis nexibus liberatus est, in suum fauorem, non detrimentũ, liberari videtur [d]. Vnde si plebiscito municipali caueatur eius bona qui sine filio in potestate decesserit, dominio ciuitatis applicanda esse, nõ tamen bonis suis exuetur qui episcopum aut in alia dignitate cõstitutum filium habuerit. dignitas enim eum eximit vbi de eius incommodo agitur [e]: secus si de eius commodo: quod Faber, Aretinus & Iason hîc adnotarunt.

VIDEAMVS.) Verbum videndi hîc metaphoricè ad animum refertur [f] pro eo quod intelligere dicimus. Solent enim vt plurimum ea quæ corporis sunt, vt Faber [g] & Des. Erasmus [h] voluerunt, ad animum transferri. Verè autem & propriè videre ad sensum corporeum refertur. vnde si testis se aliquid vidisse asseruerit [i], de sensu corporeo intelligemus.

§. Cùm autem.

Quemadmodum morte naturali filius à patria potestate liberatur, ita & morte ciuili. Iure nostro ciuili quod mortis occasione statuitur, id in mortis ciuilis contingentia propemodum obtinet [k]. Neque enim multum absunt à morte naturali, quibus aqua & igni interdictum est, vtpote rebus sine quibus vita humana consistere non potest [l]: aut si deportatus, in eius (id est, interdictionis aquæ & ignis, cuius paulò antè meminit) locum pœna recepta [m], intra insulam aliquam pœnæ pendendæ gratia toto orbe disclusus circũscribatur [n]. Cùm ergo deportatus ciuitatem amittat, necessariò quoque iure patriæ potestatis (quod proprium est ciuium Romanorum [o]) priuabitur: quo fit vt filius deportatus patria potestate liberetur. Cùm enim filiusfamilias in ciuium numero sit, non poterit à patre iure Quiritum vendicari [p]. Sed cui deportare permittitur? Et receptius est vt imperatori id liceat [q]. Senatoribus quoque etiam aliis, quibus diuus Pius Seuerus id sua epistola concessit, quo in numero sunt præfectus prætorio, & qui eius vice cognoscit: Item præfectus vrbis [r]. Præter hos qui sententiam tulerit deportationis, non potest eam mandare executioni, nisi id vel princeps se ratum habere ostenderit, vel insulam ei destinarit. quod Accursius hîc prosequitur [s]. Quibus autem permittitur deportare, iisdem quoque restituere conceditur [t]. Qua in re plurimum retulerit inspexisse an princeps in suo rescripto, indulgendi, an verò restituẽdi vocabulo vtatur [v]: vt si quidem se indulgere dicat, pœnam tantùm remisisse censeatur: sin restituere, non pœnam tantùm, sed & omnia bona (quemadmodum Liciniano Antoninus permisit [x]) dignitatẽ quoque & famam restituere intelligitur. Sanè in hanc restitutionem non veniunt bona aliis vendita vel donata [y]. Neque enim princeps ius alteri acquisitũ suo rescripto tolere potest, nisi vel expressim illius meminerit, vel causa aliqua id suadeat [z].

RELEGATI autem.) Relegatio est exterminatio, cùm quis exire fines patriæ iubetur [*]: quod Cicero sedibus expellere interpretatur. Quid autem à deportatione differat (etiam si nunc quidem indiscriminatim his vtimur [&]). Accursius hîc docet, & alij non pauci [a]. Hoc autẽ loco manifestè à deportato secernitur, quòd hic patriam potestatem amittat, ille verò contrà: nam & ciuitatem retinet, & testamenti factionem, siue ad tempus, siue in perpetuum relegetur [b]. Sed & omnia bona sua retinet, nisi si quid sententia iudicum ademptum sit [c]. Relegatis autem bannitos nostri temporis doctores similes esse voluerunt, non deportatis: [d] illa scilicet ratione, quòd illi non amittant ea quæ sunt iuris comunis, sicut deportati [e], sed tantùm ea quæ sunt iuris municipalis. Vnde si statuto masculus fœminæ præferatur, aut illi deferatur hære-

d d. §. illud autẽ. constitutio quę de dignita. colla. 6.
e arg. l. quod fauore. de legib. C.
f l. videamus. de in lit. iuran.
g Faber lib. 9. cap. de trop.
h Erasmus lib. de copia,
i cap penul. de test. cog. & Porcius hîc in 1. notabili.
k Fab. Aret. & Ias. hîc. Bal. ĩ l. deo nobis. C. de ep. & cler. Iason in l. ex pacto. §. ĩ insulã. De verbo. obliga. Angel hîc.
l l. 1. §. quidam filiũ. de bono poss. cõtra tab. Bud. ad l. vlt. de donat. int. vi. & vxo.
m l. 3. ad l. Iul. pecula. l. 2. §. constat. de pœnis.
n Bud. ĩ l. capitaliũ. de pœ. l. 1. §. hi qbus. ff. de legat. 3. Bud. in l. aut facta. §. euentus. De pœ.
o §. ius autẽ. vbi dixi suprà de pat. potest.
p l. 1. de rei vendica.
q gl. & doct. hîc, arg. l. quominus. ff. de flumi. l. 1. §. 1. quando appell. non licet. not. in l. non ambigitur. De legib.
r Vide d. l. 1. § 2. quibus. de lega. 3. & d. l. 2. §. cõstat. de pœ. d. l. inter pœnas. ff. de interdic. & relega.
s gl. in verb. deportatur. verso. si antẽ alius iudex.
t l. relegati. in fi. De pœnis.
v gl. in verb. statũ: quã sequuntur omnes doct. & præcipuè Porcius hîc.
x l. 1. C. de senten. passis.
y Bal. in l. fi. §. fi. C. de sent. pass. & restit. & Bart. in l. 1. §. si quis vltro. in verb. restit. ff. de quæstionibus adde ca. quanuis & c. si propter tua debita. extra de rescrip. in 6. l. 2. §. merito. & §. si quid à principe. ff ne quid in lo. publ. & ita tenet Porc. ĩ §. 1. nu. 4. hoc tit. per iura allegata facit glo. & quod doctores scribũt in l. Gallus. §. si quid tãtum. ff. de lib. & posth.
z l. Lucius. de euict. Aret. & Faber hîc & Porcius, Decius quoq; in regula, sed quod nostrum est de reg. iur. l. aut facta.
* Bud. in l. capitalium. §. euentus. ff. de pœnis.
& l. amissione. §. 1. de cap. dimi. l. exiliũ. De interdic. & relega.
a gl. in verbo. retinent Aret & Faber.
b l. relegatum. §. fine ad tempus. ff. de interd. & releg.
c l. relegat. eodem titulo.
d Faber, Aret. & Porc. contrà glos. hîc in verbo, retinent, tenent, licet Salicet. in l. 1. C. de hæred. instit. contrà.
e l. eius qui. §. vlt. ff. de testament.

ditas, non erit tamen relegatus huius succeſsionis capax. Secus ſi iure communi ad hæreditatem vocatur [f], vel alio in loco hæres inſtituatur: quod obtinet ſi facultatibus ex condemnatione publica exutus ſit, aut ſi permiſſum ſit vnicuique impunè licere eum occidere. Tunc enim ciuitas ſua videtur illi tanquam hoſti bellum indixiſſe [g]: alioqui ad ſucceſsionem ex vi ſtatuti venire poterit: quod Aretinus hîc annotauit in verſi. ex hoc ſequitur.

§. Pœnæ ſeruus.

Serui pœnæ adeò nihil habent in poteſtate, vt neque teſtamenti faciendi [h], aut aliquid ex teſtamento accipiendi, niſi quod in cauſam alimentorum cedit, habere dicantur: immo cùm ciuitatem non retineant [i], palàm eſt eos ius patriæ poteſtatis amittere: Addictus igitur ſummo ſupplicio, cùm hic pœnæ ſeruus ſit, teſtari non poteſt, niſi vel à capitali ſententia prouocauerit [k], vel niſi de malè ablatis teſtamentum condere velit [l].

§. Filiusfamilias.

Propter patriciatus dignitatem quis patriæ poteſtatis nexibus eximitur (Patricios hîc voco non ſenatorum filios, quæ propria eſt ſignificatio, ſed eos qui ſunt veluti patres communis Reipublicæ, quo in numero ſunt hi quos Pares Franciæ vocamus [m]) aliis quoque compluribus dignitatibus ius exemptionis patrię poteſtatis tribuitur: id quod ex Nouellis Iuſtiniani cognoſcere licet [n]: adeò vt & plerique huic noſtro §. in reliquis locum non eſſe aſſeruerint [o]. Epiſcopalis enim dignitas quem à patria poteſtate liberat [p], quod in clerico aut in presbytero locum habere non poteſt [q]. Sed quid in doctoratus, vt vocant, dignitate? Et Barto. cenſuit [r] eos non ideo à parentis eximi poteſtate. quod Iaſon hîc ſequitur [ſ]. Sanè filius qui per dignitatem patriam poteſtatem exierit in ſuum fauorem non detrimentum liberatus intelligitur [t]. Vnde ſi plebiſcito municipali caueatur eius bona qui ſine filio in poteſtate deceſſerit, domino ciuitatis applicanda eſſe, non tamen bonis ſuis exuetur, qui filium epiſcopum aut in alia dignitate conſtitutum habuerit. dignitas enim eum eximit vbi de eius incommodo agitur: ſecus ſi de eius commodo. Atque ita Faber & Aretinus cenſuerunt: quibus Iaſon aſtipulatur [v].

§. Si ab hoſtibus.

Duæ ſunt enim iuris fictiones. Vel frequétiſsimè prima eſt legis Cornelię [x], ſecunda poſtliminij [y]. Vtriuſque ratio ſic ſe habet. Quotieſcunque populus Romanus populo alicui bellum indixerat [z], qui in eo bello capiebantur, ſerui hoſtium ſic efficiebãtur, vt nihil omnino liberalis iuris retinerent [a]. Eueniebat itaque, vt quando ipſi in aliena poteſtate eſſent, liberos in poteſtate non retinerent [b]: Vnde captiuitate durante liberorum ſtatus pendere dicebatur. Hi ſi apud hoſtes morerentur, ex legis Corneliæ præſcripto prima hora captiuitatis ſuæ mortui fingebantur [c]: vnde & liberi ex tunc fingebantur à ſua poteſtate exempti. Cæterùm ſi hi vel vi vel dolo vel fallacia vel quouis alio modo, animo tamen manendi [d], reuerſi eſſent, non patriam poteſtatem tantùm, ſed & reliqua omnia recuperabãt, idque vel ipſo iure, vel ſi alteri ius eſſet quæſitum, per reſtitutionem [e]: præter vxorem, quam ob ſeruitutem iure Digeſtorum non recuperabat, niſi fuiſſet redintegratũ matrimonium [f]. Hodie ex Nouellis Iuſtiniani matrimonium captiuitate nõ diſſoluitur [g]. Transfugæ verò, & qui abiectis turpiter armis ſeſe dediderant, quia id conſilio feciſſe videbantur (l. poſtliminium. §. trãsfugæ. l. eos. §. poſtliminij ius. ff. illo titu. l. ſi quis. ff. de poſtlimi. reuerſis.) eo priuilegio frui non poterant. Exigebatur autem vt bellum hoſtibus populi Romani indiceretur: quod quo pacto intelligendum ſit, Alciatus in l. hoſtes de verbo. ſig. omiſsis næniis hîc Fabri, Aretini, & Porci, & aliorum, copioſiſsimè proſequitur.

f arg. l. extra territoriũ ff. de iuriſd. om. iud.
g ar. l. amiſsione. §. qui deficiũt. ff. de cap. diminut.
h l. 3. de his quæ p nõ ſcrip. ha. & l. quidam. de pœn. l. eius qui. §. vlt. de teſta.
i l. qui vltimo. De pœ.
k arg. l. furti. ff. de his qui not. infa.
l Aretinus hic in fi. §. cuius autem.
m Buda. ad l. vlt. ff. de ſenator. Alcia. in rubr. C. de Conſul. lib. 12.
n auth. ſed epiſcopalis dignitas. C. de epiſcopis & cler.
o Aret. & Por. hic.
p d. auth. ſed epiſcopalis dignitas.
q authẽ. presbyteros. C. de epiſ. & cler.
r l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.
ſ [illegible]ſ. in 1. addit. ad Porcũ.
t [illegible]uthẽ. conſtitutio quæ de dig. §. illud. colla. 6.
v ſuprà eod. §. 1.
x l. lege Cornelia. ff. de teſt. l. lex Cornelia. ff. de vul.
y l. poſtliminiũ. l. poſtliminij ius. ff. de capti.
z l. hoſtes. ff. de ca. l. hoſtes. de verbo. ſignif. & ibi Alcia.
a arg. l. ex iſto iure. ff. de inſt. & iur. dixi in §. ius autẽ gentium. verſi. nam vſu exigente.
b arg. l. ſic eueniet. de adul. ff.
c l. in bello. § ſi qs capiatur. l. poſtliminiũ. de capti. l. 1. §. ſi pẽdeat. ad macedo.
d l. nihil intereſt ff. illo tit. l. poſtliminij. §. et ideo. de capt. Cic. lib. 3. Offic.
e l. hoſtes. §. ab hoſtibus. l. in bello. ff. eo. Aretin. in §. eaque. De re. diuiſio.
f l. nõ à patre. l. in bello §. medio tẽpore. l. cũ duæ. §. non vt pater. ff. de capti.
g auth. de nup. § ſed etiã ca tiuitatis gradus. coll. 4.

§. Præterea

§. Præterea emancipatione.

Soluitur & patriæ poteſtatis nexus emancipatione, quam veteris iuris ſolennitate exploſa, de qua Caius & alij complures meminerunt [b], ſic fieri conueniet, vt auus aut pater filium ſuum aut filiam, nepotem & neptem, vel alios quoslibet, vel ex ſacro ſcripto, vel apud competentes magiſtratus quorum iuriſdictio [i] vt in contentioſis [k], ſic & in voluntariis prorogetur, filium ſuum non inuitum manu ſua dimittat atque ſoluat. §. vlt. infrà. eo. Hæc autem emãcipatio vtrique & filio & parenti profutura eſt. Filio quidem, cui ei poſthac acquirere licebit. Vbi antea prohibitus eſſe cenſebatur. l. 1. ad prin. ſi à parente quis manumiſ. fuerit. tantum vſuſfructus dimidium in præmium emãcipationis lege permittente patri adſeruare cogitur [l]. Patri verò eam adfert vtilitatem, quam patrono facta de ſeruo manumiſsio [m]. Quemadmodum enim patronus à liberto ſuo præteritus in teſtamento, contra tabulas bonorum poſſeſsionem habet [n], ſic & hic parens exemplo patroni ad bonorum poſſeſsionem filiifamilias emancipati admittetur: niſi ſi fortè filiusfamilias militare cœperit [o], cùm ex diui Pij reſcripto [p] in bona filij militis non ſit danda contra tab. bonorũ poſſeſsio. Sũt & alij aliquot modi quibus pater hac ſua legitima defraudari poteſt: quos Accuſius hic proſequitur [q]. tantum admonendi ſumus, non tam legis quàm iuriſprudentum interpretatione conſtitutum eſſe [r], vt pater huius emancipati filij tutelam adminiſtret. Hoc amplius totorum bonorum contra tab. poſſeſsio parenti datur [ſ], ſi filius ipſe turpes perſonas hæredes inſtituerit: quod patrono permittitur. Sed nunquid pater filio ſuo emancipato aliquid inter emancipandum dare cogitur [t]? Et plerique id negant, cùm patrem ipſum præmio afficere debeat [v]. quod ipſum generali propemodum conſuetudine immutatum eſt. Receptum eſt enim, vt pater aliquid filio contribuat, licet ad id cogi non poſſit, quod aliàs non imputabitur in legitimam, niſi expreſsim ſe id velle atteſtatus ſit [x]: licet in medium conferri poſtea debeat.

b Caius lib. 1 inſtitu. tit. 6. Boetius lib. 3 in Top. Cic. Bud. in l. 2. de orig. iur. Cãtiũcula in ſuis Topic.
i l. 1. ff. de Offic. Procõſulis.
k l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. 1. ff. de iudic.
l l. cũ oportet. § penul. C. de bo. q̃ lib. § hoc quoq. inf. p quas perſo. nob. acquir.
m gl. hic in verb. patrono.
n d. l. 1. ff. ſi quis à parẽ. ma. et l. 1. C. de bo. poſ. cõ. tab.
o d. l. ſi parens, verſ. eſt & alius. ſi à par. quis fue. manu. gl. hic in ver. pat.
p l. ſi à milite. §. vlt. & l. ſeq. De teſta. milita.
q gl. patroni.
r inf. de legit. patro. tute.
ſ l. Antoninus. ſi à parẽt. quis fue. manu.
t Ang. & Iaſon hic.
v Bar. in l cum oportet. §. pen. C. de bo. quæ lib.
x l. ſi quando. l. generaliter. C. de inoff. teſta. Bar. in l. peto. De lega. 2.

§. Admonendi.

LIBERVM.) Hæc enim ſunt, inquit Cicero [y], fundamenta firmiſsima Romanæ libertatis, ſui quemque iuris & retinendi & omittendi eſſe dominum [z].

y Cic. in oratiõe pro L. Cornelio Balbo.
z arg. l. in re mandata. C. manda. ar. l. nec emere, C. de iur. deliber.

§. Sed & ſi pater.

NON CONTRADICENTE.) Vulgò quæri conſueuit, nunquid taciturnitas conſenſum arguere videatur. Qua in re diſtinguendum arbitror, vt ſi quidem ea de re agatur, quæ alicuius conſenſum deſideret, non ſufficiat aliquem ibi tacere [*]. Vbi verò res eo inuito geri non potuit, taciturnitas loco conſenſus habeatur [&], niſi vel ex partium conuentione conſenſus interuenire deberet: vel niſi lex expreſsim conſenſum deſideret [a]. In dubio tamen eſt, an eum conſentire dicemus, qui cùm actui obſiſtere poſſet, dolo tacuerit. quod latius Faber hîc proſequitur, aliique [b] non pauci.

* l. ſæpe §. ſcientibus. de re iudi. gl. ordina. in l. Cai. de pigno. actio.
& l. ſi debitor. §. ſi in venditiõe. qui. mo. pig. &c.
a l. 1 de adopt.
b Areti. Por. & Iaſ. hic. Dinus in l. is qui tacet. de reg. iur. lib. 6.

§. Illud autem.

EX FILIO ſuo conceperit.) Vt igitur auus nepotem in poteſtate ſua retineat, ſufficiet filium poſt conceptionem vxoris emãcipatum in adoptionem datum fuiſſe [c]. Tempus enim conceptionis in plerisque aliis caſibus inſpicere ſolemus [d]. Vnde patricius filius eſt, qui ante remotionem patris ſui à ſenatu, conceptus eſt [e]: nec ſacerdotis filius, qui ante ſacerdotium conceptus eſt [f]: & pleraque id genus ſimilia [f].

c l. Verum eſt. de bon. poſſ. ſecundũ tab. l. itẽ prætor. & ibi Bar. de ſuis et legi.
d §. 1. de ingenuis.
e l. emãcipatũ. C. de ſenato.
f Aret. hic in gl. ex filio.

§. Et quidem.

EOS DIMITTERE.) Ex quibuſdã tamen cauſis pater filium à ſuis ſacris eximere compellitur [g] ſicut & ex nonnullis aliis filius emãcipationem

g l. ſi lenones. C. de epiſcop. audientia. l. Diuus Traianus ff. ſi quis à paren. manu. fue. l. ſi cui legatũ. ff. de condit. & de demõſtra. gl. hic in verb. bene.

ſubire compellitur. Quibus enim ex cauſis exhæredatio concedi ſolet, ex eiſdem quoque emancipatio conceditur [h]: quemadmodum in filio etiam nūc videmus, qui ob derelictos in aduerſa valetudine parentes poteſt exhæredari, & in ſeruitutem reuocari [i].

Titulus, De Tutelis.

Superioribus titulis viſum eſt de perſonis alieni iuris [k]: nunc videamus de his quæ ſui iuris ſunt [l]. Harum autem quædam ſunt in poteſtate tutorum aut curatorum: quædam neutro iure cenſentur. Cæterùm cū ars per omnia, quoad eius fieri poteſt, naturam imitetur [m], & tutela impuberes, cura verò puberes contineat [n], de perſonis quæ tutorum auxilio reguntur, priore loco diſputandum eſt. Qui igitur alieno iuri ſubiectus eſt, tutorum opitulatione minimè indiget [o]. Vnde filiusfamilias tutorem habere non poteſt [p]. Cùm enim ea gratia tutor dari ſoleat, vt eum qui per ætatem ſe defendere non poteſt, tueatur [q], nemo videtur ad eandem rem ipſo patre accōmodatior, cùm pro affectu parentes magis in liberis terreantur [r]: quod tamen non obſeruatur quando pater res ipſius filij adminiſtrare nolet [s]: aut vbi pater prodigus, libidinúmq; omnium ſeruus eſſet [t]. Idémque eſt & ſi pupillus aliquid promittere velit [v]. tunc enim tutor dabitur. quod ea gratia receptum eſt, quia patria poteſtas ad componendos filij mores pertinet, tutoris verò auctoritas præcipuè ad defendendum, quod inferius attingitur [x]. Idémque eſt & ſi de re agatur cuius vſuſfructus ad patrem non pertinet: vnde in actione perſonali aut criminali iudicio curator conſtitui debebit [y], cùm in aliis ſolius patris auctoritas ſufficiat.

CVRATIONE.) Sunt qui exiſtimant inter curationem, curaturam & curam id eſſe diſcriminis, quòd cura mentis ſit, curatio medicinæ, curatura diligentiæ, cùm tamen iureconſulti indiſcriminatim his vocibus vtantur [z].

§. Eſt autem tutela.

Accurſius [a] in huius definitionis explicatione vim ac poteſtatem quaſi violentā poteſtatem interpretatur, ea nimirum gratia, quòd tutela inuito detur, ad eámque ſubeundam tanquam ad munus publicum, quilibet cogi poſſit. Cuius interpretatio præterquam quòd iuriſconſultorum nitori repugnat [b], & hac quoque ratione improbari conſueuit, quòd mater & auia non niſi volentes ad tutelæ onus non admittuntur [c]. Huc quoque accedit, quòd ex voluntate pupilli tutor quandoque decerni ſoleat, ſicut & tutor quandoque tutelam affectare dicitur [d], ſic vt in tutorem animaduertatur, qui data pecunia tutelam occupauerit. Conſultius itaque fuerit vim ac poteſtatem pro facultate ac poteſtate quadam vſurpari, hoc nimirum ſenſu, vt tutela ſit quædam ciuilis legis prouiſio in eorum gratiam conſtituta, qui propter infirmum & fragile ipſius ætatis conſilium ſeſe tueri ac defendere non poſſunt: vt eorum opera qui maturioris ſunt ætatis, gubernentur. Multum autem inter hanc & patriam eſt diſcriminis. Hæc enim licet ad tuendum inuenta ſit, ad id tamen præcipuè inuenta non eſt, ſed in quandam conſequentiam [e]. ea autem quæ in conſequentiam veniunt, rarius conſiderantur. Tutoris autem poteſtas ad id adhibetur, vt pupillum defendere ab iniuria queat. datur enim principaliter perſonæ: licet in curatore aliud receptum ſit, quem conſtat in gratiam rerum eſſe conſtitutum [f]. Exigitur autem vt poteſtas hæc iuxta definitionem hanc, ſit in capite libero, hoc eſt, vt non ſolùm pupillus [*] ſed etiam tutor ipſe liber ſit. ab ea enim ſeruus reiicitur [g], quòd hæc inter munera ciuilia recenſeatur, quorum omnium ſeruos incapaces eſſe, certiſſimi iuris eſt [h]. quia pro nullis habentur.

§. Tutores.

DEFENSORES.) Vnde hodie à tutore iuramentum exigitur, ne pupillum relinquat indefenſum [i].

§. Permiſſum.

h l. quidam cum filium. De verbo. oblig.
i l. peccare de libe. agno. l. vlt. C. de pat. poteſt. Iaſo hic in addit. ad Por.
k z. tit. de his q. ſunt ſui vel alie. iu. tit. de pa. pote. & adop.
l hoc. §. tranſeamus.
m ar. l. adoptio. ff. de adop.
n tit. de curat.
o gl. hic in ver. non ſunt.
p l. vl. in prin. C. de cura. furioſ.
q l. 1. ff. de tutel. §. eſt aūt tutela. & §. tutores inf. eo.
r l. iſti quidē. ff. quod me. cau.
ſ l. vlt. §. vbi autē. & ibi Bart. C. de bo. quæ lib.
t l. vlt. §. minores. verſic. quibus ſi. C. de ſent. p. ſ. & reſtit.
v §. ſi pupillus infrà de inutil. ſtipula.
x gl. in verbo. patre. in d. §. pupillus.
y Aret. hic & Iaſon. in addit. ad Por.
z l. 3. ff. eodem.
a gl. hic in verb. vis ac poteſtas.
b Salom. in l. vt vim. ff de iuſt. & iu.
c auth mariti. C. quā. mul. tut. off. fun. po.
d §. Item hæc tria onera. infrà de excuſa. tuto.
e l. 1 ff. de authoritate tut.
f l. in copulandis. & ibi not. C. de nup.
g l. 1. § aque l. munerū ciuiliū in prin. de muner. & hono. l. 1. De tutel.
* per gl. libero inſtit. eod.
h l. quod attinet. de reg. iur.
i l. vlt §. defenſionē. C. de adminiſt. tuto. et ibi. Bart. & docto.

§. Permissum.

Post explicationem definitionis tutelæ simul & tutoris[k] Iustinianus descensurus ad tutelarum distinctionem(hæc enim triplex est,testamentaria scilicet,datiua,& legitima[l]) orditur à testamentaria, quæ vt cæteris dignior, ita sibi primas partes peculiari quodam iure vendicat[m]. Ostendit itaque parentibus lege decemuirali .i. 12. tab. * permitti, vt liberis suis tutores dare possint[n]. qua tamen in re exigitur vt filij sint impuberes[o]. Puberes enim non tutorum auxilio sed curatorum reguntur[p], cùm ipsi vtcunque suis rebus superesse possint. Deinde vt sint in parentum potestate[q]. Absurdum enim esset eum alterius potestati subiicere posse, qui ipse in eum ius aliquod non habeat. Vnde & fœminæ cùm in potestate liberos non habeant[r] illis tutores dare non possunt. Postremò, vt testamento tutor constituatur. quod & ad codicillos testaméto confirmatos producendum erit[s]. Hodie tamen semper pro confirmatis habentur[t]. Sed finge vnum testamento datum esse, alium verò codicillis: vter præferetur? Et Faber respondit vtrumque administrare debere: quod Aretinus Porcúsque probant[v]: licet in procuratoribus diuerso tempore datis aliud constitutum sit. posteriore enim dato prior ademptus esse videtur[x]. Differentiæ ratio hæc est, quòd ex re pupilli sit plures habere tutores: sed vt negocia domini à pluribus administrentur, id non tam vtilitatem illius respicit[y]. Sanè ex testamento imperfecto rectè tutor dari non solet[z]. quod ea ratione receptum est, quòd tutor tanquam extranea persona, immutata testatoris voluntate non ligatur. quod Faber hîc censuit, licet plerique dissentiant[a]. Sed in testamento minus solenni, vt quod septem testes non habet, obseruatur[b]: hócque casu à iudice tutor confirmari poterit[c]. Vbi verò vitio præteritionis vel exhæredationis testamentum rumperetur, valeret huiusmodi datio ipso iure, cùm lex hanc tutelam confirmet[d]. Idémque est & si filium suum maiorem natu testamento imperfecto reliquis fratribus tutorem dederit. Imperfectum enim testamentum inter liberos valet[e].

IN POTESTATE.)Idémque est in naturali filio, qui tutorem in eam partem quæ sibi testamento relinquitur, accipere potest[f]: hócque casu non tã personæ quàm rei tutor dari solet[g], nam vbi à lege vel iudice, aut à testatore filios in potestate habente tutor datur, in gratiam personæ principaliter dari consueuit[h]. Adoptiuo quoque si in potestatem adoptantis trãsierit, receptius est tutorem dari posse. hic enim ex communi omnium doctorum sententia tutorem testamento accipere potest. quod alibi Barto. executus est[i].

NON SVNT recasuri)Lex enim quæ permittit auo tutorem dare nepoti, ita demum id permisisse censenda est, modò in præiudicium sibi non vergat. & hic enim res suorum liberorum commodissimè administrare potest[k]. Nam & aliàs priuilegia ita interpretari debent, vt ad neminem redundet incommoditas. quæ sententia receptissima est[l].

§. Cùm autem.

Posthumus in testamento tutorem accipere potest exemplo filij iam nati: Cùm enim eius intersit tutorem sibi dari, hoc casu pro iam nato habetur: id quod in aliis propemodum obtinet, vt si de eius qui in vtero est commoditate tractetur, ab eo qui iam natus est, nihil omnino differat[m]. Quapropter testator qui se Ecclesiam instituere dixerit, si quidem sine liberis iam natis decesserit, non videbitur citra liberos vita defungi, si vxorem prægnantem reliquerit[n]. Interest enim filij, vt hæres patri suo existat. In reliquis verò omnibus procliuius est vt posthumus pro non nato habeatur, quando de ea re tractatur, quæ aliorum vtilitatem respicit[o]. Vnde nec matri prægnanti quę vltimo supplicio addicta est, prodesse poterit. licet enim executio

c. j.

---

k ℥. §. est autẽ tutela. §. tutores. suprà eo.
l gl hic in verb. permissũ.
m Aretinus hic.
* Caim in l. 1. de test. tute.
n d. l. 1. ff. de testa. tute.
o §. 1. inf. quib. mo. tut. fini.
p §. 1 infra de curato.
q arg. l. traditio. de acq. rer. dnio: quẽadmodũ enĩ traditio firma est, si res tradita, sit eius q tradit, ita q habet aliquẽ filiũ in potestate, alteri⁹ potestati eũ subiicere potest, id est tutoris, in quẽ veluti transfert suã potestatẽ. ex quo vulgare illud colligitur, quod nemo nisi quod habet dare possit
r l. matrem. C. de adoptio.
s gl. in verbo, testamento.
t l. 3. ff. de iure codicill. in §. vlt. Faber hic.
v l si quis cũ pcuratorio. §. Iulian⁹. ff. de pcura. Fab. Ang. & Porc. hic.
x d. l. si quis. §. Iulianus.
y Faber hic.
z l. 2. C. de confir. tuto.
a Iac. de Rauẽna in d. l. 2. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamẽ.
b Are. hic ĩ ver. qd si pater.
c d. l. 2 sub fi. C. de cõfir. tut.
d authẽ. ex causa. C. de lib. præter.
e d. §. ex imperfecto. & ibi Bal l. iteroẽs. C. fam. herc.
f gl. hic in ver. in potestate. & Por. ad eam.
g l. pater. § 2. de testa. tute.
h Porcius hic.
i Bart. ĩ l. naturalib⁹ ĩ pri. et §. 1 de cõfir. tuto. C. vide oĩno Ias. hic in addit. ad Porc. & § vl. inf. eo.
k ℥. dixi in §. 1. sup. eo. vide omnino l. nec milité. ff. de testa. tute.
l ar. l. nec au⁹. C. de emãcip. lib l. 2. § merito. ff ne qd in lo. pub. & ita solet prĩceps permittere quoties nouũ aliqd operis instituẽdũ petitur. d. §. merito. & §. siqs à principe d. l. 2. d. tit.
m l. q̃ dicim⁹. de verb. sig.
n Alcia. in l quod dicim⁹. de verbo. sig. & l. siqs prægnantem. ff. de reg. iur.
o l. qui in vtero. ff. de sta. homi d. l. quod dicimus.

differatur, non continuò tamẽ procraſtinatur, quòd iam hic in lucem editus fingatur, ſed quia eſt aliqua ſpes concepti, iámque informati in vtero hominis. Sed hæc omnia qui volet latius ab Alciato repetere poteſt, & alia pleraque id genus ſimilia [p].

§. Sed emancipato.

Licet ab eo qui in poteſtate filium habet, tutor in teſtamento dari poſſit, tamen filio emãcipato tutor à patre cõſtitui poteſt. quod illa ratione admittitur, quia vſque adeò filij commodis pater aduigilare præſumitur, vt nemini alij præterquam idoneo filij ſui tutelam commiſſurus ſit [q]. Qua ratione & hic omnino à iudice confirmandus erit, remiſſa ſcrupulioſiori inquiſitione: vt quia neque rem pupilli ſaluam fore ſatiſdet, neque facultates eius diutius inueſtigemus [r]: licet eorum quæ pater ignorare potuit, inquiſitio fieri debeat [ſ]. Diuerſum eſt in matre, quæ ſi filio inſtituto tutorem dederit, non ſine inquiſitione huic tutori adminiſtratio decernetur [t], ea nimirum ratione, quia infirmum eſt & fragile ipſius mulieris conſilium [v]. Sed nónne hunc tutorem ſic confirmatum, teſtamentarium cenſebimus, an datiuum [x]? Et verius eſt hunc teſtamentario conferendum eſſe: vnde & legato ſibi à teſtatore relicto priuabitur [y], ſi quidem ſe à tutela excuſauerit. nam nec ab eo ſatiſdatio, ſicut nec à teſtamentario, exigi ſolet [z]. Nec nos mouerit quòd qui confirmat, dare dicatur [a], vnde datiuus dici debuerat. Id enim tunc locum habebit, quando ſpontanea eſt huiuſmodi confirmatio [&]. alioqui vbi coacta eſt, tunc aliud eſt dicendum, cùm nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtat [a]. hic autem iudex neceſsitate ſibi à lege indicta tutorem confirmare cogendus eſt. atque ita ab omnibus proditum eſt [b].

Titulus, Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

Dixerat ſuprà Iuſtinia. permiſſum eſſe parentibus vt filiis ſuis quos in ſua poteſtate haberent, teſtamento tutorẽ dare poſſent [c], oportuit itaq; ordine naturæ oſtẽdere, qui tutores conſtitui poſsint. Itaque cùm in album munerum publicorum tutela reiiciatur [d], ad quæ munera ſubeũda quis inuitus compelli poſsit [e], cõſequens fuit vt poteſtas tutoris dandi latiſsimè pateat. Vnde paterfa. tutor dari poterit, modò is ſit, qui omni mentis ac corporis vitio careat. Nã & mutus & ſurdus tutores dari non poſſunt [f], quoniã ille quidem loqui, hic verò audire non poteſt. In auctoritate autem pupilli præſtanda tutor nõ audire tãtũ, ſed etiã loqui debebit. Sed id in ſurdaſtro, aut eo qui eſt linguę impeditioris, non obſeruatur [g]. Sed & is qui in poteſtate parentis eſt, tutor rectè dari poteſt. In hac enim cauſa exemplo publicorum munerum loco patrisfa. habebitur [h]. quare patriã poteſtatem hac in parte negligere poteſt teſtator [i], éxque huiuſmodi datione patrem de peculio aut de in rem verſo obligabit [k]. Quòd ſi pater in ſe periculum tutelę ceperit, aut pro filio tutore interceſſerit, in ſolidum obligabitur [l]: quemadmodum & ſi à iudice tutore dato filio pater tutelam agnouiſſet, hoc eſt ſi vel ipſe geſsiſſet, vel filio gerenti conſenſiſſet [m]. exigimus enim hac in re parentis conſenſum: licet in reliquis omnibus muneribus ſufficiat patris taciturnitas. l. 2. ff. ad municipalem. At ne quis miretur teſtamentariam tutelã tam diuerſo iure cenſeri ab ea quę à prætore decerni ſolet, conſiderãdum eſt parentem pro filij incolumitate ſupra modum ſolicitum eſſe [n], neque ei tutorem alioqui inutilem teſtamento conſcripſiſſe. At iudex hæc omnia exacto perpenſóq; iudicio inſpicere non ſolet. Quin & illud receptũ eſt, vt & ſeruus proprius, cuius fides domino ſatis explorata eſt, tutor inſtitui poſsit: hócque caſu non fideicommiſſariam, vt olim [o], ſed directam libertatem conſequetur [p]. qua in re hoc exigimus, vt hic per errorem datus non ſit. cùm enim error conſenſum non habeat [q], nec tutor rectè conſtitutus intelligetur.

§. Seruus

p Alcia. in d. l. quod dicimus. Por. hic.

q ar. l. ſi quidẽ. de eo quod me. cau. dixi in §. 1. ſup. eo. arg. §. 1. in fi. de ſatiſd. tut. arg. l. vlt. in fi. C. de curato. furio. & c.

r gl. hic in verb. ſine inquiſitione.

ſ l. in confirmãdo. l. ſeq. & l. vtilitatẽ. ff. de cõfir. tut.

t l. pater. ff. de teſta. tute.

v arg. ca. For.° ĩ fi. de verb. ſig.

x Por. hic ĩ fi. gl. 1. & Fab.

y l. Neſennius. §. vl. de excuſ. tuto.

z l. qui à patre. ff. de cõfir. tuto. iuncto §. ſed hoc non eſt. inf. de ſatiſda. tuto.

a l. & quia. de iuriſd. om. iudic.

& l. lege obuenire. ff. de verb. ſignif.

a arg. l. re lega. ff. de adimẽ. lega. arg. l. pxime de rit. nup.

b Fab. et Por. hic adnotãt

c §. permiſſum. ſup. de tute.

d §. 1. infrà de excuſa. tuto.

e arg. l. inuitus. ff. de verbo. ſig.

f l. 1. §. mutus. de tute.

g Vide l. 1. §. mutus ff. de tute. & l. agnato. & l. vlt. de legit. tuto.

h l. filiusfa. de is qui ſunt ſui vel alie. iur. l. cũ Prætor de. iudic. in fi.

i l. ille à quo. §. vlt. & l. ſi quando ad ſenatuſconſ. Trebellia.

k l. Lucius Titi° ff. de adminiſ. tuto.

l d. l. Lucius in fi.

m l. ſi filiusfam. ff. de tute.

n Faber hic elegãter in fi.

o l. & ſi non adſcripta. C. de fideicõ. liberta.

p l. quidã cũ. §. cũ igitur. C. de neceſſa. ſer. hared. inſti. nam hac lex quæ vltimo loco relata eſt renocat d. l. & ſi non adſcripta.

q l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omniũ. iud. cũ l. nihil tam. §. vlt. de reg. iur.

§. Seruus autem alienus.

Alienus seruus sub cõditione, nempe cũ liber erit dari potest. Idémque est si purè datus fuerit, licet hoc casu fideicõmissariam[r] illo verò directam libertatem consequatur[f]. Sed in proprio seruo hoc ius constituitur, vt sub conditione tutor datus libertatem propriè sicut nec tutelam consequatur[t]. Idque odio domini receptum est, qui cùm libertatem purè conferre posset, contra pupilli vtilitatem diutius comperendinare sustinuerit[v].

§. Furiosis.

Cùm in tutore non solùm industria, sed sapientia desideretur, quò pupillum fidei suæ commissum tueri ac defendere posit[x], consequens erat vt furiosus, quem nulla sapientia præditum esse constat, ab huiusmodi munere reiiceretur. At cùm hi perpetuò vt plurimum morbo non laborent, eósque sæpissimè ad sanam mentem reuerti videamus[y], æquius fuit vt & tutor scribi posit. Videtur enim testator illi tutelam commisisse, cùm per furorem illi licebit: exemplo filiifamilias: qui si minor annis tutor datus sit, videtur in id ætatis quo sibi ac suis rebus superesse posit, hoc est in vigesimumquintum annum[z], tutor constitutus esse[*]. In iudice verò receptum est, vt furiosum aut filiumfa. tutorem constituere posit.

CVM COMPOS.) Vnde & procurator hîc dari poterit[a], censebitúrque ad hanc procurationem idoneus vbi furor cessauerit. Sed nunquid sacerdotium illi conferri poterit? Et negant plerique[b], cùm beneficium in pendenti esse non posit[c].

§. Ad certum tempus.

Veteres iureconsulti tantopere huic testamentariæ tutelę fauerunt, vt etiam parenti id licere existimauerint, vt tutorem ad certum tẽpus, vel à certo tẽpore in diem vel sub conditione constituere posit. nũquam enim tutela, (sicut nec reliqui alij actus legitimi) diem recipit vel conditionem.[d] Id tamen in datiua non testamentaria tutela obseruatur. Cuius rei illa est causa, quòd semper testatoris factum per iudicem emendari potest. à Prætore enim tutor datur: qui vbi dies cesserit & venerit, tutor esse desinet[e]. Et si iudex sub conditione tutelam dederit, non posit id ipsum ab alio iudice emendari: vnde aliquid incommodi ex huiusmodi datione ad pupillum redire posset. Atque ita aduersus Fabri sententiam Aretinus censuit[f]: cui & Porc. suffragatur. Nec me mouerit quòd aliquando hac adiectione à iudice tutor detur, Tutorem do, si satisdederit. Id enim non conditionem in se habere sed admonitionem Vlpianus censuit[g].

CERTAE AVTEM REI.) Vniuersitati tamen rerum, vt rei Aphricanæ vel Syriacæ tutor dari potest: hócque iure vtimur.[h]

PERSONAE, NON CAVSAE.) Ad id enim præcipuè adhibetur tutor, vt pupillum ab omni iniuria tuetur ac defendat[i]. Item vt ipse bonis moribus eum imbuendum curet[k], mercedésque præceptoribus pro modo patrimonij, & pro dignitate natalium constituat. In consequentiam tamẽ datus ad vniuersum patrimonium intelligitur[l]. Diuersum in curatore recipitur, qui solam rei familiaris non personæ curam suscipit. Sed nunquid suo sumptu suóque victu tutor res pupilli administrare debebit[m]? Et verius est vt debeat[n]: cùm idem in liberto videamus, qui operas tam obsequiales quàm fabriles sua impensa patrono præstare cogitur[o]. Neque id ratione caret. Cùm enim inuitus ad id muneris euocetur[p], turpiter omnino facturus esset si id non faciat cui ex officio astringitur[q]. propter paupertatem tamen illi aliquando ex iudicis præcepto salarium dabitur[r], ne suum officium illi damnosum existat[f].

r l. & si non adscripta. C. de fideicõ liber. l. si hæreditas. §. vlt. De testa. tute.
f gl. hic in verbo, datur.
t gl. hic in verbo, eo modo.
v Faber hic.
x §. tutores. §. i. sup. de tute.
y l. diuus Marcus. de offic. præs. ff. Bud. in l. 2. De orig. iur.
z l. i. ff. de minorib.
* vt in textu.
a l. 2. §. furiosus. de procura.
b Faber hic in ver. & pro hoc.
c ca. 2. de cleri. lib. 6.
d l. act[us] legitimi. ff. de reg. iur. & c. eo. in 6. & tit. et ibi doctores.
e l. si quis sub conditione. ff. de testa. tute.
f in glo. tutorem.
g l. muto. §. si sub conditione. ff. de tutel.
h l. si tamen tutor. ff. de testa. tute.
i l. i. ff. de tute.
k l. cũ plures. §. cũ tutor. ff. de admi. tuto. l. vlt. C. de alim. præst.
l §. datur autem tutor. inf. de excusa. tuto.
m Por. hic in ver. quæritur de quæstu frequentiss.
n l. à tutoribus. §. principalibus. de admi. tuto.
o l. suo sumptu. ff. de ope. libert.
p §. i. suprà eo. vbi dixi est enim munus publicum.
q l. vlt. C. de cõdict. ob tur. cau. dixi. §. i. de iur. natu.
r d. à tutoribus.
f l. sed si quis ex signatoribus. ff. quẽad. test. aperiãt. & c. sanè dilecto & ib. glo. in verb. sustinere. de renuncia. l. si seruus com. munis. §. quod verò. ff. de cur. bo. dan.

§. Si quis filiabus suis.

CAETERVM SI FILIOS, non continebuntur.) Illud enim pro regula traditum est, filiorum appellatione nepotes non contineri[t]: id quod ex vera & genuina verborum significatione est. plerumque tamen ex iureconsultorum interpretatione aliud dicendum est[v]. qua tamen in re legales ab humanis dispositionibus secernandas esse arbitror. In legibus enim plerumque nepotes appellatione filiorum veniunt, siue in argumento fauorabili, siue in odioso[x]: nisi ratio differentiæ diuersum ius inducat[y]: at in hominum dispositionibus secus est[z]: cùm & illæ regulariter non extendátur nisi quatenus præsumpta ratio id suaderet. præsumitur enim ea vel ex loquendi patrisfamilias consuetudine[a], vel quando dura separatio induceretur[b], vel extranei suis præponerentur. Vtriusque autem iuris tam diuersi ratio hæc est, quòd facilius verba legis, vt quæ semper in promptu rationem habeant, prorogentur[c]: at hominum dispositiones, non, nisi ex coniectura mentis id ipsum coniiciamus, extendi debent. nec nos quicquam mouerit, quòd testatoris voluntas latissimam interpretationem recipiat[d]: id enim verum est quando ex præsumpta testatoris voluntate id ipsum colligi potest. quod elegáter Alciatus plerisque in locis disputauit[e]. Porrò autem an masculinum có cipiat fœmininum, & quando, quibúsve casibus id liceat, Decius rectè videtur attigisse[f], & alij non pauci[g].

t §. vlt. hoc. §.
v l. iusta. interpretatione. l. filij. De verb. signif.
x l. filiū habeo. ff. ad Maced. l. senatusconsulto. iuncto. l. libertinus. § senatusconsulti. ff. de rit. nuptia.
y l. sed & milites. vbi Nicola° Neapoli. ff. de excusa tuto.
z l. quòd si nepotes. de testa. tute. hoc. §.
a l. cū de lanionis. §. asinā molēdinariam. § optimū. De fundo instruc.
b l. liberorū. ff. de verb. sig.
c l. Gallus Aquilius. § Et quid si tantùm. ff. de lib. & posthu.
d l. in testamētis. ff. de reg. iur.
e Alcia. lib. Paradox. 3. ca. 14.
f Deci° in regula, fœminę.
g Areti. Porcus hic. Alcia. in l. 1. ff. de verbo. sig.

Titulus, De legitima agnatorum tutela.

Lex duodecim tabularum summa prouidentia constituit, vt qui sperarent successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur[h]. Itaque cùm iuris ordine agnati primum locum à liberis in successione vendicanda sibi tribuant[i], æquius fuit vt & hi ad onera tutelæ priore loco vocarentur: cùm secundum naturam sit, cuiusque rei commoda eum sequi, quem sequuntur incommoda[k]. Deficiente igitur testamentaria tutela, legitimæ locus esse debet[l]. Sed in huiusmodi tutela agnatis deferenda, id obseruari debebit, vt in primis tutor omnium bonorum repertorium conficiat[m]: deinde vt is sacramento adactus iure se nihil prætermissurum quod ad pupilli incolumitatem pertinere videbitur, quódq; pupillum indefensum contra tutoris naturam nó deferet[n]: tum vt vel per fideiussores vel per pignora rem pupilli saluam fore caueat[o]. Ad extremū hoc exigitur, vt decreto à iudice interposito tutor pronuncietur[p]. Quòd si iudex se eum dare dixerit tutorem, procliuius est vt dádi vocabulum pro declarandi vsurpemus: Aretinus hîc.

h l. 1. ff. de legiti. tuto.
i §. 1. infrà de legit. agna. success.
k l. secundum naturam. de reg. iur. & rationi. eod. in 6.
l infrà de legi. patro. tute. vers. quia plerūq. l. si qs sub cōditione. ff. de testa. tute.
m l. tutor qui repertoriū. ff. de admi. & peric. tuto.
n l. vlt. §. defensionem. De admi. & pericu. tuto.
o toto tit. C. de tuto. vel curato. qui non satisde.
p gl. notab. in ver. cū oportet. in l. tutor qui repertorium. ff. de administ. & peric. tuto.

§. Sunt autem agnati.

PER VIRILIS SEXVS personas.) Exigitur & illud, vt nulla muliebri persona intercedente, per virilis sexus personas sibi iungantur[q]. Vnde si pater vterinum fratrem habeat, is mihi non agnatus sed cognatus erit.

q gl. hic in ver. agnati. l. vlt. C. De legit. hæredib. l. intestato. ff. eodem.

§. Quod autem lex duodecim tabularum.

Cùm lex XII. tab. legitimum intestato parente mortuo tutorem vocet[r], operæpretium est vt paulò altius inuestigemus quo pacto quis intestatus decessisse dicetur, quod ad tutelam pertinet. Et illud communiter receptum est, vt si in suo testamento nullum tutorem dederit, quantum ad hanc causam, videatur intestatus decessisse[s]. Ad eundem modum & si tutor testamento datus, filio adhuc impubere manente decesserit, tutela eius ad agnatum reuertitur[t]. Idémque in eo dicendum est, qui testamento datus, viuo testatore decesserit. Sed & si vnus ex testamentariis decesserit, alius in locum eius à iudice substitui poterit[v]. Sanè qui se à tutela excusauit, non legitimæ sed datiuæ tutelæ locum facturus est: quod Christoph. & Iason alio loco attigerunt[x].

r .
s d. l. intestato.
t d. l. intestato.
v l. si quis sub conditione.
x Porc. & Ias. in §. infrà de suspect. tutoribus.

§. Sed

§. Sed agnationis.

Licet iure veteri agnati cum cognatis (ordine tamen succeßiuo) ad tutelam legitimam euocentur, tamen alterius ius altero est multo infirmius. Etenim agnatorum tutela omni capitis diminutioue perire solet[y]: cognationis verò ius non nisi maxima & media[z]. Differentiæ ratio hæc est, quòd agnatorum conditio à iure ciuili prærogatiuam habet, quæ alia lege ciuili tolli potest[&]. Cognati verò à naturali iure descenderunt[•], quod nullis principum constitutionibus immutatum est. Vt hoc autem responsum hodie obtineat, cùm ex nouellis constitutionibus agnati cognatis coniuncti sint, difficile est præterquam in his locis quibus contraria vel lege vel longa vtentium consuetudine iuri nouißimo derogatum est[*].

y §. vlt. inf. de capit. dimi.
z §. quod autem. inf. eod.
& §. sed naturalia. vbi dixi sup. de iure naturali.
• l. nõ facile. §. cognati. De gradib. affinita.
* auth. de hæredib. ab intesta. venientib. colla 9. gl. hic in verb. vtique inf.

Titulus, De capitis diminutione.

Dixit paulò antè Iustinianus[a], agnationem quidem omni, cognationem verò non nisi magna capitis diminutione perire. Id quod vt dilucidè intelligamus, paulò apertius explicari oportuit, quænam esset status, quẽ Iustinianus veterum exemplo caput vocauit[b], commutatio. Quemadmodum itaque triplex est hominis status, ciuitatis nempe, libertatis, & familiæ[c]: ita & ille tripartitò amitti solet: vnde & triplex capitis diminutio à iureconsultis conficta est.

COMMVTATIO.) Atqui filiusfa. per mortem patris statum suum commutare dicitur[d], vt qui iam sui iuris efficiatur, neque tamen capite minui censetur[e]. Ipse arbitror filium qui morte patris à sacris patriæ potestatis eximitur, nullam capitis diminutionem pati: cùm nec familiam, & sic nec statum mutare dicatur[f]. Qua ratione nec deportati filius capite minuitur, cùm is & familiæ & agnationis ius retinere soleat[g].

a §. sed agnationis. sup. tit. proximo.
b l. 2. ff. de publ. iudic. l. capitalium. ff. de pœnis.
c l. vlt. ff. eodem.
d §. 1. vbi dixi. sup. quib. mo. ius pat. po. sol.
e l. si filiusfa. §. si à filiofamilias ad Macedo.
f l. pronunciatio sermonis §. cõmuni iure ff. de verb. sig.
g l. 3. ff. de interd. & relig.

§. Maxima.

SERVI pœnæ efficiuntur.) Pœnæ serui dicuntur, qui vel vltimo supplicio damnantur[h], vel grauioribus vinculis preßi in metallum, leuioribus in opus metalli, puta salinarum, calcariæ, sulfurariæ, triremium, ob patratum crimen condemnantur[i]. Ex horum numero sunt bestiarij, qui in schola venatoria exercitati, conficiendis in theatro bestiis addicuntur[k]: multóque magis si protinus laniandi bestiis obiiciuntur.

VEL LIBERTIS.) Libertus ergo qui sibi datæ libertatis immemor, nequitiam seruilis ingenij receperit, rectè in seruitutem reuocabitur[m]. neque id patrono tantùm, sed hæredibus quoque ipsius manumissoris conceditur, cùm istis omnino eandem reuerentiam debeat[n]. Cæterùm quibus ex caussis id liceat, Accursius alicubi copiosißimè prosequitur[o]. Sed qua actione in seruitutem reuocari is poterit? Et communiter omnes tradiderunt[p] officium iudicis implorari debere[q]. licet alij, ingrati actionem proditam esse asseruerint[r]: id quod & Lucianus tradidit in hæc verba[s]: Sanè leges ingratitudinis actionem concedunt in eos qui bene meritis non retulerunt gratiam. Solebat autem hæc actio, vt Valerius ostendit[t], conceptis quibusdam verbis exprimi, his nimirum, Age quid illud institutum Athenarum, quàm inopinale, quòd conuictus à patronis libertus ingratus, iure libertatis exuitur? Supersedeo te, inquit, habere ciuem, tanti muneris impium æstimatorem: nec adduci possum vt credam vrbi vtilem, quem domi scelestum cerno. Age igitur & esto seruus, quoniam liber esse nescisti. Vsque adeò autem illi incommodabat eiusmodi in seruitutem repetitio, vt nunquam aliàs manumitti nisi consulto principe posset[v]. imò & filiis qui postea nascentur, obfutura est: licet eos alieno admisso puniendos non esse constet[x]: quod à nobis superius est annotatum[y].

h l. qui vlt. ff. de pœ. Franciscus Aret. in l. eius qui. § si cui. ff. de testa.
i l. ob dãnum. & l. quidã sunt. ff. de pœnis.
k l. ob dãnũ. §. quicũq. & l. quidã sunt: & l. quod ad statum ff. de pœnis.
l penul. l. ff. ad le. Pomp. de parri. Bud. in l. ob dãnũ. § quicunque.
m l. liberti. C. de libert. & eo. lib.
n d. l. liberti.
o gl. notab. in l. 2. in verbo, patronus. de libert. & eo. lib. C.
p docto. in d. l. 2. Aret. & Ias. hic.
q l. 1. C. de libert. & eo. lib.
r d. l. liberti.
s Lucian⁹ in suo abdicato.
t Valerius Max. lib. 2. c. 1.
v d. l. 2. sub finem.
x l. sancimus C. de pœnis. c. quasinit. de iis qua sũt à ma. par. capituli.
y §. 1. suprà. de ingenuis.

§. Minor siue media.

AQVA & igni interdictum est.) De huiusmodi aquæ & ignis interdictione nonnihil superius attigimus[z]: tantùm hoc admonendi sumus hîc doctorum nostrorum sententia non absimiles esse eos quibus sacris interdictum est[*], quos vulgus excommunicatos appellat. Vnde sicut deportatus, qui in locum eorum quibus aqua & igni interdictum est successit[*], hodie testamentum facere non potest, cùm is ea quæ iuris ciuilis sunt amittere soleat, sic nec excommunicatus †, (quod tamen Io. And. intellexit *, modò pro vsuris aut hæresi sacer abominabilisque sit, alioqui extra has duas causas rectè testari poterit[a].) Qua ratione & à iudicando repelletur: neque in eum compromissum fieri[b], nec procuratorio munere in iudicio comparere poterit[c], sed nec moderator vrbis vtiliter constituetur, quod Iason hîc annotauit.

§. Minima capitis diminutio.

EMANCIPATVS.) Licet enim emancipatio per imaginarias venditiones, sicut olim, fieri non soleat[d], tamen cùm ordinario iure ciuili inter extraneos habeatur[e], palàm est eum & familiam[f] & agnationis iura[g] sibi inuertisse: cuius rei illa est causa, quia cùm agnatus esse desinat patri, consequens est vt & iis qui ab eodem patre cognationis & agnationis ius traxerunt, agnationis necessitudine deuinctus esse desinat[h]: eáque omnia suo facto & consensu emancipato contingere solent: cùm hodie nemo inuitus emancipari soleat[i]. quæ res effecit, vt filiusfamilias, qui per mortem patris sui iuris esse cœpit, cùm is non suapte sponte sui iuris esse cœperit, in familia quoque agnatorum permaneat[k]: tantúmque abest vt patri censeatur extraneus, vt etiam suus sit & appelletur[l]: Vnde nec capite minuitur.

§. Seruus autem.

Seruus capite minui non potest, cùm nullum caput habeat[m]: licet alicubi seruus capite puniatur[n]. tunc enim de capitali animaduersione id intelligi debebit, quæ etiam seruo sicut & alij irrogari potest: ne ipsi videantur melioris conditionis quàm liberi homines, néve seruorum delicta maneant impunita[o]. Sanè quemadmodum seruus nullum habet caput, ita nec vlla bona. Licet enim lex municipalis aliqua parte bonorum multet eum qui aliquid commiserit, tamen de pœna corporali in seruis actum esse existimamus[p], cùm ipsi bona non habeant[q]: quo exemplo qui seruo multam bonorum indici à iudice postulat, de corporali pœna intellexisse censeatur. quod Aretinus hîc docuit.

§. Quibus autem dignitas.

Qui sua dignitate motus est, statum suum mutare non censetur[r]. ciuitatem enim retinet, cùm in ciuitate perpetuò maneat. Sed nec familiam mutat, cùm inter ipsum & eius agnotos nihil ex huiusmodi facto innouetur[s]. Cæterùm qui dignitate sua ignominiosè missus est, infamia notatur[s]. Et ideo in criminali causa, sicut nec in ciuili, dictionem habet: quod latius hîc doctores attigerunt, cum aliis plerisque[v].

§. Quod autem dictum est.

Ius cognationis maxima & media, non minima capitis diminutione perire solet: quod in tutelarum ex successione iure locum habet[x]: alioqui iura sanguinis nulla capitis diminutione minui possunt[y]. cuius rei semel atque iterum meminimus[z].

SI MANVMISSVS.) Libertatis enim quæ vitio contracto amissa est,

z §. cũ autẽ sup. quib. mo. ius pa potest. sol. & gl. hic ĩ verb. ĩterdictũ. Aret. Fab. & Porc. hic.
* l. peculatus. ff. ad leg. Iuliam pec. dixi in §. cũ autẽ sup. qb. mo. ius pa. sol.
† Archidiac. & alij in c. pia. de exceptio. lib. 6.
* Io. And. in ca. decernimus. De sẽt. excõmu. ĩ 6.
a not. in ca. cũ inter priorẽ. in ca. exceptionis. de exceptio. & in d. c. pia.
b glo. in l. Pedius. ff. de recep. arb.
c ca. post cessionem. de pba. no. in c. dileximus. de iudic. extra.
d §. præterea. sup. quib mo. ius pa. po. sol.
e §. emãcipati. inf. de hereditat. quæ ab intest. defe.
f Alcia. in l. pronũciatio. §. familiæ per illũ tex. de verb. sig.
g d. §. emancipati.
h fa. l. qui in adoptionem. ff. de adop.
i §. vlt. suprà quib. mo. ius pa. po. sol.
k d. l. pronunciatio. §. communi iure. dixi suprà.
l §. sui. inf. de hared. qualita. & differen.
m l. liberos. §. vlt. & l. seq. ff. de cap. dimi.
n l. 1. C. De bonis proscrip.
o l ita vulneratus. ad leg. Aquiliam. ff. ca. vt fama de senten. excom.
p Salice. in l. seruos. per illũ tex. C. ad l. Iuliam de vi.
q l. paterfa. in fi. de verb. sig.
r l. 3. ff. de senatorib.
s l. eum & cætera. de cap. dimi.
t Asconius Pedianus. 1. Verrinarum.
v doct. in ca. testimonium. De testib.
x gl. hic ĩ verb. cognatiõis.
y l. iura sanguinis. ff. de reg. iur.
z l. illud certum. suprà de nuptiis.

eſt, difficilior eſt reſtitutio*, quàm vt citra principis impetrationem obtineri queat. Habet enim quod ſibi obiiciat atque imputet*. Cæterùm quid ſtatuendum ſit ſi in principali reſcripto reſtitutionis mentio fiat, ſuprà aperuimus†.

§. Cùm autem.

Lege duodecim tabularum tutela proximioribus agnatis deferri conſueuit, vnde ſi plures ſint eodem gradu, omnes ad tutelam vocabuntur: licet is qui ad eandem rem idoneior eſt, mutuo agnatorum conſenſu eligi debeat[a]. Qua in re prætoris eſt, vt ſuas partes interponat quando de eligendo non ſatis inter agnatos conuenit. Quemadmodum autem in hæreditatibus occupandis primum locum ſibi vendicabant agnati[b], ita & in tutelis. Quare cùm hodie agnati cum cognatis ſuccedant[c], cõſequens vt hi indiſcriminatim ad onus tutelæ euocentur[d].

Titulus, De legitima patronorum tutela.

Lege duodecim tabularum patronus ad tutelam liberti ſui & filiorũ ſuorum vocatur, non quidem ſpecialiter vel nominatim, ſed per quaſdam conſequentias hæreditatũ, quæ ex ipſa lege patronis datæ ſunt[e], exemplo agnatorum, quibus id oneris ea ratione defertur, quòd ipſi proximum locum in ſucceſſione legitima ſibi peculiari quodam iure vendicent[f]: vnde & vterque legitimus tutor vocabitur: debebúntque ſatiſdare[g], licet aliquando patrono ſatiſdatio remittatur. Quid enim ſi perſona patroni ſit honeſta, aut pupilli ſubſtantia modica ſit? Certè patronus à ſatiſdatione liberabitur. Si autem patroni perſona vulgaris vel minus honeſta ſit, ibi dicẽdum eſt ſatiſdationem locum habere[h]. Exemplo patroni receptum eſſe Faber docuit[i], vt dominus feudi ad tutelam liberorum clientis ſui euocetur, ſi quidem nullus ei agnatus hæres exiſtat. Ad eundem modum ſubſtitutus pupillariter impuberi, ad pupilli tutelam aliis proximis deficientibus vocari debebit. Neque eſt quòd nos terreat, quòd videatur futurũ, vt is qui ad ſucceſsionẽ venturus eſt, facilè eius vitæ inſidietur. Prætoris enim intereſt, ſumma cura diſpicere, vt ex perſona[k], & ex conditione[l], & ex tempore[m] decernat vbi pupillus educari debeat. Sed hæc in muliere quæ impuberem ſeruum manumiſerit, non obſeruantur. Nam ad agnatos tutela deuoluitur, licet ad mulierem hæreditas perueniat[n]. Cùm enim tutela virile ſit officium, conſequens eſt vt ab eo mulier reiiciatur[o], præterquam ſi mater vel auia ſit[p]. Nam hæ propter nimium & immoderatum amorem ad tutelam admittuntur[q], vbi nullus tutor datus eſt teſtamento, eáque legitimis & datiuis omnibus præfertur: qua in re ſufficerit eam Velleiano beneficio renunciare[r]: neque ab ea iuramentum de euitandis ſecundis nuptiis, vt olim, exigemus: ſed protinus atque ſecundò nupſerit, à tutela repelli debebit[ſ].

Titulus, De legitima parentum tutela.

Eſt & alia tutelæ legitimæ formula, quam parẽtum vocant, quæ nec verbis legis duodecim tabularum, vt agnatorum[t], nec ex mente, vt patronorũ[v], deferri conſueuit, ſed tantùm iureconſultorum interpretatione[x]. Olim enim nulla contracta fiducia, id eſt, nullo iure ſuccedendi ſibi ſeruato[y], filius ſi emancipatus eſſet, ad hæreditatem non duodecim tabularum lege, ſed imperatorum conſtitutionibus, quæ ſemper contractam fiduciam eſſe præſumebant, euocabatur[z]: quod cùm hodie ita obtineat[&], conſequens eſt vt ex legis mente illi tutela ſicut hæreditas deferatur[a]. Atque ita Accurſij ſententiam Chriſtophorus ab aliorum vellicatione tuetur[a].

Titulus, De fiduciaria tutela.

Veteri iureconſultorum interpretatione conſtitutum eſt, vt pater qui fi-

& l. liber homo. ff. de ſta. hominum.
, l. 1. C. de ſenten. paſ & reſtit.
* arg. c. damnum. de regu. iur. lib. 6.
† §. cùm autem ſuprà qui. mo. ius pat. poteſta ſol.
a l. 3. §. vlti & ibi not. ff. de adminiſtra. tuto.
b infrà de legit. agna tut.
c authen. de hæred. ab inteſta. venien. colla. 9.
d gloſ. hic vltima.
e l. tutela legitima. ff. de legiti. tuto.
f §. 1. ſuprà de legit. agna. tute. vbi dixi.
g l. legitimos tutores. de legiti. tuto.
h d. l. legitimos tutores. gl. in verbo legitima.
i Faber hic in ver. p hũc. §. poſſet feudare.
k l. penul. ff. vbi pupil. educ. debeat.
l d. l. legitimos tutores. ff. de legiti. tuto.
m d. l. pen. C. de pat. poteſt. & l. 1. ff. vbi pup. educ. vel mo. deb.
n l. 1. §. interdum. ff. de legiti. tuto.
o l. fœminæ de regu. iur. cũ l. vlti. ff. de tutel.
p authen. ma. & auia. C. quando mul. tuto. offic. fun. po.
q Alcia. l. 2. de verbo ſig.
r d. authen. mat. & auia.
ſ authen. ſacramẽtum. C. quando mulier tuto. offi. fun. po.
t tit. de legi. agna. tut.
v tit. de legit. patro. tut.
x gloſ. hic in ver. recepta.
y l. 2. C. ad ſenatuſconſul. Tertul.
z l. vlt. C. de emanci. libe. & §. præterea. ſuprà qui. mo. ius pat. pot.
& glo. hic in verb. recepta.
a Porcius hic in ver. vos defendite gloſſam.

lium contracta fiducia emancipaverit, legitimus tutor filij emancipati patronorum exemplo efficiatur [b]: quo defuncto, filij tutela ad maiores natu filios redire solet: eáque fiduciaria tutela appellatur, licet diuersum sit in patrono qui seruum impuberem manumisit [c]. Etenim filius illius legitimus tutor, sicut & patronus constituetur. Vtriusque tam diuersi iuris ratio hæc est, quoniam si filius à patre emancipatus non fuisset, per mortem patris, sui iuris efficeretur [d]: neque ius emancipandi ipsis filiis competere potuisset, ac proinde nec vlla spes fuisset consequendi legitimam tutelam [e]. Huc accedit, quòd cum capitis diminutione agnatio pereat [f], sicut nulla iam erat inter ipsos succedendi spes veteri iure ciuili, ita nec legitima tutela hoc loco deferri potuit. Cæterùm si patronus libertum non manumisisset, eodem iure apud patroni filios céseretur [g]. Vnde cùm ab illis libertas donari poterat, per quasdã quoque consequentias legitima tutela illis deferenda esset [h].

FIDVCIARIA appellatur.) Ideo hæc tutela fiduciaria dicitur, quòd lex non parum de sanguinis coniunctione confidere soleat [i], multáque in illius gratiam præter iuris communis ordinem constituta sunt [k]. Itaque nõ potuit aut rectius huius filij impuberis tutela cõmitti, quàm auo vel patre mortuo ipsi fratri. Hodie tamen cùm frater fratri vel emãcipato ab intestato succedere liceat [l], legitima tutela non fiduciaria vocabitur [m], nimirũ hodie sublata vt sexus [n], sic emancipationis differentia [o].

FILIORVM suorum.) In Norembergensi exemplari, quod ipsum ex Pisana illa litera decerptum est, hæc particula non legitur, sicut nec illa quæ proximè sequitur, & cæterorum: atque ita constantissimè in libris Pandectarum legi video [p]: quod & ratione non caret. Nam pater filiorum suorum non fiduciarius, sed legitimus tutor efficitur [q]. Non me latet quantum nugarum infarserint hoc loco recentiores, qui tamen rem ipsam attingere nódum potuerunt. tantùm refert incidisse in corrupta exemplaria.

IMPVBERES.) Cùm enim puberes curatorũ auxilio regãtur [r], nemo curator legitimus esse potest [s], præterquam si furioso, mente capto, & aliis id genus detur [t]. Differẽtiæ ratio hæc est, quia curator nõ nisi petenti dari consueuit [v]: at furiosus, prodigus, & alij eiusdem farinę homines, curatorem petere nullo modo possunt, cùm id illis per furorem minimè liceat.

PERFECTAE sunt ætatis.) Oportet igitur eũ qui alicuius tutelam accipit, perfectâ ætate esse. Valde enim inciuile erat, eos qui alieno auxilio egere noscuntur, aliorum tutelam vel curam subire [x]. Perfectam autem ætatem hoc loco de ætate vigintiquinque annorum intelligemus, quod & in matura & iusta ætate receptum est. Idem & si quis his orationibus vtatur, Cùm in suam tutelam peruenerit: vel, Cùm res suas commodè administrare poterit. In ambiguo enim procliuius est vt huiusmodi ætas desideretur, quod Aretinus hîc adnotauit. Quemadmodum autem minor à tutela reiicitur, ita nec vltimarũ voluntatũ executor esse poterit [y], cùm hæc duo inter se comitentur: sicut nec procurator ad iudicia. Sed nunquid iudex esse poterit? Et receptius est vt possit, modò 25. annos natus sit [z]. Vbi verò est intra 25. annum, non nisi ex litigantium mutuo consensu iudex esse poterit datus [&]. Cæterùm is qui 28. annis minor est, non nisi à principe iudex dari poterit [*].

b suprà tit. proxi. l. tutela. §. vlt. & seq. ff. de legit. tuto.
c hoc §. vers. atqui §. 1. suprà. qui. mo. ius pat. pot. sol. vbi dixi.
d Vide hîc Iasõ. optimè hoc declarantem in additio. ad Porcum.
e §. vlt. suprà de legit. agna. tute.
f §. vlt. suprà de capit. dimin.
g glos. hîc in vers. atqui. ver. erat & alia ratio.
h Porcus hîc in fine.
i Cic. lib. 1. offic.
k Alcia. li. 1. de ver. sig. pagina mihi 17. Mihi id est, secundum mei libri numeros.
l auth. de hered. ab intest. venien. §. nullam. coll. 9. Alciat. paradox. ca. 10. lib. 3.
m l. vlt. & peu. C. de legi. hered. l. 1. ff. de legi tuto.
n d. l. penult.
o d. §. nullam.
p d. l. tutela. §. vl. & l. seq.
q toto tit. infrà proximo.
r §. 1. infrà de curato.
s l. de creationibus. de episcop. aud. C.
t l. generaliter. authen. de presby. C. de epis. & cle.
v § infrà de curat.
x §. impuberes. infrà de Attilia. tuto.
y Fa. c. vlt. de testa. in 6.
z arg. ducto à speciali in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. arg. l. cum lege. ff. de recep. arbit.
& ca. cùm vigesimũ. & ibi Abbas, Dec. & Bar. not. de off. lega.
* Aretinus in ver. an iudex esse poterit.

Titulus, De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

Ne contra vetus iureconsultorum statutum, pupillorum bona perirent ac dilapidarentur [a], voluerunt ipsi iureconsulti vt tutor & à iudice dari posset: qui ab huiusmodi datione datiui nomen consequeretur [b]: huicque locus esse poterit, quando nemo vel testamento vel lege duodecim tabularum ad tutelam euocaretur. Nam tutorem habenti, tutor dari non potest [c]. Si enim vlla

a Cõcor. l. 1. ff. de legit. tut.
b glo. in ver. permissum. in §. permissum. sup. de tute.
c l. si sororis. C. qui da. tut. vel cura. pos.

vlla harum tutelarum ſperaretur, tutor datus de adminiſtratione nõ adſtringeretur. Quin omne periculum tutorem teſtamentarium aut legitimum reſpicit [d]. Impuberi igitur qui nullum tutorem vel patris teſtamento vel lege accepiſſet, tutor Attilia lege dari ſolebat Romæ ab eo prætore qui in vrbe ius diceret [e], ſicut & in prouincia à præſidibus prouinciarum & aliquot aliis magiſtratibus.

§. Sed & ſi teſtamento.

Quandiu teſtamẽtaria aut legitima pendebat, vt quia ſub conditione datus erat, à prætore tutor decernebatur [f]. Sed cur legitimi non euocabantur? Et id ea ratione receptum eſt, qua dicitur legitimæ hæreditati nullum locum eſſe, quandiu teſtamentaria ſupereſt [g], ſicut nec tutelæ. Cæterùm cùm aditione hæreditatis tutela teſtamentaria confirmetur [h], conſequens eſt vt & tutor interim detur, qui etiam ex pluribus ſcriptis hæredibus vno hæreditatem adeunte tutor eſſe deſinet [i]. Sed & ſi pupillus in ſolidum hæres inſtitutus ſit, res omnis in ambiguo poſita eſt, cùm tutò incipere non niſi adita hæredita poſſit, neque pupillus ſine tutoris authoritate hæreditati ſe miſcere queat [k]. Arbitror igitur iudicẽ adeundum, qui huic aditioni authoritatẽ ſuam interponat, vel tutorem huic rei præficiat: cuius officium aditione hæreditatis expiret [l].

§. Ab hoſtibus.

Teſtamentaria tutela vſque adeò alias ceſſare fecit, vt in eius gratiam etiam tutori ab hoſtibus capto tutor alius ſubſtituatur, qui eo reuerſo tutor eſſe deſinat [m].

§. Sed ex his legibus tutores.

Duas ob canſas ſublatus eſt modus ille tutores conſtituendi ex lege Atilia: priore, quòd ſatiſdationem rem pupilli ſaluam fore non promittebãt: altera, quòd inuitus nemo ad tutelæ adminiſtrationem cogebatur. Primus itaque diuus Claudius (vt Suetonius author eſt [n]) ſanciuit tutores à cõſulibus extra ordinem dari debere, ídque & alij complures huiuſce inſtitutum ſecuti effecerunt: ſed id non niſi cauſa cognita faciendum eſſe cenſuit. In cauſæ autem cognitionẽ hoc venit, vt mores, dignitatẽ, facultates tutoris expẽdamus [o]: deinde ne ei facilè adminiſtrationẽ concedamus, qui aut vltro ſe obtulit [p], aut pecunia data id muneris ſibi comparare voluit [q]: non enim videtur pio animo hanc tutelam affectare. Poſtremo loco vbi iudex diligenter omnia perpenderit, non aliter tutori adminiſtrationẽ permittet, quàm is à iudice idoneus pronuncietur [r].

§. Sed hoc iure vtimur.

In tutoribus dandis omiſſa iuris veteris ſolennitate id hodie obſeruandũ credimus, vt Romæ præfecto vrbis, itidem & prætori ius dandi tutores concedatur [f], ſi quidẽ magnæ, hoc eſt, quingentos aureos ſuperãtes eſſent pupilli facultates. §. nos autẽ, infrà eodem. Sin tenues, tunc præſide mãdante magiſtratus tutores rectè conſtituent [t]. Sed id vtraque in re obſeruare debebunt, vt eos dent, qui intra ſuã iuriſdictionẽ contineãtur [v]: alioqui ex vicinis ciuitatibus honeſtiſsimũ quemque inquirere, & nomina præſidi prouinciæ mittere: nec enim arbitriũ dandi ſibi vendicare debebũt [x]. Itaque tribus in locis tutorem accipere poteſt, nẽpe in loco originis, domicilij, atque facultatum [y]. Cæterùm cum inquiſitione tutor dari debebit: quod ſuperius annotauimus.

IVSSV præſidum.) Atqui cùm tutelæ datio mixti imperij ſit, non videtur poſſe delegari [z]. Ipſe crediderim tutelæ dationem neque imperij neque iuriſdictionis eſſe [a]: alioqui nec à teſtatore nec à decurionibus [b], quos nullam iuriſdictionem habere conſtat (toto tit. de decurionibus, iuncta l. pupillus. §. decuriones, ff. de verbo. ſignifi. iunct. not. per Panormita. in ca. ſi debilitate. de

d Aret. per d. l. ſi ſororis.
e l. 2. ff. de orig. iur.
f l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtamen. tute.
g l. quandiu. de acqui. hæredi. l. quandiu. de regu. iur. ff.
h l. ſi hæredibus. de teſta. tute.
i l. ſi nemo. & ibi Barto. not. ff. de teſta. tute.
k l. ſi infanti. C. de iure delibe. §. neque tamẽ. infrà de author. tuto.
l d. l. ſi nemo.
m l. 1. § ſi apud hoſtes. ff. de legit. tutor.
n Sueton. in Claudio Cæſare, ca. 23.
o l. ſcire oportet. §. cũ reliquis. ff. de tuto. & curato. da. ab his.
p arg. l. tria onera. ff. de excuſa. tuto.
q l. in eos. ff. de tute.
r l. tutores. & ibi Barto. not. ff. de confir. tuto.
ſ l. 1. ff. de tut. & cura. da. ab his.
t l. ius dandi. ff. eod.
v l. propter litem. §. 1. & l. vlt. ff. de excuſ. tut. & not in §. 1. qui excuſare. infrà de excuſa. tuto.
x l. diuus Marcus. ff. de tuto. & cura. da.
y l. pupillo. & ibi not. ff. tuto. & cura. da.
z iuxta not. in l. 1. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdic.
a l. muto. §. tutoris datio. ff. de tute.
b contra l. 1. ff. de teſta. tut. & §. pmiſſum. ſuprà de tutel. & cont. l. vbi abſunt. ff. de tute. & cura. da.

offic.deleg.)tutores dari possent. Huc accedit,quòd in his quæ mixti imperij sunt iurisdictio desideratur[c]:quod elegãter aduersus receptam doctorũ sententiam Io.Longouallius disputando asseruit in repetitione l.imperium.

MAGNAE pupillæ facultates.) Magnas facultates hoc loco interpretatur pro eis facultatibus quæ excedunt quingentos aureos[d]. In reliquis verò prosciuius est vt id arbitrio iudicis committatur:quod Aretinus & Porcius hîc annotauerunt[e].

§. Nos autem.

SOLIDOS.) Solidum in iure pro aureo vsurpari placuit[f]. Ita enim Vlpianus solidum in l. si verò plures. §. ne quis in Suggrunda. ff. de his qui deiece. vel effud. Quod Iustinianus in simili specie aureum appellauit[g]:cuius rei Bud.lib.5.de asse.& Alcia.[h] meminerunt:quod suprà annotauimus[i].

Post pubertatem.

Generaliter enim traditum est, pupillum finita tutela aduersus suum tutorem tutelæ iudicio experiri posse[k]: quod hactenus verum est, si eadem sit tutela[l]. Absurdum enim esse lex putauit,à tutore administrationis rationem negotiorum pupilli exposci,in qua adhuc perseueraret. In qua autem desiit tutor,& iterum cœpit esse,ex pristina administratione tutelæ,debitor est pupilli:quemadmodum si pecuniam creditam à patre eius accepisset[m].In hanc autem tutelæ actionem venient ea quæ tutor prætermisit,cùm facere deberet, vel fecit cùm id pupillo minimè vtile esse intelligeret[n]:præstabítque dolum & latam culpam,quantámque in suis rebus diligentiam[o],ad idque tutelæ iudicio compelletur.Quòd si inter gerendum,aliquid non animo furandi intercœperit,actione de rebus distrahendis conuenietur, quòd si animus furandi adfuerit,furti actione,sicut & furtiua condictione,conueniri poterit[p]. Licet autem non tutelæ tantùm, sed & de rationibus detrahendis cõueniri possit,sicut modò diximus[q]:meminisse tamen debemus,altera harum actionum electa, ad aliam regressum non permitti[r]: præterquam si furti quoque actio competat. Si enim quis iudicio tutelæ,eum tutorem conueniat,qui furti obstringitur,actione furti ab eo id quod amplius in ea actione est,consequi potest.Cuius rei illa est causa,quia non eadem furti & tutelæ est obligatio[s]. In alio quoque differunt huiusmodi actiones, quòd damni iniuria facti actiones etiam durante tutela aduersus tutorem cõpetunt,sed non dantur pupillo vsquedum finita fuerit tutela[t]: tutelæ verò actio non nisi finita tutela competit:id quod paulò antè docuimus[v]. Differentiæ ratio hæc est, quòd actio tutelæ cùm sit generalis,semel tantùm nascatur: actiones verò furti, damni, iniuriæ,& similes,etiam ex singulis causis oriri possunt: vt Baldus censuit[x], & Faber sequitur[y].

Titulus, De authoritate tutorum.

Cùm in præcedentibus titulis dictum sit de tutelis, earúmque triplici distinctione,consequens fuit vt de authoritate quam lex ciuilis tutori permisit, disputaretur[a]. Ecce enim tutor iuramento super pupilli defensione ac satisdatione[b] præstito[c], inuentarióque omnium rerum cõfecto[d],à iudice illi administratio decreta est, quantam in rebus pupillaribus nanciscitur potestatem: vt pupillo nunquam conditionem suam sine tutoris authoritate facere deteriorem liceat: quamuis meliorem vt posfit, id illius permittatur potestati[e]: quocirca nec in ea quidem contractus specie obligabitur, quæ illi aliquid incommodi allatura videatur: immo nec huic rei authoritas interposita quicquam profuerit: vnde ne authore quidem tutore illi donare conceditur[f], cùm donare perdere sit[g], generalíque administratione ea nunquam comprehendatur.

Obligationes

c arg. à definitione ducto. l.imperiu.ver. mixtũ.ff. de iurisdi.om.iud.
d §.nos autem.infrà eo.
e in glos.insti.in fi.
f hoc tex.iũcta glo.in verbo solidos.& §.vl.infrà de pœna teme.litig.
g §.itẽ si. ver. cui similis. infr.de obli.quæ ex qua. deli.nas.
h in l.etiam aureos.ff.de verbo.sig.
i Dixi i tit.de libert.§.vl.
k l. nisi finita.ff. de tute. & ratio detrah.
l l.si tutor reip.§.si testamento.ff.illo tit.
m d.§.si testamento.
n l.1.in prin.ff.illo tit.
o l.2.l.quicquid.arbitr.tutel.C.
p l.actione.ff. de tute. & rat.detrah.
q l.1.§.non tantùm.vers.de tutel. & rationibus .ff. illo tit.
r d.l.actione.& ar. notato per docto.§.vlti.infrà si quadra.pau. fe.di. & arg.no.per Bal. Castren. Alex. Ias. & Decius in l.edita actio. C. de edendo.
s l.1.§.in tutelæ. vers. nec enim ff.de tute.& ratio. detrahen.
t l.si tutor reip.§.vlti. & l.seq.ff.illo tit.
v d.l.nisi finita.
x Bal.cum glo.in fin.C.de admini.tuto.
y Faber hic.
a l.1.ff.de tutel.ibi,iure ciuili data.
b §.tutor infrà toto tit. de satisdato.
c l.vlt.§. defensione.C. de administ.tuto.
d d.l.tutor qui repertoriũ. ff. de admini.tuto.l.vlti. §.vlt C.arbit.tute.
e l.contra iuris ciuilis regulas.ff.de pact.
f l.nõ omni.de admi.tuto.
g l.si filius.C.de dona.l.cũ de indebito.de proba.ff.

OBLIGATIONES mutuæ nascuntur.) Regula est pupillum sine tutoris authoritate [h] obligari non posse: vnde in veris contractibus pupillus alium sibi obligat, cùm ipse interim minimè obligetur [i]. Sed hæc omnis res ex æquitatis præscripto finiri poterit [k]. Quid enim si pupillus ex ea re quam à me comparauerit, factus sit locupletior, id est non pauperior [l]? Quid item si rem apud se bona fide depositam, aut sibi commodatam, restituere nolit: con tinuóne suffragio liberabitur? Et æquius est non liberari [m]. Proinde in eum actio dabitur quatenus factus est locupletior: cùm & is doli & iniuriæ faciendæ capax esse possit [n]. Hinc videmus vt nec hic delicto suo excusationé prætexere vllam possit, sed in eum pro modo admissi iudices animaduertere solent [o]: nisi quatenus ætatis commiseratio iudicem aliò perduxerit [p]. Et hæc omnia locum habét in eo qui pubertati proximus est. Cæterùm is qui infans, aut infantiæ proximus est, sicut nec alium sibi obligare, ita nec alij obligari poterit, quemadmodú nec delinquere intelligitur [q], cùm is sensus ac iudicij ratione careat, neque velle neque nolle, nisi cú tutoris authoritate per id ætatis queat [r], quod latè Aret. Fab. & Porcius hîc prosequuti sunt.

§. Neque tamen.

Dixerat pupillum citra tutoris authoritatem contrahere non posse, quod hoc loco & ad quasi contractus extendit [s]. Pupillus enim hæreditatem vel bonorum possessionem adire non nisi tutore authore potest, sicut nec hæreditatem ex fideicommisso sibi debitam acquirere potest [t]. Id enim in huiusmodi aditione obseruari conuenit, vt nec tutor solus, nec pupillus [v], sed tutor cum pupillo hæreditati se immisceat: quod in infante cui hæreditas delata sit, non abseruatur [x]. túc enim tutori soli aditio permittitur, licet is suo periculo adeat, si quidem aliquid detrimenti ad pupillum ex eo redeat.

Lucrosa sit.

Treis ob causas receptum est, vt hæreditatem sibi delatam, quæ etiam in specie aliquid lucri habere videatur, pupillus adire nequeat. Prima est, quia hæreditas plerumque plus habet dispendij quàm compendij [y], cùm hæredi vt actio datur, ita & contra hæredem vicissim competit [z]. Secunda, quia pupillus non satis causam acquirendæ hæreditatis intelligit [&]. Tertia, quia etiam si lucrosa sit, solet tamen plurimum in nominibus consistere: interest autem pupilli, ne tam facilè litibus implicetur [ͻ], vtque dubium litis euentum non expectet [*].

§. Tutor autem.

Vsque adeò autem pupillorum res authoritate tutorum moderari debét, vt tutorem statim negocium quo de agitur, approbare laudaréque conueniat [a]: sed adigi non debet, quod his rationibus liquet. Primùm quia iniquú est, si non expediat pupillo, authoritatem præstare: deinde quia quicquid detrimenti acciderit, id de suo proprio tutor pupillo soluere debebit [b]. Sed id locú non habet vbi euidens pupilli vtilitas aliud suaderet, vt quia vel in ius vocatus non defendatur [c], vel quia latens aliquod dispendium fit ex huiusmodi recusatione relaturus [d]. Sanè authoritas post aliquod tempus interposita nihil oberit, modò id non ex interuallo fiat [e]. Sed quî fit vt iussus patris aditionem hæreditatis debeat præcedere [f], cùm contrà in tutoris iussu obseruandum esse intelligamus [g]? Et variatum est hac in re sententiis [h]: verius tamen sensisse videntur hi qui id ideo fieri existimant, quòd omne emolumentum simul & incommodum hæreditatis patri per filium statim accedat [i], neque quicquam iuris in filio remaneat. Vnde cùm ex regula iuris, quæcunque gerimus, initium à persona nostra accipere debeant, consensus præ-

h d.l. cótra iuris ciuilis regulas no. in l pactú procuratoris. C. de pact.
i l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de act. empt. & vend.
k arg. l placuit. C. de ind.
l l. in pupillo. ff. de solut. Decius in l. ex pœnalib. ff. de reg. iuris.
m l. 1. §. an in pupillum. ff. depo. l. 1. §. vlti. iunctis duabus ll sequen. ff. commodati.
n l. pupillum. vbi dect. not. ff de reg. iur.
o l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & ibi glos. in ver. cómittat. nec obstabit minoris ætatis, quod propter suum delictum perdit l. consensu. C. de repud. & l. senatoris filij. cum l. seq. §. si ignominios. ff. de rit. nup.
p Innocen. in ca. 1. de cósti.
q l. infans. ff. ad le. Corne. de sica. l. si infanti. C. de iur. delib.
r Not. Dec. in l. in negociis cótrahédis. ff. de reg. iur. & l. pupillus. de reg. iur.
s §. hæres. infrà de obliga. quæ ex quasi cont. nasc. Alcia. in l. postquá liti. de pact. C.
t gl. hîc í ver. hæreditaté.
v l. obligari. §. pupillus. 2. ff. hoc tit. & Aret. hîc.
x l. si infanti. §. parente. C. de iure delib.
y l. si hæreditaté. ff. máda.
z Rubrica, vt actiones ab hæredi. & contra hære. incipiant.
& l. pupillus. iuncta gl ff. de acqui. hære.
ͻ l. minoribus. ff. de mino.
* l. quod debetur. ff. de pec.
a l. etiam. ff eo. tit.
b l. si tutor. ff eo. tit.
c l. vlt. C. de admini. tuto.
d Bart. d. l. si tutor.
e l. obligari. §. tutor statim. ff. hoc tit.
f l. si quis mihi bona. § iussu. ff de acqui. hæred.
g d. §. tutor statim.
h Faber hîc & Aret.
i l. placuit. ff. de acqui. hæ.

cedens hac in re meritò desiderabitur[k]. Sed contrà est in tutore, cuius authoritas hoc in negocio tantùm inspicitur.

NIHIL AGIT.) Quid enim refert tutoris authoritatem non interuenire, an verò perperam[l].

§. Si inter tutorem

Si inter tutorem pupillúmque iudicio præterquam tutelæ agendum sit, vt quia mater aut auia facta est tutrix, eadémque creditrix aut debitrix sit pupilli[m], aut si tutori, debitori pupillari succesſent[n], (creditor enim aut debitor, præterquam mater tutelæ officio fungi non poteſt[o]) tunc, cùm nemo in rem suam tutor author esse possit[p], curator temporarius dabitur[q], cuius authoritate lis suo marte decurret. Cùm verò duo sunt tutores, vno authore res omnis perfici poterit[r].

Titulus, Quibus modis tutela finitur

Satis supérque diximus de tutelarum vsu atque exercitio: nunc videamus quibus modis tutela finiatur. Finitur autem pubertate pupilli pupillæve, quam hoc loco, sicut & in testamentis[s] & libertatibus[t] quetuordecim annorum numero metiemur in viro, duodecim verò in muliere[v]: licet in matrimoniis contrahendis vim ac potestatem, non autem annos in pubertate dispiciamus[x]: quod à nobis superius adnotatum est[y]. Neque opus est hac in re iudicis sententiam expectare: satis enim tutela ipso iure finitur[z].

INSPECTIONEM.) Hincque apud Accursium Martinus censuit[a] iudicem secundum conscientiam iudicare debere. Quæ res omnis alioqui latisſimè patens, sic finiri poteſt, vt id quidem tum obtineat, quando vel legibus solutus est vt princeps[b]: vel citra actorum confectionem ius dicere potest: vel nihil omnino addubitat quin veritas aliter se habeat, quàm probatum fuerit: istáque posteriore specie operæprecium facturus est iudex, si vel ad principem retulerit, vel se iudicandi munere exemerit, qua in re credidit sufficere Alciatus[c], si (ex Gellij instituto) sibi non liquere iurauerit[d]. Extra hos casus, secundum acta, non secundum conscientiam iudicare debebit[e].

§. Item finitur.

Pupillus quoque qui per arrogationem in potestatem alienam consentientibus tutoribus, & huic rei expreſsim suam authoritatem accommodantibus transierit[f], vel ob maleficium in insulam deportatus sit[g], vel qui doli capax, id est, natus annos decem & sex menses[h] ob suam ingratitudinem in seruitutem reuocatus sit[i], vel ab hostibus captus est[k], causam tutelæ exitui præbere solet.

AB HOSTIBVS.) Diuersum est in tutore, cui ab hostibus capto substitui solet. Sed cùm tutor præcipuè in gratiam personæ adhibeatur, (Est enim tutela nihil aliud quàm vis ac potestas in capite libero) pupillúsque ab hostibus captus, hostium potestati subiiciatur[l], non poteſt tutor ei substitui, sed curator bonis dari debebit[m].

§. Sed & si vsque.

Est & alius finiendæ tutelæ modus, nempe hic, vt tutor testamento (nam à iudice sub conditione non potest dari[n]) in certam conditionem datus, euentu conditionis tutelæ eximatur[o]. Hæc enim fuit præcipua testatoris voluntas, cui semper adhærendum est[p]. Alius quoque tutelæ finiendæ modus est hic, vt morte alterutrius, pupilli scilicet vel tutoris, finiatur: id quod præter eam, qua solemus dicere mortem omnia soluere[q], aliam quoque

rationem

k l. quacũque gerimus. ff. de actio. & obli.
l l.1. §. vlti. & l. seq. ff. eo.
m authen. ad hęc. C. quãdo mul. tut. of. fun. po.
n gl. in ver. creditor. in authen. minoris. C. qui da. tuto. pos.
o d. authen. minoris.
p l.1. ff. eodem.
q l. vlt. C. de in litem dando tutore.
r l. si plures. ff. de testa. tu.
s l. qua ætate. ff. de testa.
t §. cùm autẽ. suprà quib. ex cau. manu. non li.
v l. indecorum. C. quando tuto. vel cur. esse desinãt.
x ca. puberes. de desponsa. impuberum.
y §.1. suprà de nuptiis.
z Aretinus hic.
a gl. hic ĩ ver. ex habitu.
b l. princeps. ff. de legi.
c Alciatus in l. inter hac verba. ff. de verbo. signi. & in l. qui accusare. C. de edendo.
d l. Põponius. ff. de re iudi.
e l. illicitas §. veritas. ff. de offi. præsi.
f l. vlt. C. de autho. præstã.
g §. cùm autem impubes. vers. pari ratione. suprà quib. mo. ius pat. pot. sol.
h Aretin. hic, secutus gl. in l. pupillũ. ff. de re. iur. vbi vide Deciũ omnino.
i gl. & doct. in § nõ solũ. infrà de pupil. substit.
k §. ab hostibus. suprà de Attil. tut. & eo q ex le.
l §. si ab hostibus. suprà quib. mo. ius pat. pot. sol.
m l. in copulãdis. C. de nup.
n l. act⁹ legitimi. ff. de reg. iur. glo. §. ad certũ. suprà de tute.
o §.1. suprà de Atti. tuto.
p l. in conditionibus. ff. de condit. & demon.
q authen. de nupt. §. deinceps. coll. 4.

rationem habet, quia ea est relatiuorum natura, vt posita, se ponant, & sublata, se inuicem perimant[r]: vnde tutor sine pupillo esse non potest. Nam & illud indubitatissimi iuris est, tutelam hæreditario iure in tutoris filios non continuari.[f]

§. Sed & capitis diminutione.

Sed & si tutor pœnæ seruus efficiatur, atque ita maxima capitis deminutione minuatur[t], aut ciuitatem amiserit, vt quia ei deportatio irrogata sit[v], tunc soluitur tutelæ vinculum: non item si minima. hæc enim tutelam tantùm legitimam cessare facit[*], cùm ea agnationis iure, quæ vel minima capitis diminutione perit[x], deferatur: sed quælibet capitis diminutio pupilli tutelæ finem imponit[y].

Minima autem.

Sed & si tutor in Franciscanorum aut Dominicanorũ sodalitium se transtulerit, tutelæ munere defunctus esse censebitur: non item si pupillus: cùm is ante xiiij. annum monachorum institutum profiteri nequeat. quod communi doctorum calculo receptum est.

§. Præterea.

Cùm limitata causa limitatũ effectum producere soleat[z], consentaneum est, vt qui tutor in testamento in certum aliquod tempus datus est, ex euentu temporis suo munere defungatur.

§. Desinunt autem.

Vltimo loco, qui excusatione aliqua legitima apud iudicem se excusarit[&], vel qui non bona fide tutelam gerens, velut suspectus remotus est[o], is tutelam finire facit: qua ratione & curator qui loco tutoris datus fuerit[a], aut pro tutore satisdederit, iisdem modis munere liberatus esse intelligitur[b]. Quibus enim modis tutela finitur, iisdem & authoritas officij adiuncti[c]. Vnde tutor furioso datus, tutor tunc esse definet, cùm ad pubertatem furiosus peruenerit. Magis enim id quod secundũ naturã est, quàm quod accidit, inspicere solemus[d]. quod & ad coadiutorẽ episcopo datũ producendũ est[e].

Titulus, De curatoribus.

Personarum quæ sui iuris sunt, quædam tutorum, aliæ curatorũ auxilio gubernantur[f]. De his quæ tutoribus subsunt, abunde satis diximus. Consentaneum igitur fuerit de his quæ in curatione sunt, disserere.

§. Masculi.

Peractis, inquit Caius[g], pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Licet enim ad xiiij. suæ ætatis annum peruenerint, huius tamen ætatis adhuc sunt, vt suis rebus ipsi superesse non possint[h], nisi si fortè honestate morum prædit, mentísque solertia commendati, veniam ætatis à principe impetrarint[i]. magna autem est huiusmodi inter tutores & curatores vicinia. ab eisdem enim magistratibus curatores à quibus & tutores solent constitui[k]: in aliquot aliis non satis conueniunt. Etenim tutor testamento dari potest[l], curator non æquè. curator enim rebus datur: vnde pater testamento de rebus filij sui seu puberis sanæ mentis rectè disponere nequit[m]: datus tamen de facto, vt vocant, à præside confirmandus erit, duplici ratione. Priore, quòd pater huius curatoris fidem habeat pro compertissima[n]. Altera, quòd Reipub. interest voluntates defunctorum exitum habere[o]. Deinde nemo inuitus curatorem accipere compellitur, præterquam si aut cõueniat, aut conueniatur. tunc enim vt curatorem accipiat, per iudicem compelli potest, ne iudicium elusorium reddatur[p]. At pupillus velit nolit tutoribus operam suam dare debebit[q].

r Bald. in l. cõuenticula. C. de episco. & cler.
f l. tutela plerumque. ff. de tutelis.
t §. maxima sup. de capit. diminutione.
v §. minor. sup. de cap. deminutio.
* gl. in ver. legitima d. tit.
x §. quod autem sup. d. tit.
y sup. de legit. agnato tute. §. sed agnationis quidem ius, & ibi glos.
z l. age cum Geminiano. C. de transactionibus & l. in agris de acquir. rer. do. Alc. et ad proximè d. l. lib. 2. dispunct. in verbo limitati agri.
& toto tit. de excusat. tuto.
o per tot. titulũ de suspect. tutorib.
a §. interdũ inf. de curato.
b l. 1. C. quando tutores esse desinant.
c Iason hic i addi. ad Porcũ.
d l. 3. ff. de tutelis. vbi dicitur de concursu causarum, naturalis & accidentaria.
e cap. venerabili. de offi. delega.
f §. 1. sup. de tutelis.
g Caius lib. 1 institutionũ. tit. de curatione.
h l. 1. § apparet. de minoribus. in vicesimum enim vsque annum adolescentes curatorũ auxilio reguntur.
i l. 1. & 2. C. de his qui ve. ata. impetra.
k toto titu. de Attiliano tutore. sup. §. sed hoc iure. §. nos autem. illo tit.
l sup. qui test. dare dari vel tuto. possunt.
m infra de vulga. & pupillari substitutione.
n Faber. sup. qui testa. tuto. dari possunt arg. §. 1. inf. de satisdat. tutorum.
o l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aper.
p l. 1. & 2. qui legitimam personã stan. in iud. hab.
q l. acta. l. vlt. ff. de re iudicata. l. 2. ff. de tutelis.

§. Furiosi quoque.

Lege 12.tab.furiosi in familia agnatorum retineri debent[r]: vnde & ipsis etiam maioribus xxv. annis curator dari debebit: id quod & in prodigis receptum est vt in agnatorum curatione sint[ſ]: licet iudicis declaratione, bonorúmque interdictione hac in re opus sit[t], vt ne quis cum huiusmodi homine contrahat[v] id quod olim conceptis in eam rem verbis fieri solebat, his nimirum[x]: Quando tradis bona paterna, aliáque nequitiâ tuâ disperdis, liberósque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi † ę re commercio, bonisque interdico. Sed id hac in re obseruari conueniet, vt si quidem istis testamento curator datus sit, is omnino curam gerat[y]. Sin id minus, agnatus proximus euocetur[z]: qui si nec reperiatur, à iudice pro dignitate & modo natalium idoneus eligi debebit[&]. Huius autem officium tum demum conquiescet, vbi vterque ad sanam mentem vel ad bonos mores redierint[1]. id quod vbi manifestè ac euidenter constiterit, in curatorum potestate esse ipso iure desinunt[2]. Vbi verò ea de re non satis conuenit, non aliter curatoribus eximuntur, quàm id causa cognita iudicatum sit[3]. Cęterùm sicut cum causæ cognitione curator furioso dandus est[4], ita & quilibet qui se aut prodigum aut furiosum esse asseruerit, non temerè curator dari debebit. Plerique enim metu munerum ciuilium furorem effingunt[5]. Sed & aliis plerisque, quos neque lex xij.tab. adstrinxit, curatores dare æquissimum fuerit, his præsertim qui suis rebus superesse non possunt: quo in numero sunt muti & surdi[6], & quos morbus sonticus detinet[7], quíve Reipub.causa absunt[8]. Mulieri quoque quæ quæstum suo corpore facere cœperit, curator dari debebit[9]. Vxori verò non maritus, sed alius curator dandus est[a].

r l.1. ff. de curatoribus furioso. & prod. &c. Bud. ad l.2. ff. de orig iuris.
ſ d.l.1. ff. de Curat fu.
t Faber hic. doct. in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig.
v l. Iulianus scribit. ff. de curat. furios. &c.
x Iulius Paulus libro receptarũ sententiarũ titu. de eo. cui moribus.
† Legendum videtur are.
y l. vlt. §. & si quidem. C. de curatore furio.
z d.l. vlt. §. sin autem. & d. §. sin autem. & §. sequenti.
& d.l. 1. ff. de cura. furio. prodig. &c.
1 d.l. 1. ff. de cura. furio. prodig. &c.
2 not. in d.l. is cui bonis.
3 Faber hic.
4 d. §. sin autem.
5 l. obseruare. ff. de cura. furios. & prodig. &c.
6 l. vel surdo ff. de priuile. creditor.
7 l. morbus sonticus. ff. de verbo. sig. l. quæsitum. ff. de re iudica.
8 l. idē priuilegium. ff. de priu. creditorũ Faber hic.
9 l. & mulieri. ff. de curat. furio prodig. &c.

§. Interdum autem.

Licet ex regula iuris pupillo tutor, non curator dari debeat[b], aliquibus tamen casibus id non procedit. Ecce enim agnatus cui lege xij.tab. tutela decreta est, curatorem accipere non prohibetur. quod ex eo constitutum est, quia cùm tutor plenissimam sit potestatem consecutus, vt qui & personæ & ad vniuersum patrimonium datus esse intelligatur[c], alium ad parem potestatem (præterquam certis aliquot casibus ab Accursio hîc & Aretino enumeratis[d]) admittere non potest[e]. At curatorem habenti quo minus curator alius detur, regula iuris non impedit[f], cùm is bonis duntaxat gubernandis præficiatur[g], neque tantum sibi quantum tutor potestatis vendicet. Sed & si testamentarius aut datiuus tutor minimè administrationi sufficiat, tamen fide, neque versuto ac versipelli consilio tutelam gerat, hic non vt suspectus remoueri debebit[h], sed ei curator debet adiungi. Postremò si tutorem Reip. causa abesse cōtigerit, curator eius loco dari solet: qui si finito munere quod ei iniunctum est, abesse desierit, tutelam recuperabit[i]. Sin perpetuum impedimētum fuerit, vt quia tutor absens mortuus sit, curator vsque ad tempora pubertatis perseuerabit[k].

a l. virũ. illo titulo. l.2. C. qui da. tuto. pos.
b l.1. ff. de tutelis.
c §. datus. inf. de excusat. tuto.
d gl. hic in ver. dari non potest.
e gl. in l. licet. C. in quib. cau. tuto. haben.
f l. ventri. ff. de tutorib. & curatorib. da. ab his.
g l. in copulandis. C. de nuptiis.
h §. suspectus. inf. de suspectis tutorib.
i l.1. C. in quibus cau. tuto. vel cura. ha. tu. da. po.
k l. quæsitũ. ff. de tutelis.

§. Quòd si tutor.

Cæterùm vbi pupillus fari non potest, vt procuratorem facere possit, aut absens sit, aut diffusa negocia pupilli, aut dignitas aut ætas aut valetudo tutoris, aut alia quælibet iustissima causa id postulet, tunc decreto prætoris non tutor, sicut nec curator sed actor, seu vt verius dicam, adiutor solet cōstitui[l]. Hic autem periculo tutoris vel ab ipso tutore nominatus, prætoris decreto confirmandus est, nisi iudex malit eum recta via, tutore id nominatim exposcente, actorem constituere[m].

l l. decreto prætoris. ff. de administra. et peric. tuto.
m Vide Barto. in l. actor. ff. rem rat. habe.

Titulus,

Titulus, De satisdatione tutorum & curatorum.

Admonuimus quandoque tutori non aliàs permitti rerum pupillarium administrationem, quàm si satisdationem rem pupilli saluam fore præstiterit[n], id quod & ad curatores protéditur. Itaque hic titulus, sicut & alij duo posteriores[o], ex æquo communis est tutoribus & curatoribus. Satisdatio ergo à tutoribus exigi solet: id quod vel maximè in eo quem legitimum vocant, locum habet. Ecce enim quamuis agnati aut substituti qui substitutionem sperant, tutores esse debeant (nam & lex 12. tab. ita conscripta est) tamē non antè eis administratio conceditur, quàm si pupilli rem saluam fore, pupillo id nominatim ab eis stipulante, vel illius seruo, si quidem pupillus fari non posit[p], promiserint[q]. Quòd si is vel inopia * satisdationem detrectet, remouendus erit, idque citra infamiæ notam. nam si id aliàs dolo faciat, infamia non liberabitur[r]. In testamentario verò id aliter obseruatur. nam ei satisdatio remittitur, cùm tutoris fides satis perspecta testatori fuisse videatur[ſ]. Id quod etiam obseruandum fuerit & si filio emancipato pater tutorem dederit[t]. quod & ad curatorem testamento datum producendum est[v]. Licet enim testamento curator dari non soleat, si tamen à patre datus fuerit, ab eo qui pro tribunali sedet, citra inquisitionem confirmari debebit[x]. Et hęc omnia locum habent vbi pater tutorem dederit: in matre verò illud obseruatur, vt non aliàs quàm causa cognita confirmetur[y]. Confirmatus autem non compellitur satisdare. Sed quid in datiuo? Et verius est vt ab eo satisdationem non expectemus, si quidem à maiori magistratu cum disquisitione datus fuerit. Item pro eo magistratu qui iuris ordinem obseruat, præsumendum esse Baldus rectè admonuit[z]. Is autem tutor rectè cum inquisitione datur Hermogeniano teste[&], qui ab eo datus est, cui ius dandi competebat, & ille acceperit cui dandus erat, & is sit datus, cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpositum sit. Sed & si à minori magistratu dati sunt, non tamen hi à satisdando liberabuntur. quod hîc Aretinus aliquando docuit[ɔ].

[n] l. vlt. C. de tuto. vel curato. qui non satisde. dixi sup. de legit. agna. tute.

[o] inf. de excusatio. tuto. & de suspectis tutorib.

[p] l. pupillus. ff. rem pupilli saluam fore.

[q] l. 1. & l. vlt. C. de tutore vel curat. qui nō satisde.

* Addi potest ex Iustiniano vel aduersa valetudine, vel etiam ignoratione literarum. inf. seq. tit. §. sed & propter, cū §. seq.

[r] l. 2. C. de tut. vel cura. qui non satisde.

[ſ] l. cum furiosus. §. fin. ff. de curato. furio. & prodig.

[t] l. 1. ff. de cōfirmand. tuto. glo. & docto. sup. de tute. §. vlt.

[v] d. l. 1. & l. filio & l. vlt. ff. de confirman. tuto.

[x] §. masculi vbi dixi sup. de cura.

[y] l. 2. ff. de confirman. tuto. l. 1. C. eodem.

[z] Baldus in l. sancimus. C. de iudiciis.

[&] l. naturali. §. si quæratur. ff. de cōfirmā. tutore.

[ɔ] Aretinus in §. 1. sup. de Attiliano tutore.

§. Sed si ex testamento.

Superiore responso dixerat Tribonianus satisdationem ab iis qui testamento, vel cum inquisitione à maiore magistratu dati fuerint, minimè exigendam esse: quod eatenus recipiendum esse hoc loco ostendit, quatenus nemo eorum satisdationem offerat. Ecce enim si ex pluribus tutoribus testamentariis aut datiuis vnus eorum satisdationem offerat, vt solus administret, audiendus erit[a]. Meminerimus tamen alios oblatæ huiusmodi satisdationis occasione non excludi: & in eorum quoque arbitrio fuerit satis vel dare vel accipere. Itaque si omnes satisdare parati sunt, tunc idoneior cæteris est præferendus, collatis inter se tutorum & fideiussorum personis[b]. Neque continuò cæteris præferendus erit qui satisdationē obtulerit. Quid enim, inquit Vlpianus[c], si suspecta persona sit vel turpis, cui tutela cōmitti nec cum satisdatione debeat? vel quid si tam multa flagitia in tutela admisit? Vtilius perfectò fuerit eum à tutela repelli, quàm illi soli administrationem committi. Rursus ex diuerso qui satisdare nolit, non continuò repellendus erit: quia idonei & honesti tutores etiam si non satisdent, repelli non debent: quinimo nec iubendi sunt satisdare[d]: Cæterùm si nemo eorum satis offerat, & vtilitas pupilli suadeat per vnum negocium administrari, quia facilius vnus & actiones accipit & exercet[e], prætoris interest vt ei committat administrationem, qui testamento tutor datus est. Patris enim standum est voluntati, qui hac in re rectè filio prospexit[f]. Quòd si nullus testamento tutor datus sit, aut datus solus tutelam subire nolit,

[a] l. testamēto dati tutores. ff. de testamenta. tutela.

[b] l. quòd si plures. ff. de testament. tutela.

[c] in d. l. testamēto. de testa. tutel.

[d] d. l. testamento. versi. duplex igitur. ff. de testam. tutela.

[e] l. 3. §. apparet. ff. de administrat. tut.

[f] l. 3. §. quamuis autem.

procliuius est vt is gerat, cui omnium calculis defertur administratio[g]. Verùm vbi in eligendo non satis conueniunt, operæprecium facturus est iudex si huic negocio se immisceat, & vni ex tutoribus tutelam assignet. Sed & si is qui testamento electus est, tutoribus reliquis suspectus sit, neque ij suæ periculum administrationis suscipere velint, audiendi erunt, si quidem omnes tutelam gerere parati sunt[h].

§. Sciendum autem est.

Vsque adeò ab eo qui neque testamento, neque à iudice cum inquisitione tutor datus est, exigitur satisdatio, vt etiam captis pignoribus[i] aut mulctæ dictione per iudicem satisdare cogendus sit. Quòd si iudex hac in parte remissius quàm causa deposcit, se gesserit, non est quòd is speret hac ex causa impunitatem. is enim excussis tutorũ ac fideiussorũ facultatibus subsidiaria actione non tantùm ipse, sed & hæredes eius conueniri poterunt[k]. Cæterùm ordo conueniendi tutores & magistratus hic fermè esse potest[l]. Etenim si administratio tutelæ vel curæ à testatore vel iudice diuisa est, priori loco quàm ad magistratum perueniatur, hi sunt pro sua rata conueniendi: nimirum cùm diuisionis beneficio gaudeant[m]: præterquam in certis aliquot casibus in imperatoriis cõstitutionibus enumeratis[n]. Quòd si nec per testatorẽ nec per iudicem fuerit diuisa tutelæ administratio, sed ab ipsis tutoribus aut diuisa est, aut nullo modo: si quidem omnes gesserint, iique soluendo fuerint, non nisi in viriles portiones conueniendi sunt[o]. nam hi hoc diuisionis beneficium à lege sibi indultum habent. Vbi verò soluẽdo non essent, à pupillo in solidum exigi possent: licet illis actionem in solidum pupillus cedere debeat[p]. Quòd si nec id quidem fecerit, ex æquitate tum tutoribus soluentibus lex vtilem actionem concedit. Cæterùm si quidam gesserunt, alij verò non: promptius est, vt gerentes priore loco conueniantur, secundo ipsi magistratus, postremo non gerentes, quibus ordinis beneficium lex indulsit. Sed id quidem tum obseruari conueniet, quando ab ipsis tutoribus diuisa est tutela. Quòd si nulla diuisio intercessisset, maiore culpa dignus is esset, qui tutelam non administrarit, quàm magistratus, cùm iam perinde in tutela versari videatur[q]. Qua ratione & si nullus gessit, ij omnes ante magistratum conueniri debent. Idémque dicendum arbitror vbi omnes, mala tamen fide, tutelam administrarunt: receptiúsque est vt hac facti vltima specie omnes in solidum exigãtur: cùm dolus nemini patrocinari debeat. quod rectè Azo censuit[r]: licet Salicetus & Paulus de Castro[s] his diuisionem non cessionem concedi existimant, illa scilicet ratione, quia diuisio exceptionem seu defensionem respicit: cessio verò ad agendum datur. Fauorabiliores autem sunt rei quàm actores[t]. Sed hanc recentiorum sententiam ita accipiendam existimo, vt in illis qui negligẽdo deliquerunt, locum habeat[v]. alioqui vbi dolus manifestè detegitur, tunc Azonis sẽtẽtiæ locus esse debet, vt neq; mandãdæ sint actiones, nec vtilis actio dari debeat, quia proprij delicti pœnam subit: quæ res indignũ eum fecit vt à cæteris id doli cõsequatur doli participibus[x].

Non idoneè.

Sed pone tutorẽ à magistratu datum, ab initio dũ ab eo satisdatio exigeretur, soluendo fuisse, postea verò eum lapsum facultatibus esse, continuone subsidiaria actione magistratus conueniri debebit? Et receptum est vt in eum magistratũ qui id probet, hęc actio cõpetere nõ possit[y]. cuius rei illa est causa, quia magistratui nihil est quod imputari possit[z]. neque enim præstare debet futuros casus & fortunam ipsi pupillo[&]. Quin & illud receptum est, vt si ab eo satis non exegerit, idoneus tamen sit quo tempore tutelæ agi potuit, id etiam magistratui ad huiusmodi impetitionem vitandam sufficiat[a].

§. Neque

g d.l.3.§.quamuis autem.

h d.l.3.& ibi Bartolus.

i l.siquis à liberis.§.si quis ex his.ff.de libe.agnos.

k l.Lucius la.2.§.vlt.ff. de administra.tuto.l.si diuisio.c.de diuidẽda tutela.& l.quod ad heredem.ff de magistratib. conueniẽ.l.in magistratus.C.eodem.

l gl.& ibi doct.in l.1.c.de transactionibus.

m d.l.Lucius.2.§.penult.

n l.2 §.1.C.de diuidenda tutela.quam pœnitus vide.& l.Titium.§.tutores.ff.de admini.tutorũ. l.tres fratres.§.vlt.ff.illo titulo.

o l.1.§.nunc tractemus.ff. de tutel. & rationib. detrahen.

p notatur in. d.l. 1. C. de transactionibus.

q Faber hic in vers.& eadem ratio.

r gl.in.l.1.circa medium. C.de transactionibus.

s in d.l.1.

t l.fauorabiliores. ff. de reg. iur.l.inter pares. de re iudicata.

v l.si plures.ff.de adminis. tuto.

x l.1.§.plane.ff.de tute.& rationib.detrahen.

y l.3. C.de probationibus.

z l.1.§.si magistratus.ff. de magistratibus conue.

& d l.1.§.si magistratus.

a l. Aemilius dexter.ff. de administra.tuto.

§. Neque autem.

Cæterùm quod de ſubſidiaria actione in magiſtratum danda ſuperius à nobis dictum eſt, id ita accipiendum erit, vt ciuitatum defenſores, iuridicus Alexandriæ, & municipales magiſtratus hac actione teneantur *, nó præfectus vrbis, aut præſes prouinciæ, aut ſi quibus inſtar præſidis ius dandi eſt [a], cuiuſmodi ſunt proconſul, legatus proconſulis, præfectus Ægypti: illa ſanè ratione, quia non aliter pupillis aut adultis conſulturi ſunt, quàm ſi hi tutorem patris ſui teſtamento accepiſſent [b]. Huc accedit, quòd nulla illis neceſsitas ſatiſdationis exigendæ imponitur: vnde ridiculum eſſet eos hoc nomine quòd cautionem hanc omiſerint, aliqua actione impetere.

Titulus, De excuſatione tutorum & curatorum.

Quamuis à muneribus publicis nemo excuſari queat (nã & munus propria ſignificatione dicitur id quod neceſſario ſubire ſolemus [c]) tamen id aliter in tutela vel cura ſe habet. Hæ enim quamuis muneris publici ſint [d], tamen varijs ex cauſis eas non ſolemus ſuſcipere. Ecce enim qui tres liberos Romæ aut intra illius centeſimum lapidem habuerit [e], à tutela poteſt excuſari: quod in eo qui quatuor in Italia, aut in prouincia quinque liberos habuerit, receptum eſt [f]. Licet enim à munere patrimoniali, aut ab oneribus prætextu liberorum nemo excuſari queat [g], tamen in muneribus perſonalibus (cuiuſmodi eſt tutela [h]) in gratiam liberorũ aliter receptum eſt [i]: quemadmodum & pupillorum nomine conſtitutum eſſe dicitur, vt is qui à muneribus publicis remiſsionem impetrarit, à tutela immunitatem non conſequatur [k]. Quod autem de liberis modò à nobis dictum eſt, id in liberis tantùm qui ex me & vxore mea naſcuntur, aut ex filio eius aut eius vxore progeniti ſunt, intelligi debebit, non item in adoptiuis [l]. Ita enim facilè vſuuenire poſſet, vt alicui anſa adoptandorum liberorum præberetur, quò nimirum à tutela ſubterfugere poſſet. quod Faber hîc cẽſuit [m], licet Iaſon diſſentiat. Si tamen iuxta conſtitutionis normam à Iuſtiniano ſuperius traditam [n] in adoptionem dati fuerint, procliuius eſt vt & propter eos quis à tutela excuſationem conſequatur. Sed hæc omnia accipienda ſunt vbi quis liberos ſuperſtites habuerit. Nam & qui in vtero eſt, licet in alijs pleriſque pro ſuperſtite habeatur [o], tamen id in tutelis nuſquam obtinet, cùm in illis de aliorum vtilitate tractetur [p]. Defuncti igitur ad tutelæ vel curæ excuſationem non aliàs profuerint, quàm ſi pro Rep. in acie ceciderint. etenim in perpetuũ per gloriam viuere intelliguntur [q]: ſicut alij non deſunt quos lex pro mortuis habet, etiamſi interim vita nondum defuncti ſunt [r].

In prouinciis.

Cæterùm cùm pleræque prouinciæ iuris Italici ſint [s], nunquid & hæ hoc priuilegio frui debebunt? Et verius eſt non debere [t], cùm id illis quo ad tributorum vitationem cõcedatur. Regula autẽ eſt, Inducta ad vnum effectum, ad alium non debere protendi [v].

Patris ſui ſuccedant.

Sed cùm ſurrogatum, naturam eius in cuius locum ſubſtituitur, imitari debeat [x], conſequens eſt vt & hi omnes pro vno filio computentur [y].

Ceciderunt.

Idem quoque crediderim vbi quis ex vulnere in militia excepto in patriam reuerſus occubuerit [z]: quod illius exemplo conſtitutum eſt, qui poſt aliquod naufragij vel incendij tempus iacentem rem ex naufragio, quæ fluctibus expulſa ſit, abſtulerit [&]. nam & hic furti aut aliàs vi bonorum raptorum iudicio tenebitur.

* §. nos autem. ſup. de Atiliano tutore.
a l. 1. ff. de tutorib. & curato. da. ab his.
b arg. nota. per Baldum in l. ſancim⁹. C. de iudicis.
c l. munus propriè. ff. de verbo. ſigni.
d hoc textu ĩ verſ. exẽplo.
e l. 1. §. in initio euſdẽ epiſtola. verſi. cùm vrbem. ff. de officio præfect. vr.
f l. 1. & 2. C. qui numero liberorum ſe excuſant.
g l. ſextumdecimũ. §. quæ patrimoniorũ. ff. de vacatione & excuſ. mun.
h l. munerũ ciuiliũ. §. perſonale. ff. de munerib. & honorib.
i arg. notato per Alciatũ in l. ſer enixa. ff. de verbo. ſig.
k l. ſpadonem. §. qui accepit. & l. non tamen. §. nõ omnia. ff. eodem.
l d. l. ſextumdecimum. §. adoptiui. ff. de vaca. & excu. munerum.
m Faber hîc in verſ. Ratio autem poteſt eſſe.
n §. ſed hodie. ſup. de adop.
o l. quod dicitur. ff. de ſta. homin.
p l. quod dicimus. l. iuſta interpretatione. ff. de verbo. ſig. dixi in §. cùm autem ſup. de tute.
q l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad le. Aquil.
r gl. hîc vlt.
ſ l. 1 ff. de cenſibus.
t glo. hîc in verb. in prouinciis.
v arg. l. legatam municipio pecuniam. ff. de adminiſtra. rer. ad ciuita. pertinen.
x §. fuerat. inſtitut. infr. de actio.
y l. 2. §. remittit. verſic. quotcunque. ff. eo.
z Faber hîc in verſ. quid ergo ſi extra.
& l. ſi quis ex naufragio. ff. de incen. rui. naufra. ra. na. exp.

§. Item diuus Marcus.

Præfectus fiſci, qui vulgo theſaurarius dicitur[a], à tutela immunitatē habet: id quod & in eo obſeruatur, qui præfecturā annonæ vel vigilū gerit[b]. Quod ita tamen accipiendū erit, ſi quidem ad nouas tutelas euocentur[c]. Nā ſi illis aliquādo delata fuit prius quàm res fiſci adminiſtrare cœpiſſent, finito officio ad munus redire ſolent intermiſſum, dato interim curatore[d].

§. Item qui Reip.

Sed & qui Reip. gratia abeſt[e], aut iamiam abſfuturus eſt: is enim qui abitionem Reip. nomine parat, abſentis loco iam habetur[f]: itaque à tutela ad quam recens vocatur, ſe poteſt excuſare. Verùm ſi ei prius tutela data fuit, promptius eſt vt eo abſente curator dari debeat[g]. neque enim profectio ſua quicquam incommodare poteſt quo minus is reuerſus in tutela pergere debeat[h]. Licet enim veteri iure, reuerſi, anni vacationem haberent (nam intra annum ad nouam tutelam vocari non poterant) hoc tamen caſu promptius eſt vt eo non gaudeant, cùm id ſpatij indulgeri conſueuerit iis qui ad nouas tutelas euocarentur[i].

§. Et qui poteſtatem.

Remittitur quoque tutelæ adminiſtratio ei qui poteſtatem, hoc eſt imperium à Rep. vel principe acceperit[k]: quo in numero Decius cenſuit eos eſſe, qui aut Prætores aut Proconſules eſſent[l].

§. Item propter litem.

Vſque adeò pupillorum commodis aduigilauerunt ſacratiſsimi illi iureconſulti, vt etiam interrogati de iure, reſponderint excuſationem præſtandam ei qui litem pupillo mouiſſet[m], modò tamen de re ampla, vt de toto patrimonio, aut de ſtatu citra dolum intentata quæſtio eſſet[n]. Cæterùm huic reſponſo Bartolus[o] Accurſij ſententiam ſecutus[p] locum non eſſe exiſtimauit[q].

§. Item tria onera.

Quēmadmodum is qui data opera in gratiam Reip. maturius æquo abeſſe deſiderauit[r], à priuilegio reciſoriæ actionis reiicitur[s]: ita & qui tria onera tutelæ affectauerit, vexari quoque circa quartam tutelam poteſt[t]. cui rei conſequens eſt vt qui huiuſmodi tutelas non ambierit, excuſationem mereatur, modò tamen patrimoniorum ſeparatio, non pupillorum numerus huiuſmodi tutelas faciat[v]. Cæterùm ſi tutelæ leuiſsimæ ſint, excuſationi non ſufficient[x]. Idémque cenſuerim vbi ætas pupillorum prope pubertatem ſit, ita vt ſemeſtre tantummodo tempus reliquum fuerit[y]. Aliquando autem vſuuenire ſolet, vt tria huiuſmodi onera non exigamus, ſed vnum tantùm ſufficere exiſtimemus: veluti ſi tam diffuſa & negocioſa ſit tutela, vt pro pluribus cedat[z].

§. Sed & propter paupertatem.

Remiſsionem tutelarum pauper habet, ſi modò ſe propter paupertatem oneri iniuncto imparem docere poſsit[a]. Sed cùm eius negatiuæ difficilis ſit probatio, operæpretium facturus eſt iudex, ſi per viatores inquirat quænam ſint huius hominis tutelam refugientis facultates[b]. Quæ autem paupertas excuſationem tribuere ſoleat, boni viri arbitrio tui relinquendum erit[a]: qui hac in re eam operam dabit, vt inſpiciat nunquid tam tenues ſint huius hominis facultates, vt etiā vix victum ſibi quæritare poſsit[b]. Enimuero pauper qui ſe non excuſauit, fidelis tamen eſt & diligens, à tutela remoueri non debet. quod inferius attingam[c].

a Budæus in l. vlt. ff. de off. quæſtoris. Alcia. in l. inter publica ff. de ver. ſi.
b l. athleta. §. gentium præſidatus. & l. adminiſtrantes. ff. eodem.
c d. l. adminiſtrantes.
d gl. hic in verbo adminiſtrat. §. interdum. ſup. de curatorib.
e d. l. adminiſtrantes. §. qui reip. cauſa. ff. eodem.
f l. filiusfa. §. vlt. ff. de procuratoribus.
g §. interdum. ſup. de cura.
h l. 1. C. ſi tutor vel curator reip. cauſa abfuerit.
i l. non ſolum in princ. & §. annus. ff. eo.
k d. l. athleta. §. gentium præſidatus. ff. eo l. poteſtatis. et ibi pulchre Alcia. de verb. ſignif.
l Deci[o]. in l. eū. ff. de iuriſ. om. iudicum.
m l. propter litem. ff. eodem. l. ſi vt allegas. C. de excu. tut. & l. athletæ. §. amplius. ff. eodem.
n d. §. amplius.
o Barto. in l. propter litem.
p gloſ. hic in verbo, niſi forte.
q dixi in §. ſi inter tutorē. ſup. de authori. tut. auth. minoris. C. qui da. tut. poſ.
r l. & qua data. ff. ex quibus cauſ. maio.
s §. rurſus. de actionibus.
t tria onera. 1. & 2. l. diximus. ff. eod.
v d. l. tria onera.
x l. ſpadonem. §. vlt. l. non tantum in prin. ff. eo.
y d. l. non tantum.
z l. ſi is qui tres. ff. eo. §. cius qui. & l. paupertas. ff. hoc tit.
a Bar. in l. in illa ſtipulatione quæ eſt octaua. ff. de verbo. obliga.
a Faber hic in verſ. & ſuper hoc.
b Vide omnino Bart. & Iaſonem in l. ſi conſtante ff. ſolu. mat. Rabrum, Aretinum, Porcum in §. ſed hoc vtemur ſupra de Atilia. tuto.
c in §. vlt. infr. de ſuſpect.

§. Item

§. Item propter aduerſam.

Aduerſa quoque valetudo, quæ alicui impedimento eſt quo minus ſuis rebus ſupereſſe poſsit, à tutela vel cura vacationem præſtare ſolet: immo & cœptam finire facit tutelam [d], ſi quidem nulla ſpes recipiendæ valetudinis proponatur. Eiuſdem farinæ ſunt & hi qui morbo ſontico [e] correpti ſunt, & luminibus captus, aut mutus, aut ſurdus, & qui perpetua valetudine laborant [f]. Quòd ſi ſpes aliqua proſperæ valetudinis proponatur, conſultius eſt interim curatorem dari [g]: cuius officium finito morbo conquieſcet. Solet enim pro morbi qualitate huiuſmodi excuſatio vel in perpetuum vel ad tempus recipi [h].

§. Similiter eum qui literas.

Ruſtici humiles & illiterati ita demum excuſari à tutela poſſunt, ſi quidem tanta ſint mentis inopia, vt etiam quid dicto factóve opus ſit, non facilè [i] diſpicere queant: alioqui vbi quis non expers negociorum eſſet, eius excuſatio admitti non debet [k]. Videmus enim expertes literarum à decurionis muneribus reiici nõ poſſe [l], ſicut nec à iudicandi munere repelluntur [m], cùm ipſi aſſeſſoris ſui opera & conſilio interim iuuentur. Ceterũ ab aduocati munere omnino repellendi ſunt, cũ is ſe ſui muneris peritum eſſe profiteatur [n].

§. Item ſi propter inimicitias.

Si inter teſtatoré & eum qui teſtaméto tutor datus eſt, capitales inimicitiæ interceſſerint, vt quia inter eos de omnibus controuerſia ſit [o], vel quia alter alterũ atroci iniuria affecerit, aut apertis machinationibus obſederit, vel clancularias inſidias ſtruxerit [p], quæ vel vitæ periculum, vel corporis cruciatum continerent [q]: à tutelæ munere vacatio conceditur: neque ſcrupuloſius inquiremus vtrius culpa huiuſmodi ſimultas oborta ſit [r]: licet plerisque aliis iuris ciuilis locis non mediocre id habeat momentum [ſ]. Si igitur tam ſint implicita pupilli negocia, tantúmque æs alienum emergat, vt difficulter reſolui poſsit, eóque nomine tutor teſtamento datus fuerit, excuſatio ei non denegetur [t]. propter hoc enim datus eſſe tutor videtur, vt ſupponatur debito & negociis: quod epiſtola Seueri oſtenditur [v]. Planè ſi teſtamento facto huiuſmodi obortæ ſint inimicitiæ, excuſationem quoque tribuent [x], niſi reconciliatio ſubſecuta ſit, aut alioqui leuior ira fuerit, hoc tantùm nomine profecta, quòd ipſe aliquando modeſta obiurgatione alterum excepiſſet, iuxta Terentianum illud, Obſequium amicos, veritas odium parit [*].

Sicut per contrarium.

Non eſt admittenda eius excuſatio qui iure publico eam habebat, ſi quidem ſe patri pupillæ tutelam adminiſtraturum promiſit [y]. Cuius rei illa eſt cauſa, quia niſi pater illius fidé ſecutus fuiſſet, facilè pro ſuo non mediocri erga liberos affectu de tutore idoneo proſpixiſſet [z]. Sanè qui ſe teſtamento tutorem adſcripſiſſet, ex ſenatuſconſulti Liboniani ſententia tutor non aliâs erit, quàm ſi vel patris teſtamento confirmatus ſit, vel idoneus ad hanc adminiſtrationem videatur [&].

§. Non eſſe autem admittendam.

Non ſatis rectè excuſatur is qui ſibi tutelam deferendam non eſſe ideo oſtenderit, quòd ignotus patri pupillorum fuerit. Verùm qui tutor datus, ibi ſe dicat domicilium non habere vbi datus eſt, audiendus erit [•]. In iudice autem receptius eſt, vt in ſubſidium eum qui ex aliena iuriſdictione eſt, iudicis ſui conſenſu tutorem dare poſsit [†].

d l. non ſolum. §. aduerſa. & l. ſeq. ff. eo.
e l. morbus ſonticus. ff. de verbo. ſignifi.
f l. vnica. C. qui morbo ſe excu.
g d. l. non ſolum. §. ſi quis nõ ita.
h l. ſed in hoc reſcripto. ff. eo.
i l. athleta. §. de ruſticis. ff. eo.
k d. §. de ruſticis. verſic. eius autem.
l l. expertes. C. de decurionib. lib. 10.
m l. vlt. C. de iudiciis. vbi vide omnino Iaſo. & Decium in ea. ſciſcitatus eſt de reſcriptis.
n l. procuratoris. C. mãdati. vide hic Fabrum latius.
o Bar. in l. 3. §. non ſolum de adimen. leg. ff.
p arg. l. liberi. ſub finem, & ibi Iaſon no. C. de inoffi. teſtamento.
q Faber in §. inimicitia. infrà eodem.
r Faber hic in verſic. Item quãuis aliàs diſtinguatur. & Aret.
ſ l. ſi merces. §. culpæ. ff. locati. l. in his. ff. ſolu. matri.
t l. In lege Græca Modeſtini lib. 2. excuſ. cuius eſt initium, ἰῶν ἐνεχθῶν... In Latina autẽ Auguſtini quæ & ſexta eſt & incipit ſi duas. eſt §. Vlpianus. In quo allegata l. athleta. cõtinetur quòd et ſi Latinis principium legis videatur, & ita citetur vulgo, non tamen legis eſt initiũ ſed eſt §. dicta l. ſi duas. quod ita eſſe lector prudens animaduertet ex emendatorum codicum lectione. l. athleta. §. das remiſſionem. ff. eo.
v docto. §. remiſſionem.
x arg. l. in confirmando. ad finẽ. ff. de confirmã. tuto.
* In Andria act. 1. ſce. 1.
y l. ex ſententia. ff. de teſtamenta. tute.
z dixi in §. permiſſum. ſuprà eo.
& d. l. ex ſententia. ff. de teſt. tutel. l. filiusf. qui militauerat ad leg. Falcid. & l. diuus Pius. ff. ſi cui plus quàm per Fal. licue. leg. eſſe dicetur. l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſcrip.
• l. vlt. in fi. ff. eodem.
† l. diuus Marcus. ff. de tutorib. & cura. da. ab his.

§. Inimicitiæ.

Quod à nobis paulò antè dictũ est, in simultate quæ inter testatorem & tutorem ab eo datum intercessit, in legitimis & datiuis tutoribus locum habet. vnde si inter fratres aut agnatos grauior & capitalis inimicitia oborta est, ea iustam prębebit à tutela excusationem. Si tamen in gratiam reditum esse probatum fuerit, aliud statuendum esse crediderim [a].

§. Item qui status.

Si testator controuersiam status ei quem tutorem testamento dedit, aliquando mouerit, huic iustissima causa excusandi esse poterit. Hæ enim quæ de statu sunt quęstiones, non multum ab accusationibus quæ vltimum supplicium irrogant, differre consueuerunt [b]. Amplius absoluetur à tutela, qui status quæstionem pupillo mouerit. [c]

§. Item maior.

Licet is qui maior est quinquagintaquinque annis à reliquis muneribus personalibus, vtpote quæ plus laboris quàm industriæ habeant, excusari possit: à tutelæ tamen munere nemo nisi maior septuaginta annis excusatur [d]. Exigimus quoque in ea septuagesimum annum re vera completum esse: licet annus cœptus pro completo habeatur, idque in plerisque aliis [e]: minor autem viginti annis tãtùm abest vt se excusare debeat, vt omnino Iustiniani constitutione ad tutelam aspirare prohibeatur. Quî enim ferendum est eundem esse tutorem, & sub tutela constitui: & iterum eundem esse curatorem, & sub cura agere? [f]

§. Idem est & in milite.

Militiæ armatæ munerib' occupatus, nec si à lege aut testatore aut quouis alio modo tutor datus fuerit, tutelam gerere potest, ne ipse ab armorum studio auocetur [g]: adeò vt nec volentes ad huiusmodi onus admittantur [h]. Si tamen ab eo tutor detur qui in castris merebat, excusationem eum non habere responsum est. [i]

§. Item Romæ grammatici.

Cùm hi qui liberalia studia profitentur, eruditione plurimum & dicendi facundia pollere debeant, [k] consequens est vt illi quoque à tutelæ munere requiem habeant [l]. Grammatici itaque, rhetores & medici si fuerint supernumerarij, iurisconsulti quoque [m] qui in patria sua, vel in cõmuni omnium patria Roma [n] iurisprudentiam profitentur, sicut à plerisq; aliis muneribus, ita & à tutela excusari rectè possunt. Cæterùm meminisse debemus grammaticos rhetores & medicos reprobari posse, quãuis semel approbati sint [o]. Hi quoque qui falso philosophi nomen ementiuntur, vt qui pręter pallium & barbã nihil philosophi habeant [p], hi ad omnia munera deligendi sunt. Etenim turpe est, patriæ suæ functiones ferre non posse, qui etiam fortunæ vim ferre se posse profitetur. [q]

§. Qui autem vult se excusare.

Qui vnam ex suprà scriptis vacationum causis habuerit, oportet ante tribunal id contestari [r]. quòd si is plures habeat, non sufficiet vnam proposuisse, sed oportet eum & de tempore remissionis testari: & si multa habeat quæ sint iusta, ea nominare debebit: alioqui similis erit ei qui nequaquam accesserit [s]. Verùm si plures proposuerit, inque earum probatione vel defecerit, vel paulo diutius cessauerit, aliis vti intra tempus præstitutum [t], modò ab initio de attestatione constiterit [v], non prohibetur.

§. Qui autem excusare.

Licet ij qui ad munera ciuilia vel honores euocantur, si quidem à principe vacationem impetrauerint, sese excusare debeant [x], tamẽ diuus Marcus effecit

---

[a] glo. hic & Areti.

[b] l.1. & 2.ff.de libe.cau.

[c] d.l.athleta.§.amplius.§.item propter litem.sup.eo.ibi dixi.

[d] l.3.ff.de iure immunitat.

[e] l.anniculus.2 vbi Alciat.not.ff.de verb.sig.

[f] l.vl.C.de leg.agnat.tut.

[g] l.militi agrum.ff.de re milita.l.milites nostros.C.de loca. & conduct.

[h] l.militia.C.qui da tuto. vel cura.poss.

[i] l.propter magistratum.ff.hoc tit.

[k] l.grammaticos.1 & 2.l.medicos.C.de professo. & medicis lib.10.

[l] l.si duas et l.seq.ff.isto ti.

[m] l.vnica.C.de profess.qui in vr.Cõstãtinop.lib.10.

[n] l.Roma.ff.ad municipa.

[o] l.sed et reprobari.ff.eo.

[p] Lucianus in dialogo mortuorum.

[q] Cic.1.off.l.reddatur.l.de profess. & med.lib.10.

[r] l.scire oportet.§.oportet autem.ff.isto tit.

[s] l.scire oportet.§.sufficit.versic.scire antẽ.ff.isto ti.

[t] l.quinquaginta.ff. & C.eodem.

[v] Bar.in §.scire autem.

[x] l.hisque.C.de appellationibus. & de ratione differentia.vide hic late Fabrum & Portum.

effecit ne is qui à testatore vel lege vel quouis alio modo tutor datus est, prouocet[y], sed intra quinquaginta dierũ spatiũ ex quo se tutorem esse datum cognouerit (cuius notitiæ probandæ, si quis hîc in eam disceptationem reuocetur, onus pupillo incumbit[z]) contestationẽ excusationum proponendarum ordiri debebit[&]. Peragendo autem negocio ex die nominationis continui quatuor menses constituti sunt[ↄ]. Hîc igitur excusationẽ scripto comprehensam[a], intra id temporis probare debebit, nisi fortè mora cõtradictionis impeditus fuerit[b], si quidem intra centesimum lapidem habitet ab eo loco in quo tutor est destinatus. Quòd si id minus fecerit, meminerit sibi id impune non esse. erit enim in eadem causa in qua esset si apparuisset eum proprio periculo negligere[c]. Quòd si eo loci in quo tutor datus est, pupillus patrimonium habeat,[d] tunc tutor si intra centesimum lapidem absit, viginti milia passuum in dies singulos paragẽda sunt[e], præter hoc triginta dies accipiet. Iterum tamen sic ineunda ratio fuerit, vt non minus sint quàm quinquaginta dies: cuius exemplum si quis volet, is de Modestino petat necesse est[f].

§. Datus autem tutor.

Pupillo qui tam Romæ quàm in prouincia facultates habet, tutor testamento vel quouis alio modo datus, ad vniuersum patrimonium datus esse intelligitur[g]: excusare tamen se potest ne vltra centesimum lapidem tutelam gerat[h]. Sanè huius responsi argumento respondit Faber[i], procuratorem simpliciter datum, ad omnes quoque causas constitutum videri.

§. Qui tutelam.

Curator adultis datus quorum tutelam administrauerit[k], de administratione non tenetur, adeò vt nec curã suscipere cogendus sit. Licet enim plurimum faueamus vltimæ voluntati, si tamen pater testamento datum curatorẽ filij esse voluerit, tamẽ ad id muneris cogi non debebit. Satis enim fuerit vel in paucis amici voluntati esse consultũ[l]. Planè libertus à tutela vel cura liberorum sui patroni nullam excusationem impetrare potest[m]: quod Aretinus in eo liberto intellexit, qui spontanea voluntate manumißionem consecutus sit. Vbi verò vel ex fideicommisso, vel propria pecunia emptus & manumissus est, aliud esse censuerunt[n].

§. Iidem rescripserunt.

In receptis bonis, quæ scilicet dum dos daretur, mulier sibi retinuit, neque in viri potestate esse voluit[o], vsque adeò nihil iuris habet maritus, vt etiã si illis prudens vel imprudens se tanquã curator immiscuerit, tamen se excusare omnino debeat[p]. Nam qui se tantùm excusare possunt, non etiam tenentur, si se immiscuerint, vacationis iure vti non poterunt.[q] Nec nos quicquam mouerit quòd maritus in his procurator esse potest[r]: quoniam procuratorem reuocare semper liberum est[s]: curatorem non ęquè. Nemo enim ante vigesimum quintum ætatis adultæ annum curator esse desinit[t]. Huc accedit, quòd si curator extra ordinem tanquam suspectus remoueatur, id vix sine nota fieri potest[v], quæ omnino à matrimonio tollenda est[x].

§. Si quis autem.

Qui aliquam excusationum harum probare velit, id ipsum claris & iustis probationibus efficere debebit[y]: alioqui si pecunia vel gratia coemptis testibus religionẽ circunuenerit, tantũ abest vt ei huiusmodi decretũ prodesse debeat, vt nullo modo iniũcti muneris periculo liberetur[z]. Sed & ex cõmuni omnium doctorum sententia hoc facinus extraordinaria pœna vindicari debebit[&]. Cæterùm cùm aduersus rem iudicatã restitutio minori plerunque concedatur[ↄ]: tamen hac in specie id minimè necessariũ est †, cùm ipso iure nullum sit huiusmodi decretum, etiam si in eo nulla falsa causa in-

y l.1.§. si quis tutor.ff.quã. appellan. sit.
z l. hoc autem. de admini. tut. & l. virum. de probatio. ff.
& l. quinquaginta ff. eod.
ↄ d.l. quinquaginta.
a gl. in verbo, se excusare. & Porcius in eam.
b l. si cum ipse. ff. de excu. tuto. l. inter. de minor. l. cõtra maiores. C. de inoffic.
c d.l. si cum ipse. l. scire oportet. §. nulla vero. ff. eo.
d l. propter. & l. vlt. & l. propter litem. §. 1. ff. eod.
e l. 2. §. si quis cautionibus & l. in itinere. & ibi Alcia. ff. de verbo. sig.
f l. scire oportet. §. aliud etiam inuenimus. ff. eod.
g l. Pupillus. ff. de tutorib. & curator. da. ab his. vide hic Areti.
h l. propter litẽ. §. licet. & l. 3. & l. testamento. C. eo.
i Faber hic per cap. 1. in Clemẽti. de procuratorib.
k l. curator. C. eodem.
l l. curatori. C. de negociis gest. glo. hic in verbo, non compellitur.
m l. curator. C. eodem.
n l. libertum. §. qui propria pecunia. ff. eodem.
o Gellius lib. 17. ca. 6. Budæ. in l. proprium. ff. cõmunia prędiorum. Alcia. in l. qui fundũ. ff. de ver. sig.
p l. virum. ff. de curato. furios. & al.
q l. non tãtum. §. sane. ver. vacare. ff. eod.
r l. maritus. C. de procur.
s l. ante litem. ff. de procur.
t §. 1. suprà quibus modis tut. finit. §. 1. sup. de cura.
v §. suspectus. 2. infrà tit. proximo.
x arg. l. 1. & 2. ff. rer. amotarum. iuncta. l. nõ potest. ff. de furtis.
y toto tit. si tutor vel cura. falsas allegat. dixerit. C.
z l. si vt proponis. C. si tutor vel curator fal. alleg.
& docti. in l. diuus Adrianus. ff. de re iudica.
ↄ toto tit. aduersus rẽ iudi.
† l. si ex falsis. & ibi Alc. C. de transact. tot. tit. C. si ex fal. allegationibus.

ſcripta ſit * . quoquo enim modo in facti cauſa erratum fuerit , nullum eſt quod agitur [a].

Titulus, De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

Hic quoque titulus, ſicut & duo ſuperiores [a] , tutoribus & curatoribus ex æquo communis eſt: in quo id agitur , qua ratione poſsit is qui verſuto & fraudulento conſilio tutelam vel curam adminiſtrat, ab iiſdem tanquam ſuſpectus remoueri. Accuſatio igitur ſuſpecti tutoris, ſicut & alia pleraque in iure iudicia [b], mixtam naturam habet. Nam & criminaliter agi poteſt, non vt tutor tantùm tutela abire cogatur, ſed & præter hoc illi extraordinaria pœna pro arbitratu iudicis imponatur. Hac itaque in ſpecie erit neceſſaria ſicut & in reliquis aliis criminibus inſcriptio [c]. quòd ſi reũ egerit, neque tamen peregerit, extra ordinem pro qualitate admiſsi puniri debebit [d], niſi ab huiuſmodi accuſatione ante ſententiam deſtiterit. Id enim in pupillorum fauorem ei facere permittitur [e]. Notio autem eius rei ad præſidem prouinciæ & ad eum qui præſidis loco eſt [f], prætorem quoque & præfectum vrbi pertinet. Sed & ſi prætori liqueat ex apertiſsimis rerum argumentis tutorem ſuſpectum eſſe, tũc fauore pupilli ſine accuſatione eum repellere poterit. Vbi verò ciuili actione id agimus, vt remoueatur tantũ : tunc minimè inſcriptione opus eſt [g]: prætori quoque, & pręſidi, aut ei cui nominatim id mandatum ęſt, de ea re cognitio competit [h].

§. Oſtendimus.

Tutores cuiuſcunque generis accuſari ſuſpecti poſſunt [i]. Licet enim teſtamentarij fides ab ipſo teſtatore comprobata ſit [k], & legitimi magna neceſsitudine pupillo deuincti ſint [l], datiui quoque idonei electi ſint [m]: tamẽ hos omnes ſuſpecti accuſari poſſe, certiſsimi iuris eſt † : quod & in curatore adoleſcentis, inſanique, & euerſoris locum habet [n]. Idémque in eo qui vẽtris curam, bonorúmve gerit adminiſtrationem , dicendum eſt, vt is huius criminis metu non careat, dicto §. nõ tantùm. & d. §. ſed & ſi quis in d. l. 3. Idque & ad patronum produci debebit, dum tamen meminerimus huius patroni famæ parcendum eſſe. id quod factu facillimum fuerit, ſi quidem vel ei curatorem adiungamus [o], vel illum in totum repellendo , verbis quibuſdam mollioribus negocium cõtemperemus [p]. Cæterùm ſi eò euaſerit huius patroni peruicacia , vt etiam alimenta pupillo deneget, vel ęius bonis tanquam prædo incumbat (l. ſi tutor. ff. eodem) hic non vt ſuſpectus remouendus eſt, ſed ad pręfectum vrbi pro modo admiſsi delicti puniendus remitti debebit [q].

§. Conſequens.

Sed quibus permiſſum eſt tutorem ſuſpecti appellare poſſe? Et latiſsimè patet huius rei facultas. etenim quaſi publica accuſatio eſſe dicitur [r]. Cùm enim non ſemper comitetur eum qui huius criminis impetitur, [ſ] ideo publicum dici non poteſt [t]. At cùm ex pupilli vtilitate ſit vt omnes tutores remoueantur, permittatúrque vnicuique accuſandi facultas, quaſi publicum dici meretur. Vnde quamuis mulier ab accuſatione in totum repellatur [v], propterea quòd eam cœtibus virorum immiſceri indecorum ſit [x], ſi tamen mulier eiuſmodi ſit, cuius prætor fidem exploratiſsimam habeat, non egredientem ſexum, ſe quæ pietatis tantùm gratia ad accuſationem procedit, ei etiam citra vllum inſcriptionis vinculum accuſandi facultatem permittit. id quod plurimum obtinet in iis muneribus quæ affinitatis aut cognationis vinculo iunguntur [y]. Idémque in ea, quæ quantumuis extranea, diuturnam tamen tutoris expoliationem grauiter ferens accuſationem hanc inſtituit, receptum eſt [z].

* Faber hic, quem omnino vide.
[a] l. tutor. illo tit.
a titulis de ſatiſda. tut. & excuſatione.
b cap. ſua. de procuratorib.
c l. vlt. & ibi not. Bal. ff. de priuatis delictis. l. vlt. C. de accuſationibus.
d l. Attaletus. ff. ad leg. Cornel. de fal.
e l. 1. §. antepenu. ff. ad Tre.
f l. 1. ff. de off. præſidis. l. 1. §. damus. ff. eo.
g l. eum qui. ff. eo. & l. vlt. ff. de priua. delic.
h d. §. damus. & l. cognitio ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdictio.
i l. 1. §. oſtendimus. ff. eo.
k §. 1. ſup. de ſatiſda. tuto.
l arg. l. 2. & 3. ff. de liberali cauſa.
m l. naturali. §. 1. ff. de cõfir. tuto. l. ſcire oportet. §. cum reliquis. ff. de tutorib. & curatorib. da. ab his.
n l. 3. §. ſed & ſi quis. ff. eo.
† arg. l. in confirmãdo. & l. ſeq. ff. de confirman. tu. arg. l. arg. l. 3. §. quamuis. ff. de admi. & peric. tut.
o d. §. oſtendimus l. 3. in fi. & l. ſeq. et l. ſi tutor. ff. eo.
p l. ſi oleum iunctis duabus ll. ſequẽtib. ff. de dolo. Bar. in l. infantes. ff. de pub. iudiciis. Iaſ. §. 3. tit. de actio.
q l. 1. §. item ſolent. ff. de off. pręfec. vrbi.
r l. 1. §. conſequens. ff. eod.
ſ l. ſuſpectus. ff. eo.
t Bar. in l. 1. ff. de publ. iud.
v l. qui accuſare. & l. 1. ff. de accuſ.
x l. maritus. C. de procurat.
y l. crimine. & ibi Bald. no. C. qui accuſa. poſ. vel non.
z d. §. conſequens.

§. Impuberes

§. Impuberes.

Licet impuberibus tutores suspectos facere non permittatur,[a] tamen adolescentibus id licet, modò suorum necessariorum consilio id faciant.etenim horum interuentus facit rem ex vtilitate pupilli esse videri[b]. Cæterùm si huic rei authoritatem præbere detrectent,nihil aliud conducibilius esse existimo,quàm vt is ad iudicis officium confugiat[c].

§. Suspectus autem.

Sed qua ratione quis suspectus existat, inde cognoscemus, si quidé rem omnem ad tutoris officium referamus. Etenim cùm tutor datus sit tuendi pupilli gratia[d], si quidem pupillũ non tueatur, sed expilet aut remissius æquo negocia pupilli tractet, hic velut suspectus remoueri debet. Neque quicquam nos mouerit ab eo præstita satisdatio[e]. Id quod & in eo qui tutor designatus,nondú tamen tutelæ se immiscuerit,Saluius Iulianus docuit.

§. Suspectus autem remotus.

Plurimum autem profuerit hac in re perspicere, an quis propter fallaciã & machinationem decipiendi pupilli gratia adhibitã,[f] an verò remissionis & negligẽtiæ nomine tutela abire iussus sit. Etenim qui in tutelæ administratione grassatur,aut aliquid ex rebus pupillaribus intercipit[g], nonnihilque quod pupillo perniciosum esse potest persuaserit: hic si has ob causas tutela decedere cogatur,non sine famæ suæ iactura aut detrimento id facere videtur[h]: quoniam & illud placuit, vt pecuniæ ab eo expilatæ nomine in duplum conueniatur[i]. Quod & ad culpam latam, quam Zasius[k] versutiæ vocat, produci debebit. Quòd si vel ob animi segnitiem, vel ob rusticitatem vel culpam quæ stultitiæ potius quàm dolo proximior sit,remoueatur, hic nullum ex ea re famæ dispendium sentiet. Sed vt res omnis melius intelligatur, operæprecium facturus est iudex, si decreto causam remotionis expresserit[l]. Quòd si ab eo id omissum est,tunc vt in reliquis aliis pœnarũ generibus,ita & hoc quoque in loco mitiorem interpretationẽ sequemur, eúmque integræ famæ esse asseremus. Sed & illud obseruandum fuerit, vt interim dum pendet accusatio, tutori administratio non concedatur[m]:alioqui si in ea pergat, tum ei à prætore administratione interdicendum fuerit[n]. Cæterùm post finitam tutelam cognitio suspecti tutoris quamuis pridem suscepta soluitur[o]. Morte quoque tutoris,sicut & alia crimina,extinguitur[p].

§. Si quis tutor.

Verùm si cùm à tutore alimenta peterentur, is quidem eam ob causam latitauerit, tunc ex primo decreto pupillus in possessionem bonorum tutoris mitti debebit, non quidem vt ex illius bonis alatur (nam nec egenos quidem pupillos tutor de suo alere debet[q]) sed vt custodiæ causa res omnes asseruet. Interim quoque, si res ita expostulet, fructus & reliqua alia quæ diutius seruari non possunt, dato ad eam rem curatore, distrahi iubeantur. Hic autem sic latitans ac publico abstinens tutor, si quidem tribus edictis, vel vno peremptorio pro tribus, copiam sui non faciat,tum vt suspectus remoueri debebit[r]. sed id causa legitima statuendum est[s].

§. Sed si quis præsens.

Sed quid si tutor se alimenta pupillo decernere non posse dixerit, & per mendacium id dixisse, dato in eam rem viatore compertus sit[t]: continuò ne remoueri debebit? Et verius est vt ei non tantùm remotio, sed & extraordinaria pœna pro arbitratu iudicis irrogetur[v]. Quod & ad libertum patroni filiis tutorem datum producendum est[x].

a *l.impuberibus.ff.eodem.*
b *l.transactionem.C.de trãsact. Bal in l. polla.C. de his quib. indig. & Cursius consilio 403.co.3.*
c *l.si cum dotem.§.eo autẽ tẽpore.& ibi Barto.ff. solu.mat.*
d *l.1.ff. de tutelis.*
e *§.nouißime.suprà eodem.*
f *l.1.§.dolũ.ff de dolo.*
g *l.3.§.nunc videamus.ff. de suspect.tuto.*
h *l.1.ff.de his qui not. inf.*
i *Iulius Paulus libri receptarũ sententiarũ secũdi tit de ratione diui Seueri*
k *Zasius in l.quod Nerua. ff. depositi.*
l *l. ha enim.ff.eodem.*
m *Aretinus hic per l.quòd si forte.§.sunt quidam. ff.de solutionibus.*
n *l.cum quem.C. eodem.*
o *l.post finitã.C. eodem.*
p *l.is qui in reatu decesßit. ff.ad l.Iul.maiesta.*
q *l.ius alimentorum.§.vlt. ff.vbi pupillus educari deb.l.2.C.de ali.pu.præst.*
r *l.cõtumacia.§. cõtumax. ff. de re iudica.*
s *l.vlt.ff.vbi pupil.educa. & mora. deb.*
t *quod colligitur ex dictis Bart. in l.in illa stipulatione qua est lex 8.nu.10 hic quæro qualiter poterũt.ff.de ver.ob.dixi colligi, quia ibi non agitur de inuestigandis tutoris se excusare volẽtis propter paupertatẽ,facultatibus per viatores,sed de probatione negatiua propositionis,responsionis,vel allegationis,qualiter nõpe,a quibus & per quos fieri debeat.& respõdet Bart.me,qui dico Titium nõ soluisse,implorare debere iudicis officium vt fiat solennis inuestigatio & exploratio an talis soluerit nec ne, & ibi iura optima allegantur. Sic etiam si quis dicit se propter paupertatem nõ posse tutelam gerere,non continuò est audiẽdus & excusandus, imò ex sentẽtia Bartol.de bonis & fortunis illius inquisitio per viatores fieri debet.vide etiam quæ suprà dicta sunt prox.tit.in §.sed & propter paupertatem.*
v *l.de ætate.§. si cum esset. ff.de interrogat.actionibus. Vide Budæum ad l. 2.ff. de orig.iur.*
x *l.libertus.ff. eodem.*

§. Nouissimè.

Occurrit obiectioni: forsitã quis dixerit, Nónne si tutor suspecti postulatus satisdationẽ offerre paret: nonne inquam à tutela remoueri debebit? Et verius est vt nihil ex huiusmodi cautionis oblatione iuuetur: magis enim è re pupilli fuerit rẽ saluam quàm tabulas cautionis habere [y]. Pupillorũ autem vtilitati seruiendum est [z]. Vt enim hac satisdatione satis quidem consultum ac prospectum tutori esse dicitur, ídque in ipsius tutelæ limine, dũ nihil apparet quod tutori obiici posit: ita vbi tandem ex multis rerum argumentis fraudulentus tutoris animus detegitur, non satis est. Huc accedit, quòd huiusmodi tam facili satisdatione recepta, diutius grassandi in re pupillari potestas permitti videtur. [*]

y l. suspectus. ff. eodem.

z l. vtilitatẽ. ff. de confirm. tuto.

& l. suspectus. & l. quia satisdatio. ff. eodem.

§. Suspectum eum.

Vsque adeò autẽm fraudulẽtus iste animus tutorẽ facit suspectum, vt nõ tã tutoris facultates aut dignitates inspiciamus, quàm bonos mores [a]. Vnde si pauper qui alioquin à tutela excusari poterat, [*] tutelæ se immiscuerit, siquidem huius vitæ sobrietas clara sit vel affectio honesta, nec incognita [†], remoueri non debebit.

a l. scire oportet. §. cum reliquis. ff. de tuto. & cura. dat. ab his.

* l. propter paupertatem. ff. de excusat. tuto.

† l. hæ enim. de susp. tut. & cur. ff.

IN

IN SECVNDVM LIBRVM INSTITVTIONVM IVSTINIANI, COMMENTARII.

SVPERIORE libro, siue commentario Tribonianus de iure personarum disputauit: secundo hoc libro de rebus dicturus est. Nam & secunda iuris ciuilis pars circa rerum cognitionem versatur[a]. Res igitur generali diuisione diuiduntur secundum substãtiam & accidentia. Quod ad rerũ substantiam pertinet, res sunt aut corporales, aut incorporales, sicuti inferius patebit[b]. Secundum verò accidentia diuiduntur in res cõmunes, publicas, vniuersitatis, nullius, & singulorum, sicuti mox indicaturus est[c]. Et hæc ad priorem rubricæ partem referenda sunt. Quod ad secundam pertinet, res omnes aut sunt extra patrimonium nostrum, vt res communes, aut hæ quæ publicis vsibus deseruiunt, aut ad vniuersitatem pertinẽt, aut diuini iuris sunt, vt sunt hæ quas nullius esse diximus[d]: & hæ à nobis nulla ratione acquiri possunt[e]. Aliæ sunt in patrimonio nostro, vt sunt hæ quas nostra diligentia vel opera ac labore nobis singulariter vel vniuersaliter acquisiuimus. Singulariter quidem, vt si iure gentium rem aliquam in nostrum patrimonium redigamus[f]: quod ipsum fieri solet occupatione[g], alluuionis incremento[h], ædificatione[i], & aliis quamplurimis modis. Idem est & si iure ciuili, vt vsucapione, & præscriptione[k], donatione[l] rem acquirimus. Vniuersaliter autem multis modis rerum dominia acquirimus[m]. ex testamento[n], ab intestato[o], bonorum possessione[p], arrogatione[q], adiectione bonorum libertatum conseruandarũ causa facta[r], quod infrà latius explicabimus.

Sequitur primus §. secundi libri, qui incipit ita, Superiore libro, &c.

PRÆCIPVA & capitalis rerum diuisio hæc est, vt quædam sint extra patrimonium nostrum, aliæ in nostro patrimonio consistant[f]. Nulla enim res est quæ non ad hæc duo membra generalia redigi posit. Nam & seruitutes ipsæ in bonis nostris esse dicuntur[t], cùm earum nomine & actio & exceptio nobis non denegetur[v], licet eæ neutro iure censeri videantur, si quidem eas simpliciter vsurpemus: quod vix rerum natura admittere potest[x]. De his quæ extra patrimonium nostrum sunt, priore libro disseruit, quod vt apertius fiat, de publicis ac communibus disputandum prius est, paulò pòst de aliarum specierum generibus. Sciendum est igitur communia dici ea quæ natura in communem omnium hominum vtilitatem profudit: cuius rei Ambrosius locupletissimus testis esse potest[y]. Vnde communia non huius vel illius populi esse, sed omnium populorum profitebimur. Publica autem quamuis ea sola dicantur, quæ populi Romani sunt, bona tamen ciuitatis abusione publica dicuntur, l. bona ciuitatis. l. inter publica. l. eum qui vectigal. ff. de verb. signifi. Et hæc significatio accipienda est, si quidem publici appellationem ad ius ciuile reiiciamus: alioqui si ad ius commune referatur, nihil inter pu-

a §. vlt. suprà de iur. nat. gen. & ciui. l. 1. ff. de stat. homi. Caius lib. 2. Instit. tit. de rebus.
b infrà tit. proximo.
c § & quidem. §. flumina. infrà eo.
d §. & quidem. vsque ad §. singulorum.
e l. in vẽditione. §. omniũ. ff. de contrah. empt. §. 2. infrà de inuti. stipu.
f §. singulorum, vsque ad tit. de vsucap.
g §. feræ infrà eo.
h §. quod per alluuionem.
i §. cùm in suo solo.
k toto tit. de vsucap.
l infrà de donatio.
m §. vlt. infrà per quas personas no. acqui.
n toto tit. de testamen. vsque ad finẽ huius libri.
o infrà to. tit. de hæred. quæ ab intesta. defer. vsq; ad tit. de bono. possess.
p infrà de bono. possess.
q infrà de acquis. p arroga.
r infrà de eo cui liber. ca. bo. addic.
f l. 1. ff. eo.
t glo. hic in ver. habentur.
v l. rẽ in bonis. l. statuas. ff. de acquirẽ. re. domi. l. qui actionẽ habet. de reg. iur. l. rei appellatiõe. l. res appellatio est. vtrobiq; Alciat. annotauit. ff. de verbo. signifi.
x arg. l. si aquæductus. ff. de contrah. emp. arg. l. si aliena re. §. hoc iure vtimur. ff. de vsucap. arg. l. vltim. C. de annal. excep. C.
y Ambros. in offic. libri.

blicum & commune differentiæ constituemus, quo sensu accipienda est rerum diuisio, quæ ex Caij lib.2. Institut. sumpta, in libros Digestorum relata est[z]. Neque quisquam Iustiniano id vitio verterit, quòd commune à publico hoc loco secernat. Nam & cùm legatorum & fideicommissorum vna sit eadémque natura[&], operæprecium tamẽ Iustinianus esse duxit separatim prius de legatis, deinde de fideicommissis pertractare: ne scilicet permixtim de his exponendo, studiosis adolescentibus quãdam difficultatem introduceret. Absurdum enim non est vt eadem res nunc in plura, nunc in pauciora membra contrahatur, prout verba vel arctius vel latius sumi solent.

z l.1.ff. eod. ex Caij lib.2. Institu. tit. de rebus.

& l.1. ff. de lega.1. §. sed non vsque. infrà de lega.

§. Et quidem.

Igitur naturali iure, quod ius gentium, seu vt iurisconsulti volunt, antiquum[a] vocari superius admonuimus[b], communia sunt ista, aër, aqua, non pluuiatilis tantùm, sed fluuiatilis, & ipsum mare: vnde iniuriarũ iudicio aduersus eum experiri possum qui me in mari piscari prohibeat[c]. Cæterùm cùm accessorium principalis causæ naturam sequatur[d], littora quoque ipsius maris eodẽ omnino iure quo ipsum mare censebũtur. Licet enim littora publicorũ iure Celsus censeri responderit[e], id tamen de iurisdictione intelligi debebit, vt nimirum populus Romanus eorum quæ in littore suo agitãtur, notionem habeat. Illud enim communiter receptum est, vt de contractu aut delicto in littore duabus ciuitatibus cõmuni admisso iudex loci proximioris cognoscat. Quòd si æquis spatiis inter se distant, tũc locum esse præoccupationi crediderim. Aretinus hîc. Quod autem diximus, vnicuique permissum esse in mari piscari, id ciuili modo intelligendum erit[f], vt nihil omnino monumentis aut ædificiis eo loco constructis detrimenti adferat. Neque enim ædificium mari vicinum, commune est, sed iure gentium eius est qui id ibi authore prætore ædificauerit[g].

a in l.1. ff. de acqui. rer. do.

b §. ius ciuile. suprà de iu. natu. gen. & ciuili.

c l. iniuriarum actio. §. si quis me prohibeat. ff. de iniuriis.

d in l. cùm principalis. ff. de reg. iur. ca. accessoriũ. de reg. iur. lib. 6.

e l. littora. ff. ne quid in lo. pub. glos. hîc in ver. & per hoc.

f arg. l. si cui. ff. de seruit. arg. l. alteri⁹. ff. de reg. iu.

g l. in de. ff. de acqui. posses. l. quãuis. ff. de acquiren. re. dominio.

§. Flumina.

Licet fluminum publicorum communis sit vsus, sicuti viarum publicarũ & littorum[h], proprietas tamen alia est in publicis, alia in cõmunibus, ad omnes enim pertinet communium rerum proprietas[i], publicarum verò ad certã aliquam populi multitudinẽ refertur. Etenim flumina quæ perenne fluunt[k], licet quãdoque æstate exaruerint, publicam causam habẽt. Nam ea huius vel illius populi esse cœperunt, ac pro dominorum varietate ac distinctione illorum proprietas occupata est, cõmunibus interim in naturali libertate remanentibus. Vsu igitur publica à cõmunibus nihil omnino dissident[l]. Vnde vnicuique licet in flumine piscari: neque quisquam principis vel præsidis iussu vt id minus faciat prohiberi potest[m]. Publicarũ enim rerum nulla præscriptio esse potest[n]. Nec nos mouerit quòd lex alibi dixerit[o] eum qui in fluminis publici (idem enim quo ad vsum dicimus esse in mari & in flumine) diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem iure vti prohibere posit. Idem enim de eo qui illius iuris quasi possessionem habeat dicendum est, quæ ex eo paratur, quòd volentem accedere prohibuerit, ísque prohibitioni obtemperauerit[p]. Nam & huic non iniuriarũ actio, sed vti possidetis interdictum datur, si quidem ius suum exercere prohibeatur: ad priuatam enim causam, non ad publicam interdicta accõmodata sunt[q]. Sanè lege municipij vel consuetudine induci potest vt alicuius fluminis dominiũ quis nãciscatur, quod & longa vtentium consuetudine apud plerasque Galliæ nationes iampridem inoleuit: sicuti Faber hîc attestatur[r].

h l. fluminũ. in prin. ff. de damno infe.

i glo.1. in d. l. fluminum.

k Propter l.1. §. fluminũ. de flumi. ff. quæ flumina in publica & priuata diuidit.

l d. l. fluminum.

m Faber hic in vers. quid ergo de baronibus.

n l. præscriptio. ff. de vsuc.

o l. si quisquam. de diuer. & tempora. præscript.

p Porcius in explicatiõe gl. in verbo, omnibus.

q l. sane. in fi. ff. de iniur.

r Fab. hic in versi. tu potes dicere.

Fluminibúsque.

Flumen hoc loco pro alueo, quatenus tamen aqua coopertus est, accipitur[s]. Aqua igitur quæ per alueum fluminis decurrit, communem rerum naturam sapit.

s l.1. §. simili modo. ff. de fluminibus.

Est

Eſt autem littus maris.

Littus Gallus Aquilius apud Ciceronem[t] ſic definiuit, vt ſit quouſque hybernus fluctus maximus eluderet[v]. Sunt autem hyberni fluctus maximi: quamobrem ex die tertio Iduum Nouẽbris vſque in diem ſextum Iduum Martij maria clauduntur, quod & Vegetius docuit[x].

§. Riparum.

Ripa, Vlpiano authore, [y] eſt id quod flumen continet, naturalem curſus ſui rigorem continens. Quemadmodũ ergo fluminis vſus communis eſt, ita & riparum publicus & cõmunis [z] vſus eſſe ſolet, ad id nimirũ inuentus, vt vnicuique permiſſum ſit arboribus ibi natis funes religare, retia mari extracta ſiccare, onus aliquod in his reponere[*]. Extra has cauſas tam vſus quàm proprietas riparum priuati iuris eſſe cenſetur[a]: vnde & arbores cædere, fructus ibi natos colligere atque decerpere proprietario permittitur[b], quà ratione & ſi cùm dominus arborem incidere vellet, nauta dominum anteuerterit, nautæ potiorem cauſam eſſe cenſuerim[c]. Quòd ſi vterque vno eodémque tempore adfuerint, procliuius eſt vt vel cedendo ſibi gratificari, vel rem ſorte dirimere poſsint[d].

Quorum prædiis adhærent.

Sed cur non idem in littore cõſtituimus, nam & vſu & proprietate commune eſt? Ipſe crediderim id ideo factum eſſe, quia differentiæ ratio inueniri non poteſt. At in ripis duplici ratione id conſtitutum eſſe videtur: priore, quia ripæ hominum opera atque induſtria incrementum accipere poſſunt: altera, quia quicquid damni riparum occaſione contingit, id omne in vicinorum caput redundare ſolet, atque etiam quòd inundatio omnem proprietatem tollat[e].

Littorum.

Quemadmodum mare commune eſt (ita enim publicum hoc loco interpretor) ita & littora maris: quod ſuprà aperuimus[f]. Vſque adeò autem littus omnium hominum generi commune eſt, vt interim in nullius hominis ſingularis, ſed totius multitudinis patrimonio eſſe intelligatur[g], quia ſcilicet manent adhuc in ſua naturali libertate, quæ fuit ante occupationem[h].

§. Vniuerſitatis.

Vniuerſitatis appellatione hoc loco omnem hominum ſocietatem legitimam, quæ res communes habeat, intelligi exiſtimo. Maiores enim noſtri omnia horum hominum collegia ſemper ſuſpecta habuerunt, nec multitudinem vnquam temerè ſine ſuo rectore coïre voluerunt[i]: vnde etiam nunc omnia collegia iure ciuili illicita ſunt, niſi ea expreſsim permiſſa reperiantur[k]. Ea igitur vniuerſitatis eſſe cenſemus, quæ ad vſum publicum deſtinata ſunt, vt portus, flumina, viæ publicæ, ſtadia, & alia id genus ſimilia. Publica verò, huius vel illius populi ſunt. Quandoque tamen id quod publicum eſt, vniuerſitatis nomine deſignamus, & contrà[l]. Bipartitò autem quædam vniuerſitatis eſſe dicimus, authoritate ſcilicet, & vtilitate, aut altero tantùm. Quod enim publicè ita conſtitutum eſt, vt omnis illius rei commoditas in vſum publicum referatur, id authoritate & vtilitate publicum eſſe dicitur. Vnde nihil vetat quo minus in hac cauſa alicui teſtimonij dictio concedatur, præterquam ſi negocij magnitudo aliud expoſceret: quod plerique in ſubſidium, hoc eſt, non niſi deficientibus legitimis probationibus intellexerunt[m]. Cæterùm ſi vtilitas ſingulos homines reſpiciat, id vti-

t In Topicis.
v l.litt⁹.1.& 2.ff.de verbo.ſignifi.
x Vegetius lib.4.rei mili.
y in l.1.§.ripa autem.ff.de fluminibus.
z l.pen.ff.de flumin.
** l.riparum.ff.eo.*
a gl.hic in ver.earũdem.
b propter l.tertiam.ff.de vſufru.
c Faber hîc & Areti.
d l.2.§.hoc interdictum in verſ.ad obtinendũ.ff.ne quid in lo.pub. Aretin⁹.
e not.in § & quidẽ.ſuprà eo.in gloſ.& per hoc.in ver.& poteſt eſſe ratio.
f §.1.ſuprà eo.
g arg.l.vulgo concepti.ff.de ſtatu homi.
h l.quod in littore.ff.de acquiren.rer.domi.
i Alcia.in l.Neratius.ff.de verbo.ſignifi.
k l.1.& per tot.tit.ff.de collegiis illicitis.
l l.ſed Celſus.in princ.ff.de contrah.empt.
m Faber hîc in verſic.& per hac.

litate publicum esse dicere solemus: vnde & in eam causam ciues testimonium ferre non poterunt, cùm ex regula iuris nullus idoneus testis in re sua intelligatur [n].

§. Nullus.

Prosequitur Iustinianus quartam speciem earum rerum quæ extra patrimonium nostrum sunt [o], earum inquam rerum quæ hominum censura ac dispositione in patrimonium Dei relata sunt: idque circa tres species versatur. Aut enim sunt res sacræ, aut religiosæ, aut sanctæ: de quibus inferius subiiciemus.

§. Sacræ.

Sacra loca ea sunt quæ publicè dedicata sunt, siue in agro, siue in ciuitate sint [a]. Locus autem sacer fit, si princeps dedicauerit, vel alij dederit dedicandi potestatem: id quod olim licet obtinuerit, hodie tamen iure canonico immutatum est [b]. Eo enim iure solis episcopis & summis pontificibus ecclesiam dedicare conceditur [c]. Ædes igitur sacræ vsque adeò consecratione in Dei patrimonium transmittuntur, vt nulla vsquam ratione impignerari aut alienari possint [d]. Idémque in sacratissimis atque arcanis vasis vel vestibus cæterisque donariis, quæ ad diuinam Christi religionem pertinent, statuendum esse censemus [e]: vt neque earum hypotheca aut pigneratio fieri concedatur, excepta causa redemptionis captiuorum. Idémque in causa famis constitutum est [f]. Absurdum enim non est animas hominum quibuscunque causis vel vasis præferri [g]. Planè si æs alienum ecclesia dissoluere nequit, tunc illi ex hac causa venditio non denegatur [h]. Vsque adeò autem in ædificando sacro, pontificis necessaria est authoritas, vt & si quis suapte natura sacrum sibi fecerit, is nihil agat. Licet itaque plurima in gratiam pietatis etiam contra iuris communis regulas constituta sint [i]: quantumlibet tamen sacellum, vel nosocomium, vel xenodochium inu〈o〉cato episcopo construxerit quis, aut etiam domi sibi lararium parauerit, res sacra non efficietur [k]. Quòd si semel locus sacer esse cœperit, quamuis euertatur, tamen sacri nonnihil perpetuò retinebit, nisi vel inde sacra euocentur [l], vel ab hostibus capiatur [m]: tunc enim omnia desinunt vel sacra vel religiosa esse, licet iure pontificio neutro modo sacer esse desinat [n].

§. Religiosum.

Religiosum id est, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum est [o]. Traditur autem hoc loco, vnicuique licere facere locum religiosum liberè, ac nullius expectata iussione, si quidem cadauer aliquod intulerit in locum suum, eo nimirum animo, vt eum illic perpetuam sedem habere velit [p]. In communem autem locum purum, hoc est, qui neque sacer neque religiosus est [q], inuito socio extraneum corpus inferre non licet. Neque enim socio inuito rem in alios vsus vertere licet, quàm quibus destinata fuerit [r]. Sed nec in alienum locum purum, aut in id sepulchrum in quo inferendi ius non erit, inferre cuiquam permittitur [s]. Qui hoc fecerit, in factum actione tenetur, & pœnæ pecuniariæ subiicietur, sepulchri quoque violati actio in eum dabitur [t]. Planè si quis vsumfructum habeat, proprietarius eum locum inuito fructuario religiosum facere non potest, nisi fortè ipsum qui vsumfructum legauerit, intulerit, cùm in alium locum inferri tam commodè non poterat [v]. Cæterùm quæ de loco alieno diximus, ita accipienda sunt, vt si semel domino consentiente cadauer illatum sit, postea tamen id ratum non habuerit, aut eum eius rei pœnituerit,

semel

n l.nullus.ff.de testi.l.etiã. l.omnibus.C.eo.

o l.quadam.ff.de rer.diui.

a l.sacra.ff.eo.

b arg. cap. tua.i. de deci. Faber hic.

c i can.nemo. & ca.vnicuique. de conse.distin.1.

d auth.de alienat.& emphyt.§.& quoniam cognouimus.colla.9.gl.hic in verbo quæ etiam.

e l.sancim⁹.C.de sacrosan. eccle.

f canone, agrũ habet ecclesia, & canone gloria episcopi.12 q.2.

g d.l.sancimus.sub finem.

h authẽ.hoc ius porrectũ. C.de sacrosan.eccl.auth. de alienat. & emphy.§. & hoc super ipsis.

i nota.in l.1.C.de sacrosã. eccle. Alciat. in lib.1.de verbo.signi.pag.15.

k l.si quis rẽ.ff.de pollici. authen. de ecclesiasti.tit.

l d.l.sacra.§ 1. & vide Macrob.lib.3.Satur. & Liuiũ lib.5.ab vr.condi. Budæũ in d.l.sacra. Alciat.in l.pupillus.§.vrbs. ff.de verb.signi.

m l.cùm loca.ff.de reli.& sumptibus funerum.

n 7.q.1.canone, pastoralis.

o Gell.li.14.ca.9. Macro. lib.3.Satur.ca.2.& 3.

p l.si quis.ff.de religiosis.

q in l.2.§.pur⁹.ff.de relig. & sump.fune.

r l.sabin⁹.ff.cõmuni diui.

s d.l.2.§.prætor ait.

t gl.in d.l.2.in ver.actiõe.

v d.l.2.§ si vsumfructũ.

ſemel voluiſſe ſufficiat. Nullam enim poteſt videri iniuriam accipere, qui ſemel voluerit[x]. Nam & ſola voluntas cauſa pietatis obligat[y]. Sanè lege duodecim tabularum pœna quadraginta aureorum conſtituta eſt in eos qui in ciuitate ſepulchra faciunt: id quod & diuus Adrianus conſtituit[z]. Verba autem illius legis duodecim tabularum hæc ſunt: In vrbe ne ſepelito, néve vrito. Idque optima ratione conſtitutum fuerat, ne cadauerum fœtore aër ipſius vrbis inficeretur. Sed hanc legis Decemuiralis obſeruantiam pontifices reiecerunt[&].

x l. in diem. ff. de aqua plu. arcen.
y l. ſi quis rē. ff. de pollicit.
z l. 3. § diuus Adrianus. ff. de ſepul. violat. quod & Athenis ſeruabatur teſt. Cic. in epiſt. famil. vbi de ſepultura Marcelli loquitur.
& 13. q. 2. canone null°. & ibi optima gl. ca. pen. &. vt de cōſe. eccle. & alta.

§. Sanctæ.

Rerum quæ nullius ſunt, quædam propriè diuini iuris ſunt: vt ſunt ea quæ dedicatione in patrimonium Dei tranſierunt, ædes ſacræ, donaria, loca religioſa[a], quæ per quandam ſimilitudinem diuini iuris ſunt[b], ea nimirum gratia, quòd hæ ſicut & ſuperiores commerciis hominum exemptæ ſunt, cuiuſmodi ſunt legati[c], magiſtratus, leges[d], muri, de quibus peculiaris ſermo hîc futurus eſt. Quiſquis igitur ciuitatis Romanæ muros violauerit, capite puniatur[e]. Nam ciues Romanos aliâ quàm per portas egredi non licet: id quod etiam in muris alicuius municipij obtinet: vt etiam prohiberi oporteat, ne quid in his committatur[f]. alioqui extra ordinem huiuſmodi murorum temerarius violator coërcendus erit[g]. Planè qui muro ciuitatis opus aliquod admouerit, ipſum deſtruere cogitur[h], ſi quidem aliquid detrimenti ex huiuſmodi ædificio ad rempublicam redeat: alioqui ſi nihil obſit, non ſtatim reuertendum fuerit, ſed ſalarium, id eſt vectigal, quod pro ſolo pendi- tur[i], ei qui ædificauit, indicendum erit[k]. Sed nec muros contingere vt reparentur ſine præſidis vel principis iuſſu licebit[l]: quod & ad alia loca publica extendendum eſſe Faber atteſtatur, cui Aretinus adſcribit. Sed quid in priuatis ædificiis? qua pœna puniri debet qui alienam domum ingredi parat? Et verius eſt vt is qui violandæ caſtitatis gratia ingreſſus eſt, capitis pœna mulctetur[m]: quòd ſi ſimpliciter vt libidinem ſuam expleret id fecerit, extraordinariæ pœnæ ſubiici debebit[n]. Hæc autem cùm arbitrio iudicis imponatur, ad mortem interdum protendi poterit, ſi quidem admiſſi delicti qualitas id ſuadeat[o].

a l. in tantum. § ſacra. & §. religioſum. ff. de re. di.
b Caius li. 2. Inſtitutionū. tit. de rebus hoc textu, in verbo. quodammodo.
c l. vlti. ff. de legat.
d Bud. ad l. ſanctum ff. eo.
e l. vlti. ff. eo.
f l. ſanctum. § in municipiis quoque.
g Aretinus hîc poſt gl. in §. in ſumma. infr. de iniu.
h l. ædificia. C. de ope. pub.
i l. 2. § ſi quis nemine ff. ne quid in loco pub.
k d. § ſi quis nemine.
l l. ſacra. §. muros autem. ff. eod.
m l. ſi quis non dicā rapere. C. de epiſc. & cleri.
n Aretin° hîc per l. rerū. ff. de furtis.
o d. gloſ. § in ſumma.

§. Singulorum.

Explicat Iuſtinianus alteram rubricæ noſtræ partem, quæ rerum acquirendarum modum & rationem nobis præſcribit[p]. Quamuis igitur multi ſint rerum acquirendarum modi[q], hi tamen duo præcipui ſunt, vt iure gentium primario, quod naturalis ratio inter homines conſtituit[r], vel iure ciuili acquiramus[ſ]. Sed quia antiquius eſt ius gentium[t], ideo de illo priore loco diſputandum eſt. Atqui videbantur res omnes à natura in communem omnium hominum vtilitatem ſparſæ eſſe[v]. Quî fit igitur, vt naturali ratione ſingulorum eſſe queant? Ipſe crediderim id illa ratione factitatum fuiſſe, quòd natura noluerit res inutiliter ſparſas eſſe ac perire, ſed vt quiſque ſua diligentia rem prius occuparet, ita & ſibi acquireret[x].

p Rubrica, de acquiren. re. dominio. ff.
q gl. hîc in ver. iure ciuili.
r dixi in §. quod verò. ſuprà de iure natu. glo. hîc in ver. diximus. quæ ſequenda eſt.
ſ tit. de vſucap. & ſequētibus titulis infrà.
t l. 1. ff. eodem.
v Ambroſius in offic. lib.
x ar. §. hoc amplius. infr. eo.

§. Feræ.

Primus igitur rerum acquirendarum modus in occupatione conſiſtit. Omnia ergo animalia quæ terra, mari, cælóque capiuntur, id eſt, feræ beſtiæ, volucres, piſces, capientium fiunt[a]. Naturalis enim ratio dictat, vt quod vel natura[b], aut facto hominis[c], aut diuturnitate temporis, nullius eſſe cœperit[d], id occupanti concedatur. Neque quicquam ad huiuſmodi rerum acquiſitionem profuerit ſcrupuloſius diſpicere an in ſuo, an in alieno quis perſequatur. In alieno enim id licet, modò nulla ad ipſum qui

a l. 1. §. omnia igitur. ff. eo.
b vt hoc §.
c vt §. ſen ff. eo.
d l. nunquā. §. theſaurus. ff. eo.

fundi dominus est, redeat incommoditas[e]. Semper enim id nobis curæ esse debet, vt alteri per nos iniqua conditio non adferatur. Qua ratione censuimus, vt quis neque rei quæ sua est tollendæ[f], aut persequendæ[g], aut colligendæ gratia[h], sed occupandi rem, quæ sua non est, nomine fundum alicuius ingrediatur, vt à domino vel manu, vel iactu lapilli, aut quouis alio modo[i] persequi posit: qui si prohibitioni non obtemperauerit, atque ita ingressus fit, vim facit[k], vnde facilè illinc excuti poterit, neque quicquam suũ faciet eorum quæ post prohibitionem acceperit: quod exemplo malæ fidei possessoris constituendum esse videtur[l]: quod aduersus Bartoli[m] & Aretini sententiam receptius esse Porcus hîc attestatur.

§. Illud quæsitum est.

Qui feram bestiam ita vulnerauerit, vt capi posit, non aliàs tamen eam suam facit, quàm si eam ceperit. Multa enim accidere solent vt eam non capiamus[n]. Consideramus autem hoc loco, sicut & in plerisque aliis iuris ciuilis locis, id quod euenire potest[o]. Sed id hodie vtentium longa consuetudine receptum non esse Bartolus censuit[p]. Sanè huius responsi argumento collegit Faber, quòd si ex duobus eiusdem agri iudicibus alter delinquẽtem hominem acceperit, is solus de ea causa cognoscere debet[q].

§. Apum.

Cùm apum feram esse naturam constet[r], consentaneum est vt hæ tuæ esse intelligantur, si quidem eas alueario incluseris: alioqui tuæ esse non possunt. Quo fit vt idem quoque in fera quæ in alicuius laqueum inciderit existimemus: vt nimirum tua non sit prius quàm eam apprehẽsam incluseris[s].

§. Pauonum.

Superius ostendit in animalibus quorum omnino natura fera est, id pro regula traditum esse, vt occupanti concedãtur[t], iam meritò dubitari posset quid iuris sit circa eiusmodi animalia fera, quæ tamen hominum arte seu industria ita cicurata sunt, vt ex consuetudine euolare & redire soleant. Et id obseruatum esse ostendit, vt ea occupantis fiant, si quidem reuertendi cõsuetudinem deseruerint[v]. Huiusmodi autem desuetudo ex eo colligi potest, si quidem dominum aut aliquem ex familiaribus inspectum nõ sequãtur. Faber & Aretinus hîc. Hinc colligitur, eum qui diutius à sua academia abfuerit, priuilegiis quæ alioqui scholasticis indulta sunt, frui non posse. Nã & is propter diuturnam absentiam animum redeundi abiecisse videtur.

§. Gallinarum.

Animalia domestica, cuiusmodi sunt gallinæ, anseres, & alia id genus similia[x], occupationis iure in aliorum patrimonium venire non possunt, cùm illorum natura fera non sit: quo fit vt contra eum qui ea detinuerit, furti nõ etiam doli iudicio experiri posis[y]. Nam & pro regula traditum est, actionem quę iure cõmuni alicui conceditur, semper etiam pro re leuiuscula concedi solere: eam verò quæ non nisi extra ordinem succurri consueuit, cuiusmodi est doli actio[z], nõ aliàs quàm vbi nulla actio cõpetit, permitti debere[&].

§. Item ea quæ ex hostibus.

Captus in bello, etiam si liber sit, in capientis ius atque dominium venire solet[a]. Cæterùm vbi is animo manendi[b] ad suos reuersus fuerit siue dolo, vi, metu, vel quouis alio modo id effecerit[c], omnia sua recuperat iure postliminij, quod à nobis suprà latius tractatum est, dixi in §. ab hostibus.

§. Item lapilli.

Cæterùm qui lapillos, gemmas, & alia id genus in littore maris inuenta apprehen-

e l. quosdam. C. de metallar. lib. 12. C.
f l. qui pendentem. ff. de actio. empti.
g l. 2. de seruis fugit. C.
h l. vnica. ff. de glãde legẽ.
i l. de pupillo §. meminisse. ff. de noui oper. nunciat.
k l. vim facit. ff. quod vi aut clam.
l l. si fundũ. & l. certũ. C. de rei vend. l. diu° Pius. ff. de seruitu. rust. prædio.
m in d. l. diuus Pius.
n l. naturalẽ. §. illud quæsitum est. ff. de acquir. re. dominio.
o l. si quis domum. §. 1. & §. idem quærit. ff. loca. l. sed & si per prætorem. §. si feria. ff. ex quib. cau. maio.
p Bar. in d. §. illud. & glo. in verb. quod verius est.
q ar. l. quoties. C. de rei vẽ.
r d. l. naturalem. §. apum. de acquir. re. domi.
s l. in laqueũ. ff. de acquir. re. domi. sub finẽ in vers. summam tamen.
t §. feræ. §. illud. & §. apũ.
v d. l. naturalẽ. §. pauonũ.
x d. naturalẽ. §. gallinarũ. glos. in verbo talis regula. in §. pauonum, suprà.
y gl. hîc in ver. q. lucrãdi.
z l. 2. C. de dolo.
& arg. l. eius militis. §. militiæ missus. ff. de mili. test.
a d. l. naturalem. §. itẽ quę ex hostibus.
b Propter l. postliminij. §. captiuis. ff. de captiuis.
c l. nihil interest. ff. de cap.
d suprà quib. mo. ius pat. pot. sol. vbi dixi.

apprehenderit [e],ea quoque illius patrimonio cedere dicuntur. quod & ad thesauros producendum est [f],vt & in illis non aspectus tantùm, sed apprehensio quoque desideretur [g]: licet aliqui diuersum censuerint [h], quorum sententia recepta non est.

e *l.item quæ.ff.eodem.*
f *§.thesauros.inf.eodem.*
g *l.3.§.Nerua.ff.de acquir. possess.Faber hic.*
h *Petr⁹ de bella pertica & Iacobus Arenarius hic.*

§. Item ea quæ.

Commemorauit hactenus Iustinianus quàm plurima exempla quibus dominium occupatione nobis aut acquirimus [i],aut nõ acquirimus [k]:pergit ad aliam acquirendi dominij speciem, eam nimirum quæ accessione nobis obtingere solet. Accessionem autem bipertitò considerare solemus, vt discreta sit,aut concreta [l]. Discreta est ea qua id quod nostræ rei adiungitur, seorsum consideramus. Vbi verò aliquid nostræ rei ita cohæret, vt etiam vna eadémque res esse videatur,concreta accessione rei nostræ adiungitur,sicuti inferius ostendã [m]. De priore accessionis specie in præsentia nobis sermo futurus est. Quicquid igitur ex nostris animalibus quæ tam sine quàm cum ratione viuunt nascitur [n],id vero domino,vel ei qui bonæ fidei possessor est, quẽ quasi dominum vocant [o],accedere consueuit.

i *§.feræ.§.illud.§.apum.*
k *§.gallinarum.*
l *glo.hic in verbo,item ea.*
m *§.præterea.infrà eodem.*
n *glo.in verbo,ex aĩalib⁹.*
o *gl.hic in ver.domin.suo.*

§. Præterea.

Alluuione quoque (quam hoc loco accessionem concretam dicimus [p]) dominium nobis acquiritur [q]. Vnde quicquid alluuione agro non limitato [r] accessit, id in tuum patrimonium vsq; adeò reducitur,vt nec ei cuius res fuit, vlla omnino actio eo nomine concedi debeat [s]. Faber hîc. Si enim principis auctoritate,aut iudicis decretorẽ aliquã nobis acquirere liceat [s],cur non idem quoque iuris gentium authoritate nobis permittatur [t]? Alias sanè causa est si cuius arbores in alienum agrum inundatione fluminis allatæ sint: eæ enim condici nõ possunt, nisi fortè in eo fundo radices egerint. tunc enim hoc loco, sicut & in plerisque aliis iuris ciuilis locis,in suæ desidiæ odium à regulis iuris recedemus [v], ita scilicet,vt nulla illi repetitio detur. Nec nos mouerit quòd de arbore quæ in alienum agrum translata est, vtilis actio detur [x]. Id enim mirum esse non debet,cùm id alicuius opera factum esse lex iudicet: hîc autem sine mea opera id ipsum euenisse intelligitur.Faber hîc.

p *glos.1.§.proximo.suprà.*
q *l.adeo.§.præterea.ff.eo.*
r *propter l. in agris.ff. de acq.re.dom.Vide Alcia. lib.prætermissorũ.1.in dictione limitat⁹. & Agẽniũ Vrbicũ in libello de controuersiis agrorum.*
s *gl.rubricæ.ff. de re indicata et extra eo.in rubr.*
s *§.singulorũ.suprà eo.*
t *l.siquis nec causam.§.res pignori.vers. vlt.ff.si certum peta.*
v *Alcia.lib.1.de verborũ signif.*
x *l.idem Pomponius scribit.§. de arbore.ff. de rei vendicatione.*

Flumen.

Publicum scilicet. Nam in priuato flumine aliud receptum est. Differentiæ ratio ea est, quòd flumina publica censitorum vice funguntur, vt ex priuato in publicum adducant, & ex publico in priuatum : quod in priuatis fluminibus minimè admittitur.

§. Insula.

Insulæ nomen variis modis in iure accipi consueuit.Quandóque enim insulæ dicuntur ædes illę quæ non iunguntur parietibus communibus cum vicinis, circúmque publico aut priuato cinguntur, à similitudine videlicet earum terrarum quę in fluminibus ac mari visuntur. vnde insularius insulæ custos, quẽ Galli, Budæo teste, Consiergum nominant [y]. Sed hæc significatio vt aliis plerisque locis conueniens est [z],ita nec huic loco satis congruit. Insulam enim hîc vsurpamus pro eo loco qui vndique aqua circundatus est [z]. Insula igitur quæ in mari nascitur, licet occupantis fit, (§.feræ.suprà eodem) si tamen in flumine publico, aliud erit [&]. Hæc enim si quidem mediam partem fluminis tenet, communis erit eorum qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia possident, non pro indiuiso, sed regionibus quoque diuisis [a]. Quantum enim ante cuiusque eorum iuxta ripam est, tantum veluti linea in directum per insulam transducta quisq; eorum habebit certis regionibus [b].

y *Bud.in annotationib⁹ ad Pandectas.*
z *l.3.§.si insulam.ff. de eo quod certo loco.l.prędiis. in fi.ff.de lega.3.*
& *glos.hic prima. & l.adeo §.insula. & §.tribus modis. in l.ergo. ff.eodem.*
a *l.inter eos.ff.eodem.*
b *l.adeò.§. vlt.et l.seq.ff.eo.*

Nullius enim.

Duplex quæſtio de inſulis marinis eſſe poteſt. Aut enim de inſularum iuriſdictione loquitur: & eæ, quo ad hanc cauſam, occupantis eſſe nequeunt [c]. Aut de proprietate: & tunc occupanti bene conceduntur [d].

c l. inſula. ff. de iudiciis.
d d §. inſula.

Verſiculus, Quòd ſi naturali, ibi ſpeciem commutat.

Speciem commutat, ita ſcilicet vt ex publico priuatum faciat, aut ex priuato publicum. Hac enim nota ſecernitur inundatio ab alluuione, quæ ex priuato publicum facit, & contrà [e].

e l. ergo. §. alluuio. ff. eod.
f l. 3. §. Labeo. ff. de acq. poſſeſſ. vide hic Porcum.

Cuius & fuit.

Proprietas igitur inundatione nō adimitur, licet in poſſeſsione locus ſit [f].

Cùm ex aliena materia.

Eſt & alius acquirendi dominij modus, quem ſpecificationem doctores vocauerunt [g]. Etenim qui ex aliena materia bona fide [h] ſuóque nomine [i] ſpeciem aliquam perfecerit [k]: ſi quidem ea ſpecies ad priſtinam materiam reduci non poſſit, ſuam facit. ſin reduci poſsit, verius eſt vt ad eum cuius materia fuit, pertineat [l]: Atqui meum eſt, quod ex re mea fit [m]. Quî fit igitur, vt hac in ſpecie rem illius eſſe dicamus, qui eam fecerit? Sed id quidem in aliquot caſibus locum habet [n], in aliis verò non, vtpote in bonæ fidei poſſeſſore, hic enim in bonæ fidei gratiam rem ſuam facit, vſque adeò enim hoc reſponſo bona fides deſideratur, vt ſi ex duobus ſpecificantibus, alter bona, alter verò mala fide rem aliquam fecerit, vt tota ſpecies ei qui bonā fidem habet, accreſcat [o]. Nec nos mouerit quòd hic contra iuris naturalis regulam cum alterius iniuria & detrimento locupletetur [p]. nam id hoc caſu minimè verum eſt, cùm domino aduerſus eū in factum actione ad materiæ æſtimationē proſpectū ſit.

g Doctores hic.
h l. adeo. §. cùm quis ex aliena. ff. de acqui. re. do.
i ar. l. 1. ff quod quiſq; iuris.
k propter l. & ſi nō ſunt. §. infecti. ff. de aur. & ar. lega.
l l. ſolū. in fi. ff. de rei vēdic.
m l. de eo. §. ſiquis ad exhibendum.
n gl. hic in verb. vel ſpicas. ibi, illa regula locū habet.
o gl. hic in verbo, ab aliquo verſi. quid ſi duo. & Faber hic.
p cōtra. l. iure. ff. de reg. iur. cap. locuple. ſexto de reg. iur. arg. l. ſi mulier. 1. §. 1. & l. ſeq. ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. in rem. 1. §. itē quacūque. ff. de rei vēdicat.

Vel ſpicas.

In huius loci explicatione variatum eſt ſententiis, quas impræſentiarum referre operæpretium non exiſtimo, ne chartę diſpendium feram. Videtur tamen Faber omnium commodiſsimè ſenſiſſe [q], qui hunc locum exempli gratia prolatum eſſe à Triboniano oſtendit, nimirum hoc ſenſu, cùm frumentum è ſpicis excuſſum ad ſpicas reuerti non poſſit, illius tamen remanebit cuius & ſpicæ fuerunt: cùm non tam noua ſpecies facta quàm ea quæ fuerat, detecta eſſe videatur [r].

q Faber hic in verſi. Quid ergo eſt quod hic dicitur.
r d. l. adeo. § cū quis. verſi. videtur tamen mihi.

Verſiculus, Quòd ſi partim.

Cæterùm ſi ei ſpecies cedat qui eam ex aliena materia fecerit, quanto magis & ſi quis partim ex ſua, partim ex aliena corpus confecerit? nam non ſolùm operam, ſed & partem eiuſdem præſtitit. Vnde ſcrupuloſius non diſtinguemus bonáne an mala fide id factum ſit. alioqui nihil omnino ad ſuperius reſponſum adiectum fuerit, quod eleganter Faber hîc aduerſus Accurſij [ſ] & Angeli ſententiam diſputauit: cui accedo.

ſ gloſ. hic in verbo, dominum. ſub finem.

§. Si tamen alienam purpuram.

Acceſsione quoque dominium rei alicuius nanciſci ſolemus. Solet autem aliquid tripartitò rei alicui accedere. Aut enim ita accedit, vt materiæ confundantur, & ex duobus veluti corporibus vna ſpecies fiat: quod genus confuſio dicitur [t]. Nonnunquam ita rei res accedit, vt nihilominus ſubſtantiam non mutet: & hæc vocatur commixtio [v]. Quādoque res alij rei ita adiungitur, vt ei ornamenti aut partis vice cedat: & hæc eſt ſpecies de qua in præſentia ſermo futurus eſt. Quod igitur à fure alicui rei ita adiectum eſt, vt ornandæ rei gratia adhibitum eſſe videatur [x], licet cedat ipſi principali, tamen ab eo actione furti & cōdictione furtiua peti poterit. ídque odio furis receptum eſt [y], quo magis pluribus actionibus teneatur, tanquam contrectando videatur ſe ad

t §. ſi duorū. inf. eodem.
v §. q ſi frumentū inf. eo.
x l. & ſi nō ſunt. §. perueniamus. ff. de aur. & argen. lega.
y §. ſic itaq; diſcretū. verſi. planè. inf. de actionibus.

ſe ad dandum obligaſſe[z]. Si enim condicenti domino obiiceret non poſſe eũ rem ſuam condicere, replicaret dominus, ergo fateris rem meam eſſe, propri-úmque delictum agnoſcis: qui, cùm res mea ſit, eam contrectare auſus fueris[&]. Atqui videbatur non eſſe permittenda condictio, cùm ea tãtummodo domino dari debeat[*]: ſed hoc loco videtur dominium extinctum[a]. Ipſe crediderim condictiones ideo dari, quia res ab ipſo domino ſine ſuo facto diſceſsit.[b]

§. Si duorum materiæ.

Confuſione igitur (ſicuti modò dixi) acquiritur dominium: vt ecce voluntas duorum dominorum miſcentium materias, commune totum corpus efficit, ſiue eiuſdem generis ſint materiæ, veluti ſi vina miſcuerint, vel argentum conflauerint: ſiue diuerſi, veluti ſi alius vinum contulerit, alius mel: vel alius aurum, alius argentum, quanuis mulſi vel electri noui corporis ſit ſpecies. Nec nos mouerit quòd Vlpianus[c] eũ qui ex melle meo & vino tuo mulſum fecerit, eius potius eſſe qui fecerit, reſponderit. id enim de eo qui bona fide ſuóque nomine citra dominorum volũtatem fecerit, intelligendum eſt[d]. Sed & communicabitur id quod caſu fortuito commixtum eſt, niſi ſi diduci poſsit: vt ſi plumbum meo argento mixtum ſit. tunc enim non communicabitur, nec communi diuidundo agetur, quia ſeparari poteſt[e].

§. Quòd frumentum.

Si frumentum dominorum conſenſu mixtum ſit, commune eſt. Quòd ſi aut caſu fortuito, aut domino minimè aſſentiente commixtum ſit, tunc non communicabitur, cùm vtrunque ſubſtantiam ſuam retineat. cùm enim in frumentum cadat affectio bonóque frumento melius inueniri poſsit[f], non tam facilè fuit admittẽda huiuſmodi commixtio, quæ fortuito caſu, neque dominorum voluntate contigit. licet in nummis aliud receptum ſit: quoniã ſi mixti aliis fuerint ita vt diſcerni non poſsint, eius tantùm fiunt qui acceperit: pecuniæ enim affectio nulla eſt[g]: neque quicquam magis mea interfuerit pecuniam habuiſſe quæ me inſcio vel inuito ſoluta eſt, quàm aliam eiuſdem nominis & precij.

§. Cùm in ſuo ſolo.

Alia acquirendi dominij ſpecies eſt iſta, ædificatio ſcilicet[h]. Qui enim ex aliena materia in ſuo ſolo ædificauerit, is rem ſuam ſic facit vt nec ab eo vendicari poſsit: ſed duplum per actionem de tigno iniuncto præſtare compellitur[i]. Quod ideo receptũ eſt, quia ad decus vrbis pertinet ne ruinis deformetur[k]. Quæ ratio fecit vt non magnopere inter bonæ fidei itémque malæ ædificatorem differentiam conſtituamus[l]. vtrobique enim locum habet hæc ratio: id quod & verba legis 12. tabularum oſtendunt, ſic concepta: Tignum alienum furtiuum ædibus vel vineis ſubiniunctum ne quis eximere cogitor, ſed duplum pro eo per actionem de tigno iniuncto pręſtare compellitor. Licet vtriuſq; lõgè diſpar ſit conditio[m]. Etenim qui bona fide ædificauerit, hic tantũ tigni iniuncti actione cõueniri poterit[n]. malæ fidei verò ædificator pręter hanc actionem rei quoque vendicatione & ad exhibendum actione conueniri poterit, non quidem vt rem reſtituat, ſed vt eius precium reddat, quaſi is ſcilicet dolo tum deſierit poſsidere[o]. Neque omnino inutiles erũt eæ actiones. etenim in his in litem iuratur[p]. Quæ res facit vt nonnunquam vltra dupli æſtimationem conſequamur. Omitto quòd & iudicio furti, ſicut & condictione furtiua, aduerſus eum experiri poſſum[q]. Sed & ſi res mea bona fide adiuncta, aliquo caſu ſeparetur, ſemper manet integra rei vẽdicatio. Cæterùm in re quæ mala fide alicui adiungitur aliud eſt[r]. Etenim poſt triginta annos actio nulla mihi proponitur[ſ]. Neque cuiquam id mirum videatur, cùm licuerit mihi interim ſemper experiri[t]. Pleraque autem contra deſides & ſui iu-

z l. ſiquis nec cauſam. §. res pignori. ff. ſi cert. pet. & l. alias. ff. de iureiurã.
* l. 1. ff. de cõdictiõe furtiua.
a hoc textu, verſi. nã extincta res iuncta ibi gloſſa.
b l. ſiue manifeſtus. § ſãdiu. ff. de condictione furtiua.
c in l. idẽ Põponius ſcribit. ſi frumẽtũ. §. idẽ ſcribit. ff. de rei vendicatione.
d Aret. hic per §. cũ ex aliena. vbi dixi.
e d. l. idẽ Pomponius. §. ſed ſi plumbum.
f l. vbi autem nõ apparet. de verborũ obligationib.
g l. nummis. ff. de in litem iurand.
h l. adeo. § cũ in ſuo ſolo. ff. eodem.
i l. 1. ff. de tigno iniuncto. l. in rem. § tignum ff. de rei vendic.
k l. Prætor ait. §. hoc ĩterdictum prohibitoriũ eſt ff. de ope no. nuncia. l. 2. §. ſiquis nemine. ff. ne quid in lo. pub.
l d. § tignum. & l. gẽma. ff. ad exhibendum.
m Prima differentia.
n d. § tignum. & d. l. 1. ff. de tigno iniuncto.
o d. l. 1. in fi. & l. qui res ſub finẽ. in verſi. denique ff. de ſolutionibus.
p l. in actionibus in rem ff. de in litem iurand.
q gl. hic in verbo, de tigno iniuncto.
r Secunda differentia.
ſ l. ſicut. l. omnes. l. cũ notiſſimi. C. de præſcript. 30. vel 40 annorum.
t d. l. 1. ſub finẽ ff. de tigno iniuncto.

ris conteptores homines contra communis iuris regulas constituta sunt [v]:neque hic tam prescripsisse,quàm rem quæ nullius in bonis est occupasse videtur:quod ex eo colligimus,quòd hic tandiu ius suum prosequi cessauerit. Sanè quod diximus tigni iniuncti actione aduersus bonæ fidei ædificatorem experiundum esse,hoc ideo receptum est,quia huic à lege beneficium collatum esse videatur,vt scilicet quandiu durat ædificium conueniri non posit. debebit itaque id oneris non grauatim suscipere,vt aduersus eum in duplum actio cócedatur [x]:licet ex communi iuris regula traditum sit,bonæ fidei possessorem quatenus locupletior factus est,conueniendum esse [y]. quod plerisque in locis annotatum est.

§. Ex diuerso.

Qui in alieno solo sciens & prudens ex sua materia ædificauerit, hic tantum abest vt rem ipsam repetere posit, vt nulla omnino actione rem ipsam prosequi posit. Cùm enim res voluntate sua videatur alienata,non videtur vlla iniuria affectus esse [z], videtúrque animum donandi habuisse. Quod tamen aliquibus casibus locum non habet. Ecce enim qui ædificium mobile, quod solo non cohæret,solo imposuit,ædificium donasse non intelligitur [&]. Sed & qui in littore maris ædificat,quod omnibus cómune esse certum est, is non videtur animo donandi id facere [a]:quinimmo is suum ædificium facit. l. quod in littore ff. eodem. Ad eundem modum si curator Reip. domum aliquam in alieno solo extruxerit,& dominus impensam illius non soluat,eam iuris sui faciet [b]. Denique conductor aut commodatarius si quo latior rei vsus sibi concessę esset, ampliorem locum extruxerit, is videtur repetendi animo id fecisse [c]: neque ea coniectura capietur, vt eum donasse existimemus: quod & Baldus annotauit in l.2.C.de rei vendicatione.

§. Certè illud.

Dominus qui à bonæ fidei ædificatore rem petit, doli exceptione repelli potest [d],si quidem impensam nolit refundere: quanuis omne quod solo inædificatur, ipsi solo cedat [e]. Quod vt rectius intelligatur, triplex circa impensas ratio haberi debet [f]. Etenim impensæ quæ quòd necessitatem impendendi habent necessarię dicuntur [g], à bonę fidei possessore [h], itémque malæ [i], repeti possunt,si quidem perpetuam ipsius rei vtilitatem,non impédentis pro tempore commodum respiciant,nam tunc fructibus imputarentur [k]. Vtiles verò impensas,quæ ex eo quòd rem deteriorem esse non sinant, sed vtiliorem faciāt,nomen habent [l], à bonæ fidei possessore recuperátur,si quidem dominus potens eas alioqui facturus erat:alioqui si pauper sit,qui si reddere impensam cogatur,laribus sepulchrísque maiorum carendum habeat,tunc sufficiet permittere vt id quod impenderit tollat,si quidem id citra iniuriá fieri potest [m]. Idémque in malę fidei possessore receptum est,licet in hoc differétia sit. Etenim si impensa quam is vel vtiliter vel necessariò effuderit,euanescat,vt quia res perimatur,nihil deducit [n]. Sed quid in marito? Et verius est vt is recuperare posit [o]:si quidem vel volente vxore fecerit,vel vxor aliunde ex suis rebus resarcire posit [p]. Ceterú quod ad voluptarias impésas pertinet,quæ voluptatis causa fiunt,animaduertendum est eas repeti non posse,prçterquam si in re promercali factæ fuissent [q], vel dominus eas facturus erat. permittetur tamen ei quod impensum est tollere,modò id citra vllum incommodum fieri posit [r]. Idéq; in marito cóstitutú est. In malæ verò fidei possessore ius ita receptú est,vt si impensa quá quis fecit,sui natura separationé nó admittat auferre nó posit [s]. sin separabilis sit,auferre id illi permittitur,ná & túc impésam donasse non videtur. quod aduersus Bartoli sententiá [t] receptius esse Alciatus censuit [v].

§. Si Titius.

Quemadmodum quod alieno solo inædificatum est,ipsi solo cedit:ita & arbor

v Alcia. lib. 2. de verbo. sig. pa. 15. versic. propter hominis quoque desidiá.
x arg. l. eum qui iurauit. ff. de iureiurando. & l. si & me et Titiú. ff. si cert. pet.
y l. si possessor. §. bona fides. ff. de petitione hęreditatis.
z cap. scienti. De reg. iur. lib. 6.
& l. Titius. ff. eodem.
a l. 1. §. núciatio. ff. de noui operis nunciatione.
b l. ad curatoris. ff. de dáno infecto.
c cap. 1. §. si vasallus. tit. hic finitur lex. deinde consuetudines regni incipiút. in vsibus feudorum.
d l. 2. §. & generaliter. ff. de de doli mali & met. exceptione.
e §. cum in suo so.
f l. 1. ff. de impensis. l. impensa. ff. de verbo sig.
g d. l. 1.
h l. sumptus. ff. de rei vendicatione.
i l. planè. circa med. ff. de petitione hæreditatis.
k l. 3. ff. de impensis.
l d. l. impensa. ver. vtiles.
m l. in fundo. vers. singe. ff. de rei vendicatione.
n d. l. plane in fine.
o l. 1. §. nec. C. de rei vxoria actione.
p Din. in l. 1. ff. de impésis.
q Alciatus in d. l. impésa.
r l. pro voluptariis. ff. de impensis.
s l. vtiles. ff. de petitione hæreditatis.
t Barto. in l. in fundo. ff. de rei vendicatione.
v Alcia. in d. l. impensa.

arbor quæ aliò plantata est, si quidem radices egerit, ipsi solo cedit: licet illius arboris domino aduersus soli dominum vtilis in re actio detur ad ipsius arboris æstimationem [x]. Cæterùm arbor quæ maiorem partem radicum in eo solo habet in quo nata est, erit illius in cuius solo originem habet [y].

§. Qua ratione.

In alieno prædio frumentum satum, ipsi solo cedit, sicut & ædificium [z]: permittitur tamen ei qui bona fide fundum conseuerit, exceptione doli dominum repellere, si quidem is impensam soluere nolit. Cæterùm si in alieno prædio alienum frumentum seminatum sit, agetur cõtra dominum soli vel ad frumentum, vel ad illius æstimationem, ne ex alieno quoque facto aliqua ad dominum incommoditas redundet [*].

§. Literæ.

Quòd si in alienis tabulis descriptum quid est, quantumcunque preciosis literis id fiat, ipsis tabulis cedere solet [a]: vnde & huic scriptori aduersus dominum doli exceptio dari debebit, si quidem bonæ fidei scriptor fuerit. sin malæ, sicut nec actionem habet, ita nec exceptionem habere videtur [b].

§. Siquis in aliena tabula.

Cæterùm quod in literis dicimus, diuersum in pictura accidere solet [c]. Etenim picturæ tabula cedit. Differentiæ ratio hæc est, quòd pictura longè preciosior esse solet ipsa scriptura: vixque aut propemodum nunquam scriptura totam chartam occupare solet [d]. Nec nos mouerit quòd lex alibi dixerit [e] picturam ei rei debere cedere, sine qua illa esse nequit. Id enim de viliore pictura intelligi debebit, quæ preciosissimæ tabulæ imponitur. alioqui ridiculum esset Apellis Coi, vel Parrhasij Ephesij nobilissimorum pictorum, picturam vilissimæ tabulæ cedere. Vide Plinium lib. 37. cap. 7. & Erasmum in adagio, Ne sutor vltra crepidam.

§. Siquis à non domino.

Bonæ fidei emptor, qui iusto titulo rem aliquam acceperit, naturali ratione fructus suos facit pro cultura & cura [f]. Quod & in eo qui se emisse putat, receptum est, modò is iustam erroris causam habeat [g]. licet eum qui nullo titulo gaudeat, malæ fidei esse censeamus [h]. Sed hæc in omni fructuum genere locum non habent. Etenim naturales fructus quos naturæ beneficio, non alterius opera, nobis obtingere constat, bonæ fidei emptoris non fiunt [i]. Nam & ratio cessat, quæ vult bonæ fidei emptorem fructus suos facere pro cultura & cura: quod ipsum in industrialibus tantummodo locum habet. Nec me mouerit quòd lex generaliter dixerit [k] bonæ fidei possessorem omnes fructus suos facere. id enim in industrialibus & aliis fructibus ab alio perceptis intelligi debet [l]. nam & illud proditum est, dictionem Quilibet generaliter loquẽtem restringendam esse vt nihil absurdi aut contrarij contineat [m]. Quin & illud receptum est, vt extantes fructus quos bonæ fidei emptor nondum consumpserit, officio iudicis condici possint [n]. nam & de fructibus consumptis, quatenus tamen factus est locupletior, conueniri potest [o]. Qua ratione & cùm post litis contestationem quilibet malæ fidei esse censeatur [p], procliuius est vt lite contestata ad vniuersos fructus teneatur [q]. Hinc fit vt & si res bona fide in diem addicta sit [r], vel pacto legis commissoriæ interposito vendita, vt resoluta emptione fructus quoque omnes restituere debeat [s]. Et hæc omnia in bonæ fidei possessore locum habent. In eo verò qui malæ fidei emptor est, ius ita receptum est, vt & naturales & industriales, perceptos quoque & percipiendos, extantes, & consumptos restituere debeat: quod ipsum deducta impensa faciendum erit [t]. Fructus enim omnes deductis impendiis intelliguntur [v]: In modo tamen agendi nonnihil discriminis erit, sicut Accur-

x l. idem Põponius scribit. §. de arbore. ff. de rei vendicatione.
y l. si plures. in fine. ff. arbo. furtim cæsarum.
z l. qua ratione ff. eodem.
* glo. notabilis in §. ex diuerso. suprà eo. glo. hic in verbo, diximus.
a d. l. qua ratione. §. literæ.
b gl. hic in verbo, bona fide.
c d. l. qua ratione. versi. sed non vt literæ.
d Faber hic.
e in l. in rem. §. sed & id quod. ff. de rei vẽdicatiõe.
f l. bonæ fidei. ff. eo. l. 4. versic. post litẽ. ff. finiũ regũdo. l. fruct⁹. ff. de rei vẽdic.
g l. quod vulgò. ff. pro empt.
h l. vl. C. vnde vi. l. falsus. §. qui alienũ. ff. de furtis.
i l. fructus. ff. de vsuris.
k l. bonæ fidei. ff. eodem.
l glos. hic in verbo fructus.
m arg. notatorũ per Baldũ & Castrensem in l. cõuenticula. C. de sacrosan. eccle. arg. nota per Alcia. lib. 2. de verbo. sig.
n l. certum §. vlt. C. de rei vendica.
o arg. l. si & me & Titiũ. ff. si certum peta.
p l. 1. C. de petitione hæred.
q d. l. certũ. in vers. finali.
r l. 2. in fi. & l. id quod dictũ. ff. de in diem addict.
s l. lege fundo. ff. de lege cõmissoria.
t l. certũ. C. de rei vendica.
v l. si à dño. § fructus ff. de petitiõe hæreditatis. l. fructus. §. 1. solu. matri.

fius hîc prolixius ostendit [x]. Cæterùm quis dicatur bonæ fidei emptor, itémque malę fidei, id ex Alciati [y] & Dini & aliorũ cõmentariis [z] colligere licet.

Fructus.

Bonæ fidei emptor fructuum dominus efficitur, non ipsius rei. Etenim traditio nihil amplius transferre vel potest vel debet ad eum qui accipit, quã est apud eum qui tradit [a]. Procedente tamen tempore rei dominium præscribere poterit [b]. Sed quo tempore bonam hanc fidem considerabimus? Et verius est vt in emptione duobus temporibus exigatur, contractus scilicet & traditionis tempore [c]. In aliis verò omnibus sufficiet traditionis tempore intercessisse. Differentiæ ratio ex frequentia contractus emptionis procedit. Doctores in dictis legibus. Nec nos moueri, quòd lex dicat eum qui initio bonam fidem habuerit, posteáque rẽ suam non esse cognouerit, fructus suos facere [d]. Vt enim id verum demus, tamen vt illos restituat, officio iudicis cogi debebit. atque ita communiter omnes sentiunt [e].

x gl. hic in verbo, cogitur.
y in l. bona fidei. ff. de verb. signif.
z i regula possessor. de reg. iur. lib. 6. canonistæ ĩ ca. grauis. de restitut. spoliatorũ. Ciuilistæ in l. & ex diuerso. ff. de rei vẽdicat.
a l. traditio. ff. de acq. re. do.
b l. vnica. C. de vsuca. trãsformanda. inf. de vsuca. per totum.
c l. 2. ff. pro emptore. l. pen. ff. pro soluto.
d l. q scit. §. vlt. ff. de vsuris.
e doctores in l. bonæ fidei. §. ĩ cõtrariũ. ff. de acq. re. do.

§. Is verò ad quem vsusfructus.

Licet vsufructuario, sicut & bonæ fidei possessori, fructus debeantur [f], attamen inter vtrumque longa est & lata differentia. Etenim vsufructuarius non aliter fructus suos facit, quàm si eos perceperit [g]. Sed nec continuò fructus perceptos suos facit. Quid enim si immaturos fructus, ex quibus nulla ad eum commoditas redire potest, collegerit? Et eos suos non faciet [h]. Planè si ex fructibus etiam immaturis à fructuario perceptis aliquid vtilitatis colligi potest, verius est vt ipsi fructuario cedere debeant [i]. At bonæ fidei possessor fructus etiam quos alius perceperit, suos facit [k]. Sed in alio melior est fructuarij conditio, vt qui naturales fructus suos faciat [l]: Bonæ fidei possessor eos quos vulgus industriales vocat [m]. Vsufructuarius igitur qui nondum perceptis fructibus decesserit, ad hæredem ius suum non transmittit, sed ad dominum proprietatis fructus pertinent. finitur enim vsusfructus, sicut & reliqua alia, fructuarij morte [n]. Sanè qui ex causa onerosa rem habet: etiam si causa cesset, fructus tamen pro rata oneris percipiet. Vnde maritus cui dos pro oneribus constitui solet [o], fructus rei dotalis percipiet pro modo oneris à seipso lati [p]. Idémque in eo qui vt alimenta alicui præberet, fundi legatus erat vsusfructus, receptum est. & hic enim pro alimentorum præstitorum modo fructus suos faciet [q]. Exemplo vsufructuarij idem in colono receptum est. Qua tamen in re inter multiplicem colonorum speciem distinguendum arbitror. Quidam enim coloni sunt qui in longum tempus conduxerunt, & ad hos fructus pertinent, cùm hi dominium saltem vtile habeant: quod ex eo probatur, quòd eis in rem actio, sicut & condictio, competat [r]. Sunt & alij coloni qui in modicum tempus conduxerunt: & hi si pecuniam numeratam aut aliud aliquid canonis nomine pendunt, fructus non aliter suos faciunt, quàm si eos perceperint [s]. Hácque in re vsufructuariis similes sunt. Est & tertium genus colonorum qui partiarij dicuntur [t]. Et cùm ad hos commoditatis & incommoditatis pars ex æquo redeat, dubium non est quin ad eos quoque fructus pertineant: quod Aretinus hîc latius exequitur.

f arg. à definitione. l. 1. ff. de vsufructu.
g l. si vsufructuarius messẽ. ff. quib. mo. vsusfr. amitta. iuncta. l. si fur. decerpserit. ff. de vsufructu.
h l. itẽ si fundi. §. vlt. cum. l. seq. ff. de vsufru.
i l. penul. ff. de vsu & vsufruct. legato.
k l. qui scit. vers. præterea. ff. de vsur.
l l. vsufructu legato. ff. de vsufr. et quẽad. quis vta.
m l. fructus. ff. de vsuris.
n §. finitur. inf. de vsufruct.
o l. pro oneribus. ff. de iure dotium.
p l. de diuisione. l. diuortio. ff. soluto matri.
q not. in l. à vobis. ff. de annuis legatis.
r l. si apes. §. 1. ff. de furtis. toto tit. si ager vectig. vel. emphyte. petatur.
s l. si seruus cõmunis. §. locani. ff. de furtis.
t l. si merces. §. vis maior. ff. locati.

§. In pecudum.

Cùm vsufructuario fructus omnes deberi constet, meritò dubitari poterat nunquid eadem esset ratio percipiẽdorum fructuum in pecudibus & in hominibus. Et hoc loco Tribonianus ostendit in pecudũ fructu esse lac, pilum, lanam, & cętera alia similia. Cęterùm cùm apud veteres dubitaretur nunquid partus ad fructuarium pertineret, Bruti sententia obtinuit, quòd in fructu nõ sit, cùm in illius gratiam natura omnia in medium profuderit [v].

v l. vet⁹ fuit q̃stio. ff de vsufr. l. ĩ pecudũ. ff. de vsur.

§ Sed

§. Sed ſi gregis.

Si gregis vel arméti, vel equitij, id eſt, vniuerſitatis, non ſingularũ rerum[x], vſusfructus legatus ſit, debebit ex agnatis gregem ſupplere, id eſt, in locum capitũ demortuorũ vel inutiliũ alia ſummittere[y]. Quòd ſi agnati nulli ſuperſint, fœtus aliunde conquirere debet[z]. Quòd ſi id minus faciat, nec ſuppleat, proprietario tenetur[*]. Planè in loco arborum vento vel turbine deiectarum fructuarius alias ſummittere non debet[a].

§. Theſauros.

Theſaurus eſt vetus quædã depoſitio pecuniæ, cuius nõ extat memoria, vt iam dominum non habeat[a], ſic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius ſit. quod & hoc loco traditur. Qui enim theſaurum in ſuo loco inuenerit, ſuum facit, dummodo id fiat ſine ſceleratis puniendiſque ſacrificiis aut alia qualibet arte legibus odioſa.[b] Sed qua ratione quem inueniſſe dicemus? nunquid ſufficiet viſum fuiſſe theſaurum, nondum tamen apprehenſum? Et verius eſt vt apprehenſio quoque deſideretur[c]. Licet aliqui diſſentiant[d]: quorum ſententia recepta non eſt. (Faber in §. itẽ lapilli.) Sed & qui in loco ſacro vel religioſo, non data ad id opera, theſaurũ inuenerit, licet media pars diuorum fratrum conſtitutione fiſco vendicari debeat[e], diuus tamen Adrianus, naturali æquitate ita dictante, ei qui inuenerit, concedendum putauit[f]. Idémque eſt & ſi in alieno ſolo quis inuenerit: licet hoc caſu dimidium ſoli domino dari debeat, nonnunquam tamen illi ſolidum datur, vt ſi operarius opera ſua mercede nobis elocata aliquid in fundo repererit[g]. Sanè in dominorum numero ſunt emphyteota, beneficiarius cliens (quem vulgus vaſallũ vocat)[h] non fructuarius. Maritus quoque qui in fundo dotali theſaurum reperit, in alieno reperiſſe videtur[i]. Etenim cum fundo theſaurum reſtituere debet: licet cõſtante matrimonio rei dotalis dominus eſſe intelligatur[k]. Quæ res facit vt etiam eo matrimonio conſtante theſaurum penes ſe habeat, dimidiámque partẽ eo ſoluto reſtituere teneatur[l]. Cæterũ quod diximus de eo qui in ſuo theſaurũ inuenerit, id in eo qui magica arte nõ perquiſierit, intelligendum eſt[m], ſicut & de theſauro propriè dicto[n]: alioqui ſi quis id quod cuſtodiæ vel lucri vel metus cauſa ſub terra conditum eſt inuenerit, cũ theſaurus nõ ſit, inuenientis non erit, cũ illius nomine furti actio ſicut & vendicatio nobis concedatur[o]. Exhibitio quoque aduerſus fundi dominum qui eiuſmodi theſaurum, tollere, effodere aut exportare nõ permittit, denegari non debet[p]. Vẽdito quoq; fundo huiuſmodi theſaurus veniſſe non intelligitur.[q]

§. Per traditionem.

Traditione dominia rerum nobis acquiruntur[r]. Quod tamen intelligẽdum eſt in ea traditione quæ cauſam habeat. Nam nuda traditio nunquam dominium rei transferre ſolet[ſ]. Sed & debebit fieri traditio ab eo qui neque lege neque moribus tradere prohibeatur. Curandum quoque erit ne error in traditione intercedat. debet enim mutuo contrahentium conſenſu res tradi: error autem iſte huiuſmodi conſenſum vitiat[t]. Vſque adeò igitur traditione, quæ à vero domino facta eſt[v], aut ab eo qui etiam ſi dominus non eſt, alienandi poteſtatem vel à lege, vt iudex (l. à diuo Pio §. ſed ſi emptor. ff. de re iudicata.) vel contrahentium cõuentionem habet (§. contra. infrà quibus alienare licet) dominium transfertur, vt conſtet eum qui hæreditatẽ vendiderit, neque tamẽ tradiderit, dominũ perpetuò remanere[x]. Eũ quoque qui rẽ ex ſtipulatu vel ex empto ſibi debitã neq; tamen traditam nactus eſt, prædonem eſſe conſtat[y]: & ideo pro emptore vſucapio illi procedere non poteſt[z]. Sed & ſi duobus in ſolidũ prædiũ venditũ eſt, manifeſtum eſt eũ cui prius res tradita eſt, in detinẽdo dominio potiorem eſſe[*]. Quandoque tamen ſine traditione rei dominiũ nãciſcimur. Ecce enim qui ſe in Frãciſcanorũ aut Dominicanorũ ſodalitiũ cõtulerit, is omnia ſua bona trãſtuliſſe videtur[&]. Ad eundẽ

h. j.

---

x l. quid ergo. §. ſed quod dicitur. ff. de vſufruct.
y d. l. vetus. ſub fi. & l. ſeq.
z gl. hic in verbo, ex fœtu. ſub fi. q̃ communiter approba & d. l. quid ergo. (tur.
* l. arboribus, in princ. l. Proculus. §. fi. ff. de vſufr.
a l. nunquã nuda. §. theſaurus. ff. de acq. rer. do.
b l. vnica. C. de theſ. lib. 10.
c l. poſſideri. §. Nerat. et ibi Bar. ff. de ac. vel ami. poſ.
d Porcius hic Petrus de bella pert. & Iacobus de arenis in §. lapillo. ſupra.
e l. 3. §. vlti. ff. de iure fiſci.
f tit. quæ ſint regalia. de feudis lib. 2.
g d. l. vnica. circa mediũ C. de theſau. & hoc §.
h arg. l. Qui ꝓprio. §. procuratores i cæteris. ff. de procur.
i glo. hic in verbo, ſuo.
k l. diuortio. §. ſi fundũ ff. ſoluto matri.
l l. doce ancillã C. de rei vẽdic. §. accidit. infrà, quib. alienare licet vel non.
m cõmuniter doct. hic, & gloſ. in verb. non data ad hoc opera.
n d. l. vnica de theſau. C.
o d. § theſaurus.
p d. § theſaurus.
q l. theſaurus. ff. ad exhibendum l. à tutore ff. de rei vendicatione.
r l. traditionibus. C. de pactis. l. traditio. ff. de acq. re. domi. l. qui tibi hæreditatẽ. C. de hær. vel act. vẽ.
ſ l. nunquam nuda. §. ea. d. l. traditionibus.
t l. in negociis. ff. de reg. iuris. § nũc admonendi. inf. quibus aliena. licet
v l. 3. §. ſubtilius. ff. de conditione cauſa data. arg. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdictione omnium iudicũ.
x arg. l. nemo plus iuris ff. de reg. iur. & dicta l. traditio & l. alien. de ver. ſig.
y l. qui tibi hæreditatẽ. C. de hæred. vel actio. vend.
z l. ſi ex ſtipulatione l. fundi. ff. de acq. poſſeſ. l. 1. & 2. ff. pro emptore.
* l. quoties. & ibi Iaſon. C. de rei vendica.
& l. ſi adoptauero. ff. de precario. iuncto § illud antẽ. ſup. de adoptionibus.

modum si lege municipij vel consuetudine aliquid cóstituatur quod traditioni respondeat, vtpote si remissio possessionis apud tabellioné facta vice traditionis habeatur, tunc citra traditioné dominium translatú esse constat†.

Stipendiaria & tributaria.

Stipendiaria & tributaria prædia hoc loco pro eodem vsurpantur, hoc est pro iis prædiis quæ in prouinciis populo Romano ad soluendum censum, vectigal, pensitationem publicam erant obnoxia [a].

§. Venditæ.

Quamuis traditione dominiú transferri suprà dixerimus, venditę tamen res & traditæ, non aliàs desinunt esse meæ, quamuis vendidero, nisi ære soluto, vel fideiussore dato[b]. Vnde & ex hac causa rem traditá vendicare domino permittitur[c], sicut & is eam retinere poterit donec ei precium exoluatur[d]. Nisi emptoris fidem sequi velimus[e]. Quod tunc vel maximè facere dicimur, quando vel dilatio solutioni præfixa est, vel pecunia non accepta rem ipsam tolli permisimus. Sed quid si creditor tradendo nullam precij mentionem fecerit, nunquid emptoris fidé secutus videtur? Et Accursius respódet secutum esse[f], licet contrarię probationis adminiculo id conuelli posit. Sanè aliquot personis non videtur concessum vt possint fidem alicuius sequi. ecce enim procurator fisci aut Cæsaris[g], tutor itidem & curator[h] pręsente pecunia res distrahere debent: in procuratore tamen cui priuatus liberam suarum rerum administrationem concessit, aliud obseruatur[i]. Hic enim omnia quæcúque dominus facturus erat, facere potest. Sic & si dominus suis negociis pręfecerit eum procuratoré, qui semper creditorum fidé sequi solevet, hic quoq, videtur illi vt id faciat hoc ipsum permisisse[k]. Sed & hoc casu sufficiet dominum ipsum ita solitú suas merces vẽdere, vt & procurator ab eo cóstitutus id facere possit. Quod Aretinus & alij latius prosecuti sunt[l].

Lege XII. tabularum.

Atqui non videtur id quod lege XII. tab. acquiritur, iure gentium acquiri posse: sunt enim diuersi rerum acquirendarú modi [m]. Constat auté legem XII. tab. nihil aliud esse quàm Ius ciuile[n]. Sed quæ hoc loco dicimus, verè à nobis acquiruntur iure gentium: licet & ea lege XII. tabularum acquirantur †. Nam id lex ciuilis cóprobauit. Nam & videmus vt si species ad priorem materiam reduci possit, eius fit cuius & fuerat materia. id quod iure gentium licet fiat[o], tamen & imperator, atque ita lex ciuilis id post longam iureconsultorum disputationem comprobauit[p].

§. Interdum.

Enumerat Iustinianus aliquot casus in quibus dominium sine traditione acquiratur. Si enim rem commodatam aut depositam aut locatam dominus postea cómodatario aut locatario védiderit, videtur dominiú sine traditione transtulisse[q]. Quod & in eo qui rem aliquam seruato vsusfructus iure alienauerit, receptum est[r]. nemo enim in re sua vsumfructum habere potest, cùm res sua nemini seruiat[s]. Ad eundem modú qui sibi aliquod pignus in re sua seruauerit, ré suá distraxisse intelligitur[t], cú ex regula iuris neque pignus neque depositú neque precariú rei suæ cósistere possit[v]. Deniq; videri trabes traditas quas emptor signasset, Paulus censuit[x]. Sunt & aliquot alij casus in quib[9] traditio minimè est necessaria, quos hi quib[9] id curę fuit, attigerút[y].

§. Item si quis merces.

Est & alius casus in quo sine traditione dominiú trásfertur. Clauibus enim apud horrea traditis, merciú in horreis códitarú possessio tradita videtur[z] cófestímque emptor dominiú & possessionem rerú adipiscitur[a]. Quod ita tamé accipiendú est, si quidé causa idonea clauiú traditioné præcesserit: alioqui vbi nulla subest causa, clauiú traditio custodiá tantú designare videtur[t].

† ca. 2. & ibi notatur, de consuetudine.
a Cicero. §. actione in Verrē
b l. procuratoris. §. penult. ff. de tributoria. l. quod vendidi ff. de contrah. emptione.
c d. § penultimo.
d l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti.
e Budęus ad l. vlt. ff. de pignorat. actione.
f gl. hic in verbo, præfixit.
g in l. si procurator. §. vlt. ff. de iure fisci.
h in l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorū qui sub tutel. sunt.
i l. procurator cui generaliter libera. ff. de procur.
k Aretinus hic.
l Aretinus hic & Porcius
m §. singulorū sup. eod.
n l. 2. ff. de orig. iuris.
† arg. l. lege obuenire. ff. de verb. signif.
o §. cum ex aliena. sup. eod.
p d. §. cum ex aliena.
q l. qua ratione. §. interdum ff. de acqui. rer. do.
r l. quisquis. C. de donatio.
s l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur.
t l. 1. §. vlt. iuncta ibi glossa penu. sub fi. ff. de reb. cor.
v l. neque pignus. ff. de reg. iur.
x l. quòd si neque. sub. fi. ff. de peric. & cō. rei vend.
y docto. in §. seq. Canonistæ in ca. 2. iuncta glo. ibi notabili de consuetudine.
z l. clauibus. ff. de cōt. empt.
a l. cum pater. §. pater pluribus. & ibi Bartolus expreßim annotauit. ff. de lega. ij.

§. Hoc amplius interdum.

Qui rem eo animo proiicit, vt à se abdicare velit, occupanti concedere videtur, sic & pro derelicto ré à domino habitam si scimus, possumus acquirere [*]. Neque quicquam refert mobilisne an immobilis res fuerit.

Missilia iactitant in vulgus.

Solebant enim veteres Romanorũ consules pecunia & aliis id genus muneribus in vulgus sparsis † populi fauorem sibi conciliare [a]: quod ne amplius fieret, Iustiniani constitutione prohibitum est [b]: licet id illis hodie recentiore eiusdem principis constitutione permittatur [c], modò in totum ab auro abstineant. soli enim imperatori iactare aurum permittitur.

§. Alia.

Licet id quod pro derelicto habitum est, occupanti concedatur, tamen id in rebus quæ nauis leuandæ gratia in mare proiectæ sunt, locũ non habet [d]. Neque enim pro derelicto haberi videri potest quod salutis causa dimissum est [e]: vnde nec vsucapi poterit [f]. Sic & id quod ruinæ incendiiue causa proiectum est, occupanti non cõceditur [g]. In eúmque qui tale quidpiã rapuerit, intra annum in quadruplũ actio datur, post annũ verò in simplum [h]: pœnęque corporali subiiciũdus est [i], eíque sacris interdicitur [k]. Planè qui post naufragium rem in littore iacenté occupauerit, furti actione conueniri debebit, facultatibúsque omnibus ex condẽnatione publica exuendus est [l]. Cæterùm qui seruandarum mercium suarum gratia alienas merces in mare proiecerit, nulla actione tenetur [m]: quod ea ratione admittitur, qua cessat legis Aquiliæ actio contra eum qui arcendi incẽdij gratia vicinas ædes interciderit [n]. Dominus tamen nauis cum reliquis quorum merces saluæ sunt, ex conducto rectè agere potest, vt detrimentum proportione communicetur.

* l. 2. & si id quod. ff. pro derelicto.
† nos in d. l. 2. & in l. qua ratione. §. hoc etiam amplius. ff. de acq. re. dom.
a Sueto. in Caligula & Nerone.
b Toto tit. de consulib. lib. 12. c. et ibi Alcia. notat.
c auth. de consulib. §. spargere. coll. 4.
d l. qui leuandæ. ff. ad le. Rhod. de iactu.
e l. interdum. §. 1. ff. de acq. possess.
f l. pen. ff. pro derelicto.
g l. 3. ff. de incen. ruina. naufragio.
h l. 1. ff. de incendio.
i l. Pedius. § huius. ff. de inc.
k z. cap. 3. de raptoribus.
l authentica, nauigia. C. de furtis.
m l. qui seruandarum. ff. de præscriptis verbis.
n l. si quis fumo. §. 1. ff. ad leg. Aquiliam.

Titulus, De rebus corporalibus & incorporalibus, secundi libri secundus titulus.

Quædam præterea res corporales sunt.

Iustinianus hoc loco, sicut & plerisque aliis iurisprudentiæ locis, eius rei separatum tractatum fecit, quæ alioqui vna & eadem forma à iureconsultis pertractata fuerat [o], eo nimirum consilio, vt iuuentus facilius rerum distinctionem intelligere atque dispicere posset. Res igitur, quod ad illarum substantiam pertinet, aut corporales sunt, aut incorporales [p]: quod eleganter Iustinianus hoc loco prosequitur. Sed quorsum pertinet hæc secunda rerum distinctio? Et effectus huius rei non mediocris esse potest. Incorporalia enim iura vsque adeò nobis adhærent, vt nulla vnquã ratione à nobis diuelli possint [q]: corporalium verò facillima est translatio. Sed & incorporalia, nũquam simpliciter vsucapiuntur, sed bene cum aliis præscribi possunt [r], corporalia verò per se, & citra aliarum rerũ adminiculum præscribuntur, sicut & in eis vendicatio admittitur [s]: at in incorporalibus minimé. Nec nos moueritt quòd lex gregem vendicari posse dicat [t]. Neque enim continuò sequitur hæreditatem aut peculium vendicari posse [v]. Habet enim hæreditas præter rerum vniuersitatem quam designat [x], nescio quid iuris [y], sicut & peculium: verùm grex vniuersitatem tantùm, non ius aliquod designat.

o l. 1. de rerum diuisione.
p l. 1. § quædam. ff. de rerum diuisione.
q glo. in l. 3. ff. pro socio quæ incorporalibus addit spiritualia.
r §. per traditionem suprà. tit. prox.
s l. si aliena res bona fide. § hoc iure vtimur. ff. de vsucapionibus.
t l. actionum genera. ff. de actionibus & obligat.
v l. vendicatio. ff. de rei vendicatione.
x d. l. vsucapio.
y l. nihil aliud est. ff. de verb. signif.
z Bart. in l. 1. ff. de acquir. hæreditate.
a Iason & docto. in §. aquè infrà de actionib.

Secundi libri titulus tertius, qui de seruitutibus rusticorum prędiorum & vrbanorum inscribitur.

§. Rusticorum prędiorum iura sunt hæc.

Dixerit Iustinianus rerũ incorporaliũ numero censeri seruitutes tam prędiorũ rusticorũ quã vrbanorũ: quod ipsum paulo altius hoc loco exequitur: cuius menté vt rectius percipiamus, animaduertendũ est seruitutũ triplicem esse specié. Quædã enim personales sunt, aliæ reales, tertiæ mixtæ [a]. Persona-

les sunt, quæ à persona debetur personæ, cuiusmodi est seruitus quæ debetur à seruo ipsi domino[b]: qua de re à nobis supra satis supérque dictũ est[c]. Alia est realis: quæ ideo realis dicitur, quòd à re rei debeatur, sempérque cũ re ipsa ad quẽcunque transmittatur, exẽplo realis actionis, quæ rẽ ipsam perpetuò comitatur[d]. Est & mixta quædã seruitutis species, quæ vtriusque naturã induit & personalis & realis seruitutis: vt est vsusfructus vsus, & habitatio. Hę enim personales ideo sunt, quòd cũ persona extinguantur[e]. Reales autem ideo existimantur, quòd semper rei adhæreant, neque ab ea diuelli atque dimoueri possint: de quibus latius infrà subiungemus[f]. De reali hoc loco pertractandum est: in qua meminisse debemus non aliter eam constitui posse, nisi duo prædia adsint[g], vnum quod ideo dominãs dicitur, quia ei seruitus debetur, alterum seruiens, vtpote quod seruitutem debet. Quinimo & ipsa prædia vicina esse oportet[h]: alioqui hæc seruitus constitui non potest: quod infrà latius patebit. Huiusmodi reales seruitutes sunt aut prædiorum vrbanorum, aut rusticorum: quod eleganter Tribonianus hoc loco prosequitur.

b l. libertas. §. seruitus. ff. de statu homin.
c toto tit. de iure personarũ
d §. omniũ. infrà. de actionibus.
e §. finitur. infrà. de vsufructu.
f infra. de vsufructu & de vsu & habitatione.
g §. ideo autem. infrà. eod.
h l. ergo §. Neratius ff. de seruitut.

§. Rusticorum prædiorum iura sunt hæc.

Prædiorum summa distinctio hæc est, quòd quædã vrbana sint, alia rustica[i]. Vrbana prædia dicuntur omnia ædificia habitandi causa facta, siue in agro, siue in villa fuerint. Si enim ædificiũ colligendorum aut reponendorũ fructuum gratia extruatur, nõ tam vrbanũ quàm rusticũ dicetur[k]. Locus autẽ qui caret ædificio, prædium rusticum dici potest. Quæcũque igitur seruitus rustico prędio debetur, ea rustica esse dicitur: cuius generis sunt iter, actus, via aquæductus[l]. Inter actũ & iter nõnihil est discriminis. Iter enim est quò quis pedes vel eques cõmeare potest: actus verò vbi & armẽta trahere, & vehiculũ ducere licet[m]. Sed qui viã habet, eundi agendíq; ius habet, trahẽdi quoque, & rectã hastã ferendi, si modò fructus non lædantur[n]. Licet enim is cui simplicis viæ vsus permissus est, per quãlibet fundi partẽ ire & agere possit, id tamen ciuili modo faciendum est. non enim per villã ipsam aut medias vineas ire agere sinendus est, cùm id æquè commodè per aliam viam facere posset[o]. Differt via ab actu, quia viæ latitudo ex lege decemuirali in porrectum octo pedes habet, in anfractum sedecim[p]: nisi fortè minor via constituta sit[q]: qua tamen commodè vehiculum duci possit, alioqui actum potius esse interpretaremur[r]. Actus autem latitudo vel ex conuentione contrahentium, vel pro arbitratu iudicis dimetiri debet: hac tamen adhibita cautione quòd ei cui debetur, vehiculum ducere liceat[s].

i l. vrbana. ff. de verb. sign.
k l. eo iure. §. 1. ff. in quib. cau. pig. vel hypoth. tac. contrahitur. qua lex loquitur de stabulis quæ nõ sunt in cõmunibus ædificiis. adde l. tugurij appel. ff. de verb. signif.
l l. 1. ff. de seruit. rust. præd.
m l. inter actum. ff. eodem.
n l. qui sella. in fi. ff. eo.
o l. si cui simplici. ff. de seru.
p l. via latitudo. ff. eodem.
q l. certo generi. §. latitudo. ff. eodem.
r l. via cõstitui. ff. eodẽ. l. si tam angusti. ff. de seruitu.
s d. l. si tam angusti. & d. §. latitudo.

§. Prædiorum vrbanorum seruitutes.

Seruitutes quæ ædificiis debentur, vrbanæ esse intelliguntur. Obseruamus enim non simpliciter seruitutem ipsam, sed prædium cui debetur. Vnde quãuis iter rusticarũ seruitutũ numero censeatur, si tamen mihi iter ad domum meam debeas, iam videtur vrbana seruitus esse constituta[t]. Igitur vrbanarũ seruitutũ numero sunt, vt vicinus onera vicini sustineat[x]. Qua in specie peculiariter id obseruari cõueniet, vt is qui huiusmodi seruitutẽ debet, grauamen sustinendi oneris, proindéq; restituendi vel parietis vel alicuius columnæ, quę onus vicinarũ ædium ferebat, ferre debeat[y]: licet in aliis regulariter is cui seruitus debetur, seruitutem reparare teneatur[z], nisi vel aliàs ita conuenerit[a], vel alioqui instaurare promiserit: cùm ex contrahentium conuentione contractus legem accipere intelligantur.[a]

t glos. pen. in l. 1. ff. eodem.
v Alcia. in l. vrbana prędia ff. de verb. signi.
x in l. & si forte. §. etiam. ff. si seruit. vendicetur.
y in l. eum debere. & ibi ratio assignatur. ff. de seruit. vrb. prædiorum.
z l. sicuti. ff. si seruit. vendicetur.
[a] l. 2. §. apud. & ibi not. ff. de aqua plu. arcen.
a l. cõtractus. §. sed hæc ita. versic. legem enim. ff de reg. iu. 2. & c. cõtractus. eod. lib. 5.

Vel non recipiat.

Videtur hic locus ita intelligi debere. Dominus minimè prohibetur ædificia sua vel ad cœlum vsque tollere, si quidem seruitutem non debeat[b]. Hic si me impedias, vis ædibus meis seruitutem imponere, quando tamen prius liberas eas esse constat: id quod & in aliarum vrbanarum seruitutũ speciebus dicendum

b l. altius. & ibi notatur C. de seruitu. & aqua. taber, quem aduersus Iasonis sententiam secutus est Zasius in §. aquè. de actionibus.

dicẽdum est. Quòd si hactenus iure seruitutis prospectum habuerim in tuas ædes, vel tignum ædibus tuis iniunctum, neque lõgo tempore prospectu sim vsus, aut tignũ exemptũ rursus immittendũ non curauerim, & tu interim foramen obturaueris, iã libertatẽ tuæ ædes receperũt, neq; amplius possum te cogere vt priora illa onera admittas. & hoc est quod dicimus dominũ fundi seruiẽtis libertatẽ prescribere posse. Sed ita hic loc⁹ intelligi nõ potest. Neq; enim seruitus est, sed prescriptio libertatis cõtra seruitutẽ hactenus habitã [e].

§. Inter rusticorum.

Præter rusticorũ prædiorũ seruitutes à nobis superioribus enumeratas,[d] sunt & aliæ rusticæ seruitutes, quæ hoc loco recensentur: & in primis aquæ haustus: qui hoc differt ab aquæductu, quòd aquæductus sit ius aquæ ducẽdæ per fundum alienũ canalibus, fistulis, tabulis, vel quouis alio modo[e]. Ast in aquæ haustu hominis opera desideratur[f]. Hanc qui promisit, ius quoque itineris ad hauriendam aquam promisisse videtur[g]. Sed & ius pecoris ad aquam appellendi, rusticæ seruitutis species est[h], eo nomine introducta, vt pecora quæ vel fundo stercorando conducũt, vel in fundo sunt, vel quę alij vsui sunt, liceat ad aquã appellere. Et hęc licet reuera realis sit, personalis tamẽ esse potest, si quidem testator personã demonstrauerit cui seruitutẽ pręstari voluit. Nam emptori vel hæredi eius eadem seruitus non pręstabitur[i]. Sic & seruitus pascendi pecoris rustica est, eóque tendit, vt pecora quæ in meo fundo sunt, in tuo posśint depascere[k]. Idem iuris est in seruitute calcis coquendæ, aut arenæ fodiendæ, aut cretæ eximendæ, quæ non vltra constitui potest, quàm quatenus ad eum ipsum fundum opus sit[l].

§. Ideo.

Non abs re est quòd seruitutes aut vrbanorũ aut rusticorum prædiorũ esse dixerimus. Etenim nemo seruitutem aut imponere aut acquirere potest, nisi qui prædium vicinum habet[m]. Vnde si ire agere promisero alicui, qui prædium meo vicinum non habeat, seruitutem quandam personalem illi constituisse videor, quæ cum persona extinguetur[n]. Eadem ratione is qui prædii dominium in solidum non habet, seruitutem fundo imponere non potest: quod in vno ex sociis seruitutem fundo communi imponere volẽti responsum est[o]. Sic & cùm seruitutes omnes prædiorum sint, cum persona non extinguuntur[p], nisi fauore certæ personæ constitutas eas apparet[q]: Regula est enim, reales seruitutes prædio inhærentes, perpetuò cum prædio durare solere: quod communiter omnes probant.

§. Si quis velit.

Hactenus multa de prædialium seruitutum natura dicta sunt: fuerit igitur operępretium videre quibus modis quibúsve rationibus seruitus constituatur. Prædiales igitur seruitutes contractibus constituuntur[r], vtpote emptionibus, venditionibus, donationibus, stipulationibus, aut testamentis. Potest enim testator hæredem suũ in hęc verba damnare, Damnas esto hæres meus ædes meas altius non tollere[s], ne luminibus vicini officiant. Hócque casu licet quo ad hæredem personalis seruitus esse videatur, tamen realiũ naturam induat. Sed & si impersonaliter dixerit, Nolo ædes meas altius tolli, ne luminibus vicini officiant, idẽ erit[*]. Cæterũ si simpliciter citra vllius causæ adiectionem dixerit, Nolo ędes meas altius tolli, videbitur personalẽ seruitutem cõstituisse: vnde vendita domo nihil prohibet quo minus emptor altius tollere posśit[t]: quod à Speculatore primũ[v], & à Bartolo deinde[x] per manus traditũ est: neq; quisquã est qui dissentiat. Cõsuetudo quoq; ius seruitutis parere solet. Si enim seruitus imposita nõ inueniatur: qui diu vsus est seruitute neque vi neq, clã, neq; precario, habuisse longa cõsuetudine velut iure impositam seruitutem videtur[a]. Denique præscriptione ius seruitutis acquirimus[b].

e vide l. hac autẽ iura. ff. eo.

d §. 1. suprà eod.

e l. si mihi eodem tẽpore. ff. de seruitut. rust. prædio.

f l. Labeo. ff. quemad ser. amit. nõ enim satis est ire ad fontem, sed aquã etiã ducere oportet vt aquæ ducendæ seruitus cõtineatur. Et ex eo Bart. infert eum perdere accessorium qui principale perdiderit.

g l. 3. §. vlt. ff. eodem.

h l. pecoris. & l. ergo ff. eo.

i d. l. pecoris. sub. fi. & ita intelligitur. l. Mela. § quidam. versic. Nã & si haustus. ff. de ali. & cib. leg.

k nota in d. l. pecoris et seq.

l l. ergo. sub. fi. ff. de seruit. rust.

m l. 1. ff. cõmunia prædiorũ.

n l. fundum. 2. §. si per alienum fundũ. ff. de euictio.

o l. vnus ex sociis. ff. de ser.

p l. in omnibus causis. ff. de reg. iur.

q l pecoris. ff de seruit. rust. prædio.

r gl. hic in verbo. pactionibus.

s l. si testamento. ff. de ser. vr. prædio.

* Semper ratio in constituenda testamento seruitute addi debet.

t l. vlt. §. ff. de contrahen. emptione.

v Specul. in tit. de emp. & ven. §. 1. artic. 24.

x Bart. in l. 5. §. opus. ff. de alien. iud. mut. caus. fa.

a l. 1. § vlt. ff. de aqua plu. arcenda.

b l. vlt. sub fine. C. de præscrip. lon. temp. x. vel xx. annorum.

Qui enim decennio inter pręſentes, aut viginti annis inter abſentes contradicente aduerſario [c] & ſuo iure [d], non familiaritatis [e], iuſto titulo & ſic bona fide quæſita ſeruitute ſciente aduerſario vſus eſt, [f] aut ſine ſcientia eius contra quem præſcribitur, ſic vt nec bona fides præſcribentis interceſſerit, ſed xxx. annorum ſpatio ſeruitute vſus fuerit [g], hîc præſcriptione tutus eſt [h]. Quod in ſeruitutibus continuis locum habet [i], nimirum iis quæ cõtinuam & perpetuam cauſam habẽt, minimúmque operæ humanæ deſiderant [k], cuiuſmodi eſt ſeruitus aquæductus, ſtillicidij, tigni immittendi, altius tollendi, proiiciendi, & cæteræ. In diſcontinuis enim, quæ ſcilicet interpolationem & intercapedinem quandam deſiderant, cuiuſmodi eſt ſeruitus itineris, viæ, actus, & aliarum id genus ſeruitutum, tempus cuius initij nulla extat memoria, requiritur [l]. Quod ea ratione admiſſum eſt, quia in diſcontinuis nõ tam eſt facilis prohibitio, quàm in continuis [m]. Videtur tamen huiuſmodi diſcrimen in ſeruitutum pręſcriptione admittendum non eſſe, doctorúmque omnium ſententia ſeruitutes in continuas & diſcontinuas diſtinguentium ſubſiſtere non poſſe [n]. Quod vt apertius fiat, ſic habeto. Seruitutum [o] omnium prędialium ea eſt conditio, vt perpetuam & continuã cauſam habeant [p], licet earum poſſeſsio ſeu vſus ſit diſcontinuus [q]. Omnes enim ſeruitutes eius eſſe naturæ debent, vt poſsint eſſe perpetuæ & continuæ, ſaltem naturaliter, & ita, vt ſi lubet, continuè & perpetuò illis vti liceat: alioqui ſi perpetua non ſit, ita vt non liceat naturaliter aſsiduè & ſemper illa vti, hæc non erit ſeruitus prędij neque tempore acquiretur. [r] Et ideo Paulus rectè reſpondit [ſ] foramen in imo parete conclauis vel triclinij proluendi pauimẽti gratia, prædialium ſeruitutum numero non eſſe. Quod & in aquæductu qui neque ex lacu neque ex ſtagno concedi poteſt, [t] fatebimur, vt lacus & ſtagnum quandoque exareſcant [v]: qua ratione nec vlla aqua duci poteſt niſi quæ perennis eſt [x], ſicut nec aquæductus ex ciſterna concedi poteſt [a], cùm ea nec perpetuam cauſam, nec viuam aquam habeat, ſed ſolùm imbribus cõcipiatur. Quo exẽplo ſeruitutẽ viæ alternis annis legatam, vnum tantummodo legatum cenſeri Paulus cenſuit, ea ratione, quòd ſui natura via non habeat intermiſsionem [b]: licet via communi doctorum omniũ calculo, diſcontinuis ſeruitutibus annumeretur. Hinc fit vt ſeruitutes neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem conſtitui poſsint, cùm continuæ eſſe & perpetuò conſtitui debeant [c]. Eadem ratione & illud receptum eſt, ſeruitutem imponi non poſſe vt pomum decerpere liceat, & vt ſpatiari & vt cœnare in alieno permittatur [d]. Neq; enim rerũ natura admittit, vt ſemper poma decerpere, aliò cœnatũ ire, & ſpatiari poſsimus. Hinc fit vt nec vſumfructũ itineris, aquę, vię, aut alterius ſeruitutis legare poſsimus [e], quia vſusfructus tẽporalis eſt, & certis modis finitur [f]: ſeruitutes autem debent eſſe perpetuæ [g]. Vnde ſeruitus vſusfructus contraria in ſe implicaret & connecteret, cùm ſeruitus perſonalis quæ temporalis eſt, nõ poſsit eſſe prædialis ſeruitus, quæ eſt cõtinua & perpetua. Hácque ex ratione deciditur fructuario itineris ſeruitutem prædialem concedi non poſſe [h], cùm ea temporalem & non perpetuam cauſam haberet. Hinc uidemus teſtatorem qui aquam legauerit, ſi quidem ciſternam non habeat, ab hærede eius pręſtandam huius æſtimationem, ſin haberet, ei ſeruitutem perſonalem, non prædialem deberi [i]. Hæc igitur omnia eò tendunt, vt ſeruitutes prædiales continuam cauſam habere intelligamus, licet earum poſſeſſio, id eſt vſus (ita enim poſſeſsionẽ in rebus incorporalibus ſicut & in corporalibus pro vſu vſurpamus [k]) diſcontinuus ſit. [l] Sed continuò earum cauſa immutatur: ſed adiicitur vſui & poſſeſsioni ipſius modus [m]. Nam & lex ait vſum ſeruitutis temporibus ſecerni poſſe [n], & alibi quoque interualla dierum & horarum non ad tempòris cauſam, ſed ad modum pertinere.

c l. vlt. ff. de itinere actúque priuato.
d l. vlt. quẽad. ſeruit. amit.
e l. qui iure. ff. de acqui. poſ.
f l. quoties. 2. ff. de ſeruitut. Iaſon in l. poßideri. §. in certam. ff. de acqui. poſſeſ.
g l. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno.
h l. 2. C. de ſeruit. & aqua.
i docto. in l. ſeruitutes prædiorũ. ff. de ſeruit. doct. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua. canoniſtæ in cap. de quarta. de præſcriptionibus.
k doct. in ll. modo allegatis
l l. hoc iure. ff. ductus aquæ ff. de aqua quoti. & æſti.
m doct. in ll. modo allegatis
n Ioannes Longonallius in repetitione l. imperiũ. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.
o prima concluſio contra communem.
p l. foramẽ. ff. de ſer. vrba. præ.
q l. ſeruitutes prædiorum. ff. de ſeruit.
r d. l. foramen
ſ in d. l. foramen.
t d. l. foramen. verſic. omnes autẽ ſeruitutes.
v l. lacus. ff. de acq. re. dom.
x l. 1. § lacus. ff. vt in flu. pub. l. 3. ff. de aqua plu. arcen.
a l. 1. §. 1. verſ. hoc interdictũ de ciſterna. ff. de fonte.
b l. cũ vſusfructus. ſub fi. vbi pro affirmatiua, lege negatiuam, adiungendo nõ, nempe ſic: quę natura ſui nõ habet intermißionem. ff. de vſu & vſufr. lega.
c l. ſeruitutes ipſo quidem iure. ff. de ſeruitutib.
d l. vt pomũ. ff. de ſeruitu.
e l. 1. ff. de vſufruct. lega.
f § finitur infrà eodem.
g d. l. foramen.
h l. 2. §. Rectè Neratius ſcribit. ff. ſi ſeruit. vendic.
i l. Mela ait. §. quidã liberti. ff. de alim. et ciba. lega.
k l. quoties. ij. ff. de ſeruitu.
l l. ſeruitutes prædiorũ. ij. verſic. nemo enim. ff. de ſeruitutib.
m l. ſeruitutes ipſo. §. modũ. ff. de ſeruitutib.
n l. via. §. vſus. ff. de ſeruit.

tinere [o]. Ex his omnibus manifestissimè colligitur seruitutes prædiales certo & legitimo tempore, quod ab imperatoribus [p], non à iureconsultis constitutum est, præscriptione acquiri. Etenim lex ait seruitutes omnes præscribi tempore constituto & legitimo, hoc est decennio inter præsentes, & viginti annis inter absentes: neque id tantùm in continuis locum habet, cùm omnium vna sit eadémque natura [q]. Ad eundem modũ longi temporis consuetudinem vicem seruitutis obtinere Antoninus ait [r]. Quid quòd & seruitus itineris, quæ omnium calculis discontinua est, si ex conuentione partium imposita non fuerit, longæ tamen possessionis prærogatiua, & diuturna quasi possessione acquiritur [s]. Longum autem tempus, sicut & diuturnum [t], decennium vel vicennium interpretamur. Atqui videbantur prædiales seruitutes præscribi non posse, cùm rerum incorporalium nulla posit esse possessio, & per cõsequẽs nec vsucapio [v]. Quod vt verũ demus, nemo tamen sanus negauerit quin earum sit quasi possessio, & quasi vsucapio [x]. Ex quibus omnibus quasi seruitus generatur, & actiones ad eã vtiles dari solent [y]. Minus quoque moueor eo quòd Pomponius dixerit in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua, ductum aquæ cuius origo memoriam excesserit, iure cõstituti haberi. nam & id intelligi debet in aqua quę ex flumine publico ducitur, quod fieri non potest sine principis auctoritate [z]. nisi si quis malit Pomponij responsum in eo qui ex priuato duxerit, locum habere: qui si tanto tempore quod hominum memoriam excedat duxerit, præscriptum esse aquæ ductum fatebimur, qui alioqui longo tempore præscribi poterat. In seruitutum præscriptione scientia eius contra quem præscribitur, necessaria non est. nam & is interdicto de itinere actúque priuato rectè aget, qui vsus sit seruitute itineris [a]: adeò vt & Bartolus [b] censuerit, ad hoc vt quis itineris possessionem adipiscatur, scientiam aduersarij minimè requiri. Sic & lex vsum qui pro possessione habetur in seruitutibus, considerat [c], non aduersarij patientiam, licet eam debeat is qui seruitutem debet [d]. Videmus quoque Iustiniani constitutione in præscriptione seruitutum scientiam non requiri [e], sicut nec in præscribẽdis rebus immobilibus. Nec nos mouerit quòd Antoninus cõstituerit eum qui sciente aduersario aquam duxerit, exemplo rerum immobilium seruitutẽ quæsiisse [f]. Crediderim enim cum Hugolino, dictionem Maximè, subaudiendam esse [g]. nam & multa legibus exprimuntur quæ ad sui dispositionem minimè necessaria sunt. & quæ de sciente leguntur, plerumque in ignorantibus locum habent. quæ omnia incredibili propemodũ diligentia perstrinxit Ioannes Longouallius [h], ad cuius lucubrationes ceu aurum Midæ vos relegandos duco.

Titulus secundi libri quartus, De Vsufructu. In rubricam.

Cùm superiore titulo de seruitutibus realibus dictum sit, cõsequẽs est vt de his quæ partim realium, partim personalium naturam induunt, & ob id mixtæ dicuntur [a], licet verius personales sint, disserat. De vsufructu igitur qui earũ numero est, priore loco disputat, paulò mox de vsu & habitatione dicturus [b]. Duplicem igitur vsusfructus speciem nostrates doctores confinxerunt, vnam qui ex eo nomen habet, quòd cum causa ipsa, id est proprietate, coniunctus sit, vnde & causalem vocauerunt [c]. sed hic verè vsusfructus non est [d]. Alia est vsusfructus species qui formalis dicitur, hoc ideo, quia sit forma seu species quædam percipiendorum & colligendorum fructuum in re aliena. & hic semper à proprietate abscedit [e], neq; ei cõiungi potest quin planè pereat: & hic vsusfructus maximè huic loco cõgruit, superior ille neutiquam ad præsens institutum pertinet.

[o] l. seruitutes ipso. versiculo internal. ff. de seruitut.
[p] l. vlt. sub finẽ. C. de præscriptione longi temporis. l. vnica. C. de vsucap. transforman.
[q] l. vlt. sub fi. C. de præscri. longi tempo. l. penult. C. eodem.
[r] l. 1. sub finẽ. C. de seruit. & aqua.
[s] doctores in l. apparet. §. penul. ff. de itine. actúque priuato.
[t] l. si quis diuturno. ff. si ser. vendi. l. si cum fideicommissaria §. Arist. ff. qui & à quib. doct. sup. in §. ex non scripto. Bart. & alij in l. 1. §. pen. ff. de aqua plu. arcen.
[v] l. sine possessione. ff. de vsucapionibus.
[x] d. l. sine possessione.
[y] d. l. si quis diuturno. & l. 1. §. vlt. ff. de aqua plu. arcen.
[z] l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. iunc. cap. super quæstion. de verbo. sig.
[a] l. 1. §. 2. ff. de itine. act. priuato.
[b] Bartolus ibidem.
[c] l. quoties. 2. ff. de seruitut.
[d] l. quoties. 2. §. seruitutum. ff. eodem.
[e] l. vlt. C. de præscriptione longi temporis.
[f] l. si aquã. in verbo. sciente. C. de seruitutib.
[g] glos. in verbo, sciẽte, sub fine in d. l. si aquam.
[h] Ioannes Longouallius in. repetit. l. imperium. ff. de. iurisdic. om. iudi. versic. accedo ad secundum articulum, nempe ad iurisdictionis præscriptionem.

[a] glos. in verbo, iura in §. 1. sup. tit. prox.
[b] infra tit. proximo.
[c] glos. in l. vsufructu. ff. solu. matri. glo. in l. rectè dicimus. ff. de verb. signi.
[d] arg. l. si cum testamento. §. si fundũ. ff. de exceptione rei iudicatæ. Alcia. in d. l. rectè dicimus.
[e] l. 3. ff. eodem.

§. Vsusfructus est ius vtendi fruendi.

Paulus libro ad Vitellium tertio vsumfructum in hæc verba definiuit, vt sit ius quoddam alienis vtendi fruendi rebus salua earum substantia[f]. Cuius mentem sic explicari posse coniecto, vt in primis iuris vocabulū generis loco positum esse existimemus. Est enim ius, id est seruitus, quæ tam personalium quàm realium seruitutum nomen emeretur[g]. Subiungitur in definitione, alienis vtendi fruendi rebus. quæ verba eò tendunt, vt in re propria minimè consistere vsumfructum existimemus[h]. nemo enim rem suam iure seruitutis sibi obnoxiam habere potest, sicut neque pignus, neque depositum neque precarium rei suæ consistere potest[i]. Quare cùm emphyteota, superficiarius, beneficiarius cliens(vasallum vocant) dominium saltem vtile habeant[k] in ea re quam possident, vsumfructum habere nō possunt[l]. Huc accedit, quòd illis plus iuris concessum est quàm fructuario, cùm ius suum ad hæredem transmittant[m]. Vtitur quoque & fuitur alienis rebus fructuarius, neque enim ea tantùm quæ ad vitæ subsidiū pertinent, hic percipere potest, sed & illi pro suo arbitrio disponere conceditur. Additum est in definitione, saluam rerum substantiam esse debere. vnde vsufructuarius rei sibi in fructum concessæ naturam immutare nequit, & ideo cautio idonea ab eo exigitur, qua se arbitrio boni viri vsurum fruiturū promittit[n], quáque rem ipsam finito vsufructu se restituturum consentit[o].

f l.1 ff. eodem.
g dixi in rubr. tituli proximi. sup.
h l. vti frui. ff. si vsusfru. petatur.
i l. neque pignus. & ibi Decius not. ff de reg. iur.
k toto tit. si ager vectig. ff.
l arg. d. l. vti frui.
m rubr. ī quib[us] causis feudū amit. in vsib. feudorū.
n toto titu. vsufructuarius quēadmo. ca. Iulius Paulus sententiarū lib 3. titu. de vsufructu.
o l. vsusfructus cōstitutio. C. de vsufructu.

§. Vsusfructus à proprietate separationem recipit.

Vsusfructus cùm seruitutum numero sit, à proprietate semper abscedere debet, etenim res sua nemini seruire potest[p]. Constituitur autem vsusfructus, sicut & reliquæ aliæ seruitutes, vel contractibus, vel testamentis: sed id ipsum non aliter fieri potest, quàm si fundi dominium habeat. nemo enim præter dominum seruitutem fundo imponere potest[q]. Exigitur & hoc, vt sicut in rebus corporalibus traditio[r], ita & hoc quoque in loco quasi traditio intercedat: quæ ex eo colligitur, si hæres induxerit in fundum vsufructuarium, eúmve patiatur vti frui. quòd si hęc non interuenerint, nondū habere vsumfructum intelligitur: sed tantùm actione personali aduersus eum qui vsumfructum constituerit, experietur[s]. Planè in vsufructu legato id obseruādum est, num testator fundum detracto vsufructu se legare dixerit, tum rectè constitutus esse vsusfructus intelligatur[t], alioqui si simpliciter vni fundum, alij vsumfructum se legare constituerit, vsusfructus communicabitur[v].

p l. vti frui. ff. si vsusfru. petatur.
q arg. l. traditio. ff. de acquir. rer. dominio. dixi in §. ideo autē. sup. tit. prox.
r l. traditionibus. C. de pactis.
s textus est notabilis in l. 3. in verbo dare. ff. eo. l. si ego. §. 1. ff. de publicia. in rem act. l. pen. ff. de seruitutibus.
t l. si alij. ff. de vsufructu legato.
v l. idem Neratius. §. non solū. ff. de vsufructu accrescendo. l. si tibi. ff. de vsufructu verū quæ vsu consumuntur. quod hic Areti. latius p̄sequitur

§. Constituitur autem vsusfructus.

Cùm vsusfructus ius quoddā in corpore sit quo sublato & ipsum tolli sit necesse[x], in eóque debeat esse semper salua ipsius rei substantia[y], videbatur in iis rebus tantùm consistere, quæ vtendo non pereunt: hac vtilitatis ratione senatus censuit vt omnium rerum quas in cuiusque patrimonio esse constaret, vsusfructus legari posset[z]. eóque inductum est vt omnium rerum quæ vsu tolluntur vel minuuntur, possit quidam quasi vsusfructus legari[&]: Et ideo pecuniæ, vini, frumenti, olei, & aliarum id genus rerum quæ vtendo pereunt, vsusfructus constitui poterit, modò legatarius caueat, vt quandocunque mortuus aut capite minutus fuerit, restituat earum rerum æstimationem[a]. Hácque in vsusfructus specie cautio vsque adeò desideratur, vt citra illam nihil actū existimemus[b], neq; ab ipso testatore remitti poterit, cùm in gratiā hæredis desideretur[c], eáque loco proprietatis sit apud ipsum hęredē[d].

x l. 2. ff. eodem.
y l. 1. ff. eodem.
z d. l. 1.
& l. 2. sub fi. ff. de vsufru. rerum quæ vsu cōsumū. glos. hic in verbo, naturalis, & in verbo, ciuili.
a l. si tibi vini. ff. de vsufr. rerum earum quæ vsu consumuntur.
b l. 1. C. eo. & ibi glos.
c glo. hic ī verbo, satisdet.
d glos. in verbo, salua. §. 1. sup. eod.

§. Finitur autem vsusfructus morte vsufructuarij.

Bene à iureconsultis institutum est, ne semper abscedente vsufructu inutilis esset proprietas[e], vt certis quibusdā modis vsusfructus finiretur. Perit itaque

e l. 3. sub finem. § eodem.

itaque vsusfructus, sicut & reliqua propemodũ omnia, vsufructuarij morte [f]. Cùm enim vsusfructus sit ius personale [g], æquum est vt etiam cum persona extinguatur [h]. Sed hoc tribus casibus non procedit. Primus est, si alicui vsusfructus legatus sit, & suis hæredibus. hæres enim eo iure vti debebit [i]: neque tamen hæres quilibet [k], sed qui primum locum obtinet [l]: ne scilicet inutilem proprietatem esse contingat [m]. Videmus enim ea ratione inductum esse vt vsusfructus ciuitati vel municipio relictus, centum annorum spatio pereat [n]. Secundus casus est, quando alicui in certum aliquod tempus vsusfructus legatus est. hic enim eueniente tempore fructuum dominus esse desinet [o]. Tertius est casus, quando non satis conuenit, vtrum in patris gratiam filio vsusfructus relictus sit, an contrà filij nomine. Neque enim filij morte pater fructu priuabitur, sicut nec morte patris filius eo iure carere debebit [p]. Capitis minutione [q] amittitur, si in insulã fructuarius deportetur. vel si ex causa metalli seruus pœnę efficiatur. Non vtendo amittitur vsusfructus, si fundi possessione decennio inter præsentes, viginti annis inter absentes fructuarius non vtatur. Quod tamen intelligendum est in eo qui in possessionem fructuarium induxerit [r]: aut si non induxerit eum, tamen vti frui patiatur. illis enim modis tradidisse intelligitur. Ante traditionem enim vel patientiam cõstituta esse seruitus non intelligitur: vnde tempore amitti non potest [s]. Rei mutatione amittitur vsusfructus [t]: vt si domus legata incendio conflagrauerit, aut ruina perierit, licet postea restituatur: adeò vt nec quidem vsumfructum deberi certum sit. Quæ res facit vt dicamus vsufructuarium mutare materiam non posse, ne in meliorem quidem formã [v]. In iure cessione (quam consolidationem vocant) amittitur vsusfructus, quoties domino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit. ius enim vtendi cedi non potest [x]: quamuis fructuum perceptionem extraneo cedere permissum sit [y]. Planè animaduertendum est, non iisdem modis finiri vsumfructum earum rerum quæ vsu consumuntur. etenim morte tantũ & capitis diminutione deperditur [a]. Multum enim distat ab vsufructu vero & proprio. In eo enim cautio dę pecunia reddenda aut illius æstimatione omnino interponi debet [b], sicut nec in eo salua remanet ipsius rei substantia. In eo quoque receptius est vt dominium transferatur: quod ex superioribus abundè colligere licet [c].

Titulus, De vsu & habitatione.

Pergit Iustinianus in mixtarum, seu (vt verius dicam) personalium seruitutum enumeratione, ostendens eandem propemodum esse rationem vsusfructus & vsus. Vnde vsum ex Accursij sentẽtia sic definiemus [d], vt sit ius vtendi alienis rebus salua rerum substantia. Quemadmodũ vsusfructus vel pactionibus vel testamentis constituitur [e], ita & nudus quoque vsus constitui solet. Iisdem quoque modis finitur, sicut vsusfructus. In plerisque tamẽ vsuarius à fructuario differt [f]. Ecce enim is qui vsum habet, rebus ad suam necessitatem vtitur, non fruitur. Quocirca si quis hodie vsus relictus cui sit, & perendie eidem quoque ab alio legetur, electioni locus esse debebit [g], ita vt in manu sua sit vel in totum à se eum abiicere, vel aliam partẽ accipere, aliã reiicere. quod tamẽ intelligendum esse crediderim vbi ex duabus causis lucratiuis vsum quis consequitur, alioqui si ex causa onerosa, electioni nullus locus relinquitur [h]. Eademque ratione inductum est, vt si fructum hæres accipiat, vt quia multa pręter ea quæ ad quotidianum vsuarij victum pertineãt, fundus ipse continet, tunc communis refectio in sartis tectis tam hæredis quàm vsuarij esse debet [i]. Licet autem vti tantùm vsuario permissum sit, aliquanto tamẽ cum eo liberalius agendum est [k] pro dignitate eius cui relictus est vsus, maximè si fructus fundi ampli sint. Idem quoque recipiendum esse censuerim in eo cui syluæ vsus relictus est [l]: quæ si paulo remotior quàm vt

f l.3.§.morte.ff quibus mo. vsusfr. amittatur.
g arg.l.maritũ.& l.quia tale.ff.solu.mat.
h l.repe.ff.quib.mo.vsusf. amittatur.
i l.hæredis appellatione.ff. de verbo.sig.
k d.l.hæredis appellatiõe.
l l.antiquitas.C.hoc tit.
m Alcia. in d.l. hæredis appellatione.
n l.an vsusfructus.ff.eodẽ.
o l.si pater.C.eodem.
p l.vltima.C.eodem. Iulius Paulus receptarum sententiarum lib.3.titul. de vsufru.
q glo. hic in verbo maxima.& l.corruptione.C. eodem.
r l.3.§.dare.ff.eod.
s l.si partem.ff.quẽadmo. seruit.amittan.
t l.qui vsumfructũ.ff.eod.
v l.vsufructuarius no.ff. eodem.
x glos.hic ĩ verbo, cedẽdo.
y §.1.sub fi.insti.proximo.
a l. si tibi vini, olei.ff.de vsufr.ea.re.q̃ vsu cõsu.
b l.2.C.eodem.
c dixi in §.cõstituitur.sup. eodem.
d gl.in l.1.ff.eodem.
e §.vsusfructus.sup.titu. proximo.
f l.2.l. si habitatio.sub fi. ff.eod.
g glo.in verbo,quotidianũ
h arg.§.si res aliena.infr. de legat.
i l.si domus.ff.eodẽ.l. hactenus.ff.de vsufructu. & ibi vide Budæum de sartis tectis.
k l.plenum §.Iubentius.ff. eodem.
l l.diuus Adrianus.ff.eod

eò citra impensam veniri posit, licet quoque frui eiusdem syluæ legato, quò nimirum impensam suam deducere posit. Alia quoque differentia est inter fructuarium & vsuarium, etenim hic dominum venientem ad fundum prohibere potest, sed colonū nō prohibebit, nec familiam scilicet eam quæ agri colēdi causa illic sit [m]. Quòd si dominus vrbanā familiā eò mittat: qua ratione ipse prohibetur, & familiā prohibendā eiusdē rationis est. Est & tertia differētia, nā vsufructuarius sui vsusfruct[n] vtilitatē ad alios trāsferre potest, idq; pactionibus, iure apud ipsum remanēte [n]: sed vsuario nihil tale permittitur [o].

§. Item is qui ædium vsum habet.

Quarta differentia est, quòd si marito vsus relictus sit, liceat ei domum inhabitare cum suis [p]. Suorum autem appellatione continentur liberi, vxor, & reliqui familiares [q]: sicut & contrà vsu ædium mulieri legato, videtur permissum ei vt cum marito habitare liceat, ne ei matrimonio suo carendum foret cùm vult vti domo [r]. non aliter tamen mulieri recipere hospitē concedemus, quàm si is sit qui honestè cū ea quæ vsum habeat, habitaturus sit [s].

§. Item is ad quem.

Quinta differentia est, quòd si vsus ministerij alicui relictus sit, ad suum ministerium vtetur, & liberorum, coniugisque. Operas autem serui vsuarij non locabit, neque alij vtendas concedet. Quemadmodum enim concedere aliis operas poterit, cùm ipse tantùm vti debeat [t]? Si tamen fundum cōduxerit quis, vsuarius seruus rectè ibi operabitur: sicut & si lanam conduxerit vsuarius expediendam, poterit etiam per vsuarias ancillas opus perficere. sibi enim facere videtur, qui non operas eius locauit, sed opus quod conduxit expedit. Sexta differentia est, quòd pecorum vsu legato, vsuarius ad stercorandum agrum vti poterit, lacte verò non nisi modico, cùm in fructu sit, illi vti conceditur [v].

§. Sed & si cui habitatio.

Tertia seruitutis personalis species est habitatio: quæ in hoc cum vsufructu conuenit, quòd locari posit habitationis cōmoditas [x]. Cuius rei illa est causa, quia in alimenta relicta est habitatio: vnde nihil retulerit qua ratione pecuniam parare sibi posit [y], dum tamen id ipsum gratis nō fiat [z]. Hoc quoque commune habet cum vsu, quòd easdem omnino personas habitator admittere potest, quas vsuarius [a]. Cum vtroque æqualiter conuenit, quòd iisdem omnino modis constituatur habitatio, quibus vsus vel vsusfructus [b]. Ab vsufructu discernitur, quia hæc finitur tantùm morte [c], vsusfructus autē aliis plerisque modis [d]. Sed & inter vsum & habitationē differentia est, cùm vsus locari non posit [e], habitatio verò posit [f]. Ex æquo ab vtroque discrepat, quia in ædibus tantum locus est habitationi, in aliis autem, non tantùm ædibus tam vsus quàm vsusfructus constitui potest.

Titulus, De vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus.

Hactenus de acquirendi dominij modo per iuris gentium auctoritatem, dictum est [g]: iam de acquirendo lege ciuili dominio paulo accuratiore cura disputandum est [h]. Acquirimus ergo dominium lege ciuili vsucapione, quā Modestinus ita definit [i], vt sit adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti. est enim adiectio dominij: idque ea forma vocatum existimo, quā nos adiectionem bonorum dicimus, quando hæreditas non est [k]: & adiectio pignorum, quando minimè expectato domini consensu bona alicui in solutū adiudicantur [l]. Etenim cùm dominium sit iuris, facilè potuit in alium legis auctoritate transferri: quæ dominij translatio hoc facilius toleratur, quòd lex domini consensum adesse existimet [m]. Alioqui cùm citra illius consensum res eo inuito apud eum esset, atque ita in furti

speciem

m d.l. si habitatio. §. si vsus ff. eodem.
n l. arboribus. §. vsufructuarius. ff. de vsufructu. l. necessario. §. 1. ff. de periculo et cōmodo rei vēdite.
o glos. in verbo, cedēdo. §. finitur. sup. tit. prox.
p l. 2. & l. seq. & l. caterū. ff. eodem.
q l. plenum ff. eodem.
r l. caterum. versi. mulieri. ff. eodem.
s l. non aliter ff. eo.
t l. plenū. versi. si vsus ministerij. ff. eodem.
v d.l. plenum. versi. sed si pecoris.
x l. cum antiquitas. C. eod.
y l. si habitatio. ff. eodem.
z d.l. si habitatio. versi. denique donare.
a d.l. si habitatio. in prin.
b §. 1. sup. de vsufructu.
c l. habitatio. C. de vsufructu.
d §. finitur. sup. tit. pximo.
e §. 1. sub fi. sup. eo.
f d.l. si habitatio. & l. cū antiquitas.
g §. singulorū. sup. de rerū diuisione.
h §. vlt. sup. tit. proximo.
i l. 3. ff. eodem.
k l. 2. inf. de eo cui libertatis causa bona addicuntur.
l l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudica.
m l. alienationis verbū. ff. de verbo. signifi.

ſpeciem caderet [n], nunquam vſucapio procederet, lege Attinia huic rei obſiſtente [o]. Quæ omnia etiam eò tendunt, vt dominium directum vſucapione ſicut & præſcriptione nobis adiici putemus [p]. Quod aliqui futilibus argumentis moti nō admiſerunt [q]: quorum ſententia præterquam quòd multis argumentis conuellitur, tamen hac ratione infirmari poteſt, quòd vſucapionis vocabulum in iure frequentiſſimè pro præſcriptione vſurpemus, & contrà [r], neq; omnino verū eſt, quòd rei mobilis vſucapio ſit, præſcriptio verò rei immobilis: quod eleganter Alciatus contra receptam omnium interpretum ſententiam multis rationibus non ſemel cōfutauit [s]: cui accedo. Additum eſt in diffinitione, continuam poſſeſsionem in vſucapione deſiderari. In ea enim vſque adeò poſſeſsio neceſſaria eſt, vt citra poſſeſsionem eā procedere nō exiſtimemus [t]: id quod & vox ipſa ſatis indicat. eſt enim vſucapio per vſum, id eſt poſſeſsionē acquiſitio [v]. Tempus autē quod lex tā vſucapioni quàm præſcriptioni definiuit, biforme eſt. Etenim in vſucapione triennium deſideratur, in præſcriptione inter præſentes decennium, ſicut & vicennium inter abſentes [x]: quod à Iulio Paulo primùm animaduerſum [y], & poſtea Iuſtinianus hoc loco ſecutus eſt. Sed qua gratia introducta eſt vſucapio? Et Caius in l.1.ff.eo. bono publico introductā eſſe affirmat, ne dominia rerū eſſent in incerto: propterea quòd ex huiuſmodi incertitudine lites plerumq; oboriebātur, quas componi Reip. intereſt. quod eruditè Alciatus aduerſus quorundam recentiorum vanas & inutiles diſputationes cenſuit [z]. cuius ſententiæ nemo ſanus facilè aduerſabitur.

n l.1.ff.de furtis.
o §.furtiuæ.inf.eo.
p Martinus apud Accurſium in l.traditionibus.C. de pactis.
q Canoniſtæ in rub.de præſcriptionibus. communiter docto.in d.l.traditionibus.
r l.quare.l.eum qui ædes. ff.eodem.
s Alcia.in l. quinque pedum.C.finium regundo.
t l.ſine poſſeſsione.ff.eo.ca. ſine poſſeſsione, & ibi Dinus notat de reg.iur.li.6.
v Alcia.in l.quæſtio.ff.de verb.ſignifi.
x l.vnica. C. de vſucap. transforman.
y receptarum ſententiarū lib.5.titul. de vſucapionibus.
z Alcia. in d. l. quinque pedum. contra Iaſonem hic & alios interpretes.

§. Iure ciuili conſtitutum fuerat.

Rei mobilis dominium triennio vſucapione acquirimus, ſicut & rei immobilis decennio inter præſentes, & vicennio inter abſentes [a]. Quod non ſimpliciter tamen accipiendum erit, quinimo multa ad huiuſmodi vſucapionem neceſſaria ſunt [b]. Etenim titulus deſideratur, vt quia rē quis emerit, vel ei donata, aut aliquo alio modo legata fuerit. deinde quòd bona fide rem ſibi parauerit [c]. Sufficiet autem ab initio bonam fidem interceſsiſſe: licet procedente poſtea tempore rem alienam eſſe cognouerit [d]. Quod vt verum demus iure ciuili, pontifices tamen non admiſerunt [e]: quibus ea in re adhærendum cenſeo ſecundum notata Panormitani in cap.1. & 2. de noui operis nunciatione, eiuſdem & aliorum in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitutionibus. Iure enim canonico perpetua & minimè interrupta bona fides deſideratur. Qua ratione à pleriſque traditum eſſe video, eū qui bona fide præſcriptionem impleuerit, ſi poſtea erga rem ipſam malè affectus ſit, iure diuino non ſatis tutum eſſe. Id quod ex cauſa vſucapionis introducendæ iudicari poteſt. Etenim cùm eo præcipuè nomine vſucapionē eſſe conſtet, vt lites ex incertitudine dominiorum obortæ ſedarentur, conſtat in diuino foro litibus aut præſumptionibus nullum locum eſſe [f]. quilibet enim Chriſti traditionibus initiatus bonā fidem agnoſcere debet. Præterea exigimus vt triennio continuo rem ipſam quis poſsiderit [g]. Continuam autem poſſeſsionem ex eo præſumimus, quòd ſtatim re ſibi tradita poſsederit, & hodie quoque poſsideat. ſic enim medio tempore poſſediſſe intelligitur [h]. Ad extremum hoc vnum præcipimus, vt res ſuapte natura præſcribi poſsit, id eſt vt ſit præſcriptibilis, vt vulgò dicitur, vt neque furtiua [i] aut religioſa res ſit. Sanè in actionibus perſonalibus præſcribendis non huiuſmodi tempus, ſed 30. annorum obſeruandum erit [k]: Sicut & in re eccleſiaſtica præſcribenda quadraginta anni neceſſarii ſunt [l]: Licet id ei ſacris canonibus permiſſum ſit vt triginta annis rem priuati præſcribat [m]. Videmus quoque conſuetudine indici poſſe, vt vel longius vel conciſius tempus requiramus [n].

a l.vnica.C.de vſucap.trāſformanda. & vide omnino l. vlt. C.de præſcriptiōe 10.vel 20.annorū.
b l.1.iunctis ſeptē ſequētib. ff.de Publiciana.
c l.penul.C. quib9 nō obiicitur lon. temp. præſcriptio. & vide l. bona fidei. ff. de verbo. ſignifi. omnino.
d l.vlt.C.de præſcrip. lōgi temporis.
e docto.in ca vigilāti. & in ca.ſi diligenti. cap.vlt. de præſcriptionibus.
f cap. nouit. & ibi notatur. de iudiciis. docto. in l.1.de acquiren.hæredita. eruditè Alcia.in l. nihil aliud ff.de verbo.ſig.
g d.l.vnica.
h l.ſine poſſidetis. C.de probationibus.
i §.furtiuæ.vbi dicā inf.eo.
k l.ſicut l.omnes.l.cū notiſsimi.C.de præſcrip.30. vel 40.annorum.
l ca.ad aures.ca.de quarta.de præſcriptionibus.
m cap.ſacrorū.de præſcriptionibus.
n arg. l. diuturna. ff. de legibus.

§. Sed aliquando.

In vſucapione hoc non mediocri curæ nobis eſſe debet, vt inſpiciamus num res eo vitio affecta ſit, quòd vſucapionem refugiat[a], aut noſtro cómercio exempta ſit. Quarum enim rerũ cómerciũ eſſe nõ poteſt, earũdem & vſucapio eſſe inquit[b]. vnde liberi hominis, aut rei ſacræ quantumcunque bona fide emptæ vſucapio eſſe non poteſt[c]: ſicut nec ſerui fugitiui, cùm enim fugiendo ſui furtum faciat[d], lex Attinia furtiuarum rerum vſucapionem prohibet[e]. Huc accedit, quòd cùm in vſucapione neceſſaria ſit poſſeſsio[f], fugitiuus tamen ſemper à domino poſsideri intelligitur[g]. Sed & vxor quæ intra quartum conſanguinitatis gradum eſt, nullo quantumlibet longo tempore iuſta vxor eſſe poterit[h]. Sic & res pupilli præſcribi nequit[i].

§. Furtiuæ.

Furtiuæ quoque rei vſucapio ſequi non poteſt[k]. nam lex Attinia vſucapionem nõ admittit niſi in poteſtatem eius cui ſurrepta eſt, reuertatur[l], cùm illius rei æterna ſit ſemper auctoritas[m]: quod & ad res violenter ablatas producendum eſt, adeò vt nec is qui rem furtiuam aut violentam bona fide acceperit, vſucapere queat. Etenim res vitio reali affecta, ſemper ſuos quoſcunque ſucceſſores afficere ſolet[n].

§. Sed tamen.

Licet is qui bona fida rem à fure emerit, vſucapione dominium ſibi acquirere nequeat[o], ſi tamen hæres iuſto errore ductus, nimirum quòd rem hereditariam commodatam defunctõ, aut apud eum depoſitam exiſtimaret, alicui bona fide vendiderit, emptor eam vſucapiet[p]. Neque enim videtur accuſandus furti hæres qui rem talem vendiderit, cùm iij qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam ignorantiæ cauſam habere intelligantur[q]. Sed nunquid hæres rem eandem titulo pro hærede vſucapere poſsit[r]? Et verius eſt vt ſi quidem extraneus ſit, id ei permittatur, cùm is tum titulũ habere incipiat. Suo verò hæredi non licet[ſ], cùm is non titulum habere, ſed dominium in eum continuatum eſſe intelligatur[t]. quod Accurſius hîc annotauit[v].

Verſiculus, Item ſi is.

Superius diximus partum ancillæ in fructu non eſſe[x], cùm abſurdum ſit, hominem in cuius gratiam natura omnia comparauerit, in fructu eſſe. Hic traditur quòd ſiquis huiuſmodi partum ſuum eſſe credens, bona fide ementi vendiderit, vt ei vſucapio procedat[y]. Licet enim hîc in iure erratum videatur, vulgóque dici ſoleat errorem iuris in vſucapione non tolerari[z], tamen id in eo qui acceperit rem alienam per errorem iuris, non in eo qui tradidit, receptum eſt[•]. Cuius rei illa eſt cauſa, quia in accipiente bona fides cum titulo deſideratur, quam iuris error impedit: in tradente verò bonam fidem tantùm inſpicimus: quæ ex eo quoque acceſsiſſe præſumitur, quòd iuſtus vel alioqui leuis error quempiam à mala fide excuſet[a].

§. Quod autem.

Qui alieni fundi poſſeſsioné ſine vi nactus eſt, vt quia vel domini negligentia vacet, vel quia dominus ſine ſucceſſore deceſſerit, vel longo tempore abfuerit, hic licet vſucapere non poteſt, quia intelligit ſe alienum poſsidere, ſi tamen bona fide alicui tradiderit, poterit vſucapere[b]: quod plerique aduerſus Accurſii ſententiam intellexerunt[c] quando res vacabat alicuius morte, vt quia à nemine poſsideretur: alioqui vbi paulò antè ab aliquo poſseſſa fuerit, cùm violentiæ vitio affecta ſit, procliuius eſt vt nunquam vſucapiatur[d]. Meminerimus tamen eum qui ſic vacantem rem vendiderit, inſtar violenti poſseſsoris teneri & ad illius reſtitutionem & æſtimationem[e]. Hodie quoque cùm is qui vacantem rem occupauerit, malè affectus eſſe videatur, vt qui debuerit intelligere rem ad alium pertinere, vix eſt vt hic locus obtineat,

a §. nouiſsimè. inf. eod.
b arg. l. vlt. C. de reb⁹ alie. non alienand. arg. l. alienationis verbum. ff. de verbo. ſignifi.
c l. vlt. C. de lõ. tẽp. præſcriptione quæ ꝓ liberta. cap. nulli. de reb. eccle. non alienan.
d l. 1. C. de ſeruis fugit.
e §. furtiua. inf. eodem.
f l. ſine poſſeſsione. ff. de vſucapio.
g gloſ. hic in verb. ſeruum fugitiuum.
h cap. vlt. ſub. fi. de cõſanguinit. & affinita.
i l. bonæ fidei. ff. de acquirẽdo rerũ dominio. quod infra latius dicam in §. res fiſci.
k l. ſequitur §. quod antẽ l. non ſolum. §. eodem.
l dicto. § quod antẽ. l. mulierio. §. deſinere. ff. de verbo. ſignifi.
m Gellius lib. 17. c. 7. Alcia. in l. quæſtio. ff. de verbo ſig.
n quod infra latius attingam in §. nouiſsimè. inf. eodem.
o §. furtiua, ſup. eodem.
p l. poteſt. & l. ſeq. ff. eodem.
q l. qui in alterius ff. de reg. iur.
r gl. hic in verbo, accipiẽti. ſub fi.
ſ l. 2. C. de vſuca. ꝓ hærede.
t l. in ſui. ff. de liberis & poſthumis.
v d. glo. in verb. accipienti.
x §. in pecudũ ſup. de rerũ diuiſione.
y glo. hic in verbo furtũ.
z l. nunquã. 2. in princ. & l. ſi fur. in princ. ff. eodem.
• Porcius hic & communiter alij.
a gloſ. in l. plagij. 2. C. ad le. Fla. de plagia.
b l. furtũ. & l. quare. ff. eo.
c gloſ. hic in verbo, longa.
d l. vlt. C. vnde vi.
e gl. in d. l. vlt.

neat,cùm tam in tradente quàm in accipiente bonam fidem desideremus[f], atque ita Accursij nostri sententiam sic tueri posse crediderim[g].

§. Aliquando etiam.

Lex Attinia furtiuæ rei vsucapionem inhibet[h], nisi ea in domini potestatem reuertatur[i]. Reuersa autem esse intelligitur, quando sic rediit in nostram potestatem,vt etiam id ipsum certò sciuerimus[k],eiúsque possessioné amittere non posimus[l]. Sed nunquid sufficiet rem impigneratam in creditoris manum rediisse? Et verius est id non sufficere. Cùm enim creditor dominus non sit[m],non potest videri res in domini potestatem rediisse: quod plerique omnes intellexerunt[n] in extraneo qui rem impigneratam surripuerit[o]: alioqui vbi dominus rem impigneratam surripuisset, tunc cùm respectu domini furtiua res non sit,consequens est,vt illa posit vsucapi:licet quo ad creditorem in gratiam illius iuris quod habebat, furtiua sit. vnde vt purgetur illius rei vitium, eam rem in potestatem creditoris reuersam esse sufficiet[p].quod Castrensis ex Bartolo tradidit[q].

§. Res fisci nostri vsucapi non possunt.

Res fisci, quas vulgus imperitum domanium Principis vocat[r], vulgari hac vsucapiendi aut præscribendi ratione vsucapi non potest, sed triginta vel quadraginta annorum spatio[s]: idque in his regulariter obseruatur, præterquam in quatuor casibus. Primus est,si aliquid ipsi fisco legatum sit. Secundus, si ei aliquid donatum fuerit. Tertius, si aliquid ex venditione ipsi fisco accesserit.nam & tum annorum centum spatium desideramus[t]. Quartus casus est, in quo nullo vnquam tempore aduersus fiscum procedit præscriptio, quando quis vectigalia, census, tributa, & alia eiusmodi quæ sibi princeps in argumentum supremæ potestatis reseruauerit, præscribere velit: quod nulla vnquam ratione fieri conceditur[v].Sed & quod in fisco obseruatur,idem quoque in rebus ciuitatis obtinet,vt in illis 40. annorum spatium desideretur. Nec nos quicquam mouerit quòd ecclesiæ (cui similis est ciuitas) centum anni constituti sunt[x]:quod quidem longissimum vitæ hominum tempus imperator elegit, ne in infinitum exactio rerum ecclesiæ relictarum extenderetur,id enim de ecclesia Romana intelligendum est[y]. In reliquis verò ecclesiis,quibus similes esse ciuitates concesserim,propius est vt huiusmodi 40. anni sufficiant[z]. Minus quoque moueor eo quòd ciuitates loco priuatorum habeantur[a].Id vt in aliis verum sit, in præscriptione tamé locum non habet[b], quæ modò longiori,modò nullo vnquam tépore conceditur[c].Sanè in plerisque casibus præscriptio nullo modo conceditur,quémadmodum in rebus pupilli[d],aut filiorumfamilias[e], in rebus dotalibus[f], aut in re quæ contra legem Iuliam repetundarum præsidi prouinciæ data est[g]. quod Accursius hîc prolixius exequitur[h].

Sed Papinianus scripsit.

Bona vacantia dicuntur esse ea quæ tunc ad fiscum deferuntur, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo legitimum reliquerit hæredem[i]. Hic autem traditur, eum qui ex bonis eiusmodi aliquo titulo quidpiam acquisierit, posse 10. vel 20 annorum spatio præscribere: quod verum est vbi titulus accesserit[k]. Alioqui si nullus titulus adest,tunc 30. annorum spatiú, sicut & in superioribus,desideratur. quod Bartolus annotauit[l].

§. Nouissimè sciendum est.

Vitiorum triplex est distinctio:quædam sunt realia,alia quasi realia,tertia quasi personalia. Realia sunt, quæ rei ipsi adhærent, atque ita adiunguntur, vt ab hac diuelli non posint: vt est vitium furti, violentiæ, & aliquot aliarum rerum[m]. Quasi realia sunt, quæ quanuis verè realia non sint, horum tamen

f authen. mala fidei. C. de præscrip. lon. tem. dec. vel vig. an.
g glos. hic in verbo, longa. sub fi.
h §. furtiuæ. sup. vbi dixi.
i l. sequitur. §. quod autem dixi. ff. eodem.
k l. qui fundum. §. penul. ff. pro emptore.
l l. mulierum. §. desinere. ff. de verbo. sig.
m l. neque pigu°. ff. de regu. iuris. §. contrà autem inf. quib. aliena. lic. vel non.
n Faber, Areti. Porc°, & omnes hic.
o l. sequitur. §. quod autem. ff. eodem.
p l. vlt. ff. pro soluto.
q Paul° de castro post Bar. in l. cū sit probatum. C. de vsucap. pro emptore. Bar. in l. sequitur. §. si rē. ff. eo.
r Budæus ad tit. de off. quæstoris. Alcia. in l. inter public. ff. de verbo. sig.
s l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. anno.
t l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. ecclesiis.
v l. cōpetit. C. de præscrip. 30. vel 40. ānorū. iūcta l. vectigalia. C. noua vectigalia institui nō posse.
x d. l. vt inter diuinū. C.
y docto. in authen. quas actiones. C. eo tit.
z doct. ī d. l. vt īter diuinū.
a l. eū qui vectigal. sub fi. ff. de verbo. signi.
b Alcia. in d. l. eū qui vectigal.
c l. vsucapionē. ff. eo. iūcta l. viā publicam ff. de via publica.
d l. bona fidei. in fi. l. ressōs ff. de acquir. re. dominio.
e l. 1. §. vlt. C. de annali exceptione.
f inf. quib° aliena licet vel non. §. 1.
g l. pen. ff. ad le. Iul. repetū.
h gl. hic in verbo, nō potest.
i l. 1. l. vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10.
k glos. hic in verbo, vsucapere.
l Bar. in l. inter quatuor. ff. de diuer. & temporalib. præscriptionib.
m §. furtiuæ. sup. eo. nota. ī l. vitia. C. de acquir. possess.

naturam induunt, vt ſiquis vel à pupillo contra interdicta legũ ſciens emerit[n], vel rem ciuitatis[o], aut rem ſacram, aut aliquam etiam rem hominum commercio exemptam acquiſierit. Videtur enim res ipſa affecta vitio reali, vnde illius vſucapio ſequi non ſolet. In vtroque vitij genere regula eſt, vt etiam ſi bona fide rem reali aut quaſi reali vitio affectam quis emerit, vſucapere tamen nequeat. huiuſmodi enim vitia ſucceſſoribus omnibus tam vniuerſalibus quàm ſingularibus obſunt[p]. Sunt & alia vitia perſonalia, quæ perſonæ adhærent, cuiuſmodi eſt dolus, mala fides, ſcientia rei alienæ, quæ in ſingularem ſucceſſorem non tranſeunt[q]: licet in vniuerſali aliud receptũ ſit. Hic enim cùm in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis, ſuccedat[r], videtur eſſe vitiorum & omnis culpæ comes[ſ]. Sed hodie iure nouo vix eſt vt inter huiuſmodi ſucceſſores diſtinctio admittatur. Eo enim iure receptum eſt, authoris vitium, quale quale ſit, omnibus ſucceſſoribus nocere[t]. quod communiter omnes probant[v].

§. Error.

Solet tripartitò error hoc iure noſtro conſiderari[x]. & in primis vt ſit error quidam iniuſtus, quãdo quis nulla aduerſarij calliditate inductus in facto proprio errat: cuius exemplum hoc in noſtro reſponſo proponitur. Huic contrarius eſt error iuſtus, cùm quis in facto quidem proprio errat, ſed aduerſarij technis circũſcriptus[y]: vt ſi fortè procurator meus cui emendam rem mandaueram, perſuaſerit mihi ſe emiſſe, egóque illius fidem ſecutus rẽ ipſam præſcribere velim, & id quidem mihi permittitur. Eſt & tertius error, quem ipſi iuſtiſsimum vocauerunt, vt eſt error facti alieni: híc que omnibus iuſtiſsimam patrocinii cauſam præſtare ſolet[z].

§. Diutina.

In præſcriptione adimplenda, defuncti poſſeſsio hæredis poſſeſsioni adiungitur[a]: vt ecce ſi defunctus ſeptennio poſſederit, & hæres triennio, res præſcripta eſſe intelligitur[b]. Quin & illud receptum eſt, cœptam vſucapionem à defuncto, ante aditam tamen hæreditatem adimpleri poſſe[c]. Licet enim hæreditas non poſsideat[d], poſſeſsionem tamen à defuncto cœptã continuare poteſt[f]. Sed nec diſputandũ erit, an hæres ſciat rem alienam eſſe, modò defunctus bonam fidem habuerit[g]. Illud enim pro regula traditum eſt, malam fidem ſuperuenientẽ, vſucapioni non officere[h]. Qua tamen in re videnda ſunt ea quæ ſuperius adnotauimus ad paragraphũ primum ſup. eodẽ. Planè ſpectandum erit, num defunctus bona fide rem apud ſe habuerit: alioqui vitioſum poſſeſsionis initium ad hæredem quoque porrigitur[i]: neque quicquam iuuabitur, ſiue adminiculo ſui auctoris vtatur[k], ſiue præſcriptionem à ſua perſona inchoare velit. quoquo enim modo id fecerit, ſemper tamen ei mala fides obfuerit[l].

§. Inter emptorem.

Emptori tempus venditoris ad vſucapionem procedit[m], modò tamen in vtroque bonæ fidei modus adſit[n]: licet in vniuerſali ſucceſſore bonam ipſius auctoris fidem tantùm inſpiciamus[o]. Cuius rei illa eſt cauſa, quia hæreditas præſcriptionem impleret, etiam ſi hæres id non faceret[p]. Planè eadem ratione inductum eſt vt tempus negligentiæ auctoris, ſucceſſoris negligentiæ adiungatur[q].

§. Edicto.

Quanuis rem alienam vendere liceat[r], id tamen in domini detrimentum minimè fieri poteſt[ſ]. nam & illi vendicare ab emptore permittitur[t]. quod tamen in eo qui à fiſco bona fide tanquam rem ſuam vendente aliquid emerit[v], non procedit. nam emptor ſtatim ſecurus eſt[x], licet ei intra quadriennium aduerſus fiſcum experiri concedatur, poſt quadriennium verò intempe-

n l. nunquam. 2. ff. eodem.
o arg. l. reſpublica. C. quib. ex cau. maio. in integ. reſtituantur.
p d. l. vitia. & l. Põponius. §. cum quis. ff. de acquirẽ. poſ.
q arg. l. apud celſum. §. ſi cum legitima. ff. de doli excep.
r l. nihil aliud. ff. de ver. ſig.
ſ l. cum hæres. l. an vitiũ. ff. de diuer. & tẽporalib. præſcrip.
t auth. mala fidei. C. de præſ. 10. vel 30. ãnorũ.
v doctò hic & ibi.
x Aretinus hic.
y l. quod vulgo. ff. pro empt.
z §. ſed tamẽ id aliquãdo. ſup. eo. not. Deci. in l. qui in alterius. & Dinus in cap. cum quis de reg. iur. ff. & in 6.
a l. 2. §. ſi defunctus. ff. pro emptore.
b l. nũquam. 2. §. vacuum. ff. eod.
c l. cœptam. ff. eodem.
d l. 1. §. ſcæuola. ff. ſiquis teſta. lib. eſſe iuſſ. fuerit.
f d. §. vacuum.
g d. §. ſi defunctus.
h l. vnica. §. hoc proculdubio. C. de vſuca. transfor.
i d. l. cũ hæres. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.
k l. Pomponius. §. cũ quis. ff. de acquir. poſſeſsione.
l auth. mala fidei. C. de præſcript. longi tẽpo. 10. vel 20 an.
m l. 2. §. ſi defunctus. verſ. emptori. ff. pro emptore.
n glo. hic in verbo, tẽpora.
o dixi ſup. §. nouiſsimè.
p l. nũquam. 2. §. vacuum. ff. eodem.
q l. ſiquis alia. §. 1. ff. quẽad. ſeruit. amittan.
r l. rem alienã. ff. de cõtra. empt.
ſ glo. in d. l. rem alienan.
t arg. l. actionũ genera. ff. de actionib. & obligat.
v gl. hic in verbo, emerit.
x l. bene à Zenone. C. de quadrienn. præſcriptione.

intempestiuius rei iam præscripta agitur, nisi si vel minorem, vel Reipub. causa absentem fuisse ostenderit[y]. In priuatis verò personis id iuris obseruatur, vt illis vsque ad triginta annos actionis suæ substantia salua remaneat[z]. Id autem priuilegij fisco concessum est, vt quadriennio creditoris actioni præscribat[a]. Sanè videtur sacris ei interdictum, qui rem ecclesiæ à fisco vel Cæsare emptam non statim restituit[b]. quod iure Pontificio constitutum, Fabro ansam dedit existimandi huic nostro responso locum non esse, nisi siquis malit locum habere in re priuati alicuius hominis[c]. in ecclesia verò aliud ius receptum est.

Tit. De donationibus.

Ad rubricam.

Est & alia acquirendi dominij species, donatio scilicet, quæ à iure ciuili originem habet[d]. Olim enim donatio stipulatione fiebat, quam iuris ciuilis esse in confesso est. At hodie cum Iustiniani cõstitutione nudo etiam pacto fieri possit[e], id quod & ad mortis causa donationem protensum est, eá quoque iuris ciuilis esse cõstat: quod & rubricarum ordo facilè indicauerit[f], hoc enim loco eos tantùm modos persequimur, quibus dominiũ lege ciuili acquirimus. Donatio igitur, vt rem paulatim repetamus, est ex mera liberalitate atque munificẽtia in alterum facta collatio, ea quidẽ mente, vt statim fiat accipientis, nec vllo casu ad donantem reuertatur[f]. Oportet enim donationẽ à mera tantùm liberalitate descendere, neque vllã ob causam fieri[h]: alioqui si retaliandi beneficij gratia fieret, iam nõ tam donatum, quàm id quod debitum erat, solutũ esse diceremus[i]. hincque est quòd donationis vocabulũ simpliciter in iure prolatum, pro donatione simplici & absoluta vsurpetur[k].

§. Primus.

Donatio generali distinctione diuiditur in donationẽ quæ mortis causa, & eam quæ inter viuos fieri solet, quam nos mortis causa fieri dicimus[l]. De singulis igitur videndum. Mortis causa donatio est[m], cùm quis habere se mauult, quàm eum cui donat: magísque eum cui donat, quàm hæredem suum. Cuius tres species esse Iulianus apud Vlpianum docuit[n]. Igitur regula est, quod mortis causa alicui donatur, id in donatarij patrimonium venire solet, non secus quàm si quid alicui legatum sit: id enim legatario statim à defuncti morte acquiritur[n]. Eadem autem est legati & donationis mortis causa factæ ratio[o]: licet in plerisque non satis conueniant. quod Accursius[q], Faber, Aretinus & alij hìc latius executi sunt. Sed hæc ita accipienda sunt, quando mortis mentio facta est[r]: alioqui si in extremis constitutus quis se donare dixerit, de donatione mortis causa facta minimè id intelligi debebit[f], nisi aliquot coniecturis voluntas testatoris talis colligi possit[t]. Sed & si reuocata fuerit donatio (quod ipsum iure fieri potest) tunc procliuius est vt in donatarij iura minimè veniat. Præsumitur autem ex eo reuocatio, si quidem is qui donauit, superuixerit, aut si eum donationis pœnituerit[v], aut prior decesserit is cui donatum sit.

Vt si quid ei humanitus contigerit.

Siquid humanitus contingeret, id est si moreretur[a], licet testatores ex vulgi consuetudine, quæ plerumque concisior est & breuior, simpliciter accidere & contingere pro vita defungi dicunt. vltimus enim qui homini euenire possit casus, est mors.

Cùm magis.

Qui enim mortis causa donat, cogitat quòd amore vitæ se recepisse potius quàm dedisse mauult[b]. Atqui videtur idẽ in legato quoq; euenire: vnde nihil

y gl. hic in ver. quadriẽniũ.
z l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.
a d. l. bene à Zenone.
b can. quicunque. 12 q. 2.
c Faber hic tenet hunc §. esse correctum.
d gl. in verbo penè in §. Ius autem gẽtium. versic. & ex hoc iure. sup. de iu. na. Ias. & doct. alij in §. de constituta. de actionibus infr.
e l. sancimus. §. fin. antẽ nõ tu auro. C. de donationib.
f §. vlt. sup. de vsu & habita.
g l. 1. & l. donari. ff. de donationibus.
h Areti. hic versi. & vt planè videas.
i l. Attilius Regulus. ff. eo. Bart. in procemio fforum quem sequitur Panor. in rub. de donat. extra.
k arg. l. quæritur. ff. de statu hominũ. Alcia. ĩ l. alienatum. §. donationis. ff. de verbo. sig.
l l. 1. ff. de donationib.
m l. 1. ff. de mortis causa donat.
n l. 2. l. senatus. §. mortis. ff. de mort. cau. do. et cap.
o l. à Titio. ff. de furtis. l. pinde. ff. si certũ petatur.
p gl. hic in verbo, habebat.
q gl. hic in verbo, fere.
s l. Seia. §. cum pater. ff. de mor. cau. dona. l. Seia. & ibi Barto. not. ff. de dote prælega.
t l. 3. cũ tribus. ll. sequent. ff. eo. Faber hic.
v gl. hic in verbo, pœnituisse, arg. l. 3. §. non solũ. & l. seq. ff. de adimẽ. lega.
a Alcia. in l. in vulgari. §. siquis. ff. de verbo. signifi.
b l. senatus. §. mortis. ff. eo.

inter vtrumq; discriminis esse videtur. Verùm in donatione hæc vel præsens traditio, vel obligatio fit quæ in tempus mortis differtur[c], in legato non ita: quod Accursius docuit ibi[d].

§. Aliæ autem.

Donatione pura & absoluta, quam iurisconsulti donationem propriam vocant[e], dominium nobis acquiritur, sicut & superiore donationis specie. Etenim sicut emptori res vendita tradi debet[f]: ita & donatario. Id enim donationi cum emptione cõmune est: licet in eo dissideat, quòd euictionis donator non teneatur[g], nisi rei illius periculũ in se nominatim receperit[h]. Sed hæc ita obseruanda erunt, si quidem donatio perfecta fuerit[i]. Sed quo pacto eam perfectam esse intelligemus? Et verius est vt si scriptura vel aliquo alio genere probationis de donatoris mente cõstiterit, tunc donatio perfecta esse censeatur[k]. Quin & illud vulgo probatũ est, huiusmodi donationẽ insinuatione minimè egere, nisi quinquaginta aureos excedat[l]. (ita enim solidũ pro aureo hoc loco interpretamur)[m]. Donationi enim quæ supra quingentos aureos est, insinuatio vsque adeò conuenit, vt illi partiũ consensu renunciari nequeat[n]: illa scilicet ratione, qua vulgo proditum est, legi quæ aliquid prohibet, priuatorũ renunciationẽ nihil officere[o]. Nam & siquis insinuationem accessisse per instrumentum fateatur, non continuò huic instrumẽto adhærendũ puto, nisi prius solennitatẽ quam lex introduxit, obseruatã esse cõstiterit[p]. Quòd si donatoris iuramento id ipsum constet, tunc procliuior est eorum sententia, qui in gratiam iuramenti huic fidem adhibendam esse existimant: licet hic articulus maximè sit controuersi iuris[q]. Neque quicquã obfuerit huiusmodi insinuationẽ apud vtriusque partis iudicẽ factam fuisse[r]: sicut nec quòd decretum iudicis non accesserit. in ea enim minimè desideratur[s]: sicut nec illud obesse potest, quòd insinuatio non statim sed ex interuallo facta fuerit[t]. Sed pone donationem esse supra legitimum modũ: continuóne tota reuocabitur? Et verius est vt pars quę excedit, nõ à donatore tantùm, sed & ab illius hærede[v] vsq; ad triginta annos reuocari possit: id quod tam Aretinus quàm Faber cõmuni calculo annotauerunt. Cæterùm cùm remissio donationẽ arguat[x], nũquid & in remissione debiti necessariã insinuationẽ esse profitebimur[y]? Et Bartolus credidit[z] minimè necessariã esse, si quidem debitũ vsurarium remissum sit. idémque in eo quod ex pluribus causis debetur: vt si quidẽ illius remissio quingentos aureos excedat, insinuatione non egeat. Quòd si id ex vna eadémque causa debeatur, tunc insinuationi locum esse debere crediderim[a]. Sanè in plerisque casibus insinuatio minimè desideratur: quod latius Accursius hîc annotauit[b].

§. Sciendum est tamen.

Cæterùm quamuis donatio perfecta facilè rescindi nõ possit[c], immo nec ex principali rescripto: certis tamen ex causis admittetur reuocatio[d]. Etenim qui ingrati à donatore conuictus est, hic liberalitate in eũ collata rectè priuabitur[e]. Nam & ex ea causa in seruitutem reuocatio conceditur[f]. Sic & si grauem iniuriam donationis acceptor donatori attulerit, iustè ab eo donatio auferri poterit[g]. Atrocem autem iniuriam bonus iudex ex coniecturis aliisq; rerum argumentis dispiciet[h]. Idem est & si conditiones donationibus adscriptas donatarius minimè obseruauerit[i]. hæc enim iustissima causa reuocationis esse censebitur. Idem quoque crediderim vbi is donatoris vitæ insidiatus sit[k]. Denique nunquid ad pares vel paulo maiores causas extensio facienda sit, religio iudicantis considerabit[l]. Sanè huiusmodi reuocatio nec hæredibus datur, nec ad hæredes quoque transit[m], præterquam si immatura morte ita præreptus est donatarius, vt donatori aduersus eum experiundi facultas libera non fuerit[n].

§. Est

c l. non videtur. ff. eo.
d gl. in l. 1. ff. eo.
e in l. 1. ff. de dona.
f l. ex empto. ff. de act. empt. gl. ĩ verb. tradatur in §. pretiũ. inf. de cõtrah. emp. not. Marti. ĩ l. vnica. C. de sent. q̃ p eo quod interest.
g l. quoniã. C. de euictionib. l. Iulianus scribit. §. qui fundũ. & ibi gl. ĩ verbo, liberã. ff. de verb. obliga.
h Faber sub fi. sui cõment.
i hoc textu in princ.
l Data. C. eodem.
m Alcia. in l. etiã aureos. ff. de verbo. sig. arg. §. omnium infr. de pœna teme. litig. & l. si libertus. ff. de in ius vocando.
n Bart. in l. Modestin⁹. ff. eo.
o l. de his cõtrouersiis. ff. de transactionibus.
p Fab. hic ĩ ver. sed quid si ĩ litera. arg. l. quidã decedens. ff. de admini. tuto.
q Faber hic & Areti.
r d. l. data. sub fi.
s Aretinus hic.
t l. vlti. §. penul. C. de don. ante nuptias.
v arg. l. qui solidũ. §. prædium. ff. de lega. 2.
x l. si mulier. ff. de condictione causa data.
y Areti. hic ĩ versi. quid si remitto Titio.
z in l. Modest. ff. de donat.
a d. l. data.
b glo. in verbo, inuenit.
c §. alia. sup. eodem.
d l. generaliter. C. de reuocan. donationibus.
e l. his solis. C. de reuocan. donationibus.
f l. 2. C. de libert. & eorũ libe. dixi in §. maxima. sup. de cap. diminutione.
g d. l. generaliter.
h Faber hic. & vide §. atrox. inf. de iniuriis.
i l. 1. C. de don. q̃ sub modo.
k l. 2. ca. vnico. §. sed quia quę fuit prima causa beneficij amittẽdi ĩ vsi. feudorũ.
m d. l. generaliter. sub fi. & vide gl. notabilẽ ĩ ca. vlt. de donatio. extra.
n arg. in l. cõfirmando. ff. de confirman. tuto. & vide omnino l. his solis.

§. Est & aliud genus.

Acquirimus itidem dominium donatione propter nuptias, quam scilicet maritus vxori suę in dotis compensationẽ facere tenetur[o]: & hęc per omnia videtur exæquata dotibus. Ecce enim donatio propter nuptias ex æquo ipsi doti respondere debet[q]. Dominium quoque huius in vxorem transit[r], sicut & res dotalis in maritũ[s]: quod ex eo colligimus, quia mulieri vendicatio datur[t]. Qua ratione sicut maritus rem dotalem alienare non potest[v], sic nec propter nuptias donationem, quantumcunque mulieris consensus intercesserit, nisi post biennium iterum consentiat[x]. tunc enim nulla fraudis suspicio inesse præsumitur[y]. Sic & soluto matrimonio illius dominium ad maritũ reuertitur[z], sicut & dotis ad vxorem[&]. Sed meminerimus dominium nõ aliter ab vxore discedere, quàm si ei dos reddita sit. hac enim gratia ei donatio conceditur, vt interim illi circa dotis repetitionẽ bene consultũ sit[a]. Exemplo huius donationis propter nuptias, introducta est & spõsalitia largitas, quam sponsus sponsæ suæ facere solet: quæ si olim ita fiebat, vt nulla omnino ratione repeti posset, ex mera tantùm liberalitate descendere intelligebatur[b]. Idémque erat & si nulla omnino conuentio intercesisset. olim enim ea cõiectura sumebatur, vt omnino à libero animo profecta esse videretur[c]. Hodie tamen semper ob causam, futuri scilicet matrimonij, fieri intelligitur[d]: vnde & nuptiis non secutis repeti potest[e].

o l. vlt. C. de do. ante nupt.
q anthen. æqualitas. C. de pactis conuentis.
r auth. præterea. C. de dona. ante nup.
ſ l. Doce ancillã. C. de rei vẽ.
t d. auth. permissa.
v inf. sit. proximo in princ.
x auth. siue à me. et l. si mulier. 2. C. ad Velleianum.
y Aretinus hic.
z auth. de ęqua. do. §. 1. collat. 7.
& §. fuerat. inf. de actionib[9].
a Aretinus hic in versic. in eadem glo.
b l. si tibi. l. si mater. C. de donat. ante nup.
c d. l. si tibi.
d l. cum veterum. C. de do. an. nup.
e arg. l. stipulatione. ff. de iure dotium.

Diuus Iustinus.

Hic Iustinus auunculus fuit Iustiniani, qui ab eo quãdoque adoptatus est, & imperij consors atque Cæsar designatus est, anno ab instaurata salute supra quingentesimum vicesimonono: vnde est quòd hic Iustinum partem suum vocat[f].

f hoc §. & §. eac[9]. inf. quibus non est permiss. fa. testamen. vide Paulũ diaconũ in vitã Iustiniani, & Budæum ad l. vlt. ff. de ædilitio edicto.

§. Erat olim & alius modus.

Olim seruus à communi domino manumissus, iure accrescendi in non manumittentis domini patrimonium transibat: quod ipsum tanquam inhumanum Iustinianus è medio tollendum esse censebat[g]: permisitque vt dominus qui non manumisit, serui sui precium accipere cogatur. hincque colligimus quòd quamuis nemo rem suam inuitus vendere compellatur[h], cùm quilibet arbiter sit & moderator rei suæ: tamen id libertatis fauore hoc loco non obtinet, sicut nec in plerisque aliis iuris ciuilis locis. nam & Dardanarius qui diutius annonã attriuerit, rem suam minus iusto precio vendere cogendus est[i]: quod Aretinus hîc latius prosequitur.

g l. vnica. C. de communi seruo manu.
h l. in re mandata. C. mandati. l. nec emere. C. de iure deliberandi.
i Castrensis & Iason in l. 1. ff. de legibus.

Titulus, Quibus alienare licet vel non.

In rubricam.

Præcipuus dominij effectus iste est, vt de re quam vel gentium vel ciuili iure nobis acquisiuimus, pro arbitratu nostro disponere possimus[k]. Plerisq; tamen in speciebus restricta est huiusmodi disponendi potestas, quod ipsum diligenter hoc loco Tribonianus perstrinxit. Porrò alienationis verbo hoc loco omnis actus per quem dominium transfertur, intelligitur[l]: idque in lege Iulia ita accipi consueuit: in aliis verò latius plerumque sumitur[m], vt & pignorationem, hypothecam, permutationem, vsucapionẽ quoque contineat.

k d. l. in re mandata. C. mand.
l l. 1. C. de fundo dotali.
m l. censem[9]. C. de reb[9] alie. non alienã. l. alienationis verbũ ff. de verbo. & re. signifi.

§. Accidit aliquando.

Nonnunquam is qui dominus est, alienandæ rei potestatẽ non habet: & contrà nõ domino quandoq; id conceditur. De vtroque igitur dispiciendũ est. Et in primis maritus quamuis rei dotalis dominus efficiatur[n], tamen eam alienare non potest, lege Iulia huic alienationi obsistente[o]. Quod ideo prospectum est, ne fragilitate naturæ suæ mulier in repentinam deduceretur inopiam[p]. id quod in dote inæstimata intelligendum est[r]. Idémque & si æstimata sit, ea tamen gratia, vt illius precium pernoscamus[s]. alioqui si

n l. doce ancillam. C. de rei vendicatione. l. 1. C. de seruo pig. da. manu.
o l. lex Iulia. ff. de fũ. dota.
p l. vnica. §. et cũ lex. versi. cũ autẽ. C. de rei vx. act.
r d. §. & cum lex.
ſ l. si inter virũ. C. de iure dotium.

æstimatio venditionem faciat (id quod regulariter facere solet[v]) promptius est vt & illius alienatio nobis permittatur[x]. Idémque est & si rei mobilis dos constituta sit, quæ seruando seruari non potest[y]. nam ea quæ diutius seruari potest, immobilium naturam sapit: licet ea, obseruata legis solennitate[z], alienari possit. atque ita ipse expedio, licet articulus hic sit maximè controuersi iuris[•]. Sic & causa necessitatis res dotalis alienatur: quod in magna quoque & difficili necessitate obtinet, vt in ea quæ famis est[a]. Si enim illius nomine vel liberi hominis venditio non prohibetur[b], quanto magis & rei alicuius alienatio nobis permittetur[c]? Eadem ratione & si maritus ad rei dotalis diuisionem prouocetur (nam ipse prouocare non potest[d]) & res commodam diuisionem non admittat, permittetur hac ex causa alienatio[e]. Sic & si in vtilitatem mulieris vergat huiusmodi alienatio, inhiberi nõ debebit[f]. Cessat enim huius prohibitionis ratio, quæ detrimento mulierum cõsulit[g]. Ad eundem modum cum vniuersitate res dotalis transferri potest[h]. Nam & videmus iuris patronatus introductam alienationẽ cum vniuersitate rerum admitti[i]. Quin & illud receptum est, vt si mulier iureiurando huic alienationi cõsentiat, vt toleretur vẽditio[k]. quod ipsum iure põtificio constitutum est. Licet enim nudus ipsius mulieris consensus non sufficiat, adeò vt nec volente muliere alienatio permittatur, tamen receptius est sacramento huiusmodi alienationem confirmari[l]. præterquam si ab initio mulier sacramento adstricta se nunquam huic venditioni assensuram confirmauerit[m], cùm posteriore iuramento priori iuramento derogatum sit[n]. Æquius tamẽ est quod Faber hoc loco censuit[o], huiusmodi iuramento priore non infirmari venditionem, idque eo maximè, quando rem dotalem quis bona fide emerit: in eáque specie receptum est mulierem quanti interfuerit emptoris teneri.

v l. ex conuentione. C. de pactis.
x glossa hic prima.
y arg. l. si ex lapidicinis. ff. de iure dotium.
z auth. siue à me. C. ad Vellejanum.
• Faber hic & Aretinus.
a arg. notatorũ in l. vnica. C. de liberali causa.
b l. 1. c. de patrib. qui fil. distraxerunt.
c Doctores hic.
d l. vlt. C. de fundo dotali.
e arg. §. eadẽ interueniunt. inf. de offic. iud.
f l. vlt. ff. de iure dotium.
g Alcia. in l. alienationis verbum. ff. de verbo. sig.
h l. 1. sub finem. ff. de fundo dotali.
i notatur in cap. quanto. de iudiciis.
k cap. cum contingat de iureiurando.
l arg. auth. sacramẽta puberum. C. si aduersus vẽditionem.
m cap. licet. de iureiurando lib. 6. Aretinus hic.
n arg. cap. intellecto. de iureiurando.
o Faber hic ĩ vers. sed hac cautela.

Neque consentientibus.

Atqui vnicuique fauori in suam gratiam introducto licet renunciare[p]: id quod omnino obtinet, si vnius tantùm fauorem respiciat[q]: alioqui si ad alium quoque huiusmodi fauor protendatur, receptum est vt renũciatio interposita nulla sit[r], sicut hoc loco. nam dotatas esse mulieres, ad priuatam ipsarum vtilitatem pertinet: licet ex quadam necessaria consecutione plurimũ quoque vtilitatis Reip. accedat[s]. Quantúlibet igitur mulier consenserit, maritus tamen vendicare rem dotalem poterit[t], licet emptori precium necesse habeat refundere: euictionísque nomine bonæ fidei emptori obligabitur, perinde ac si euictionis periculum in se nominatim suscepisset[a]: quod Faber hîc annotauit.

p l. si quis in conscribendo. C. de pactis.
q d. l. si quis.
r cap. si diligenti. de foro competenti.
s l. 1. ff. solu. matri.
t arg. l. quemadmodũ. sub fi. C. de agrico. & censi. lib. 10.
a l. si fundũ. C. de euictioni.

§. Contra autem.

Creditor licet dominium rei apud se impigneratæ non habeat[b], eam tamen alienare potest: qua in re ita distinguendum arbitror, vt si quidem id ipsum cõtrahentibus placuerit, omnino ei alienari concedatur[c], cùm omnis cõuentio quæ pignoribus inseritur, licita sit, nisi ei lex expresśim repugnet[d]. Quòd si nulla conuentio intercesserit, si quidem creditor se velle vendere semel tantùm debitori nunciauerit, tunc lapso biennio vẽditio pignoris illi conceditur[e]. Huiusmodi autem biennium ex die nunciationis computari solet[f]. Cæterùm si expresśim conuenerit ne pignus vendatur, adhuc videtur dicendũ permissam esse huiusmodi alienationẽ, idq; vbi ter denunciauerit[g]. Sed inter tres huiusmodi denunciationes aliquod interstitium tẽporis arbitrio iudicis definiendum intercedere debebit[h]. Illud enim constat, quòd si actum sit cũ creditore ne pignus vendi posit, adhuc tamen post trinam denunciationẽ vendi posse[i]. quod plerique publicæ vtilitatis gratia receptum esse existimarunt[k], cùm nemo facilè reperturus sit qui pecuniã sibi mutuare velit

b l. neque pign⁹. de reg. iur.
c l. vlt. c. de iure dotium.
d Bal. in l. ordo. C. de executione rei iudicatæ. per d. l. vlt. §. 1.
e d. l. vlt. §. 2.
f Aretinus hic.
g l. si conuenerit. ff. de pigneraticia actione.
h arg. auth. Qui semel. C. quomodo et quãdo iudex.
i d. l. si conuenerit.
k Areti. hic & alij communiter.

velit. quod tamen Alciatus non admisit[l]. Videtur enim venditio permitti in odium debitoris pignus suum non luentis: tanquam in huiusmodi conuétione tacita quædam insit conditio, nisi scilicet post trinam denunciationem pignus tuum repetieris[m]. Sanè creditorum exemplo episcopus quamuis rerum ecclesiasticarum dominus non sit[n], eas tamen alienare potest solénitate quam lex in illis constituit obseruata[o]. Quod & in tutore receptum est, qui vrgent, ibus creditoribus rem pupilli vendere potest[p]. Idem obseruatur in eo procuratore cui dominus liberam rerum suarum administrationé permisit[q]. Huic enim venditio sicut & ipsi domino conceditur.

§. Nunc admonendi.

Pupillus etiã si rei dominus sit, eam tamé alienare nõ potest quin tutoris authoritas intercedat[r]: alioqui si id fecerit, extanté rem védicabit: consumptã cõdictione repetere potest ab eo qui bona fide rem consumpserit. sin mala, ad exhibendũ couenietur, quasi scilicet dolo malo desierit possidere[s]. Quo exemplo videmus idem in adulto curatorem habẽte receptum esse, vt hic rem suam immobilem alienare sine curatoris authoritate nequeat[t]. exæquata enim est per omnia ferè vtriusque conditio[u]. Et hæc omnia in rebus immobilibus aut mobilibus, dum tamen seruari possint, locum habent, vt illarum venditio citra tutoris vel curatoris authoritaté decretique interpositionem non procedat[v]. Res autem mobiles solus tutor distrahere potest.

§. At ex contrario.

Cæterùm quamuis pupillus mutuans pecuniam, eam non faciat accipientis, ei tamen soluta pecunia in suum redigitur[x], licet debitori non ita bene consultum sit. quod vt rectius intelligatur, sic habe te: Debitor qui plenissimam liberationem consequi cupit, non aliàs id potest, quàm si tutore authore, & iudicis decreto intercedente pupillo soluerit[y]. quod tamé vno casu non procedit, vtpote si ex reditibus, pensionibus, aut vsuris aliquid pupillo soluitur[z]. Nam tunc decretum iudicis minimè necessarium est, modò tamen biennij metas, & centum solidorũ quantitatem non excedant. Quòd si pupillo soluatur omissa hac solennitate, debitor non aliàs liberationem consequetur, quàm si vel pupillus factus sit ex huiusmodi pecunia locupletior, id est non sit factus pauperior[a], vel pecuniã eandé saluã habeat: repelletur enim pupillus doli exceptione. quod etiã alio loco copiosius attingitur[c].

§. Sed ex diuerso.

Quemadmodum in solutione pupillo faciẽda decretum iudicis cum tutoris authoritate exigitur[d], ita & si pupillus cuipiam soluerit, prętor huic rei authoritaté suam interponere debet[e], ne alienationibus via aperiatur. Quod & ad solutionem iuris errore factam producendum est, vt semper aduersus eam in integrum restitutio postuletur[f].

TIT. Per quas personas nobis acquiritur.

Parum esset proditam fuisse acquirendarum rerum rationem, nisi item intelligeremus quib9 personis acquirẽdi potestas tradita sit, quæue sint eiusmodi personæ, per quas nobis acquirere possumus[g]. Igitur præter personas quas hoc loco diligenter enumerat, sunt & aliæ personæ quæ aliis acquirere consueuerunt, cuiusmodi sunt monachi quos suo cœnobio acquirere certissimum est[h]. Item is qui aliquod sacerdotium habet. Hic enim suæ ecclesiæ acquirere potest[i]. quod Aretinus hîc sentit, & Porcus sequitur.

§. Igitur liberi.

Vt rectius Triboniani mentem percipiamus, prius peculij significatio excutienda est. Vlpianus ex Tuberonis sententia sic peculium definiuit[k], quod seruus domini permissu separatum à rationibus dominicis habet, deducto inde si quid domino debeatur. Et hæc quidem significatio ad seruos propriè

l Alcia. in l. si quis in conscribendo. C. de pact.
m arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.
n cap. fraternitaté. de dona.
o auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccl. gl. hîc in verbo alienare.
p l. magis. §. non passim. ff. de reb. eorum. quod inferius attingã infrà. §. px.
q l. procurator cui libera. et ibi vide omnino Bart. ff. de procur. vide Aret. in §. védita suprà de re. di.
r §. 1. sup. de autho. tuto.
s l. non omnis. §. si pupillus. ff. si cer. peta. arg. l. à furio so. ff. s llo tit. iunc. l. si curatorem habens. C. de in integrum restit. minorum.
t l. ad exhibendum. C. ad exhibendum.
v d. l. si curatorem.
x l. lex quæ tutores. C. de administ. tutorum.
y toto tit. C. de præd. et aliis rebus mino. toto tit. ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura.
z arg. l. contra. ff. de pactis. & l. sancim9. C. de adm. tu.
a l. cõstitutioné. C. de administ. tutorum.
b l. in pupillo. ff. de solutio
c not. in l. ait prætor. §. quid tamen. ff. de minorib.
d l. sancimus. 2. C. de admi. tuto.
e l. magis puto. §. si pupillus ff. de rebus eorum.
f l. vlt. C. si aduersus solut.
g toto tit. C. per quas personas nobis acquiritur.
h auth. ingressi. auth. si qua mulier. & ibi notatur. C. de sacrosan. eccle. toto tit. de statu monachorum. not. in Clemen. exiui de verbo. sig.
i de peculio clericorũ ptotũ
k l. depositi nomine. §. peculium. ff. de pecul.

pertinet: licet eorum exemplo idem in filiofamilias receptũ sit: vt nimirum ea pecunia quam pater illis concesserit, peculium esse existimetur[l]. Peculiorum autem summa distinctio hæc est, vt quoddam sit castrense, aliud quasi castrense, tertium profectitium, vltimum aduentitium[m]. Castrense illud est, quod filiusfamilias miles in castris acquisiuit, aliàs nõ acquisiturus[n]. Peculio autem castrensi ceduntres mobiles quæ eunti in militiã à patre vel à matre aliisve propinquis vel amicis donatæ sunt: item quæ in castris per occasionẽ militiæ acquiruntur: in quibus sunt hæreditates eorum qui non aliàs noti esse potuerunt nisi militiæ gratia. Quasi castrense ad imitationem castrensis peculij receptum est[o]: cuiusmodi est illud quod liberalium artium magistri, clerici, aduocati, medici, & alij eiusdem notæ homines è publico acquirũt[p]. Fuerunt enim singulis professionibus sua stipendia constituta. hodie verò illorum loco videtur subrogata esse merces, quam à priuatis personis accipere consueuerunt. Hæc igitur omnia in quasi castrensi continebuntur, quæ vel aduocatus à suo clientulo, vel professor à suis discipulis accipere consueuit. Est & tertia peculij species, quæ profectitia dicitur[q], nimirum ea quam ex re patris, id est patris occasione filiusfa. sibi acquirit. quoquo enim modo, siue ex substantia patris, siue aliunde, modò id patris nomine fiat, partum peculium profectitium dici potest. Cæterùm quicquid aliunde acquirit filius, præterquam patris nomine, id aduentitium dicitur, nisi patri suo filius nominatim stipulatus fuerit[r]. Hoc igitur loco traditur iure veteri tam profectitia quàm aduentitia ita ad patrẽ pertinuisse, vt etiam pro suo arbitratu in alium transferre posset. Quod ipsum vt hodie in profectitiis verũ demus, in aduentitiis tamen Iustiniani constitutione immutatum est[s]. In illis enim vsusfructus patri acquiritur, prçterquam in aliquot casibus, quos tam Accursius[t] quàm Aretinus & alij hic copiosius perstrinxerunt. Castrensia verò & quasi castrensia ipso iure ad filium pertinent.

§. Hoc quoque.

Iure veteri pater emancipando filium, tertiam partem bonorum aduentitiorum consequebatur[v]: hodie verò dimidia pars vsusfructus in prçmium emancipationis ipsi patri cedit. Eadémque omnino iura consequitur pater in bonis filij emancipati, quæ patronus in bonis liberti[x]. quod antea annotauimus. Huiusmodi autẽ vsusfructus dimidia portio vsque adeò ad patrem pertinet, vt eã semper sibi seruasse intelligatur, nisi expresśim remiserit[y]: licet in peculio pfectitio aliud receptũ sit. Etenim pater nisi expresśim illud sibi inter emancipandũ reseruauerit, donasse intelligitur[z]. Sanè emancipatus fructum aduentitiorũ conferre tenetur, si quidem cũ cæteris ad succesśionẽ admitti velit[*]. Si enim hic patria potestate exemptus non fuisset, omnes fructus ad patrem pro patriæ potestatis iure redibant[a].

§. Item vobis.

Cùm in iure ciuili eadem sit propemodum filiorum & seruorum ratio[a], consentaneum est, vt & per seruum quoque sicut per filiumfamilias nobis acquiratur, dispari tamẽ ratione. Ecce enim seruus omnia tam quoad vsumfructum quàm quoad proprietatem domino quærit[b], adeò vt etiam vel inuito accedat ipso quidem iure[c]. Seruus enim qui in potestate alterius est, nihil proprium habere potest, nisi si fortè aliquid ei in alimenta à domino relictum sit[d]. Extra hanc causam legatum seruo factum, est inutile[e]. Neque necessariò ab hærede præstari debet, nisi si fortè sinistram de se opinionem vitare velit[f]. Eadem ratione introductũ est, vt seruus hæres institutus, si quidem domini iussu hæreditatem adierit, eius omne emolumentum ad dominum pertineat[g]. Neque ab re est quòd iussum desideremus, cũ dominum huiusmodi aditione obligari constet[h]. Neque quicquam retulerit commonitoriis ne an prçceptiuis verbis huiusmodi iussus concipiatur: cùm cõmuniter

l arg. §. quæ diximus. inf. quod cum eo qui in alie. po. lib. 4. Instit.
m l. vl. C. de inoff. testa. Al. in l. paterf. s. ff. de ver. sig.
n l. 1. ver. peculio. C. de castrẽsi pecu. militũ lib. 12.
o arg. l. aduocati. C. de aduoca. diuersorum iudicio.
p toto tit. C. de professoribus & medicis.
q arg. l. profectitia. ff. de iure dotium.
r Bar. in l. dominus. ff. de verbo. obligationibus.
s l. cum oportet. C. de bo. quæ liberis.
t gl. hic in verbo, vsumf.
v l. cum oportet. §. cum autem. C. de bo. quæ liberis.
x §. preterea. sup. quib. mo. ius pa. po. sol. vbi dixi.
y d. §. cum autem. ver. hoc obtinente.
z l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de donat. & de ratione differentiç vide hic Fabrum, cuius verba sunt in glo. super verb. dimidiam.
& notatur per docto. in l. si emancipatum. C. de col.
* arg. l. 1. ff. si à parẽte quis manumissus fuerit.
a §. quç diximus. inf. quod cum eo.
b inf. hoc tit. §. proximo.
c l. seruus vetante domino. ff. de verbo. obliga. l. etiã ciuilis. ff. de acqui. re. dom.
d l. seruis. ff. de alimen. & cibariis lega.
e l. seruum. C. de lega.
f l. quidam. §. ille. C. de necess. ser. hær. instituen.
g l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hæreditate.
h arg. l. de vno quoque. ff. de re iudica.

niter traditum sit rogationes potentiorum mandatis æquiparari [i]. Exigitur & illud in acquirenda per seruū hæreditate, vt is sua voluntate id ipsum faciat: alioqui seruo noléte domino nō acquiritur, licet dominus hæreditatem acquirere possit: quod exéplo patris [k] in domino receptū esse Porcus tradidit.

§. De illis autem seruis.

Vsufructuarius seruus vsufructuario domino acquirit ex duabus causis, nimirū ex re sua & ex operis suis [l]. Extra has duas causas omnia proprietario acquirit. Vnde si is testaméto hæres scriptus sit, aut ei quicquam donatū aut legatum sit, id ad dominū ꝓprietatis pertinet, nisi id in vsufructuarij gratiā factum sit [m]. Neque tamen vt hæreditatem acquirat, fructuarij iussus sufficerit [n]. Quin & proprietarii iussum hac in re desiderabimus: qui si hoc ipsum facere detrectet, per iudicem cōpelli debebit, cùm quis quandoque id quod sibi non incommodat, & alteri prodest, facere cogatur [o].

§. Idem placet.

Exemplo vsufructuarii receptum est vt liber homo, aut seruus qui bona fide nobis seruit, ex re nostra & operis suis nobis acquirat, licet multū inter vtrumque sit discriminis. Etenim seruus vbi procedente tempore (non item liber homo [p]) vsucaptus fuerit, nobis omnia quærit [q], cùm ad nos illius dominium pertineat: fructuarius verò seruus duplici ratione vsucapi non potest. Priore, quòd cùm is sciat alienam rem esse, non potest domino fructuario mala fides ad vsucapionem procedere [r]. Altera ratione, quia vsufructuarius non possidet ciuiliter quidem [s]. Verùm sine possessione vsucapio procedere non potest [t]. Cæterùm per has personas de quibus modò meminimus, non dominium tantùm, sed etiam possessio nobis acquiri consueuit, licet in libero homine qui nobis bona fide seruit, multa desiderétur priusquā rem nobis acquirat: quod tā Accursius [v], quàm Faber & Aretin' hîc prosequútur.

§. Ex his.

Præter personas superius à nobis commemoratas nulla alia nobis acquirere potest. Et in summa, extranea persona nobis nihil acquirit [x], præterquam quòd procurator nobis scientibus vsucapionem [y], dominium verò nobis ignorantibus acquirat [z]. quod Aretinus hîc latius ex Raphaëlis sententia tractauit. Idémque in tutore, curatore, & seruo publico receptum est. quod infrà latius aperiemus [&].

§. Hactenus.

De rebus quæ singulariter acquirūtur, satis supérq; dictū est [*]. Licet enim legata, itidem & fideicommissa singulariter persequamur [a], tamé cùm ea non nisi ex testamento proficiscantur [b], ideo commodius inferius collocabūtur [c]. De acquisitione igitur vniuersali ipsarum rerū hoc loco disputatū est. Acquiruntur itaque aut hæredis institutione [c], aut bonorū possessione [d], aut arrogatione [e], sicut & addictione bonorū libertatis conseruādæ gratia facta [f]. Porrò hæreditas cùm vel ex testamento vel ab intestato nobis debeatur, naturalis rerum ordo postulat vt priore loco testamentorum cognitio expendatur. quod nō ineleganter Tribonianus inferioribus titulis pertractauit.

Titulus, De testamentis ordinandis.

In Rubricam.

Solenne est apud eos qui vulgò iurisprudentiam profitentur, vt in primis rationem ordinis, deinde rubricæ explicationem diligentissimè pertractent [g]. Superius illud qui hoc loco perquisierit, nihil aliud quàm nodum in scirpo quærere videbitur: cùm id ipsum satis ex proximo responso colligi possit [h]. Hoc igitur admonēdi sumus, tantam esse successionum vtilitatem, vt nulla iuris ciuilis pars vsibus humanis accommodatior sit quàm hæc vna testamé-

i Decius in l. in omnibus causis. ff. de reg. iuris & vide hic omnino Porcum & Aretinum.
k l. cum non solū. §. simili. C. de bonis quæ liber.
l l. si seruus. iunctis tribus legib. sequēt. ff. de vsufru.
m d. l. si serui.
n l. si quis mihi bona. l. aditio. §. præterea. ff. de acq. hæredita.
o l. 2. § item Varus. ff. de aqua plu. arcen. vide gl. in d. l. si quis mihi bona. & in d. l. si seruus. iuncta l. penul. ff. de stipula. seruo.
p glos. in verbo, bona fide. inf. & §. 1. sup. eodem.
q §. item vobis. sup. eodem.
r cap. possessor. de reg. iur. lib. 6.
s glos. hic in verbo, nō possidet. & latè hic docto.
t cap. sine possessione. de reg. iur. in sexto. l. sine possession. ff. de vsucap.
v gl. hic in verbo, si liber est
x l. 1. C. eodem.
y glos. magna in l. 1. C. de acquir. possess.
z d. l. 1.
& gl. in verbo, nihil agit. in §. si quis alij. infrà. de inutil. stipulationibus.
* d. §. singulorū hucvsque.
a §. 1. inf. de legatis.
b ante hæredis. inf. de legat.
c inf. de hæredib. instituen.
d inf. de bonorum possessio.
e infrà. de acquisit. per arrogationem.
f infrà. de eo cui liberta. causa bona addicuntur.
g secundum l. 2. ff. de statu hominum.
h §. hactenus. sub fi. suprà tit. prox.

torum ratio:quæ hoc diligentiore cura à nobis tractari debet,quòd supremã hominis voluntatem,& illius nunquam rediturũ arbitrium cõtineat [i], quęque circa earum rerum dispositionem quas nostra diligentia ac labore nobis parauimus,versari pręcipuè soleat [k]. Vnde cùm testantis voluntas secundum modum à legibus pręscriptum moderari debeat [l],nemóque efficere pos sit,quin leges in suo testamento locum habeant [m], debemus in id aduigilare, vt ea quæ disposuerimus, exitum commodum habere possint. quod non aliàs euenire potest,quàm si totam testamentorum rationem penitus perspectam habeamus, atque oculis nostris subiectam. Huc accedit, quòd bona totius iuris ciuilis pars,eáque difficilior,circa testamenta consistit.quod ipsum incredibili propemodum studio Tribonianus sex,& viginti rubricis complexus est [n], in quibus propemodum materia omnis testati & intestati continetur.Sed quo iure inuentus est testamentorum vsus? iuréne gentium, an iure ciuili? Et hic articulus quanquam sit controuersus, sic tamen explicari potest, vt à iure gentium testamenta originem habeant [o].Cõstat enim tam ex Diogenis Laertij, quàm ex sacra Bibliorum historia, apud plerásque nationes testamentorum vsum fuisse. Sed cùm iure Quiritum.i.ciuili,testamentis forma quædam adiecta sit postea, iuris ciuilis esse cœperunt [p].Hinc videmus contraria lege ciuili vel plebiscito municipali hæreditatem deferendarũ modum immutari posse. quod alio loco Alciatus copiosius exequitur [q]. Sanè animaduertendum successionem esse in duplici differentia [r]: vnam, quæ iuris ciuilis sit,aliam honorariam.Superior illa hæreditas hæc bonorum possessio vocatur [s]. Solet autem nobis hæreditas,duplici iure obtingere, vel ex testamento,& hęc testamẽtaria vocatur:vel à lege,vt quia nobis ab intestato defertur, vnde & legitima [t], sicut & iusta dici consueuit. Cæterùm vbi hæreditas est minimè necessaria,est bonorum possessio, nisi quòd interim hæreditatem ipsam iuuet atque confirmet [v], iustiúsque videatur succedere, qui authore prætore succedit [x].Vnde & à plerisque doctoribus factitatũ esse video, vt eam in vtilem & necessariam bonorũ possessionem diuiderent: Vtilem quidem eam vocantes,quòd nonnihil hęreditatem iuuaret [y],necessariam autem, si is quem æquum est ad hęreditatem vocari, testamẽto vel quo alio modo vocatus non sit [z]. Hæc enim tum proprio beneficio successorem faciet.Hodie tamen bona ex parte hęc bonorum possessio necessaria in desuetudinẽ abiit [†], quãdo plerosque vt emancipatos & cognatos principalis constitutio ad bonorum possessionem,perinde atque agnatos, vocet. quod non solùm in descendentiũ, sed etiam ascendẽtiũ & collateraliũ gradibus & successione locũ habet cũ auth.de hęred. ab intest. veniẽtib.per tot. glo. & doctorib. Nam differentia emancipationis, patriæ potestatis, agnationísque & cognationis sublata est,quæ olim fuit in causa, cur bonorum possessio introducta fuerit:vt propterea causis sublatis, effectus earũ tollẽdus quoq; videatur,iuxta l.generaliter, 2.C.de episc.& cleric. vide Bart. in l.pater,nu.1.ff. de capt.& l.2.§.si sub conditione.ff.de bo. poss. sec.tab.

i l.1.C.de sacrosan.eccl.

k l.1.ff.eodem.

l Alcia.in l.inconuentionibus.ff.de verbo.signific.

m l.nemo potest.ff.de leg.1.

n à titulo de testamentis vsque ad titulum de oblig.

o Iason & alij in rubrica de acquir. hæred.ff.

p l.testamẽti factio.ff.de testamen.arg.l.Iulianus.§.si quis rẽ ff. ad exhiben.

q Alcia.in l.nihil aliud est ff. de verb.sig.

r facit l.qui autem.§.1.ff.quæ in frau.credit.sunt facta.

s l.2.ff.de bonorum possess.

t l.1.ff.de suis & legit.l.lege obuenire.ff. de verb. signif.

v l.3.§.duo societatẽ.& ibi Bud.notat.ff.pro socio.

x l.1.de bonoru possess.ff.

y arg.l.iuste possidet ff.de acquir.possessione.

z §.1.vers.aliquando.inf.de bonorum possessione.

* Aretinus inf. de exhæredatione liberorum.

† glo.in l.certum quidem. in verb. non vrgẽtur.C. vn.leg.& vn.cog.& ib.Bar.post d.gl.addeque scribit Porc.ad glos.sit. Instit.de bo poss.ex cuius verbis facile colligitur hæc distinctio bonor. possessionis.in vtilẽ & necessariam.

§. Primus.

Iustinianus testamentorum rationem explicaturus, paulo altius repetit ea quæ veteres Romani circa hæc obseruauerint, ostẽdens triplici genere testamentorum Romanos vsos fuisse. Et in primis erat quoddam testamenti genus quod calatis comitiis fieri dicebatur [a]: cuius rationem sic habete: Solebat pop.Romanus quotannis bis testamẽti faciendi gratia in campũ Martium per pręconem calari.i.conuocari. Cúmque eò venisset,quid de suis bonis post mortem statuere vellet, præscribebat: solebátque plebem ipsam rogare atque obtestari,vt suam voluntatem conseruarent [b]. Erat & alia species testamenti, quæ quòd ab iis qui militiæ nomina sua dederant [c], iámque militiam essent ingressuri, propter dubiam belli aleam fieri solebat,in procinctu

a de comitiis vide Gellium li.8.cap.14.& Alex.ab Alex.lib.4.genial.dier. c.3.

b Theophilus hic.

c facit l.1. ff. de bonorum possess.ex testamento militis. Plutar. in vitã Coriolani.

cinctu tanquam in ipsa expeditione fieri dicebatur. Procincti etenim hi sunt, qui militiam iamiam ingredi parant[d]. Sed cùm plerique inauspicati ominis loco haberent testamenti factioné, cùm ad tempus mortis testamenta referrent iam, nec tamen comitiorum tempus aderat, & ob id plerunque intestati decedebant, itidem & bellis erat plerúque sua vicissitudo, neque mulieribus testamenta in procinctu facere licebat[e]: sublata sunt illa duo genera testamentorum, & tertius testandi modus inuentus est, omnibus personis & temporibus accommodatior. Quod testaméti genus ideo per æs & libram fieri dicebatur[f], quoniam in eo libripens, qui mancipationi, id est imaginariæ vēditioni præerat, & antestatus qui conuocabat sistebátque testes quinque, qui ciues Romani puberes essent, adhibebantur: fiebátque quędam bonorum vēditio: vnde & hæredé vetustissimi familiæ emptoré vocauerunt[g]. Sed cū hæc bonorum emptio contra bonos mores esset, vt quia votum captādæ mortis induceret, quod hodie omni iure gentium improbatum est[h], sublatum est istud tertium genus testamenti inuentáque est alia testandi ratio, sicut inferius patebit in §. proximo.

Testamentum.

Hæc testamenti etymologia, quam Gellius[i] & Valla[k] improbauerunt, sic tueri potest, vt dicamus Iurisconsultos in hac etymologia solá testationé cōsiderasse, adiectúmque mentis ad maiorem expresionem. id quod & ex aliis plerisque iuris ciuilis locis iudicari potest. Etenim cùm Paulus donationem à dono dictam esse existimet[l], tamen donationem quasi doni dationem esse ostendit, cùm illic dationis expressioris sensus gratia interferatur: id quod & in nouatione receptum est: quæ cùm à nouo nomē acceperit[m], tamē à noua obligatione dicta est, cùm demonstrandi tātùm causa in ea obligationis mētio fiat: quod erudité aduersus Alciati[n] & Cantiunculæ[o] sententiam Viglius prodidit[p]. Apertius multo testamentum Vlpianus in hæc verba definiuit[q], vt sit iusta nostræ voluntatis sententia de eo quod post mortem nostrā fieri velimus. Cui definitioni addendam esse hanc particulam, cum hæredis institutione, Accursius credidit[r]. quod non est admittendum. Nam & dictio, iusta, in definitione Vlpiani pro perquam solenni & plena voluntate vsurpatur[s]. non potest autem plena esse voluntas citra hæredis institutionem[t]. Et ex hac interpretatione secernuntur Codicilli à testamētis. Codicilli enim non iustam, id est, non solénem sententiā habent[v]: cùm in his tantùm quinque testes adhibeantur[x] qui neq; ciues sunt Romani puberes, quales in testamētis vetustas Romanorū desiderabat. Omitto q& mulieres in illis admittātur, quæ testimonij dictioné in testamento nullā omnino habét[y]. Sanè hinc Accursius adnotauit, argumentū ab etymologia sumptū non valere: quę res alioqui latissimè patens sic ex Comensis sententia finiri potest[z], vt argumentum ab etymologia affirmatiuè colligi non possit, negatiuè verò possit. Neque enim sequitur, est testatio mentis, ergo est testamentū. Est de meo tuum, ergo mutuum. Quid enim si vel codicillis vel donationibus voluntaté meá expressero: continuóne testamentum aut mutuum esse dicemus? Minimè gētium. At ita rectè dixeris, non est testatio mentis, ergo nec testamentum. Eadem omnino ratione qua à genere ad speciem licitam esse argumentationem negatiuam Fabius prodidit[&]. Sed hęc omnia alio loco opportunius excutiuntur per doctores in d. l. 2. Quod autem ad eam quæstionem pertinet, qua disputatum est nunquid leges antiquatæ & correctæ allegari debeant, videnda sunt ea quæ à Bartolo & aliis diffusius tractata sunt[*].

§. Sed cùm paulatim.

Explicat Iustinianus in genere solennia testamentorum, paulò pòst latiorem eius rei explicationem facturus. Hæc igitur forma in testamentis obseruari debet[a], vt in primis septem testes secundū ius ciuile vno eodémque

d Festus Pompeius in suo dictionario.
e Theophilus hic.
f Boetius in commentario tertio in Topica Ciceronis Caius lib. 2. institutionū, tit. quib. mo. ius pa. po. sol.
g Budæ in l. 2. de orig. iur. §. sed neque. inf. eodem.
h l. pactū dotali. & l. licet. & l. vlt. C. de pactis.
i Gellius lib. 6. noctiū atticarum cap. 12.
k Valla lib. 6. elegantiarū cap. 36.
l l. senatus. §. donatio. ff. de mor. can. donatio.
m l. 1. ff. de nouationibus.
n lib. 4. de verbo. sign.
o in Topicis.
p Viglius hic.
q l. 1. ff. eodem.
r glos. hic prima.
s Alcia. in l. lege obuenire ff. de verb. sign. Budæus in l. 3. §. duo. ff. pro socio.
t §. ante hæredis inf. de legatis.
v §. vlt. inf. de codicillis.
x l. vl. C. de codicillis.
y dicam in §. testes. inf. eod.
z Raphael Cumanus in l. 1. ff. de acq. posses. Raphael Fulgosius in l. 2. §. appellata. ff. de reb. creditis.
& Quintil. lib. 5. cap. 10. Alciatus in l. taberna. ff. de verb. sign. notāt cōmuniter omnes in l. 2. ff. si certum peta.
* Vide Barto. in l. vlt. ff. de falsis. & modernos Papienses hic.
a l. hac consultissima. C. eo

tempore adsint: deinde vt proprio chirographo notent, quis testator & cuius testamentum fuerit: quod ipsum iureconsultorum temporibus vsitatum [b], Iustinianus ad principum constitutiones refert. Adhæc, vt secundum prætoris edictum signacula sua siue sigilla apponant. Postremò vt nomē hæredis per manus testatoris vel testium exprimatur [c]. Quod cùm odio & inuidia plenum esset, Iustiniani constitutione non immeritò sublatum est [d]. Vsque adeò autem septem testes necessarij sunt, vt iuris ciuilis hanc solennitatem iure Pontificio [e] minimè immutatam esse censuerim [f], alioqui septem testibus sublatis, innumeris fraudibus obnoxia esse testamēta necessarium foret. Oportet autem vno contextu actionis testari [g]. quod ipsum aliter in nuncupatiuo, aliter in testamento quod scriptura constat, accipi consueuit. In illo enim vnus contextus circa nuncupationem esse debebit: in hoc verò ita cōsideramus, quando nullum alienū actum testator intermiscet [h]: nisi vel illius moribundi conditio aut natura id ipsum expostulet [i]. vnde non abs re est quòd plerique disputauerunt contractum in testamento fieri nō posse, cùm is extraneus omnino actus fuerit, nisi id ex aliquorū sententia ad testamentū aliquo modo pertineret [k]: vt si quis se vendere partem fundi Titio dicat, deinde aliam eiusdem portionem Sempronio leget. quod non videtur admittendum [l]. Etenim contractus à testamentis longè lateque differunt [m]: cùm in his sententiam nostram perpetuò mutare nobis integrum sit [n]: in illis verò non aliter quàm si vtriusque consensus re adhuc integra accesserit [o].

§. Possunt.

Iure prætorio, sicut modò dixi [p], testes signacula sua apponere debent: id quod annulo characteres habente fieri licet [q]. neque continuò testamentum infirmabitur, si quidem annulo alieno id factum fuerit, modò quis idipsum profiteatur: quod tamen aduersus Speculatoris sententiam [r], minimè necessarium esse Faber hoc loco annotauit: partim quòd nulla lege idipsum caueatur, partim quod cùm testes nomina sua subscribere debeant, & quis testatus, & cuius testamentum fuerit, etiam si alieno annulo subsignasse non meminerint, ex hac tamen subscriptione facilè eius admoneri possunt [s].

§. Testes.

Qui testamento hæredes institui possunt, aut ex eo aliquid capere (ita enim hoc loco testamenti factionem interpretamur [t]) hi & in testamento testes esse poterunt. Enumerantur tamen hic aliquot casus in quibus etiam hi qui ex testamento capere possunt, testes tamen esse nequeūt: cuiusmodi sunt mulieres, furiosi, impuberes. Etenim mulier ideo ex communi doctorum sententia testimonij dictionē in testamentis non habet, quòd variū sit & mutabile semper fœmina [v]. Sed hæc ratio cùm sit generalis, eam quoque à contractibus reijceret [x]. Verius est ergo, vt id propter solennitatem factum esse existimemus. Ad solennia enim nec mulieres nec serui [y], nec impuberes, nec peregrini admittebantur. Qua ratione Faber censuit vt in testamentis in quibus solennitas iuris negligitur, non inidoneè mulier testimonium ferre posit: cuiusmodi est militare testamentum, inter liberos, ad pias causas, pontificium seu municipale, codicilli & donationes causa mortis [z]. Sic & in criminali causa mulier ex cōmuni doctorū omniū sententia ad testimoniū admitti non poterit [&]: cū iure expressim eā prohibitā esse constet [•]. Id quod aduersus Decij & Viglij sententiā procliuius est [a]. Impubes quoque in testamētis, sicut & in aliis omnibus, testis esse non potest [b]. Idémque in seruo propemodum obtinet [c], cùm is iuris ciuilis nullam communionem habeat: licet in sodali diui Francisci aut Augustini aliud receptum sit: qui quamuis sint non absimiles, fauor tamen professionis suadet vt horum testimonium

non

b in l.penul. ff. eodem.
c l.iubemus. C. eodem.
d auth. & non obseruato. C. eodem.
e in cap. relatum. & cap. cū esses. de testamentis.
f Viglius hic ex sententia Fortuni Gartia contra Alciatum in l.2. C. de sacrosan. eccle.
g l.hæredes palam. §. vno contextu. ff. de testamētis.
h l.hac cōsultissima C. eodē.
i l.cum antiquitas. C. eodē.
k gl. in d.l. hæredes palā. §. vlt. ff. eodem.
l Viglius hic
m l.verba contraxerunt. ff. de verbo. significa.
n l.4. ff. de alimentis legatis.
o toto tit. quando liceat ab emptione discedere: arg. l. sicut. C. de actionibus & obligationibus.
p in §. sup. proximo.
q l.ad testium. §. signum. ff. eodem.
r in tit. de probationibus. §. videndum.
s Vide hic Fabrum & Viglium.
t arg. §. testamenti. inf. de hæredū quali. & diffe.
v cap. forus. de verbo. sign.
x Decius in l. fœmina. ff. de reg. iur.
y l.qui testamēto. §. seru. ff. eodē. l.curēt. ff. de testib.
z not. in l.vl. C. de codicil.
& not. in d. cap. forus.
• l.qui accusare. ff. de accusa. l. de crimine. C. de his qui accus. glo. rubrica il lius tit.
a Decius in. l. 2. ff. de reg. iur. Viglius hic.
b glo. in l.ad testiū. ff. eodē.

non repudietur [d]. Sic & is cui bonis interdictum est, cuiusmodi sunt prodigi [e], inutiliter testimonium ferat. quod & ad eos quos leges iubent improbos intestabilésque esse, producendum est [f].

§. Sed cùm aliquis.

Licet seruus in testamento testis esse non possit, si tamen communi omnium opinione liber existimetur, atque ita testimonium dicat, procliuius est vt propter communem huiusmodi errorem illius testimonium toleretur. Licet enim stricto iuris rigore testamentum hoc nullius sit momenti, ex æquitate tamen illi subueniendum esse principes sua liberalitate permiserunt [g]: id quod etiam ad impuberes, & ad eos qui intestabiles erant, cùm tamen puberes testabilésque esse intelligerétur, producendum est [h]. Neque quicquam retulerit, quòd vnus atque alter eorum conditionem non ignorauerit, cũ aliâs elusoria sit futura principum liberalitas. Neq; improbabilis erit error ille, si quis hoc nesciat quod vnus atque alter intelligit [i]: vnde nihil esse imputandum testatori, aduersus Aretini sententiam, censuerim [k].

§. Pater.

Cùm inter patrem & filium non mediocris sit coniunctio [l], eámque ob causam frequentius vtriusque testimonium quod alicubi positum est, eleuetur [m], tamen id alieno in negocio minimè procedit: vnde & alieno in testamento testes esse poterunt. Sed nunquid in patris testamento filius testis esse poterit? Et verius est vt propter vnitatem [n] à testimonio reiiciatur: quod & patria potestas suadet: & ideo sublato patriæ potestatis nexu (quod ipsum emancipatione, sicut & aliis modis fieri suprà diximus [o]) crediderim filium emancipatũ in patris vel aui materni, vel matris testamento non in idoneum testem esse [p].

Post missionem.

Si filiusfamilias de castrensi peculio ante missionem in expeditione vel castris testetur, pater eius rectè adhibetur testis [q], item & frater. Post missionem verò pater propter affectionem & reuerentiam à testimonio repellitur. quod illa ratione receptũ est, quòd omnibus in rebus domestici testimonij fides improbetur [r]. Domestica autem testimonia hæc sunt, si vxor marito, aut contrà, testimonium ferat. Idem est & si sint homines liberi qui mercede conducti in domibus diuitum seruiunt, cuiusmodi sunt ij quos à manibus aut pedibus habemus, qui vel leuiuscula re adduci possunt vt veritatẽ celent. quod latius hîc tractatur [s].

§. Sed neque.

Hæres scriptus in testamento, in eo testis esse non potest [t], cùm nullus idoneus testis in re sua intelligatur [v]. quod & ad coniunctas ei personas protendendum est. Sed id in emancipato hæredis filio non procedit [x]. Neque quicquam obstiterit affectionis coniunctio, neque enim testes omni exceptione maiores hîc reperimus, cùm ea gratia amplior numerus desideretur, vt si quid aliis decedat, id multitudine suppleatur [y]. id quod & in monacho recipiendum esse arbitror, etiã si monasterium institutum est, cùm causæ pietas id suadeat [z]. Plus dico etiã si singulis vestiarium relictum sit, licere tamen iis testimoniũ ferre: cũ vniuersitas hæredis titulũ gestet [&], illúdque cõstet, in testamẽto testimonij facultatẽ omnibus cõpetere, nisi eam ademptã esse constiterit [9].

§. Legatariis autem & fideicommissariis.

Legatarius in testamento testis esse non prohibetur, ea ratione, quòd hic non vt hæres iuris successor existat [a]. Sed cùm de huius commoditate hîc agatur, à testimonio repellendus videbatur, cũ ex regula cõmuni nullus idoneus testis in re sua intelligatur [b]. Quod vt verũ demus, speciale tamẽ esse in hoc §.

d facit gl. in auth. si testis. C. de testib.
e dicam in §. item prodigus inf. quibus non permis. fa. testa.
f l. ob carmen. ff. de testib. auth. credentes. C. de hæreticis. Vide Alciatũ in l. intestatus. ff. de verborum significatione.
g l. 1. C. eodem.
h arg. l. penult. §. vlt. ff. de iuris & facti ignorant.
i arg. l. 3. ff. ad Macedo.
k Viglius hic.
l arg. l. vlt. ff. quod me. cau. arg. l. vlt. C. de curatore furiosi.
m Faber hic.
n arg. l. vl. C. de impub. & aliis substitutionibus.
o §. præterea. sup. quib. mo. ius pa. potest. sol.
p arg. ducto à cõtrario sensu huius §.
q l. qui testamẽto. vers. per contrarium. ff. eodem.
r l. nullus. ff. de testib. l. etiã. C. de testibus. sũ enim sibi dicere ius nemo possit, ita in re sua nullus est idoneus testis.
s Vide hic Aretinum & Bauerium.
t l. qui testamento. ff. eodẽ.
v d. l. nullus. l. omnibus. C. de testibus.
x dixi in § superiore.
y Viglius hic.
z Viglius hic contra Aretinum & alios.
& arg. notatorũ per Bart. in l in tantũ §. vniuersitatis. ff. de rerũ diuisione.
9 infrà, quib⁹ nõ est permis. facere testa. vbi dicam.
a l. nihil aliud est. ff. de verbo. signif.
b l. nullus. ff. de testibus.

crediderim. cuius specialitatis ratio hoc loco attingitur. Alia est quæ paulò magis vrgere videtur, quia testamentum testibus adhibitis confirmatur. Iam si testator testibus ob meritum testimonij aliquid reliquerit[c], vt nimirum testamentum facilius confirmetur, non debet quod ad confirmationem testaméti factum est, ad illius euersionem retorqueri[d]. Quòd si legatarij testimonium ferre non prohibeantur, quanto magis & iis qui eis per potestatem cóiuncti sunt, concedi potest? Neque quicquam refert, an testamétum scriptura an nuncupatione tantùm constet[e]. Idémque in codicillis & aliis minus solemnibus voluntatibus constituendum est[f].

§. Nihil autem.

Testamentum non ideo infirmatur, quòd in ceratis tabulis aut eboreis aut opisthographis chartis scriptum fuerit, vt olim, aut membranis, vt hodie vtimur[g].

§. Sed & vnum.

Qui suam voluntatem exitum habere cupit, ei vt testamentum pluribus codicibus conscribat, necessitas est[h]. etenim facillimè ab hæredibus tabulæ supprimi possunt[i]. possunt & incendio perimi, sicut & à muribus corrodi[k]. & alia similia id genus euenire possunt: neque continuò testatoris voluntatem mutatam esse existimabimus: alioqui secundæ tabulæ prioribus derogarent[l]. Vnum enim testamentum paganus facere potest, illa scilicet ratione, quòd hæredis institutio vnica & indiuidua in paganorum testamentis esse debeat[m]. Sed nunquid in vno atque eodem codice duorum testamentum fieri potest? Et id non videtur: neque enim fieret testamentum tunc vnico contextu[n], quod tamen ad solemnitatem pertinere suprà ostendimus[o]. Idque cùm in pupillaribus tabulis speciali iure introductum sit, ad alios casus protendi non debet[p]. Neque quicquam nos mouerit Valentiniana constitutio, in qua viri & vxoris testamentum vna & eadem charta continetur, cùm illius hodie post Iustiniani edictum[q] tanta non sit in iure ciuili auctoritas[r]. Et hæc aduersus quorundam receptam sententiam[s] veriora esse existimo[t].

§. Sed hæc quidem.

Præter superiorem testandi formulam, quæ quòd scriptura consisteret, in tabulis fieri dicebatur, est & alia forma, à lege ciuili introducta, quæ nihil omnino iuris prætorij habet, cùm in ea subsignatio scripturáque non desideretur[v]: tantúmque in ea id spectamus, vt nuncupet testator quem ipse sibi velit esse hæredem: vnde & nuncupatiuum testamentum dictum est. Nuncupare etenim nihil aliud est quàm voluntatem suam circa hæredis institutionem, legatorum dationem, cæterásque testamenti partes lingua exprimere nominaréque[x]. Ad illius enim formam pertinet hæredis nuncupatio. Et ideo verius est vt testamentum corruat, in quo ab amanuense plenè ctam testatoris voluntatem simpliciter testator ipse comprobauerit[y]. Olim autem etsi antiquius esse illo testamento quod in scriptis conficiebatur, constet, minus tamen in vsu erat, quippe quod minimè securitate niteretur: in eóque omnia aperta & exposita omnibus erant[z]. Et ideo frequenter insidiæ circa pupillares tabulas committebantur[*]. Hodie tamen frequentissimum est, licet nonnihil illius formæ decesserit, cùm nunc à tabellione in scripturam redigatur: non quòd ad illius substantiam scriptura pertineat, sed vt illi maior fides habeatur: licet huiusmodi tantum iure veteri penitus incognita fuerit.

Adhibitis.

Regulariter enim quanuis in aliis omnibus actibus vltroneus testis sufficiat[a], tamen in testamétis rogati esse debent[b]: sufficiétque à quocunq; rogatos fuisse

c l. si qs ita. ff. de reb. dubiis.
d arg. l. legata inutiliter ff. de lega. 1. De reg. iur. in 6.
e l. dictantibus. C. eodem.
f contra Doctores. d. l. dictantibus.
g arg. l. charta. ff. de bonorũ possessione secundũ tabulas. Vide Budæũ in l. talis. §. socer. ff. de iure dotiũ. & Hermolaũ Barbarũ in castigationib. ad Pliniũ. & Alexandrũ ab Alexãdro lib. 2. c. 30.
h l. vnum. ff. eodem.
i arg. l. si in duobus. §. vlt. ff. quemad. tab. testa. aperiantur.
k l. 1. vlt. ff. de bo. §. posse cun. tab.
l §. posteriore inf. quib. mo. testa. infir.
m Decius in l. ius nostrum. ff. de reg. iur.
n contra l. hæredes palã. §. vno contextu ff. eodem.
o in §. sed cum paulatim.
p l. patris et filij. ff. de vulgari.
q in l. vnica. §. hunc igitur. C. de Iustinianeo codice confirmando.
r tit. de testamentis in nouellis Valentiniani iunctis Codici Theodosiano.
s contra docto. in l. licet. C. de pactis. & in d. l. patris & filij.
t Vide hic Viglium.
v arg. l. cũ tabulæ. ff. de bonorum posses. secun. tab.
x l. iubemus. §. quemadmo. C. eodem.
y Viglius in §. sed cũ paulatim.
z arg. l. hæredes palam. ff. eodem.
* §. fin autem. inf. de pupillari substitutione.
a l. ad fidem. ff. de testib.
b auth. rogati. C. de testib.

fuisse. lex enim simpliciter, vt rogentur requirit [c]. Præsumitur autem in tabulis rogatus esse testis, si se subscripserit. In nuncupatiuo quoque id ipsum ex eo colligimus, quòd notarius in testamento profiteri soleat, testibus rogatis & adhibitis &c. Credimus enim rem ita gestam esse. Sanè in testamentis piarum causarum, codicillis, & aliis minus solennibus voluntatibus rogati esse testes intelliguntur [d].

Titulus, De militari testamento.

In rubricam.

Secundum duplicem temporis ac deinde hominum distinctionem (est enim quoddam tempus belli, aliud pacis [e]: hominúmq; quidam sunt qui domi in ocio viuunt, cuiusmodi sunt pagani siue togati, alij qui quòd in militia degunt militares dicuntur) sumpta est duplex testamentorum ratio. Etenim pagani iure communi testari solent: milites cõtrà circũscriptis iuris communis regulis, cũ inter arma leges sileant [f], testamentum facere cõsueuerunt: id quod Iustinianus hoc titulo diligenter exequitur, separatim illud ius pertractans, ea gratia, quòd multa in istis testamentis propria ferè ac singularia iura obseruentur [g]: idque nobis summa cura animaduertendum esse censuerim, ea ratione, quòd quæ in militum testamentis singularia sunt, contrario iure in paganis obseruentur [h]. Iridem quæ in militibus hîc traduntur, bona ex parte in eo testamento cui causæ pietas suffragatur, obtinere solent [i]. Huc accedit quòd Bartolus quandoque docuit [k], in iis præsertim locis qui nullo iure ciuili viuunt hanc, testandi rationem, locum habere, cùm illa à iure gentium profecta sit. Sed cùm hodie milites nostri non ita procul à veteris militiæ instituto desciuerint [l], vtpote cùm & in numeros referãtur, sacramentúmque si non sigillatim, saltem omnes præstent, quæ duo præcipua sunt, (reliqua enim quæ hoc loco Accursius exigit [m], non ita ad substantiam militiæ pertinent) videtur receptius esse, etiam si huic rei plerique non suffragentur, vt hi ab hoc testandi priuilegio non arceantur. Porrò ne quis hoc in omni militiæ genere dictum existimet, cogitet id solùm in eo testamento quod iustum est, quódque aduersus rei Christianorum publicæ hostes geritur, locum habere [n]: quod aliquando attigimus [o].

§. Primus.

Inter cætera militum priuilegia hoc vnum est vel præcipuum, quò d illis non obseruatis iuris ciuilis solennitatibus testari liceat: vnde ipsi hæredem ad certum diem, ex certo tempore, in certa re scribere poterunt. Quomodo enim volent, & quomodo poterunt, illis testamentum facere conceditur [p]. Cuius rei illa est causa, nimia scilicet imperitia quæ ex iusta armorum occupatione descendit: vt etiam si alioqui sciat testamenti solennitatem à lege præscriptam, propter varias tamen in militia occupationes illi ita testari fas non sit. Huc accedit & Reipub. quidam fauor [q]. Cùm enim milites sese pro Reipub. incolumitate deuoueant, illis æquum fuit solemnia legem remitti. Quę ratio facit vt nec rustici homines [r], pupilli [s], mulieres [t], & aliæ huiusmodi personæ, quibus multa contra iuris communis regulas cõcessa sunt, etiam si imperitia quadam notentur, nihilominus ita testari nequeant. poterunt enim ex peritioribus veterem testandi solemnitatem percontari [v]. Eadem quoque ratione inductum esse arbitror vt milites dimissi non aliter debeant vel possint, quàm si iuris ciuilis solemnitatem obseruent, cùm & ipsi peritiores consulere possint. Sic & illa militum circa rem militarem diuturna vocatio facit vt etiam alioqui peritissimi milites qui ducis alicuius aũspicia sequuntur ab ea iuris solemnitate liberentur, illísque hoc priuilegiato iure testari liceat.

c d. authen. rogati.
d Vide hic latius Aretinũ & Bauerium.
e l. vnica. vers. summa C. de Iustinianæo códice cõfirmando.
f Cicero 1. Offic. & ĩ orat. pro Mil. silent, inquit, leges inter arma nec se expectari sinunt.
g l. 2. ff. eodem.
h arg. Clementinæ sæpe. de verbo. sig. iuncta clemen. dispendiosam. de iudiciis.
i Vide Nicolaum Præsidẽ in loco vigesimoseptimo.
k in l. neque. ff. eodem.
l Viglius hic.
m glo. hic.
n Alciat. in l. hostes. ff. de verb. signif.
o in §. ius autem gentium. vers. nã vsu. ist. verb. bella. sup. de iu. nat. gen. et ci.
p l. 1. ff. eodem.
q l. Decius, in l. quanquam. C. eodem.
r l. 2. §. 1. ff. si qis in ius voc. non ierit.
s toto tit. de minorib. ff.
t l. error facti. ff. de iur. & facti ignoran.
v arg. l. Cotta. ff. si cert. pet.

§. Illis autem.

Sed cùm priuilegium istud militaris testamenti propter militiam atque castra concedatur, consentaneum est vt vbi milites pugnare seu militare desierint, etiam priuilegio non gaudeant. Communi enim regula traditum est, cessante causa, & illius effectum cessare debere [x]. Neque in testamentis tantùm consideratur belli necessitas, sed & in restitutionibus quæ militibus cóceduntur [y]. Idémque in præscriptionibus longi temporis [z], & deliberandi iure obseruandum est [a], sicut & in peremptoriæ exceptionis post sententiam propositione [a]. quę omnia non nisi militantibus concedéda sunt [*]. Vnde & filiofamilias de castrensi peculio in suis sedibus secundum ius commune testari permissum est, ne melioris sint conditionis quàm patresfamilias, néve priuilegia aut iura singularia multiplicemus [b]. duo enim specialia simul concurrere & stare non possunt.

§. Planè.

Militibus quoquo modo velint, & quoquo modo possint, testamentum facere concessum est [c], ita tamen, vt hoc ita subsecutum esse legitimis probationibus ostendatur [d]. Legitimæ autem probationis multæ sunt species, scriptura scilicet, testes, præsumptiones, & alia id genus similia [e]. Quibus omnibus quemadmodum in contractibus, ita & in militum testamentis vtimur. Quæ omnia aduersus communem omnium interpretum sententiam veriora existimo [f]. Nec nos mouerit Traiani responsum [g]. nam & in ea specie ita contigerat, id est, vt dicunt doctores, de facto euenerat. Cùm enim hæres à milite coram testibus vocatis nominatus controuersiam à legitimis hæredibus defuncti pateretur, Traianus respondit nullam ei mouendam cõtrouersiam, præsertim cùm de militis testamentum facere cogitantis voluntate per testes aut alias quasuis legitimas probationes [*] constaret. Sed si de ea aliter constaret, non negat quin etiam seruanda sit ipsius militis voluntas. non enim quasi formam hoc inducit vt per ęquipollens impleri nequeat [h]: sed pręcipuè de voluntate indagandum constituit.

§. Quinimo.

Tantus est principum in milites fauor [i], vt etiam eis mutis & surdis iure militari testari permiserint iis casibus quibus id illis iure cõmuni Iustiniani constitutione permittitur [k]. Atque hic est verus & genuinus huius paragraphi sensus. Quod enim doctorum omnium communi calculo cõcessum est [l], eum qui aliàs testari non potest, quòd mutus aut surdus natura esset, militari priuilegio testari potuisse, nullam rationem habet [m], cũ is ad militiam gerédã omnino inidoneus esse cẽseatur, cũ nec nomẽ dare nec sacramẽtum præstare, nec classicũ audire possit. Adde quòd is nõ ita multũ à feris bestiis abest. Sed nec illud placet quod Iason docuit [n], vt hic locus in eo qui casu hoc vitio laboraret obtineat, si quidem scribere nequeat. nã & hic voluntatem suã declarare non potest, quod in primis tamen necessarium esse suprà admonuimus [o].

§. Sed hactenus.

Superius dixerat milites qui in castris aut in expeditione degunt, posse quolibet testari modo: hoc amplius addit, priuilegiũ istud militare post missionem finiri [p]. quod cùm generaliter constitutum sit, consequens est vt & ad quoslibet milites, siue hi muti & surdi fuerint, extẽdatur. Quod aduersus Accursij [q] & aliorum id genus interpretum sententiã procliuius est. Nec nos mouerit quòd filiosa. de castrensi peculio post missionẽ communi iure testari concedatur. Longè enim alia est ratio quàm in muto. Etenim hac in causa illi semper concessa est testamẽti factio [r]: in muto verò nulla ratio durat, quæ post missionem hoc illi priuilegium concedat. Cæterùm testamentum iure militari factum post missionem intra annum tantùm valere dicendum est [s]. Cui

rei

x l. vlt. C. de restitu. milit.
y l. vlt. C. quib. nõ obiic. lõ. tem. præscript.
z d. l. fina. C. quib. non obst. lon. temp. præs.
a l. si circa prin. C. de iur. delib.
a l. 1. C. de iur. et facti igno.
* Declaratio versi. sed testari in hoc. §.
b contra l. 1. C. de dotis promissione.
c l. Diuus. l. Lucius. ff. eo.
d d. l. Luci⁹ in verb. respõdi.
e not. gl. in l. proprietas. C. de pbatio. docto. in l. admonẽdi ff de iureiurãdo.
f Viglius hic post Theophilum.
g in d. l. Diuus.
* gl. in verb. constare, d. l. Diuus. idémq; dicitur in l. Lucius. ff. eodem.
h arg. l. qui per salutem. ff. de iureiuran.
i l. 1. ff. eodem.
k l. discretis. C. qui testa. fac. poss. vel non, dicam in § itẽ surdus. inf. quib. non est permis. facere testa. d. iure militari. ff. eod.
l doctores in d. l. discretis.
m Faber hic.
n Aretin⁹ ex Raphaële in § item surdus inf. quib. nõ est permissa. testa. & Iason hic.
o in. §. plane.
p l. quod cõstitutũ. l. quod dicitur. ff. eo.
q in glos. hic prima.
r l. 2. C. ad Macedonianum. l. vlt. C. de inofficioso testa.
s d. l. quod constitutum.

rei consequens est vt in eo qui non mitti, sed successorem accipere dicitur[t], istud priuilegium locum non habere existimemus. Lex enim missis tantùm indulget[v], neque quibuslibet, sed his qui honesta aut causaria missione missi sunt. Ignominiosa enim missio omnẽ adimit testamentorum factionem[x]. Est & aliud militum priuilegium superiori cohærens[y], quo miles capite dãnatus, licet missus videatur, testamenti tamen factionem retinet[z]. Quod in eo qui ob leuius militare delictum (cuius multæ sunt species[&]) damnatus est, locum habet. Nam qui ob commune, vtpote homicidium, vel militare delictum grauius, vt propter fidem ruptam damnatus est, nullam testamenti factionem retinet[9]. Quæ distinctio rationem habet. Etenim vbi bona fisco applicantur (quod posterioribus hisce speciebus fieri solet) consentaneum est vt ius fisco quæsitum iudex sua permissione auferre nequeat, miniméque iuris publici constitutionem atque ordinẽ immutare possit[a]. Vnde & vbi quis accersitus capitis ex condemnatione publica facultatibus omnibus exuendus est, receptius esse aduersus Alexandri sententiam[b] Viglius existimat, vt huic damnato testamenti faciendi facultas per iudicem concedi nequeat. Ex diuerso cùm hodie bona damnatorum non publicentur, receptius est vt iudex illis testamenti factionem indulgere possit[c]. Sed cùm eius militis qui ob leuius militare delictum damnatus est, bona cognatis non adimantur[d], non debet mirum videri si ei, vt testetur, à iudice concedi possit[e].

t arg. l. tribunus. & l. Titius ff. eod.
v d. l. quod constitutum.
x l. testamenta eorũ ff. eo. l. ex testamento. C. eo. & de missione. vide. l. 2. §. ignominia. ff. de his qui notã. infa. et l. milites agrũ. §. missionũ. ff. de re militari.
y gl. in verb. post missionẽ.
z l. ex militari ff. eodem.
& l. 1. 2. et 3. ff. de re mili.
9 l. si quis filio. § irritũ ff. de iniusto rupto.
a arg l. publicũ ff. de pactis
b Alexander in l. & militibus. C. eodem.
c auth. bona damnatorum. C. de bonis damnatorum.
d l. 1. ff. de veteranorũ & militum successione.
e Decius cõtra Reminaldũ in d. l. & militibus.

§. Sed & si quis.

Testamentum quod alioqui iure factum non est, per sequentem militiam postea non confirmatur: sed hoc vnum exigitur, vt nouæ voluntatis aliquot extent argumenta, puta quòd tabulas inciderit, & legerit testamentum, ac rursus suo signo signauerit. Idem erit & si aliquid interleuerit, perduxerit, adiecerit, emendauerítve[f]. & ideo diuus Pius rescripsit[g], pagani testamentum qui deinde militare cœperat, iure militari incipere valere, si hoc maluerit miles: quod eiusdem rescripto, verbis tamen nõnihil immutatis, ostenditur, dum is subiunctam militis voluntatem desiderat[h].

f d. l. quod dicitur. l. tribunus. l. Titius l. idémq; l. in fraudem. § testamentũ. ff. eo. l. conficiuntur. §. miles. ff. de iure codicillorũ.
g in. d. l. idémq; sub finem.
h d. § testamentum.

Versiculus, Denique.

Si filiusfamilias de castrensibus bonis testatus sit, posteáque emancipatus fuerit, testamentum eius non infirmatur, cùm emancipatio ad illud peculium non trahatur. in eo enim pro patrefam. semper habitus est[i]. Neque id in milite mirum videri debet, cùm & in non milite idem quoque constitutum sit[k]. Sed cũ arrogatione filiifa. testamentum irritum fiat[l], in filio tamen familias milite speciale est, vt si ante militiam de castrensibus fuerit testatus, deinde miles existat, vt ea nec arrogatori quidẽ acquirantur, neq; eius testamentũ irritũ fiat: vel si id irritum dicere lubet, noua tamẽ voluntate atq; nuda conualescit.

i l. 2. ad Macedonianum.
k l. si quis filio. §. vlt. ff. de iniusto rupto. l. 1. §. sed si filiusfa. ff. de bonorũ poss. secund. tab.
l §. nõ tamen. & ibi Viglius notat. inf. quib mo. testa. infirmen.

§. Sciendum.

Quemadmodum peculium castrense iustę militię militibus conceditur[m], ita & quasi castrense imaginariæ militiæ hominibus, vt aduocatis, sacerdotibus, clericis, & aliis eiusdem notæ hominibus. Eadémque propemodum est in vtroque iuris decisio. filio enim familias qui quasi castrense peculium habet, testamentum facere permittitur, modò is solemnia iuris obseruet. quod exemplo castrensis peculij receptum est[n].

m l. vlt. C. de inoff testa.
n §. 1. inf. tit. prox.

Titulus, Quibus non est permissum facere testamentum.

In rubricam.

Videtur hic pręposterus miniméque iustus rerum ordo esse, cùm in omni tractatu prius de personis, deinde de rebus ipsis disputãdum sit[o]: id quod & in testamentis tam Caius[p] quàm Scæuola[q] prodiderũt inspectandũ esse. id quod omnino verũ est. frustra enim disputaretur de viribus testaméti, si persona te-

o l. 1. ff de statu hominum.
p in l. si quæramus ff. eo.
q in l. quidam referunt. ff. de iure codicill.

standi facultatem non habuisset. Sed id hoc etiam loco Iustinianus obseruasse videtur. Etenim sic testaméti formulam tradidit, vt omnibus eam permissam esse constiterit: nunc verò quasi exceptiones regulæ subijcit. Et personæ quibus testari licet, innumeræ sunt, earum verò quibus non licet, certus est numerus [r]. Prohibentur autem quædam personæ testari, idque iure gentium, quod omnibus commune est [s], ita dictante, vt pupilli, & furiosi, quædam iure ciuili prohibentur, vt filiifamilias, & fortè prodigi [t]. Neque huiusce prohibitionis mediocris est effectus. Quibus enim iure ciuili adempta est testamenti factio, is vel lege municipali vel principali priuilegio permitti potest, cæteri non item [v].

§. Primus.

Ab illa generali regula qua superius [x] traditum est, vnicuique testamenti factionem permissam esse, excipiuntur ij qui propter potestatem impediuntur, cuiusmodi sunt serui. Dominica enim potestas [y], à testando eos reiicit: sicut & propter tutoris potestaté olim mulier testari prohibebatur [z]: quò impotenti sexui habenę imponerentur. quod tamen hodie iure ciuili immutatum est [&]. Sic & potestas abbatum in monachos, vtrunque tam monachum quàm abbatem à testando reiicit [•]. Neq; eis consuetudo hoc aliter permittere potest, quàm si summi pontificis consensus accesserit [a]. Sic & patria potestas facit quo minus filiusfa. testamétum facere possit [b], sicut nec legata aut fideicómissa relinquere [c]. quod etiam accedente patris consensu receptum est: licet filius patre authore mortis causa donare possit [d]. Differentiæ ratio in eo est, quoniá publici iuris est testaméti factio [e], donatio autem priuati [f]. Quæ verò priuati iuris sunt, priuatorum pacta admittunt: secus verò ea quæ ad publicam vtilitaté constituta sunt. Sed id in castrensi aut quasi castrensi peculio non obseruatur [g]. Cú enim in illis filius pro patrefamilias semper habeatur [h], cósequens est vt illi testamentú facere liceat: vnde & hæreditas ad eum quem scripserit hæredem pertinebit. Quòd si intestato decesserit, liberi fratribus in peculio castrensi præferentur: sicut & olim fratres parentibus. hodie verò [i] pater vná cú fratribus succedit. Cæterú non extantibus fratribus pater omnia occupat, nó hæreditario quidé iure, sed peculij [k]. Idémq; est in eo testaméto quod ad pias causas fieri solet. Pótificú enim assensu filiifa. testamentú facere in illis nó prohibétur [l]. Idé est & si lege municipij id illis cócedatur [m]. Cú enim prohibitio hęc iuris ciuilis sit, alia lege ciuili tolli poterit [n]. Idé est in sacerdotib [o], diaconis, subdiaconis, cátoribus, non ité simplicibus clericis [p]. quod Decius annotauit [p].

§. Præterea.

Secunda exceptio à superiore regula est, quòd impuberes testamentum facere non possunt, cùm ij non habeant certam suę voluntatis sentétiam [q]. Et cùm hæc prohibitio non lege vel moribus, sed ab ipsa natura ducta sit, consequens est vt neque priuilegio [r] neque plebiscito municipali aliter statui possit. Sed quod in pupillo diximus, idem in furioso & mente capto locum habet. pupilli enim à furiosis non multum distant [s]: Sed quod à furioso qui dilucida interualla habebat, factum est testamentum valebit. Sed quid in ambiguo, vt quia testamentum factum est ab eo qui aliquando furere, aliquando sapere solebat, proferatur? Et verius est [t], vt si quidem de furoris intermissione non constet, actum esse in furore id intelligamus. Exigimus enim non furoris remissionem tantum, sed etiam dilucida interualla. Quòd si certum sit eum habuisse dilucida interualla, dubitetur tamen an hoc eo tempore quo sanus erat testamentum fecerit, tunc ex actus qualitate negocium omne terminabitur. Quid enim si res ita prospere gesta est, vt etiam sanius geri non potuerit? Præsumendum est eum sanum testatum fuisse, vtpote cùm is testamento filium suum scripserit hæredem. Quòd si

is

[r] Accur in §. fin. inf. eo. vi de Bar. in d. l. si quæram⁹.
[s] §. quod vero. sup. de iure natu.
[t] l. qui in potestate. ff. eo.
[v] arg. §. sed naturalia. sup. de iure naturali.
[x] sup. in rubricam
[y] §. in potestate. sup. de his qui sunt sui vel alie. iur.
[z] Vide Cicero. in Topicis & omnino Buda. in cómentariis linguæ Gręcę.
[&] arg. l. qui testamento. §. mulier. ff. q. test. fac. poss.
[•] auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & ibi doctores notant.
[a] Bart. in d. l. si quæramus.
[b] l. qui in potestate. ff. eo.
[c] l. 2. ff. de lega. 1.
[d] l. tam is. §. filiusfa. ff. de mor. cau. dona.
[e] l. 2. ff. eodem.
[f] gl. in d. l. qui in potestate. & in l. seniú. & ibi Decius not. C. eodem.
[g] Tit. sup. prox. §. vlt.
[h] l. 2. ff. ad macedonia.
[i] auth. defuncto. C. ad Tertul.
[k] auth. de hæredib. ab intesta. veniétib. § si igitur.
[l] cap. licet de sepultu. in 6.
[m] Barto. in d. l. si quæram⁹.
[n] dixi in rubrica.
[o] auth. presbiteros. C. de episco. & cler.
[p] Decius in d. l. senium. C. qui test. fa. pos.
[q] Caius lib. 2. institutionú tit. de testamétis. l. vnica. C. de falsa moneta.
[r] l. vlt. & ibi notant scribentes. C. de testamento militis.
[s] arg. §. pupillus. inf. de inutil. stipula. arg. notatorú in l. si curatoré habens. C. de integ. restitu. minorú.
[t] Deci⁹ in l. furiosum. C. eo. idé in regula. in negociis.

is filium suum præterierit, tanquam demens id fecisse intelligitur [v]. Idem est & si reliquias suas in mare abiiciendas testamento suo decreuerit [x], aut si cadauer suum choreis excipiendum mandauerit [y]. Ceterùm dubitari potest quo pacto furor probetur: & id quidem perspicuis indiciis [z], vtpote si vana & deridẽda loquatur, si per vicos insanorum more feratur [&], si temerè lapides iaciat, vestes dirumpat, aliáque committat vnde furor colligi possit.

§. Item prodigus.

Is cui lege bonis interdictum est, cuiusmodi est prodigus, testamentum facere non potest [a]. Sed quo pacto prodigum quempiam esse cognoscemus? Et verius est, vt si quidem nullum neque modum neque finem impensarum habeat, vt eum prodigum esse existimemus [b], modò tamen per iudicem illi bonis interdictum sit [c]. Quamuis enim constet quem manifestè prodigum esse, semper tamẽ decreto iudicis illi bonis suis interdici debet. Quinimo & illud receptum est, vt si ei qui re vera prodigus non erat, bonis interdictum sit, vt rei tamen iudicatæ perpetuò adhæreamus [d]. Quòd si vulgò nota fuerit illius frugalitas, & vitæ temperantia, procliuius est vt iudicis decretũ interpositũ nullius esse momẽti existimemus [e]: quod Iason latius adnotauit [f].

§. Item surdus.

Olim mutis & surdis nõ aliter testari licebat, q̃ si idipsum nominatim à principe impetrassent [g]. Sed cũ nõ sine summa difficultate princeps adiri possit [h]: Iustinianus iure cõmuni & citra vllã impetrãdi necessitatẽ id illis cõcessum esse voluit [i], vt si quidem surdi essent, loqui tamen possent, illis testamẽtum facere liceat. Quòd si muti fuerint, & surdi, iíque literas teneant, tunc suum testamentum scribere possunt, modò id vitij nõ natura, sed casu aliquo contraxerint. Cæteris verò qui surdi aut muti sunt, neque literas norunt, etiam si principis rescriptum accedat, testamenti factio concedi non potest: quod eruditè aduersus receptam doctorũ sententiam Viglius hîc prosequitur [k].

§. Cæcus.

Cæco non aliâs testamentum facere permittitur, quàm si ex diui Iustini constitutione [l], priore loco coram septem testibus & tabulario hæredem sibi nuncupauerit: deinde legata fideíque commissa reliquerit: quod ipsum hodie pro forma introductum non est, ídque aduersus Iasonis sententiam [m] procliuius esse Viglius ostendit.

§. Eius qui.

Cùm is qui ab hostibus captus est, hostium seruus efficiatur [n], consequẽs est vt testamentum facere non possit. Seruus enim nullam habet iuris ciuilis communionem [o]. Testamẽtum autem quod ab eo domi factum est, citra nouam voluntatem firmũ permanet, si quidem reuersus fuerit, ídque iure postliminij [p]. Si verò apud hostes mortuus fuerit, tunc ex eo momento quo captus est, mortuus esse intelligitur [q]. Nam & lex Cornelia, quæ primo bello Punico lata fuit [r], ita constituta erat. Præter has igitur personas sunt & aliæ pleræque quibus testamẽti faciendi facultas denegatur, quas tam Accursius [s], quàm Bartolus [t] & alij [v] diligenter perstrinxerunt.

Titulus, De exhæredatione liberorum.

In Rubricam.

Inter cætera quæ ad ordinanda testamenta necessariò desiderãtur, principale ius est de hæredibus instituendis, vel exhæredandis, ne præteritis illis rumpatur testamentum [x]. Dicendum est itaque primò de exhæredatione, paulò pòst de liberorum distinctione dicturi. Exhæredatio itaque, ex Bartoli sentẽtia [y] nihil aliud est quàm successionis priuatio, quæ in hoc differt ab ab-

v l.2. sub si. ff. de inof. testa.
x l. quidã in suo. ff. de condi. et insti.
y Iason ĩ l. furiosum. C. eo.
z d.l. quidam.
& l. ob quæ vitia. ff. de ædilitio edicto.
a l. is cui lege ff. eo. l. 1. ff. de curato. furio.
b d.l. 1.
c Iason in l. is cui bonis ff. de verbo. oblig.
d arg. l. obseruare. ff. de curato. fur. arg. l. pen. circa fi. ff. eo. tit.
e d.l. obseruare.
f Ias. in d.l. is cui bonis.
g l. surdus. ff. eo.
h arg. l. idem Iulianus. §. constat. ff. de lega. 1.
i l. discretis. C. eodem.
k Viglius cõtra doct. hic. & in d.l. discretis.
l l. hac cõsultissima. C. eo.
m Iason in d.l. hac consultissima.
n l. ex hoc iure ff. de iusti. & iure.
o l. qui testamento. §. seruus. ff. eo.
p l. eius qui. ff. eod. arg. § si ab hostibus. suprà quib. mo. ius pat. pote. solu.
q l. lege Cornelia. ff. eo. l. lex Cornelia. ff. de vulgari. vide quæ dixi in § si ab hostibus.
r Salmonius in l. Gallus. §. quòd si n. ff. de lib. & posthu.
s gl. hic ĩ ver. ex lege Cor. in versi. vltimo nota.
t in d.l. si quorũdam ff. eo.
v Philip. Franĩ repetitione cap. si pater. de testa. lib. 6.
x l. inter cætera. ff. de libe. & posthu.
y in l. quidam cùm filium. ff. de verbo. obligat.

dicatione, quòd hæc in vita fieri solebat, nimirum cùm quis familia eiicebatur[z]: illa verò in testaméto, vímque suam post mortem habere solebat. Qui autem abdicatus est (licet idipsum hodie legibus comprobatum non sit[*]) nisi idem quoque legitimè exhæredatus sit, testamentum rumpet, & ab intestato succedet. Liberorum autem in iure ciuili multiplex est significatio[*]: hoc autem titulo liberorum appellatione veniunt sui & emancipati, & nati & nascituri: item tam naturales, quàm adoptiui, & tam filij, quàm nepotes, & omnes alij descendentes: quod progressus ipse facilè indicauerit.

§. Primus.

Filius qui neque hæres est institutus, neque vt oportet exhæredatus, hoc est præteritus[a], rumpit patris testamentum[b]. Neque quicquam refert quòd ei aliquid legatum, aut mortis causa donatum fuerit[c]. Licet enim hoc ipsum olim ad excludendum querelæ remedium sufficiebat, & si modò exhęredatus esset, tamen hodie necessariò aliquid institutionis titulo relinquédum est[d]. Hæredum enim vocabulum multò honestius est, quàm legatariorum, ignominiosúmque est filium hæreditate paterna carere. Quin & illud receptum est, vt etiam si inutile sit huius patris testamentum ab initio, bonorum tamen possessio contra tabulas detur[e]. Licet enim quod nullum est ab initio, rescindi nequeat[f], bonorúmque contra tabulas possessio testamentum rescindat, tamen prætorio iure mitius eleuatur patris iudicium, quàm si iure ciuili statim testamentum nullum esse filius assereret[g]. Atque Bartoli sententiam[h] sic tueri posse crediderim[i]. Quin & illud receptum est, hoc testamenti genus vsque adeò inutile esse, vt nihil referre existimem an filius viuente patre moriatur[k]. Cùm enim institutio ab initio fuerit inutilis, non debebit ea tractu temporis confirmari[l]. Sed hæc omnia non obseruantur quando filius præteritus postea patris testamentum comprobauerit. Tunc enim ex æquo & bono sustinetur[m], si quidem nulli alij sint præter hunc filium præteriti, alioqui cùm ipsis fratribus ius quæsitum sit, vt ab intestato succedant[n], non potest fratris comprobatio eis quicquam detrimenti afferre[o], nisi vt legata soluant[p]: licet hodie citra filij approbationem debeantur[q]: quæ omnia in filio locum habent, in filio enim ius tale receptum est[r]: vt eius præteritio testamentum non infirmet, sed dimidium portionis eius quod ab intestato consecutura erat, illi cócedatur[s]. Et hoc est quod hîc dicitur, filium habuisse ius accrescendi. In eo quoque à filio discrepabat, quòd nec nominatim eum exhæredare necesse fuit, sed ἀκρίτως, id est, indefinitè: & hoc est quod dicitur inter cæteros. Sed hodie filia præterita rumpit testamétum, nominatímque exhæredari debet, quod Iustiniani constitutione introductum est[t].

§. Nominatim.

Aliis quoque modis nominatim exhæredatio concipi potest, vt si testator cùm vnum filium haberet, se omnes liberos exhęredare dixerit. Quamuis enim liberorum appellatio latior sit quàm filiorum[v], vt quæ nepotes contineat, filiorum verò eos qui primi tantùm gradus sunt[x]: tamen necessaria interpretatione liberorum appellatio ad hunc solum filium restringi debebit. Sed cùm hodie filius cum causa exhæredari debeat[y], causáque nominis vice fungatur, semper ad causam ipsam respiciendum esse censuerim. Non tam enim nominatim exhæredationé factã, quàm causæ adiuctioné inspicimus[z].

§. Posthumi quoque.

Quæ de natis liberis suprà diximus, eadem & in non natis locũ habent[a]. Hi enim debẽt vel hæredes institui, vel nominatim exhæredari: alioqui agnatione rumpenr testamentum[b]. Hæc autem posthumorum institutio ex eo fauorabilis est, quòd tam in gratiam liberorum, quàm etiam confirmandi testa-

z Vide omnino Alcia. li. 2. dispunc. ca. 28. & l. abdicatio. C. de pa. po.
• l. cognoscere. §. liberorũ. l. liberorum. ff. de verbo. sig. Vide glo. in §. 1. suprà de adopt.
a §. eodem. infrà de hered. qua ab intesta. defe.
b l. inter catera. ff. de libe. & posthu.
c l. Papinian⁹. §. si quis mortis. ff. de inoffic. testa.
d § caterùm. in authen. vt cùm de appel. cogno.
e l. 2. & ibi Fran. Cursius C. de contra tab.
f l. nã & si sub conditione. ff. de iniusto rupto.
g arg. l. non debet. sub finẽ. ff. de dolo.
h in d. l. 2. C. de cõtra tab.
i Vide hic Viglium.
k hoc textu in ver. adeò quidem.
l l. quæ ab initio. ff. de re. in.
m l. Titio præterito. sub fi. ff. de iniusto rupto.
n l. vlt. ff. eo. & l. 1. §. vlt. ff. si tab. testa. nulla extabũt.
o arg. l. 1. C. quib. res indi. non no.
p l. nonnunquã. ff. de lega. præstan.
q auth. ex causa. C. de lib. præteritis.
r Caius lib. Insti. 2. hoc tit. & Paulus receptarũ sententiarum lib. 3. titu. de testa.
s l. maximum vitium. C. de lib. præteritis.
t d. l. maximum vitium. dicam in §. sed hæc quidem. infrà eo.
v l. liberorum. ff. de verb. sign. Barto. in l. si quis in prin. ff. de lega. 3.
x §. permissum. suprà de tute. § si quis filiab⁹. vbi dixi suprà qui testa. tut. da. pos.
y auth. non licet. C. de libe. præteritis.
z § aliud quoq; capitulũ. in auth. vt cũ de appella. cognoscitur. Iason in l. 2. ff. de lib. & posthu.
a arg. §. cũ autẽ sup. de tu.
b l. posthumi. ff. de iniusto rupto.

menti gratia fieri ſoleat [c]: vnde latiſsimè protenditur [d]. Et ideo qui poſthumum hæredem ſcripſerit, etiam ſi mille naſcantur, omnes tamen ad hæreditatem vocabútur [e]. At exhæredatio poſthumi, ex primi poſthumi natiuitate demonſtrationem reſtrictionémque accipiet, quod latius Alexander, Petrus, Baldus, Caſtrenſis annotauerunt [f]: licet Bartolus [g] Accurſium ſecutus [h] diſſentiat. Sed iſtud hodie non ita ad nos multum pertinet, cùm filium nondum natum Iuſtiniani conſtitutione [i] exhæredari non poſſe conſtitutum ſit: licet id olim propter patriæ poteſtatis ſummam authoritatem, quæ ius vitæ & necis in filios habebat, permiſſum ſit [k]. Aliquibus tamen notis poſthumus ab eo qui natus eſt ſecernitur [l]: vt ecce in præteritione filiorum & filiarum erat differentia, cùm filij iniuſtum facerent patris teſtamentum [m], filiæ verò haberentius accreſcendi. In poſthumis verò æqualis fuit vtriuſque conditio: rumpebant enim agnatione teſtamentum. Item præteriti ab initio rumpunt teſtamentum, poſthûmi verò non aliàs quàm ſi nati ſint: illa ratione, quia iniquum eſſet ruptionem teſtamenti ſtatim inducere. Quid enim ſi mulier abortum fecerit, aut ante ſeptimum menſem pepererit [n]? Quid item ſi puer naſcendo moriatur [o]? certè non rumpetur teſtamentum. Sic & poſthumæ non aliter inter cæteros exhæredari poſſunt, quàm ſi quid eis relictum fuerit, ne videantur præteritæ eſſe per obliuionem [p]. Natæ verò ſine legato exhęredabútur [q]. Sic & poſthumi nepotes, niſi nominatim fuerint exhęredati, rumpunt teſtamentum [r]. In natis verò nominatim exhæredationem factam non exigimus. quæ omnia eleganter hîc Tribonianus exequitur.

§. Poſthumorum autem.

Cùm ſuprà dictum ſit [ſ] poſthumorum nepotum qui teſtamento præteriti eſſent agnatione teſtamentum rumpi, plerique prudentes viri non aliter ſibi teſtandum eſſe putabant, quàm ſi eos hæredes ſibi aſcripſiſſent. At huiuſmodi inſtitutio, vt quæ incerta eſſet, (incertum enim erat an talis naſciturus eſſet) inutilis erat [t]. Inutilem autem inſtitutionem plerique præteritionis loco accipiendam eſſe exiſtimauerunt [v]. Sic eueniebat vt quoquo modo, ſiue hi hæredes inſtituerentur, ſiue præteriti eſſent, inutile eſſet teſtamentum. Huc accedit, quòd ex Alciati [x] & aliorum ſententia filius etiam poſthumus propter natiuitatis incertitudinem hæres inſtitui non poterat. Qua ratione contra publicæ vtilitatis formam fiebat [y], vt quodammodo teſtamenti factio interdiceretur: id quod quũ iure antiquo receptũ eſſet, prætores pro ſua æquitate illud ipſum moderati conſtituerunt vt poſthumus nepos ſcriptus hæres in poſſeſsionem mitteretur ex clauſula de ventre in poſſeſsionẽ mittendo [z]. Sed ne diutius prætorum auxilio egeremus [&], primus omnium Gallus Aquilius, dum tribunitia poteſtate apud Romanos fungeretur [9], plebiſcito inſtituit, vt & poſthumus nepos vtiliter eo pacto inſtitueretur, ſi ſcilicet poſt aui mortem ex filio præmortuo poſthumus naſceretur [a]. Si enim auo viuo hic natus eſſet, erat quod ſuæ negligentiæ auus aſcriberet, cur is à ſuo priore teſtamento non diſceſsiſſet. Cæterùm Iulius Velleius ad hanc legem Aquiliam poſtea addidit [b], vt etiam ſi viuo auo ex filio præmortuo nepos naſceretur, etiam eum hæredem inſtituere liceret. Etenim quáuis hic olim præteritus pro exhæredato haberetur [c], iniquũ eſſe exiſtimauit Velleius exhæredationis conieсturam capi, cùm interim is per obliuionem præteritus à teſtatore videretur [d], ſuaſitque vt teſtator eum hæredem inſtitueret, ſi quidem teſtamentum ſuum non infirmari cuperet [e]. Sicque intelligendum eſt quod pleriſque in locis ſæpe legitur, Velleia lege ob nepotis ſuccedentis præteritionem rumpi teſtamentum [f]. Igitur vt rem omnem in compendium perſtringamus, Galli caſus eſt, cùm poſthumus nepos naſcitur poſt aui mortẽ: Vellei verò, cum eo viuo, ſed iam cõdito teſtamẽto, quod agnatione præteriti nepotis rũperetur [g].

c gl. in ver. qui ex quacũque. in l. placet. ff. eo.
d arg. l. cũ quidã. ff. eo. arg. ca. odia. de reg. iur. in 6.
e d. l. placet. & l. ſequen.
f Omnes hi in d. l. placet.
g in d. l. placet.
h d. gl. qui ex quacunque.
i in l. ſi quis ẽ ſuo. §. legu. C. de inof. teſta.
k l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu.
l differentiæ quatuor inter natos & naſcituros liberos.
m d. gl. poſthumi. in ver. ex eo. §. 1. ſuprà noſtro titu.
n contra l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hom.
o l. q mortui. ff. de ver. ſig.
p arg. l. ſi cũ vel in vtero. ff. de teſta. militis.
q l. maximũ vitium. C. de libe. præter.
r d. l. poſthumi. §. nominatim.
ſ in §. poſthumi. in verſi. maſculi. ſuprà eo.
t §. ĩcertis. §. poſthumo. inſ. de lega. l. vnica. ver. & cũ triplici. C. de cadu. tol. l. Gallus. §. ille caſus. ver. procedere.
v d. § incertis.
x lib. 3. Paradox. ca. 3.
y contra l. vel negare. ff. quẽad. ſab. teſta. aper. cõtra l. 1. C. de ſacroſ. eccle.
z l. poſthumus. verſ. quid enim. ff. de inof. teſta.
& arg. l. 2. ff. de publicia.
9 Vide Cic. in Bruto. & in epiſt. 1. lib. 1. ad Atticũ.
a l. Gallus. in prin. & ibi omnino vide Salomoniũ.
b Salomonius in § nũc videndum. in l. Gallus.
c ſub finẽ huius § ibi, idque lege Iulia.
d arg. l. ſi filiusfami. ff. de milita. teſta.
e d. l. Gallus. § nũc videndum. § etiã. § ſequẽti. & d. § ille caſus. & l. ſi a[v]. C. de poſthu. hære. inſtit.
f d. § ille caſus. & l. ſi q̃s filium. C. de inof. teſta.
g d. l. Gall[us]. per to. & hoc §. & ſuperiore ſub finẽ.

§. Emancipatos.

Hoc vno emancipati à suis differunt,licet in aliis quoque discoueniant[h], quòd sui præteriti ipso iure testamentum subuertant,emancipati autem non aliâs quàm si contra tabulas beneficium à prætore acceperint[i]. Neque mediocris est huius rei effectus. Nam bonorum possessiones,cùm sint prætoriæ,anno terminantur[l]: ius autem succedendi per legem ciuilem, non nisi triginta annorum spatio clauditur[k]. Item emancipati post annum bonorum possessionem agnoscere nequeunt[l]:sui verò à iure succedendi nón aliâs quàm triginta annorum spatio excluduntur[m].

§. Adoptiui liberi.

Quamuis adoptione non semper in alterius potestatem transeamus[n], facillimum tamen fuerit adoptione in alterius iura venire, si quidem filius à patre emancipatus arrogandum sese dederit[o]. Hic enim sicut arrogatus in familiam adoptantis transibit, adeò vt vel hæres institui, vel exhæredari ab arrogatore debeat, nisi testamentum suum conuelli velit: præterquam si is adoptiuus filius emancipatus fuerit. Hic enim impunè testamento præteriri potest[p], licet in prioris parentis vim naturalia iura recuperet[q]. Quòd si pater mortuus fuerit,nihil ex illius hæreditate consequi potest[r]:imputet enim sibi quòd se atrogandum dederit,cùm id ex illius tantùm voluntate procedat[s].

§. Sed hæc quidem.

Veteri iure erat constitutum, vt filij non nisi nominatim, fœminæ verò inter cæteros exhæredarentur[t]. Item vt iis ius accrescendi daretur, neque præteritæ rumperent patris testamentum: filij verò præteriti iniustum facerent[v]. Atque ita differentia sexus inducebatur[x], sicut & gradus, vtpote inter filios & nepotes[y]: inde quoque inter filias natas & posthumas[z], & nepotes natos[&] & nascituros[*]. Quæ omnia Iustinianus triplicem ob causam submouit[a], sicuti hoc loco videre licet[*]. Oportet igitur filiam hæredem instituere, vel nominatim exhæredare, nimirum sexus discrimine sublato[a], præterquam in tribus casibus,quibus ad veteris iuris obseruationem redire solemus. Primus est quando filia contenta dote renunciauit patris successioni[b]: quod ius cùm lege ciuili infirmum sit[c], iute pontificio propter iuramẽti accedentem authoritatem confirmatur[d]. Secundus est,quando plebiscito municipali, masculis existentibus fœminæ à successione remouentur. Tertius est,quando indulto principis familiæ concessum est vt fœminas à successione repellere possint. Quæ omnia intelligenda sunt si quidem filia dotem acceperit: quod tam Bartolus[e], quàm Alexander & alij adnotauerunt.

Et eundem habent effectum.

Sensus est, vt omnes cuiuscunque gradus seu sexus liberi sui & emancipati eundem habeant effectum quem sui & emancipati,circa suorum parentum testamenta infirmanda,siue iam nati sint,siue adhuc in vtero constituti, postea nati sint.Sic ergo sexus sexui,gradus gradui comparatur:sed nó comparatur sui emancipatis[g]. Sed nónne iure nouo vt sexus sic & emancipationis & patriæ potestatis sublata est differentia? Et ab intestato emácipatus iure ciuili succedit, sicut & suus hæres[h]: itidem & ex testamento, si quidem simpliciter præteritus est. Rescindit enim testamentum vel ipso iure,vel bonorum possessione cótra tabulas[i]. Quòd si præteritioni causa adiecta fuerit, tunc cùm pro exhæredato habeatur,ad querelam confugere debet[k], nec contra tabulas bonorum possessionem accipere potest[l].

§. Sed si in expeditione.

Si miles in supremis ordinandis nó ignarus se habere liberos & vxorem prægnantem,

h doctores ĩ §.sed hæc quidem.infrà eo.
i arg.§.3. infrà de perpet. & tempo.actio.
k l.licet.C.de iure delibe.
l l.1.§.largi°.ff.de succes. edic. iuncto §. cũ igitur. infrà de bono.possess.
m d.l.licet.& ibi notatur.
n l.cum in adoptiuis.C.de adopt.§.sed hodie.suprà de adopt.
o Bal.in d.l cũ in adoptiuis.§.vltimo.
p l in omni.ff.de adopt.
q l.si emãcipatus.§.planè. ff.de bo.possess.cótra tab.
r d.§.planè.
s arg.l.cũ in adoptiuis.ar. ea.dãnũ.de reg.iur.in 6.
t §.1.suprà eo.
v d.§.1.
x d.§.1.ver.sed non ita.
y §.posthumi.ver. sed fœminini.
z d.ver.sed non ita.
& d.§.posthumi.ver.masculos.
** in l.maximũ vitiũ.C.de libe.præterit.*
** Hoc §.ĩ ver.quia vtraque persona. & ibi est prima ratio.Secunda ratio ibi,& lege.Tertia ratio ibi,quod & prætores.*
a d.l.maximũ vitium.
b l. pactũ quod dotali.C. de colla.
c in l.pactum dotale.C.de pact.
d ca.quãuis.C.de pac.in 6.
e Bart.in l. Titio centũ.§. Titio genero.ff.de cõdit. & demonstrat.
f in l.Gallus.§.& quid si tantum.& repetentes in d.cap.quamuis.
g. Viglius hic.
h Barto.in l Gallus.§.& quid si tantũ.arg.§.nullam. in authen. vt cum de appella.cogno.
i Bart.in authẽ.ex causa. C.de libe.præterit.
k Doctores in l.3.per illũ tex.C.eo.
l l.non putauit.ff.de bon. possess.contra tab.

prægnantem, nullam habuerit ventris neque liberorum mentionem, silentium eius pro exhæredatione habendum est[m]; idque ex tacita militum voluntate introductum est: quæ vbi defuerit, vt quia ignorauerit se vxorem habere & liberos superstites, tunc quia non videtur eos exhæredare voluisse, testamentum à filiis reuocabitur, sicut & legata immodica[n]. Verisimile enim est, si quidem sibi liberos esse intellexisset, non fuisse tam amplè legaturum. Quòd si minimi momenti legata extiterint, neutiquam reuocabuntur[o]. Sed cùm hoc silentium militis pro exhæredatione habeatur, consequens est vt nec filiis testamentum vllum dicere liceat, neque bonorum possesio contra tabulas detur[p]. Plus dico, nec querelæ inofficiosi locum esse[q].

§. Mater.

Quemadmodum filio matrè præterire permittitur, solúmque inofficiosi querelæ remedium ipsi matri competit[r], ita & filius à patre præteritus pro exhæredato habetur, eíque tantùm querela inofficiosi experiri conceditur.[s] Olim enim impunè mater filium præteribat[t], cùm lege ciuili filios in potestate non habeat[t]. At hodie communi doctorum sententia, filio sic præterito ex Iustiniani constitutione[v] testamentum nullum dicere licebat[x]. Quod cùm ita sit, nunquid & huic bonorum possesio contra tabulas dabitur? Et id quidem procliuius est. Iustiorem enim titulum habebit filius, postquam successio vtroque iure illi deferetur[y]. Sanè adnotandum, sicut parentes liberos præterire non possunt, ita nec liberi parentes suos omittere poterunt, nisi suæ vltimæ voluntatis sententiam infirmatum iri voluerint[z]. Planè in exhæredatione tam parentum quàm filiorum, causa semper addenda est[&]. Causæ autem in nouellis Iustiniani copiosissimè describuntur[ɔ].

m arg. l. militis codicillis. §. miles in supremis. l. si filiusfa. ff. eo. l. si tu vel in vtero. C. de testa. mili.
n d. §. miles in supremis.
o Vide hic Viglium.
p arg. d. l. non putauit.
q l. Papinian[o]. § Papinianus. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoff. testa.
r l. cū filiū. C. de inof. testa.
s hoc §.
t §. fœminæ. sup. de adopt.
v in §. aliud. in §. sed hæc quidem in authen. vt cū de appell. cogno.
x dicā infrà de inof. testa.
y arg. l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess.
z not. in tit. si quis à parēt. manumis. fue.
& authen. non licet. C. de libe. præterit.
ɔ authen. vt cū de appell. cogno. §. aliud. & §. causas. Vide hic Ferrarium.

Titulus, De hæredibus instituendis.

In rubricam.

Postquam de filiis hæredibus instituendis vel exhæredandis dictum est, non abs re in vniuersum Iustinianus subnectit, qui hæredes institui, quæque circa hæredum institutionem obseruari debeant[a]. Nam & de conditionibus institutionum hoc loco pertractatur[b].

a Theophilus hic.
b tit. de condit. institu. ff. §. hæres. §. impossibilis. & §. sequen. infrà eo.

§. Primus.

Omnes homines hæredes institui possunt, siue liberi sint, siue serui. Et de seruis quidem hominibus hoc loco satis copiosè tractatur; de liberis verò non tanta hîc est mentio, cùm & minor sit ratio dubitationis. Igitur proprius seruus si à domino suo hæres scriptus sit, & libertatem & hæreditatem consequetur[c], etiam si nullam libertatis mentionem testator fecerit: videtur enim mens testatoris fuisse vt liber sit. Cùm enim hæreditatum deferendarum modus à lege ciuili introductus sit[d], hæreditas nullo modo nisi libero acquiri potest: & ideo etiam si testator seruum purè scripserit hæredem, libertatem verò sub conditione vel in diem dederit, procliuius est vt illi ex voluntate testatoris libertas debeatur[e]. Quare & si seruus ab vno ex dominis hæres cū libertate aut sine libertate instituatur, dubium non est, quin is ab alio domino sese redimere posit: cùm & id in non absimili specie Iustinianus constituerit[f]. Ab hac autem tam generali regula excipiuntur in primis improbi intestabiles[g] filij eorum qui perduellionis rei facti sunt[h], peregrini[i], deportati, spurij, & hodie quidam monachi[k]: & vt vno verbo dicam, quibus legari non potest, iisdem quoque libertas inutiliter relinquitur[l].

§. Est autem casus.

Ab illa regula qua seruos institui posse constitutum est, excipiuntur serui qui se dominabus suis immiscuerunt. Hi enim cùm manumitti non pos-

c §. idémq. iuris. sup. quib. ex cau. manum. nō lic. l. decisione in princi. & l. quidam. C. de necessa. ser. hære. instit.
d not. Alcia. in l. nihil aliud est. de verbo. signifi.
e l. quoties. §. vlti. l. qui filio. § 1. ff. eodem.
f l. 1. C. de communi seruo manumisso.
g l. cum lege. ff. de testa. l. is cui lege. §. si quis. ff. eo.
h l. quisquis. §. filij. C. ad legem Iul. maiestatis.
i l. 1. C. eo.
k Clementina, exiui. de verbo. signifi.
l §. legari. infrà de lega.

ſint ante iudicij ſemel inſtituti ſententiam (ne quæſtioni ſubducantur[m]) & ſic nec ad libertatem deduci: conſentaneum eſt vt nec illis vtiliter hæreditas relinquatur[n]. Sed hæc in liberis hominibus qui mercede conducti in dominibus diuitum ſeruiunt, non obſeruantur. Cùm enim hi liberi ſint, pendente tamen adulterij accuſatione inſtitui poſſunt, & accuſatio nihil impedit aditionem hæreditatis[o]. Idem eſt & in domino qui ſe ancillæ ſuæ immiſcuerit[p]. Sanè ſi mulier ſeruo ſuo nubere velit, crediderim abolitam eſſe iure pontificio hanc accuſationem: quod ſatis tolerabile eſt[q].

m arg. l. proſpexit. ff. qui & à quibus.
n arg. l. qui teſtamento. §. ſeruum. ff. de teſta. l. vnica. C. de mulie. quę ſer. prop. ſe iunxe.
o Doctores hic.
p Porcus hic.
q toto tit. de coniu. ſer. ca. 2. de adulte. & ſtup.

§. Alienus.

Dixerat ſuprà alienos ſeruos hęredes inſtitui poſſe, ſicut & proprios: quod vt rectius intelligatur, eum alienum eſſe ſeruum oſtendit, in quo quis vſumfructum haberet. Solet autem vulgò quæri[r], an vſusfructus dominij pars ſit. Et verius eſt vt non pars dominij ſit, ſed ius quoddam in re, exemplo aliarum ſeruitutum[ſ]. In aliquot tamen caſibus partem dominij eſſe non negauerim: quod latius Alciatus exequitur[t].

r Aretinus hic.
ſ §. aquè. l. 1. ff. de vſufru. l. rectè dicim. de ver. ſig.
t Alcia. in d. l. rectè in ver. dominij.

§. Seruus autem.

Proprius ſeruus à domino hæres inſtitutus, ei hæres ſit, & neceſſarius[v]. Idémque eſt & ſi hæres ſit purè inſtitutus, libertate tamen, conditione, vel alio quouis modo ſuſpenſa. Hic enim conditione eueniente libertatem conſecuturus eſt, ſiétque teſtatori hæres neceſſarius[x]. Sed hoc locum non habet in duobus caſibus. Primus eſt, ſi à domino fuerit manumiſſus: hic enim hæres ſit voluntarius. Secundus eſt, ſi vnus teſtator huiuſmodi ſeruum inſtitutum alienauit. Nam & ſi cum emptore teſtaméti factio fuerit, iuſſu eius adire hæreditatem debebit[y]. Nam cùm illi libertas adempta ſit, conſequens eſt vt non ſibi, ſed nouo domino acquirere poſſit[z]. Atqui regula eſt iuris ciuilis, hæreditatem non rectè ſeruo adimi, propter quam liber & hæres eſſe iuſſus eſt[&]. Sed id in expreſſa ademptione locum habet, quæ hoc tolerabilior eſt, quòd & ſeruus ſemper in eadem cauſa manſerit. Nam cùm vnum tantùm ademerit teſtator, ſine quo alterum conſiſtere nequit: humanius eſt vt dicamus ea durare potius quàm actum perire. Sed hoc loco dominus expreſſa alienatione videtur quodammodo tacitè ademiſſe libertatem[a].

v l. ſi alienũ. in prin. & l. ſequen. ff. eo.
x l. ſeruum. §. 1. ff. eo.
y l. ſeruum meum. ff. eo.
z d. l. ſeruum meum.
& l. ſi ita ſcriptũ. §. regula. ff. de libe. & poſthu.
a Doctores in d. §. regula.

§. Alienus.

Quemadmodum ſeruus proprius hæres inſtitui poteſt, ita & alienus. Hic enim hæreditatem domino in cuius eſt poteſtate, acquiret[a], modò iuſſu domini hæreditatem adierit[b]. Cùm enim dominum aditione hæreditatis obligari conſtet, cóſentaneum eſt vt domini iuſſus aditioné præcedat[c]. Id quod & in filiofamil. obſeruandum eſt, vt is hæres inſtitutus iubente patre hæreditatem adeat[d]. Quanquam tamen filio nolente adire, permiſſum ſit ipſi vt hæreditatem adeat[e]. Dominus contrà ſeruo inuito hæreditatem non acquirit: quod tamen Porcius multas ob cauſas improbauit[f]. Idémque in monacho quod in filio receptú eſt[g]. Hic enim hæres inſtitutus monaſterio hæreditaté acquirit, modò ſui cœnobiarchæ conſenſus acceſſerit[h]. Sanè in adipiſcendo legato tempus teſtatoris mortis inſpicimus, id eſt tempus deceſsionis è viuis, licet non niſi adita hæreditate debeatur. At in hæreditate acquirenda aditionis tempus conſideramus[i].

a l. placet. ff. de acqui. hær.
b l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & l. aditio. ff. de acquir. hæred.
c Docto. in l. 1. C. q. admit.
d d. §. iuſſum. doct. in d. l. 1.
e l. vlti. §. ſin autem patre. C. de bo. quæ libe.
f Porcus in §. itẽ vobis. ſuprà per quas perſo. acq.
g Aretin. hic. Bart. in l. 1. de vulgari.
h Vide hic Aretinum.
i l. ſi poſt. §. ſi cũ. ff. quando dies lega. cedit. glo. hic in ver. nouus domini.

§. Seruus autem.

Cùm ſeruus hæres inſtitutus domino hæreditatem ſemper acquirere ſoleat[k], probabiliter dubitari poteſt an ſeruus hæreditate domini iacente hæres inſtitui poſsit. Et Caius reſpondit[l], hæreditarium ſeruum ante aditam hæreditatem ideo inſtitui poſſe, quia creditum eſt hæreditatem dominam eſſe, & defuncti vicem repræſentare[m]. Hæreditas enim defunctum, non hæredem futurum

k l. placet. ff. de acq. hære.
l in l. nõ minus §. hæreditarium ſeruum. ff. eo.
m Vide Alcia. in l. nihil aliud eſt. ff. de ver. ſigni. l. hæreditas. 1. & 2. ff. de acquir. re. do. l. cùm hæreditas. C. depoſiti.

futurũ refert:hoc ideo,quòd fieri poſsit vt à nobis futurus hæres inſtitui nequeat,vt quia ſpurius ſit,vel peregrinus.[n]. Meminerimus tamen hæredis futuri iuſſum ad huiuſmodi aditionem expectandum eſſe[o].

§. Seruus autem plurium.

Si ab extraneo ſeruus plurium hæres inſtitutus ſit, hic ſi iuſſu vnius hæreditatem adierit,pro portione dominica eum hæredem faciet[p]. deinde cæteris ſociis non iubentibus tacito iure partes ei accreſcent,quod ipſum tamen obſeruandum ita erit, modò domini teſtamenti factionem habeant, quod quo pacto accipiendum ſit,paulò inferius ſubiiciemus[q].

§. Et vnum.

Accurſius[r] hoc reſponſum ita intelligi poſſe credidit,vt etiã omnes totius orbis homines hæredes inſtituere permiſſum ſit,quod ipſum ſanè quàm ridiculum eſt. Neque enim quantumlibet diuitis hæreditas in minutiſsimas partes ſecta,omnibus ſufficeret. Verius eſt itaque quod Viglius prodidit[ſ],vt teſtatori tot hęredes quot voluerit inſtituere permiſſum ſit,modò ij certo numero contineantur. Inſani enim hominis eſſet omnes ſibi homines hæredes facere[t]. Crediderim hoc caſu Reip. vel fiſco qui omniũ vicem ſubſtinet, aut pauperibus,non iniuria eiuſmodi hæreditatem applicari poſſe.

§. Hæreditas.

Solennis aſsis diſtributio in duodecim vncias fit[v]: ſi tamen teſtator minus diſtribuit, poteſtate iuris in hoc reuoluimur:vtputa ſi duos hæredes ex quadrante ſcripſerit. Nam hæreditas ei reſidua accedit, vt ex ſemiſsibus videantur ſcripti[x]. Quod ideo receptum eſt,ne quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat[y]. Huc accedit voluntas teſtatoris,quæ iuri accreſcendi hac in ſpecie locum facit.

Ex parte teſtatus.

Hac ex cauſa introductum eſt ius accreſcendi, ſicuti Accurſius[z], Bartolus[&], Odofredus, Decius[ꝯ], & alij prodiderunt: licet Iaſon in d.l. vnica numero duodecimo diſſentiat: ſed illius argumenta in præſentia non referemus, cùm iampridem ab Alciato confutata ſint[a]. Et cùm iſtud ius legibus ciuilibus introductum ſit[b], conſentaneum eſt vt nec à teſtatore prohiberi poſsit: alioqui teſtamentum corruet[c],niſi ſit miles[d]. Hic enim ab omnibus iuris ciuilis ſolennitatibus liberatur[e], quòd & ſuprà attigimus in titulo de militari teſtamento.

§. Si plures. §. Videamus. §. Et ſi plures.

Summa hæreditatis diuiſio in tres articulos propemodum diducitur: aut enim plures ſine partibus hæredes ſcribuntur , aut ex certis omnino partibus: aut quidam ex partibus,alij ſine partibus. In priore igitur ſpecie receptum eſt eos æqualibus partibus hæredes inſtitutos videri: idque ex voluntate teſtatoris colligimus[f]. Secunda ſpecies ita conſideratur. Aut enim intra aſſem partes conſiſtunt, aut completus eſt as. Quemadmodum autem vacantes partes ſcriptis accreſcunt,ita & quæ excedunt,decreſcunt[f]. Tertia ſpecies eandem propemodum diſtinctionis rationẽ admittit. Si enim quibuſdam cũ partibus,aliis ſine partibus ſcriptis hæredibus partes datæ aſſem non conficiunt, tunc portio quæ ſupereſt, his qui ſine parte ſcripti ſunt accedit.[h] Quòd ſi as completus ſit, tunc ſine parte hæredes ſcripti, aſſem, id eſt, totius hæreditatis ſemiſſem habebũt. Cæterùm ſi plures quàm duodecim vnciæ diſtributæ ſunt,quod dupondio deeſt,hi habebunt[g]. Dupõdium autem à duobus ponderibus dictum eſſe Varro exiſtimat: cui conſentit Feſtus[i]. Sed & ſi

l. j.

n l.1.C.eodem.
o l.hæreditas in multis.ff. de acquir.rer.domi.
p l.ſeruus cõmunis ab extraneo. ff.de acqui.hære. l.vlt.in princ.ff.de vulgari.l.ſi ſeruus pluriũ.ff. de legatis 1.
q §. in extraneis. infrà de hære.quali.& differen.
r glo.hic ĩ ver.in infinitũ.
ſ Viglius hic.
t arg.l.pen.ff.de cõdi.inſti.
v l.interdum.§.paterfam. ff.eodem.
x d.§.paterfamilias.
y contra l.ius noſtrum.ff. de reg.iur.
z gloſ.vlti. in d.l. ſeruus communis.
& in l.vnica.§. his ita.C. de cadu.tollen.
ꝯ in l.vnica.C.quãdo non petent partes.
a Alcia.li.4.Parad.ca.8.
b d.l.vnica.
c Bar.& Imola.in l.quoties.§.ſi duo.per illũ text. ff.eodem.
d l.ſi miles.ff.de teſta.mil.
e arg.l.2. ff.de milit.teſta.
f l.quoties.§.hęredes.ff.eo. Iuris enim ſucceſſores ſũt vt dicitur in l quadã.§. nihil ff.de edendo.
g §.videamus inf.eo.adde l.interdum.§.paterfa ff. eo.vbi Bart.ait rẽ eſſe diuiſibilẽ in partes infinitas, ex Philoſophi ſententia,cap.1.lib.3.Phyſi. & cõment. de inſecab.lineis contra Platonem.
h §.& ſi plures.
i Feſtus Pompeius in ſuo dictionario in ver.graue as.& Varr.li.3.de ling. Latina. & Bud.lib.1.de aſſe in principio.

dupondius expletus sit, omnes postea partes ad assem reuocabuntur: vt ecce Titius in bessem, Seius in bessem, Publius in trientem, Meuius in alium trientem hæredes instituti sunt. Hoc pacto dupondius ad assem reducetur, vt hi quibus bes datus est, trientem habeant: quibus triens, sextantem. Hodie tamen Iustiniani constitutione[k] nunquam ad dupondium transeundum est, nisi à testatore nominatim asse dato, vel duodecim vnciis distributis, residua portio non inueniretur[l].

k in l. cùm questio. C. de legatis.
l l. qui non militabat. §. filius. ff. eo.

§. Hæres.

Quemadmodum in contractibus, ita & in testamentis tres ferè qualitates inspicere solemus. Etenim institutio aut pura esse potest, aut sub conditione, non item in diem[m], aut ad certum tempus: atque in hoc à contractibus secernitur. Sed quæ est huius regulæ ratio? Et ea est, quòd ius nostrum nō patiatur, vt quis pro parte testatus & intestatus decedat[n]. Itidem & regulæ iuris communis hoc volunt, vt qui semel hæres est, nunquam hæredis nomen exuat[o]. In milite tamen, sicut & in aliis propemodum omnibus iuris ciuilis locis ius illud obseruatur, vt ex certo tempore & ad certum tēpus hæredem ei instituere liceat[p]. Sic & paganus in incertum tempus hæredis institutionem conferre potest, vtpote si quis se hæredem scribere Titium dicat cùm Caius morietur. Dies enim incertus pro conditione habetur[q]. Idem erit & si Titium spurium hæredem instituat cùm capax erit[r]. Non idem tamen crediderim dicendum esse in eo qui hæredem instituit cùm ipsemet hæres morietur[s]. Neque enim quisquam tam stolidus esse potest qui hæredem eum habere velit, qui hærede opus habeat. Nec nos mouerit, quòd imperatorum constitutionibus cautum sit, extraneum etiam cùm quis moriatur, hæredem sibi facere posse[t]. Legendum est enim, cùm quis emoriatur, vt sit hic sensus, non solùm cùm quis sanus est & bene valens, extraneum hæredem facere potest, sed etiam si emoriatur, id enim animam agat: quam interpretationem & dictio sibi, & particula etiam, ampliatiua, suadet, atque ita in Norembergensi exemplari legitur. Fateor legatum sic posse relinqui[v]. Sed hoc ideo est, quia iam cesserit legatum, licet mora postea suspendatur[x]. Conditiones autem in institutionibus apponi solere, argumento est titulus de conditionibus institutionum, & titulus de institutionibus & substitutionibus & restitutionibus sub conditione factis. C. quod subiungemus inferius[y].

m l. cedere diem. ff. de ver. signifi.
n l. ius nostrū. ff. de re. iur. §. hæreditas supra eo.
o l. ei q soluēdo in fi. ff. eo.
p l. miles ita. ff. de mili. test.
q l. dies. ff. de cōdit. & demonstratio.
r l. in tempus. ff. eo.
s Viglius hic cōtra docte.
t l. extraneum. 1. C. eo.
v l. si cū hæres. quādo dies lega. ce. & l. hæres me⁹. ff. de condit. & demōstrat.
x l. si post ff. quando dies lega ced.
y in § impossibilis & seq.

§. Impossibilis conditio.

Quamuis propemodum quæ in contractibus dicuntur, eadem & in testamentis locum habeant[a], hac tamen in parte dissident vltimæ morientium voluntates à contractibus. Etenim impossibilis conditio contractibus adiecta, contractum vitiat[b]: in testamentis verò reiicitur[c]. Differentiæ ratio hæc est, quòd videatur obligandi animus à contrahētibus abfuisse quādo hi suo contractui impossibilem conditionem adhibuerunt[d]: in testamentis pleraque etsi scripta sunt, pro non scriptis tamen habentur[e]. Sanè in vniuersum admonendi sumus, conditionum hanc esse distinctionem, vt quædam possibiles sint, aliæ impossibiles. De priore specie inferius subiungemus[f]: de impossibili nunc dicamus, quam sic plerique definierunt, vt sit ea cui natura impedimento est quo minus existat, eáque multis modis accipitur[g]. Natura enim impossibilis conditio est, cælum digito contingere: eáque sola propriè impossibilis dicitur. Ea enim quæ iure adimpleri non potest[h], turpis est. Hæ igitur conditiones non vitiant institutionem, sicut nec legata, nec libertates. Reliquæ verò aliæ, cuiusmodi sunt hæ quæ ob euentus difficultatem impossibiles sunt, vt montem aureum dare, institutiones vitiant[i]: sicut & illa conditio quæ semper ita in se reuoluitur, vt nusquam exitum inueniat[k].

a Decius in l. in testamentis. ff. de reg. iur.
b l. non solum. ff. de actio. l. si homo mortu⁹. ff. de ver. obli. §. si impossibilis. inf. de inutil. stipul.
c l. 1. l. conditiones. 1. & 2. & l. filius. ff. de cōdi. insti.
d d. l. non solum.
e toto ti. de his quæ pro nō scri. haben. ff.
f in §. sequen.
g gloss. hic prima.
h d. l. cōditiones. 1. & 2.
i arg. l. cū hæres. ff. de stat. liberis.
k l. si tuus hæres. ff. de cōditio. institutio.

§. Si

§ Si plures.

Poſsibilis conditio ea eſt, cui neque natura, neque iuris diſpoſitio, neque euentus difficultas impedimento eſt, quo minus exiſtat. Hæc ferè tribus modis accipitur [l]. Quædam enim eſt quæ quòd in manu & poteſtate noſtra ſit, poteſtatiua vulgò dicitur: quam arbitrariam rectius vocaueris. Alia eſt quæ quòd in arbitrium fortunæ collata ſit, & ex clementia eius pendeat, caſualis vocatur, vt nauim ex Aſia venire. Tertia eſt, quæ vtriuſque naturam induit, ob eámque cauſam mixta dicitur, vtpote quæ partim à noſtro, partim à fortunæ arbitrio pendeat, vt ire Romam [m]. Hic autem pro regula traditum eſt, vt in conditionibus diſiunctiuo modo conceptis alteram eueniſſe ſufficiat: in copulatiuis verò omnes euenire debent. Prior alternatiua, ſeu, vt Vulpianus vocat, alternata [n]: poſterior ſubiuncta dicitur. Sed quid ſi conditio non coniunctim, ſed variè & in diuerſis teſtamenti partibus ſcribatur: vt ſi quis ſe Titium inſtituere profiteatur, ſi nauis ex Aſia venerit: & iterum ſubiungat eundem ſibi eſſe hæredem, ſi ipſe vxorem duxerit? Et verius eſt vt alterum eueniſſe ſufficiat [o]: licet in legatis nouiſsima conditio adimpleri debeat [p]. Differentiæ ratio in eo eſt, quòd teſtator non videatur à ſua priori voluntate deſciuiſſe per poſteriorem inſtitutionem: at legatũ facilius adimi, quàm inſtitutionem conſtat [q].

l l.1.§.ſin autẽ aliquid.C. de cadu. tollen. quarum triũ exẽpla ponit Vlpia. in l ſuus quoque.§.puto rectè.ff.de hære.inſtit.

m l ſi quis in teſtamento.ff. de condit.inſtit.

n l. qua ſub conditione.§. ſed ſi ſub.ff.de cõdit.inſti.

o l. ſi te ſolum.in fin.ff.de hæredi.inſtit.

p l.ex parte.ff.de adimen. legatis.

q l.3.§.non ſolum.& l.ex parte ff.de adimẽ.lega.

§. Hi quos nunquam teſtator.

Ferè fit vt eos quos beneuolentia atque amore proſequimur, hæredes inſtituamus [r], eíſque nõnulla vel mortis vel non mortis cauſa donemus: tamen cùm tacitus ſit ac propemodum latens erga ignotos amor, vt quia vel eruditione clari, vel alio virtutum genere perſpicui ſunt, receptum eſt vt & eos hæredes ſcribere poſsimus: cuiuſmodi ſunt peregrinantes, & alij omnes, qui vel ſtudiorum gratia, vel aliquam aliam ob cauſam à ſuis ædibus abſunt. Peregrinos etenim, id eſt, eos qui ciues Romani non eſſent, inſtitui non poſſe certum eſt [ſ].

r arg.l.nec adiecit.ſub fi. ff. pro ſocio cũ duab. ll. ſeq. hæreditas enim & donationes ex cauſa meritis alicuius procedunt. facit l.idémque.§ fin.ff. manda. & l.ſi.§.pen.C. de codicil.

ſ l.1.C.eo.

Titulus, De vulgari ſubſtitutione.

Cùm hi qui priore loco, atque in prima, vt ita dixerim, cera hæredes ſcripti ſunt, plerumque ante teſtatorem vel ante aditam illius hæreditatem decedant, ideo teſtatorum prouidentia inducta eſt ſubſtituendi ſeu hæredis ſecundo loco inſtituendi ratio [a]. Eſt autem ſubſtitutio, vt Caius noſter definiuit, ſubordinatio quæ poſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi hæredis appellatio. Eáque duplex eſſe poteſt. Aut enim directa eſt, aut obliqua. Directa eſt per quam hæres immediatè & ſine alterius miniſterio capit hæreditatem teſtatoris [b]: vt ſi dicamus: Titius hæres eſto: & ſi hæres eſſe nolit, Sempronius hæres eſto. Obliqua verò ea eſt, quæ alterius, vtpote hæredis, adminiculum deſiderat [c]: cuius exemplum Iuſtinianus alicubi protulit [d]. Directæ ſubſtitutionis ſpecies hæ ſunt, vulgaris, pupillaris, exemplaris, compendioſa, & breuiloqua. De ſingulis igitur videndum.

Vulgaris ſubſtitutio, authore Polyto (Quis ſit vide Spieg. in nomenclatura iuriſcon. & Gribald. Mopſam, capite ſecundo libri primi de ratione ſtudij. Monuit Euſtathius Dalnaius iuris vtriuſque doctor eximius poſt ſparſam ſui memoriam per vniuerſam Italiam, in ſacram dominici familiam arrogatum, archiepiſcopum factum, cardinalémque deſignatum duobus abhinc annis fato conceſsiſſe, quod ideo placuit aſcribere, vt lector nominé admirandi iureconſulti motus, ad iuris ſtudium, illius exemplo, alacrius feratur. Huic & cognomentum fuit Catharino.) [e] eſt ſubrogatio ſeu ſubordinatio hæredis ſubſtituti in locum inſtituti qui deficeret [f], quæ ex eo no-

a l.vnica.§.& cũ triplici. C.de cadu.tollen.

b Zazius in tracta.ſubſtitu.in 5.ca.in prin. gloſſa in ver.ſi abſq. liberis. in ca.Raynutius.de teſta.

c in §.1.infrà.de fideicommiſ.hæred.

d d.§.1.

e ſub fi.princip.tractatus ſubſtitutionum.

f arg.l. poſt aditam.C. de impub.& aliis ſubſtitu.

men habet, quòd à quolibet qui testamenti factionem habet, cuilibet, idoneo scilicet & capace, vulgaribus & apertis verbis concipi soleat [g]. Hæc autem est in duplici differentia. Quædam enim expressa est, alia tacita [h]. Expressa vulgaris est, quæ verbis generalibus, vel specialibus, vel singularibus propriè significatur: de quibus omnibus inferius subijciemus. Tacita vulgaris duplex est. Quædam enim ex verbis testatoris colligitur, licet ex eis propriè non significetur: cuius exemplum est: Titius & Caius mihi hæredes sunto: & vter eorum viuet: altero enim deficiente, videtur testator alterum substituisse [i]. Alia est tacita, quæ præsumpta verius dicitur, ex eo quòd contra verborum significationem ex vi & potestate legis præsumitur: *vt si pater pupillum instituat, & ei pupillariter substituat.* Hic enim pupillus si quidem hæreditatem non adeat, substituto locum faciet: idque ex præsumptione legis descendit. Præsumit enim lex testatorem fuisse vulgariter substitutum filio suo, si eum nolle adire intellexisset. Sed quibus verbis fit hæc vulgaris substitutio? Et communiter receptum est [k], vt vel verbis generalibus vel specialibus, item & singularibus fieri soleat. Verba generalia hæc sunt, quando testator ita dicit: Titium & Caium hæredes instituo, eósque inuicem substituo, vel vter eorum viuet. Specialia sunt, si quis ita dicat: Titius mihi hæres esto: & si hæres non sit, Sempronius hæres esto. Hæc enim verba magis determinata sunt, quàm superiora. Singularia sunt hæc: Titius hæres esto: & si hæres esse nolit, vel esse non posit, Sempronius hæres esto [l]. Cæterùm effectus vulgaris substitutionis ex Zasij sententia septem sunt. Primus est quòd vulgaris in vno casu expressa trahitur ad alium non expressum, vt in hac substitutione, si hæres esse nolit, intelligitur, vel esse non posit. Casus enim nolentiæ trahitur ad casum impotentiæ [m]. Secundus est, quòd per substitutionem vulgarem suus & necessarius hæres efficitur voluntarius [*]: vt ecce filius suus est & hæres necessarius. Suus quidem, quia viuente patre, quodammodo dominus est bonorum patris [n]. Necessarius, quia siue velit siue nolit, cogitur hæreditatem adire [o]. Cæterùm is quamuis prætorio beneficio abstinere posit [p], tamen prætor non potest facere, quominus is sit hæres [q]. Demus igitur illi quem esse substitutum, & is ex necessario efficiatur voluntarius, ita vt hæreditatem adire nó cogatur. Tertius est, quòd verba quæ in vulgari substitutione desiderantur, cuiusmodi sunt, si hæres non sit, etiam eos comprehendant qui ex instituti hæredis persona venire possunt: hoc nimirum sensu: Si neque hæres erit, neque alium hæredem fecerit [r]. Seruus autem dominum hæredem facit, filiusfamilias patrem: extraneus intra annum deliberandi mortuus, transmittit ius suum ad hæredes [s], sed tamen huiusmodi transmisio substitutum non impedit, cùm in ius vocetur ex verbis & mente testatoris, & ex verbis legis antiquæ hæreditatem nondum aditã transmitti prohibebat [t]. Item hæres aliquando propter non vindicatam necem defunctí indignus est hæreditario commodo, & fiscum hæredem facit [v]. Si tamen huic hæredi vulgariter substitutum sit, fiscus substituto postponetur: quod eleganter Zasius aduersus Bartoli sententiam prosequitur [x]. Quartus effectus est, quòd licet minor & suus hæres, item & maior, pœnitẽdi habeãt facultatem, huiusmodi tamen pœnitẽtia [y] nihil omnino substitutis incommodat, quo minus hi statim repudiatam hæreditatem adire posint. Facultas enim pœnitẽdi non consideratur, cùm iure priuilegiato id illis contingat [z]. Minor autem vigintiquinque annis extraneus hæres institutus, itidem & maior pœnitere possunt, si quidem hæreditas adhuc in suo statu permanet [&]. Minor autem suus hæreditatem semel repudiatam recipere potest quãtumlibet immutatam [ə]. Quintus effectus e[?], quòd testamentũ vires à secunda institutione, id est substitutione accipit, quando defectus nullus est in primo gradu qui substitutioné afficiat, vt si institutus sit incapax [*].

Vbi

[g] Bart & Socinus in l. 1. ff. eod.
[h] Polyt° & Zasius aduersus Barto. qui tria membra facit.
[i] l. Titius. ff. de hære. insti.
[k] Polytus hic in ver. quocirca ego aliter diuiderẽ.
[l] Polyt° hic in vers. tertio quæro. numero octauo.
[m] Barto. in l. 1. §. vsus. ff. de procurat.
[*] l. si filius hæres. ff. de libe. & posthu.
[n] l. in suis. ff. de libe. & posthu.
[o] §. sui. inf. de hære. qual. & differen.
[p] §. extranei. infrà de hared. qua. & differen.
[q] §. quos autem. infrà de bono. possess.
[r] l. si paterfam. filiũ. ff. de hæred. instit.
[s] l. cùm in antiquioribus. C. de iure delib.
[t] l. quoniã sororẽ. C. de iur. delib. arg. l. vlt. C. de edi. diui Adria. tollendo.
[v] toto ti. de his qb. vt indi.
[x] Zasius in 3. effectu vulgaris substitutionis.
[y] l. vlti. C. de repud. hære.
[z] d. l. vlt. arg. l. ergo. § 1 ff. de fideicommiss. liberta.
[&] l. quòd si minor. §. Scæuola. ff. de minori.
[ə] d. l. vlt. sub fi. C. de repu. hæred. Polytus in tracta. vulgaris. & Zasius in quarto effectu.
[*] l. nã si miles ff. de iniusto rupto iũcta l. neque. ver. 3. ff. de milita. testa.

Vbi verò præteritione vel exhæredatione testamentum nullum est, tunc substitutus excluditur, quia defectus est in institutione, qui substitutionem afficit [a]. Sextus effectus est, quòd vulgaris expressa continet pupillarem tacitam ex præsumpta mente testatoris [b]: vt si testator Titium impuberem instituat,& si hæres non sit, ei substituat. Nam & si hæres sit, sed tamen intra pupillaria decesserit,substitutus admittetur,præcipuè in illis casibus quos Polytus & Zasius diligenter enumerauerunt. Vltimus effectus est, quia per substitutionem vulgarem testatori succeditur: per tacitam verò seu præsumptam pupillarem, quæ in expressa vulgari continetur, pupillo succeditur [c], nisi mater in medio posita obstiterit [d]. Vltimo loco animaduertendum est, substitutionem vulgarem expressam,hæreditatis aditione extingui [e]: tacitam verò, si cum præfatione temporis fiat,tempore adueniente. Quòd si nullum tempus præfinitum sit, vt quia testator dixerit, quandocunque decesserit,tunc nex ipsa expirabit [f]. Et hæc de vulgari substitutione: nunc de pupillari tractemus. Substitutio pupillaris ea est, quæ à patre filio pupillo fit, vt ei intra pupillaria mortuo succedi possit [g]: quod & vox ipsa satis indicat. Eáque duplex est,expressa & tacita. Expressa,vt quia verbis generalibus: vt, Vos inuicem substituo: vel specialibus, Vt si intra tempus decedat,facta sit. Tacita quæ in vulgari expressa continetur, ex præsumptione legis, vt si testator filio instituto substituat, si filius hæres non sit, Sempronius hæres esto. Nam & hic licet hæreditatem adierit, si tamen intra pupillaria moriatur, substituto locum faciet: quòd & suprà attigimus. Sed quibus verbis concipitur? Et his propemodum: Si filius mihi hæres non sit, vel sit quidem,sed tamen antequam ad suam tutelam venerit, moriatur [h]. Idem est si dicat, quando hic iustæ vel maturæ ætatis fuerit. Hic tamen omnium iustissimus modus esse consueuit. Si filius meus intra decimumquartum aut inter tempora pubertatis moriatur: tunc enim nulla captio circa verba incidere potest. Ex eo autem originem habet, quia primùm moribus introducta, postea legibus ciuilibus comprobata fit [k]: eam nimirum ob causam, quòd cùm filiifamilias testamentum sibi facere non possint [l], parentes eis faciunt. Ad hancautem substitutionem multa necessariò desiderantur. Primum est, quòd is cui substituitur, numero liberorum contineatur [l], vt quia filius sit naturalis & legitimus, aut legitimus tantùm, seu arrogatus [m]. Idem si naturalis tantùm sit, modò indulto principis suis natalibus restituatur [n]. Secundum est, quòd is sit in nostra potestate, quod quo pacto accipiendum sit, suprà tractatum est [o]. Vnde consequens est, vt nec mulier filio pupillariter substituere possit [p], etiam si lege municipij illi in filios potestas concedatur, ea ratione qua dictum est infirmum esse & fragile ipsius mulieris consilium [q]. Sic nec pater qui vilis est & abiecta persona, filio impuberi substituere potest [r]. Tertium est, quòd sint impuberes [s]. Puberes enim pupilli, cùm sui iuris sint [t],testamentum facere possunt [v]. Quare requiritur vt per mortem patris pupillus sit vsque adeò sui iuris factus, vt in alicuius potestatem recidere non possit [x]. Et ideo nepoti qui in aui potestate est, ab auo pupillariter substitui non potest,cùm nepos post mortem aui in patris sui potestatem recasurus sit [y]. Quinto requiritur, vt is cui ita substitutum est, in potestatè esse non desierit ante mortem testatoris [z]: & ideo per emancipationem filij impuberis cui à patre substitutum erat, pupillaris substitutio euanescit: quod tamen non obseruatur in eo qui per dignitatem sui iuris factus est [a]. Sexto necessariò exigitur vt testator sibi testamentum faciat [b]. Septimo requiritur, vt impubes sit per patrem hæres institutus, aut exhæredatus. Tamen cùm hodie impubes, qui doli non sit capax, rarius exhæredetur [c], exemplo posthumi, quia non potest,ne à matre quidem,ingratus vocari, teste Iulio Paulo in suis quæstionibus, vt ait Iustinianus in d.§. legis, sed nec [d]

a l.nam si sub conditione. ff.de iniusto rupto.
b l.iam hoc iure.ff.eo.
c l.2.§.vlt.§.eo.
d Zasius & Polytus.
e l.post aditam.C.eo.
f Gulielmus,Bart.& alij in l.1.ad fi.ff.eo.reprobata glo. in §.extraneo.infra de pupillari.
g arg.l.2.ff.eo.
h §.1.infrà de pupillari.
i l.2.ff.eo.
k §.suprà quib.non est permissum face.testa.
l d.l.2. & §.liberis. infrà de pupill.
m l.cùm in adoptiuis.C.de adoptio.
n l.vl.§.1.ff.de nata.resti.
o suprà de pat.potesta.
p §.fæmina.sup.de adopt.
q ca.forus.de verbo.signi.
r arg.l.sed si.§.ait prætor.ver.interdũ.ff.de iniur. arg.l.si cũ dotẽ.§.eo autẽ tempore.ff.solu.matri.
s l.s.ff.eo.
t arg.l.pupillus.ff.de ver. signifi.
v l.qua ætate.ff.de testa.
x §.1.suprà quib.mod.ius pat.potesta.solui.
y d.§.1.
z l.cohæredi.§.cum filia. ff.de vulgari.
a §.filiusfa.suprà quibus mo.ius pat.potc.sol.authẽ.cõstitutio q̃ de digni.
b §.liberis.inf.l.2.§.1.ff.eo.
c §.nõ solum.inf.de pupill.
d l.si quis suo.§.legis.C.de inof.testa.et l.2.ver.sed si dos.ff.de vulg et pup.

odio mariti ab vltima ſucceſsione matris repelli poteſt, cùm patris odio impuberem non ſentientem, nec iudicio rationis vtentem prægrauari ſatis crudele ſit, idcirco ſeptima cauſa ſubſtitutionis parum attéditur. Vltimo, quòd ex teſtamento adeatur hæreditas[e]. Porrò effectus pupillaris ſubſtitutionis ſunt multiplices. Primus eſt, quòd pupillaris expreſſa ſiue in genere ſiue in ſpecie, contineat in ſe vulgarem tacitam. cuius rei exemplum ſuprà prodidimus[f]. Secundus effectus eſt, quòd per pupillarem ſubſtitutioné pupillo intra pubertatis tempora decedenti in omnibus bonis ſucceditur, ſiue ea à patre, ſiue à matre, ſiue à cognatis habuerit[g]. Tertius effectus eſt, quòd quemadmodum pater neceſſarium hæredem ſibi inſtituere poteſt[h]: ita & filio pupillariter ſubſtituere neceſſarium poteſt: vt ſi pater filio inſtituto ſeruum ſuum ſubſtituat[i]. Quartus effectus eſt, quia teſtamentum patris & pupilli dicuntur & ſunt vnum teſtamentum[k], tam quo ad cauſam efficientem, ſcilicet teſtatorem, quàm quo ad ſolennia: quia patris teſtamentú ſufficiet clauſum eſſe, & à teſtibus ſignatú. Quintus effectus eſt, ſicut ex teſtamento iniuſto & rupto debentur nihilominus legata & libertates[l], ita & ſubſtitutiones pupillares[m]. Sextus eſt, quia ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludit matrem pupilli, etiam ſi extraneus hæres ſcriptus ſit[n]. Secus eſt in tacita pupillari, quæ in expreſſa vulgari continetur: quod & ſuprà indicauimus, & Polytus & Zaſius hac in re videndi ſunt. Finitur autem hæc ſubſtitutio pubertate. Nam vbi pubertas euenerit, ſubſtitutus conditione deficitur[o]. Finitur etiam arrogatione & capitis deminutione, etiam minima pupilli[p]. Finitur & ingreſſu religionis[q]. Quod tamen Zaſius non admiſit, qui & alios pleroſque pupillaris ſubſtitutionis finiendæ modos enumerauit: ſed ſufficiet præcipuos attigiſſe. Exemplaris ſubſtitutio, authore Polyto, ita definitur, vt ſit ſubſtitutio quam parentes ſuis liberis faciunt, qui ipſi propter furorem vel alium morbum ingraueſcentem teſtamentum facere non poſſunt[r]. Eáque exemplaris ex eo nomé habet, quòd ad ſimilitudinem pupillaris ſubſtitutionis ſit introducta[ſ]. Sed à quo fieri poteſt? Et à parente vtriuſque ſexus fieri ſolet. Conſideramus enim non patriam poteſtatem, vt in pupillari, ſed ipſius naturæ ſeu coniunctionis vinculum, itidem & humanitatem[t], quæ ex æquo & in patre & in matre eſſe poteſt[v]. Quod in matre tantùm proba & pudica obſeruandum eſt[x], quæque ad ſecunda vota non tranſiuit[y]. Sed cui fieri ſolet? Et fit filiis naturalibus & legitimis furioſis, item & legitimis tantùm, itidem & naturalibus tãtùm, modò illi principali reſcripto ſuis natalibus reſtituti ſint. Item & mente captis, fatuis, mutis, & ſurdis, prodigis[z], modò ij ſubiecti morbo ante vitium vel morbum iam contractum, teſtamentum non fecerint[&]. Si tamen pupillus ſit quis, & furioſus, pater ei tãtùm pupillariter ſubſtituet[a]. Verba autem huic ſubſtitutioni peculiaria, hæc ferè ſunt, ſi pater filium inſtituat, eique ſi in furore vel quouis alio morbo deceſſerit, ſubſtituat. Quæ autem ad pupillarem neceſſaria ſunt, eadem propemodum omnia & hîc locum habent[b]. Tantùm id obſeruandum eſt, non eſſe habendam patriæ poteſtatis rationem. Item hoc vnum deſideratur, vt mater ſibi ipſi teſtamentum faciat: quod illa ratione introductum eſt, quia legitima quæ furioſo debetur, iure inſtitutionis illi relinquenda eſt[c]. At inſtitutio in teſtamento tantùm locum ſibi vendicat[d]. Aliquibus tamen notis exéplaris ſubſtitutio à pupillari differt. Ecce enim filio furioſo vel puberi exemplariter ſubſtituitur[e], pupillariter tantùm impuberi. Reliqua alia diſcrimina ab Accurſio petenda ſunt[f]. Effectus autem huius ſubſtitutionis eſt, quòd exemplaris expreſſa cótinet in ſe tacitam vulgarem: vt cùm teſtator dicit: Inſtituo filium furioſum: & ſi in furore deceſſerit, illi ſubſtituo Caium. Si enim non fuerit accepta patris hæreditas[g], ſubſtitutus ad eam ex vulgari tacita admittetur. Itidem & alia omnia bona quæ ad hunc furioſum pertinét, quod pupillaris ſubſtitutionis

exemplo

e l.1.ad finem ff.eo.
f ſuprà in effec.vulgaris.
g l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.eo.
h §.neceſſarius.& §.ſui.infrà de hæred.quali.& differen.
i l.ſed ſi plures.§.quos poſſum.ff.eo.
k l.patris & filij.ff.eo.§.igitur.infrà de pupilla.
l auth.ex cauſa.C.de libe.præteritis.
m Barto.& cõmuniter alij in d.l.2.§.interdũ.ff.eo.& Zaſius hic aduerſus Dinũ in d.l.2.
n l.Lucius.ad fi.principij.ff.eo.cap.ſi pater.ſub fin.de teſtamen.lib.6.
o l.in pupillari.ff.eo.
p l.nec ei.§.eorũ.ff.de adoptio.& glo.in d.l.in pupillari.
q authen.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccleſ.
r l.furioſum.& l.diſcretis.C.qui teſta.face.poſ.
ſ §.qua ratione.inf.hoc ti.
t l.humanitatis.C.eo.
v Zaſius hic.Vide Bart.in l.ex facto.ff.eo.
x arg.l.pronunciatiũ.§.matremfa.ff.de verbo.ſig.l.ſiqua illuſtris.C.ad Orficianum.
y arg.l.1.C.vbi pupil.educa.deb.arg.l.1.& 2.ff.de confirman.tuto.
z arg.l.ei cui.ff.de teſtam.arg.l.is qui.§.diuus.ff.de tuto.& cura.da.arg.l.1.C.de curat.furio.
& arg.§.præterea.ſub fi.ſup.quib.non eſt permiſ.face.teſta.
a arg.l.qui habet.ff.de tute.arg.l.in cauſa.2.ff.de minorib.
b Dixi ſuprà in requiſitis ad pupillarem.
c Dixi in §.1.ſuprà de exhæredat.libe.
d l.1.ff.de hæred.inſti.arg.§.codicillis infr.de codic.
e §.qua ratiõe.inf.de pup.
f Vide gloſ.ad exẽplũ,ibi, Tertia, ſcilicet exẽplaris.in d.§.qua ratione.
g l.vlt.§.ſin autem.C.de curat.furio.

exemplo introductum est [h]. Hæc autem duobus præcipuè modis finitur. Primus est si morbus cessauerit vel furor [i]. Sufficiet autem furorem cessasse, modò ex interuallo ipsum furiosum rursus occeperit [k]. Quòd si incontinenti ad furorem redierit, verisimilius est, vt non pereat exemplaris substitutio [l]. Secundus est, quando is cui substitutum est, filios acquirit, vt mutus & surdus [m], non item furiosus [n]. Hic enim filios legitimos gignere non potest, illi possunt [o]. Quod ad breuiloquam substitutionem pertinet, animaduertendum est ex sententia Bartoli [p], eam non esse speciem ab aliis distinctam, sed in se alias substitutiones continere: sicuti nos dicere solemus actionem de peculio omnibus aliis speciebus accommodari posse [q]. Hæc autem licet vulgò breuiloqua dicatur, rectius tamen reciproca diceretur [r] (sic enim iurisconsulti eam appellare solent) quasi retroducta, repetita, & reflexa. Sicut enim fluctus in angusto mari reciprocantur, ita & ista substitutio de vno in alterum reducitur, & in vtriusque persona repetitur [s]. Solet autem his ferè verbis cõcipi, vt si testator pluribus hæredibus institutis ita dicat, Vos inuicem substituo [t]. Nam alter alteri est substitutus. Item, vter ex eis viuet [v]. Item Publius, Meuius, Marcus hæredes à me instituti, inuicem substituti sunt [x]. Effectus huiusce substitutionis circa hęc tria versatur. Primò quid operetur facta æqualibus personis. Secundò quid inęqualibus. Tertiò, expressa ne sit, an tacita. In primo ita collige, Substitutio facta æqualibus personis varias substitutiones complectitur, secundum quod variant verba substitutionis. Personæ autem æquales sunt, in quibus vtrisque possunt verificari substitutiones, id est quando personæ sunt capaces substitutionum quæ continentur in breuiloqua: sicut quando ambo sunt impuberes, vel aliâs in similibus paribus conditionibus: vt ecce breuiloqua, duas vulgares continet in hoc exemplo: Titius & Caius hęredes à me instituti, inuicem substituti sunto. Perinde enim est atque si in singulorum persona vulgarem substitutionem reperisset. Item & si duo impuberes emancipati sint. Continentur enim duæ vulgares, cùm emancipatus pupillariter non possit substitui [y]. Item & duas pupillares continet hæc substitutio, Filios meos impuberes exhæredatos inuicem substituo. nam vulgaris includi nequit. Item & duas fideicommissarias, vt si pater duos filios impuberes testamento instituat, eósque codicillis inuicem substituat. Codicillaris enim hæc substitutio ad fideicommissa trahitur [z]. Quòd si substitutio facta sit inæqualibus personis, tunc non includentur substitutiones nisi quæ in omnibus personis verificari possint. Exemplum est: Pater instituit filium impuberem, & alium puberem, eósque inuicem substituit. Vulgaris quidem in vtriusque persona locum habere potest, pupillaris verò non potest, quia in maiore natu verificari non potest. Regula autem est duplicem substitutionem in vna persona locum habere non debere, in altera tãtùm vnam [&]. Idem erit & si duo aut decem filij sint impuberes, & vnus sit pubes, eísque reciproca substitutio facta sit. puberis enim immixtio locum facit vt in vulgari tantummodo locum habeat. Idem erit & si filiis impuberibus pupillariter substituerit, deinde vnum emancipauerit. Mutatus enim status in vno, mutabit dispositionem in alio. quod Gulielmus, Dinus & Bartolus docuerunt [ɔ]. Plus tamen vel minus annorum diuersam dispositionem non facit, modò filij ab initio sint impuberes: vt si vnus tredecim annos natus sit, alter decem, eísque reciprocę substitutum sit [a]. Quòd ad tertium membrum pertinet, substitutiones in breuiloqua expressæ sunt, saltem in genere [b]. quod sic ostẽditur. nam substitutio pupillaris quæ in breuiloqua generaliter continetur, excludit matrem [c]. si enim tacita esset, non excluderetur. Compendiosa substitutio ex Polyti sententia [d] est substitutio quæ cùm plura contineat, aut tractum temporis, sub compendio tamen plures substitutiones complectitur: vt si testator filium instituat, & quandocunque decesserit ei Titium substituat.

h l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulgari.
i d. l. humanitatis. sub fi.
k Polytus in tract. s. exemplaris.
l Barto. in l. ex facto. ff. eo.
m d. l. ex facto. in prin.
n arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris.
o d. l. ex facto.
p in l. Lucius. ff. eo.
q l. 3. §. cui cõgruit. ff. de peculio.
r l. iam hoc iure. ff. eod.
s Zasius hic in fi. cap. substitutionum.
t l. qui plures. & l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de pupillari.
v l. Titius. 2. cum seq. ff. de hæred. institu.
x l. cum in testamẽto. § hæc verba. ff. de hære. institu.
y dixi sup. in materia pupillaris i tertio requisito.
z l. Sceuola. ff. ad Trebelli.
& l. iam hoc iure. & l. Lucius. ff. eodem.
ɔ d. l. Lucius. & vide Iasonẽ in l. 2. in testamẽto. C. de testamento militis.
a arg. l. 3. § idẽ quærebatur ff. de Carbo. edicto.
b glo. in d. l. Lucius.
c d. l. Lucius.
d in tract. suo substitutionũ, in effectu compendiosa. aduersus Barto. in l. Centurio ff. eodem.

Solet enim fieri his verbis quandocunque decesserit. & hoc si verba ad institutum referantur, si verò ad substitutum, tunc verba directa sunt, aut communia, aut obliqua. Directa sunt ea per quæ substitutus directè & immediatè sine alterius ministerio capit hæreditatem: vt si dicat, Hæres esto, dominus esto [e], instituo. Obliqua sunt quæ alterius adminiculum desiderant, vt, Rogo, volo, iubeo, mando, & cætera [f]. Communia sunt quæ tam directa sunt quàm obliqua: vt si de manu testatoris hæreditaté capiat, directa sint: si verò de manu alterius, obliqua: cuiusmodi sunt, capiat, perueniat, remaneat, pertineat, redeat, reuertatur, habeat, deuoluatur, deferatur, consequatur, illi moriantur, relinquo, competat, maneat, & multa id genus similia [g]. Effectus autem huiusce substitutionis in milite & pagano aliter considerari debet. Militis enim priuilegium est, quod potest hæredi per eam instituto, siue sit filius siue extraneus, siue impubes siue minor natu substituere directo iure etiam post pubertatem. potest & ad quodcunque tempus, vt, Instituo Titium commilitonem meum: & quandocunque decesserit, illi substituo Caium. Idem est & si filium impuberé instituat, eíq; quandocunque decesserit substituat. filio enim ante tépora pubertatis mortuo substitutus bona & testatoris simul & pupilli accipiet [i]. Quòd si filius pubes moriatur, tunc substitutus duntaxat testatoris bona iure directo ex militum priuilegio accipiet [k], nisi frater sit in medio. tunc enim bona testatoris à matre deducta quarta accipi debebunt [l]. Id quod & in militibus nostri temporis obseruandum est. quod & suprà docuimus [m]. In pagano verò animaduertendum quantum adferat momenti compendiosa directa, item obliqua, tertiò ea quæ fit per verba communia. Quod ad primum pertinet, conclusio est talis: Sustitutio compendiosa facta à pagano filio impuberi quæ à principio fuit directa pupillaris, post annos pubertatis obliquatur. Exemplum est: Testator filio impuberi instituto ita compendiose substituit: quandocunque filius morietur, Titius hæres esto, vel Titium hæredem substituo, quæ verba sunt directa. Filio intra pubertatem decedenti substitutus, ad omnia bona iure directo admittendus est. Post pubertatem verò substitutio, quo ad pupilli quidem bona extincta est: quo ad bona verò testatoris non aliàs admittetur, quàm si ea à legitimis hæredibus acceperit. Substitutio compendiosa facta à puberibus maioribus natu aut emancipatis filiis, penitus nulla est, nec obliquatur [n]. Ratio est, quia perpetua est prohibitio ne substitutio per verba verè directa obliquetur [o], nisi in aliquot casibus, quos interpretes pontificij adnotauerunt [p]. Quòd autem ad verba communia pertinet, sciendum est quòd si pater filio puberi vel extraneo substituat compendiose, ea substitutio semper obliqua est, cùm iure directo valere nequeat [q]. Valebit ergo iure fideicommissi. Idem est & si filio impuberi emancipato substituat. Cæterùm si filio impuberi in potestate retento testator compendiose substituerit, intra pubertatem filio mortuo, substitutus directo admittetur: post pubertatem verò non nisi iure fideicommissi valere poterit [r]. Quòd si substitutio per verba obliqua fiat, quandocunque filius meus decesserit, rogo vt bona mea ad Titium perueniant: hoc casu siue post mortem filij, siue pubes siue impubes moriatur, legitimi semper hæreditatem accipient, & substitutus eorum manu accipiet [s]. Alia pleraque ad hanc substitutionis rationem adiungenda essent: sed ea à Polyto & Zazio & aliis perdiscere operæprecium fuerit.

[e] l. his verbis. in princ. ff. de hære. instituen.
[f] §. verba. inf. de singulis rebus per fidei commissu relic. l. restituta ff. ad Trebellianum.
[g] in cap. si pater. de testa. lib. 9.
[h] Philipus Fräcus in d. ca. si pater.
[i] l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. eodem.
[k] l. centurio. sub finem ff. de vulga.
[l] l. precibus. sub finem. C. eo. quæ limitatur d. l. centurio
[m] suprà. de milita. testa. in tit.
[n] Contra glo. in l. verbis ciuilibus. ff. eo.
[o] d. l. verbis ciuilibus.
[p] glo. in d. cap. si pater.
[q] d. l. verbis ciuilibus.
[r] glo. in. §. qua ratione. inf. de pupillari.
[s] l. cohæredi. §. cum filia vers. quòd si. ff. eodem

§. Potest.

Liberum est vnicuique plures gradus hæredum facere [t], idque in testaméto non in codicillis: illa scilicet ratione, ne testamétorum & codicillorum iura confundamus [v]: & cùm substitutione ad alium hæreditas transferatur, codicillis neque dari neque adimi hæreditas potest [x]: adeò vt nec codicillis facta

substitutio

[t] l. potest. ff. eodem.
[v] arg. l. si idem. C. de codicillis.
[x] §. vlt. inf. de codicillis.

substitutio in vim fideicommissi trahatur: ídque aduersus Accursij [y] & aliorum sententiam procliuius est. Quod enim Scæuola dixit [z], in codicillis substitutionem factam, benigna interpretatione tolerari, id in gratiam pupillaris ætatis receptum est, cui nihil omnino imputari potest quòd à patre codicillis substitutum acceperit [&]: sustinetúrque qualis qualis testatoris prouidentia qua ipsi filio bene consultum esse voluit [*].

Nouissimo loco.

Seruus quoque alio loco & vltimo substitui potest. Quid enim si hic moriatur, aut manumittatur ab ipso testatore viuo, vel post mortem illius ante tamen aditam hæreditatem [a]? Certè videtur tunc remissa esse illa adeundi necessitas [b]. Huc accedit, quòd substitutio vulgaris de necessario hæredem voluntarium facere potest, sicut de suo & necessario: quod suprà copiosius attigimus [c].

§. Et plures.

Substitutio ita fieri potest, vt vnus vni substituatur, vel vnus pluribus, vel plures vni, vel plures pluribus [d]. Nam & plures hæredes inuicem substitui possunt: eáque sustitutio iuris interpretibus breuiloqua, iurisconsultis reciproca dici consueuit, quod alio loco docuimus [e]. Sanè si vnus pluribus substitutus sit, quandiu vnus ex hæredibus viuit, substitutioni erit locus, sed portio sua accrescet cohæredibus: cuius rei illa est causa, quia vulgaris substitutio in fauorem testatoris tendit [f], cuius interest habere hæredem [g]. at eius desiderio satisfactum est, si vnus hæreditatem adierit. atque ita quandoque Baldus docuit [h]: cuius sententiam Zasius probat [i].

§. Et si ex disparibus.

Portio in institutionibus facta, in substitutionibus quoque repetita esse intelligitur [k], præterquam in duobus casibus. Primus est quando hæredes scripti æquas portiones pecuniæ, hæreditatis consequendæ gratia, ei qui defecerit, dare iubentur. tunc enim viriles portiones accipiunt. Secundus est si hæredes instituti non appellatiuo nomine sed proprio substituti sunt. Nam & [l] tunc propius est vt illis viriles debeantur [m]. Sunt & alij casus quos Iason & alij quibus id curæ fuit, perstrinxerunt [n].

§. Sed si instituto.

Si ex duobus hæredibus scriptis secundus primo substitutus est, & huic cohæredi extraneus substitutus, tunc siue substitutus priore loco repudiauit, siue hæres institutus, ad vtrámque partem admitti debebit substitutus. Et hoc est quod hîc dicitur, sine distinctione ad vtramque partem admittendú esse substitutum. quod eleganter Papiniani responso declaratur [o], reiectis Accursij interpretamentis [p]. non vt quidam voluerunt, accrescendi iure [q]: quod sic ostendo. Nam ex tacita testatoris mente inductum videtur, vt vtroque deficiente ad vtriusque portionem substitutus admittatur, sicut & in pupillari dicimus, quæ etiam tacitam quandam vulgarem continet [r]. Si enim primus fuit hæres institutus, & illi cohæres substitutus, ac secundo tertius extraneus: si neque primus neque secundus hæres erit, tertius admittetur. Quid enim alioqui operaretur substitutio. Neque mediocris erit effectus nouisse an res aliqua iure accrescendi, an verò iure substitutionis ad alium deuolui debeat. ídque ex specie iudicari potest [f]. Testator tribus hæredibus institutis, priori substituit tertium, & tertio quartum. Hic si tertius & primus repudiarint, quartus duas partes obtinebit, ídque iure substitutionis. Quòd si iure accrescendi ei obuenire diceremus, aliud esset.

§. Si alienum seruum.

Substitutus vulgariter seruo quem testator patremfamilias esse credebat,

[y] glossa hic prima.
[z] in l. Scæuola. ff. ad Trebellianum.
[&] arg. l. 2. ff. eodem.
[*] arg. l. hac consultissima. C. de testamentis. §. ex imperfecto. & arg. l. vlt. C. familiæ herciscundæ.
[a] arg. §. seruum autem. in vers. si vero. sup. de hære. insti.
[b] d. vers. si vero.
[c] dixi in secundo effectu vulgaris.
[d] d. l. potest, sub finem.
[e] dixi sup. in materia breuiloqua ad rubr.
[f] l. vnica. §. & cum triplici. C. de cad. toll.
[g] in §. licet supra quib. ex causis.
[h] Baldus in l. 1. ad finē. C. de conditionibus insertis.
[i] Zasius ī miscellaneis substitutionum.
[k] l. si in testamento. l. sed si plures. l. 1. C. eo.
[l] l. quoties. & l. nonnunquā. ff. ad Trebellianum.
[m] l. si hæredes nominatim & l. turpia legata. §. sed & si. ff. de lega. 1.
[n] Iason & Alexander, Bart. & Salyc. in l. 1. C. eodem.
[o] in l. cohæredi in prin. ff. eodem.
[p] glo. hic in verbo, sine distinctione.
[q] Faber hic.
[r] dixi sup. in effectibus pupillaris.
[f] Faber hic.

æqualibus portionibus cum domino inſtituti hæreditatem diuidet[t]. quod ex verbis huiuſce conſtitutionis oſtẽditur,in illis verbis,Illa enim verba &c. quaſi hic ſit eorum verborum ſenſus, ſi teſtator inſtitutum ſeruum eſſe intellexiſſet, ſubſtitutus tanquam conditione defectus ab hæreditate omnino repellendus eſſet vbi inſtitutus iuſſu domini hæreditatem adiſſet[v]. Verba enim ſi hæres non erit,quæ in vulgari apponi conſueuerunt,ſic intelliguntur, ſi neque hæres erit,neque alium hæredem fecerit[x].Sed quia hic ſeruus ex cõmuni teſtatoris opinione liber eſſe exiſtimabatur,ſic interpretari debebunt,ſi neque ſibi neque alicui alij ſtatu mutato acquiſierit. At hic ſeruus ſtatũ ſuum non mutauit:Vnde videbatur conditio in ſubſtitutione appoſita iã eueniſſe. Quod cùm ita ſit,cur non in totam hæreditatem ſuccedit ſubſtitutus? Et Theophilus hîc huius rei rationem hanc eſſe exiſtimat, quoniam conditio in futurum deſtinata aliquo modo impleta videbatur. ſi enim hic poſtea alicuius iuri ſubiectus fuiſſet, ei acquiſiuiſſet, ſubſtituto excluſo. at tum erat ſubiectus: vnde omnino excludendus non erat[y]. Item non eſt omnino veritas anteferenda opinioni[z]. Electa eſt igitur à Tyberio,ſiue,vt alij voluerunt, à Tito[a], media ſententia, pronunciauítque in ſimili ſpecie hæreditatem ex æquo inter inſtitutum & ſubſtitutum partiendam eſſe[a]. Et hic ſenſus videtur Alciati[b] & Polyti[c] ſententiæ ſuffragari,qui in hac ſpecie ſubſtitutum exhæredem eſſe tradunt, atque in vetuſtis codicibus ſic legi Alciatus contendit[d]. quod ius & ad monachum & ad filium familias qui ſui iuris eſſe credebantur, producendum eſt[e]. quod eruditè Viglius hîc proſequitur. Neque nos mouerit quòd Alexander in ſimili ſpecie † totam hæreditatem ad ſubſtitutum referendam eſſe permiſſerit. Id enim in militis teſtamento obtinet, in quo ſolam ipſius voluntatem ſufficere nemo eſt qui ambigat.* At ex communi omnium doctorum ſententia tota hæreditas in hoc noſtro reſponſo ad ſubſtitutum referenda eſſet, ſi voluntatem teſtatoris reiecta iuris ſolemnitate & ſubtilitate perpenderemus.

t l. ſi paterfa. ff. de hæred. inſtit.
v arg. l. poſt aditam. C. de impub. & al. ſub.
x dixi. ſup. in tertio effectu vulga. ſubſtitu.
y arg. l. ſi iam facta. ff. de condit. & demonſtra.
z §. ſi quis rem. inf. de lega. & Alciatus. lib. diſpunc. 1. cap. 2.
a l. & hoc Tiberi⁹. ff. de hæredibus inſtituen.
b loco modo allegato.
c in tractatu vulgaris.
d dicto loco citato.
e arg. §. qua diximus. inf. quod cum eo.
† in l. cũ proponas. C. de hæred. inſtit.
* l. 1. ff. de milit. teſta.

Titulus, De pupillari.

Quæ de vulgari ſuperius diximus, eadem propemodum in pupillari locum habent,niſi quòd quibuſdam notis inter ſe diſſident. Etenim vulgaris à quolibet fieri poteſt,pupillaris non niſi à parente qui filium habet in poteſtate[f].Item ſi inſtitutus ante teſtatorem deceſſerit,aut repudiauerit hęreditatem. aut cõditione ſub qua inſtitutus eſt defectus ſit,ſubſtituto vulgari locum facit[g].At pupillariter ſubſtitutus non aliâs quàm ſi pupillus impubes deceſſerit admittitur[h]. Cæterũ vnde hæc dicta ſit paulò antè diximus & indicauim[o].

f dixi. ſup. in requiſitis ad pupillarem.
g l. poſt aditam. C. de imp. & al. ſubſtitu.
h §. qua ratione. inf. eodem.

§. Primus.

Accurſius in huius §. explicatione[i] ea omnia colligit quæ ad pupillares ſubſtitutiones pertinent: quæ omnia ſuperius commemorauimus[k]. tantùm hoc admonendi ſumus, in exemplo quod Iuſtinianus hîc protulit, eſſe duplicem ſubſtitutionem[l];quam interpretes mixtam vocauerunt[m].

i glo. hic prima.
k ad rubricam.
l l. 1. ff. eodem.
m d. l. 1.

§. Qua ratione.

Proſequitur hîc Iuſtinianus exemplaris ſubſtitutionis rationem, de qua nos ſuprà plura annotauimus[n].

n ſup. ĩ tractatu exẽplaris.

§. Igitur.

Huius quoque §. interpretationem copioſius adnotauimus in ſuperioribus[o].tantùm id quæritur,nónne lege municipij induci poteſt vt alter pro altero teſtamentum faciat.Et videtur id induci poſſe,cùm Romanorum conſuetudine introductum erat vt pater filio teſtamentum facere poſſet. Sed tamen diuerſa huius rei ratio eſt.Etenim ideo pater teſtamentũ filio facit,quòd liberos pupillus habere nõ poſſit[p],quòd ſcilicet nullum ſit illius iudicium[q]. at in propoſita ſpecie ſtatutũ eſſet irrationabile,& contra bonos mores,cùm

o ſup. in quarto effectu pupillaris.
p arg. §. iuſtas. ſup. de nupt.
q §. præterea. ſup. quib. non eſt permiſ. facere teſta.

ex alterius arbitratu pēdêret, captatoriáque esset hęredis institutio. quod nulla ratione tolerari potest[r].

§. Sin autem.

Videbatur hæc pupillaris substitutio atque exemplaris parum cautionis habere, cùm ea plerumque insidiis exponerentur adolescentes. substituti etenim quandoque institutis insidias struere solent, vt nimirū ad eos tota redeat hæreditas[s]. quod imperator hoc loco diluit, monens operæprecium esse vt tabulę pupillares in ima cera descriptę lino claudátur, prohibeátque testator ne viuo filio aperiantur. quod tamen si omissum fuerit, nemo credat pupillares tabulas ex eo infirmari, cùm id tantùm consilij sit[t]. Cæterùm si hæres substitutus insidias struxisse compertus sit, cogi ab eo tanquam ab indigno hæreditatem auferendam esse[v]. Atqui videbatur hæc cautio minimè necessaria esse. nam & in vulgari expressa pupillaris tacita semper continetur[x]. Quod cū ita sit, cur in pupillaribus tantùm id obseruandū esse Iustinianus consuluit? Et verius est id ideo factum fuisse, quia neque semper vulgaris fieri soleat: & vt fiat, non tamen semper pupillarem substitutionem continebit, idque eo maximè, quando in vtrunque casum testator filio suo prouidisset, aut aliàs de verisimili mente testatoris constaret. Quod Sosinus eleganter prosequitur[y]. Sed nūquid & in vulgari substitutione insidiæ strui consueuerunt? Et id quidem ex Tryphonij responso satis colligitur[z]. Attamen hæc non ita diu pendet, sed vt plurimum citò extinguitur, vel locum accipit: at pupillaris substitutio in tempus pubertatis differtur. ad insidias autem extruendas tempore opportunitatéque vel maxima opus est.

§. Non solùm.

Filio exhæredato pupillariter substitui potest: eáq; ex huiusmodi substitutione cōmoditaté is qui substitutus est accipiet, vt omnia bona quæ quoquo modo exhęredati filij sunt, ad eum pertineant. Videbatur tamen substitutum ea tantū accipere posse, quæ à testatore peruenerunt: id quod ex Tryphonij respōsō satis intelligitur[a]. Sed id in eo milite intelligendum est qui sicuti pro parte testatus & pro parte intestatus decedere potest[b], ita & pupillaré substitutioné siue filij impuberis testamentū facere potest, in quo filius exhæredatus pro parte hæredem sit habiturus, nimirū in his quę à testatore illi obuenerūt[c]. In aliis verò quæ quoquo modo ad exhæredatū pertinent, legitimū hęredem habiturus est: & in hoc militis priuilegium consistit[d]. Aliā rationem protulit Accursius[e]. sed cū ea vulgò improbetur, ideo nos non referemus[f]. Sed nūquid exhæredato substitutus legatis grauari potest? Et cōmuniter ab omnibus traditum est, ne per militem quidem legatis grauari eū posse[g], licet exhæredatus filius legatis onerari posit. Sed de ratione differentiæ multū ambigitur[h]. Videtur auté Viglius cōmodissimè communem sensisse, nimirū quia ad hoc vt valeant legata, oportet hæreditaté vel parté per filiū ad substitutum peruenire. Sed hic filius exhæredatus est: vnde per eū nulla portio patriæ hæreditatis ad substitutū peruenit. Quod cùm ita sit, non debet mirū videri si à testatore legatis onerari non potuerit. Nec nos mouerit, quòd à quo legare possumus, ab eius hærede legare possumus[i]. Nā hoc verū est de æquitate & benignitate[k], licet rigore iuris inspecto aliud fatendū sit[l]: & ideo Iustinianus in odiū exhęredationis rigorem iuris amplexus est, illa scilicet ratione, quia indigna est fauore volūtas eius qui filiūsuum exhæredauit[m]. Sed hodie hæc res non ita vsitata esse potest, cùm nemo citra causam exhæredari posit[n]: quæ in impubere ita esse non potest, nisi mihi impuberem doli capacem proponas[o].

§. Liberis.

Cùm pupillaris substitutio nihil aliud sit quàm sequela & pars ipsius paterni testamenti, prius sibi quis debet hæredem scribere, deinde filio substi-

r arg. l. captatorias. C. de testa. milit. arg. l. illa institutio. ff de hæred. instit.

s arg. l. Cicero. ff de pœnis. arg. notatorum per docto. in l. 1. de pactis. C.

t arg. l. legis virtus. ff. de legibus.

v arg. l. indignum. ff. de his quibus vt indign.

x dixi sup. in 6. effectu vulgaris substitutionis.

y d. l. 1. ff. eodem.

z d. l. Cicero.

a l. miles ita. § exhæredato. ff. de milit. testa.

b l. ius nostrū. ff. de reg. iur.

c d. § exhæredato. & l. sed si plures. § ad substitutos. ff. de pupillari.

d Faber & Aretinus hic.

e glo. in verbo, id omne.

f Vide hic Viglium nouā rationem afferentem.

g d. l. miles ita. § si miles.

h Vide Iasonem in l. cùm quidam. C. de legatis.

i l. si fueris de lega. 3.

k d. l. si fuerit. versic. 1.

l §. 1. sub finē. inf. de sing. reb. per fideicōmis. relic.

m Vide hic copiosè Viglium.

n authen. ex causa. C. de lib. præteritis.

o l. siquis in suo. § legis. C. de inofficio. testa.

p l. excipiuntur. ff. de senatusconsulto Syllaniano. glo. hic in verbo, ad substitutum. sub finem.

tuere[q]. Quòd si prius substituat, deinde instituat, proclíuius est nihil vt agi existimemus[r]. Quòd tamen ex Iasonis sententia intelligendum est, quando longo interuallo post substitutioné factam secuta est institutio, quòd si mox cohęreat substitutioni, valere tum eam Vlpianus contendit[t]. Sanè cùm tabulę pupillares ex testamento patris pendeant, consequens est vt rupto patris testamento & illæ quoque corruant: quod tamen hodie nouella constitutione immutatum est[t]. Plus dico etiam si inofficiosi querela expugnatum fuerit patris testamentum, adhuc tamen durare pupillo factam substitutionem[v].

§. Vel singulis.

Si pluribus impuberib[9] institutis suus cuiq; separatim detur substitutus, tùc quoque ex hęredibus deficiente vel impupillari moriéte, substitutus ei datus in deficiétis portionem admittendus est exclusis cohæredibus[x]. Quòd si testator ei qui vltimo loco impubes morietur, Titium substituerit, filij inter se succedent ab intestato. conseruatur enim ius legitimæ hæreditatis[y], donec nouissimus moriatur impubes. tunc enim institutio incipit sortiri suum effectum, & substitutus iure substitutionis & in vim testamenti accipiet portionem eius qui vltimo loco obiit: aliæ autem portiones in quibus alteri successerit, ad substitutum perueniét, non iure substitutionis, sed tanquam auctum patrimonium vltimo loco moriétis[z]. Neque quicquam refert an substitutus vltimo loco simpliciter substitutus sit, vt hic: an verò generaliter & indefinitè[a]: idque aduersus Bartoli[9] & Viglij[a] sententiam procliuius est[b].

§. Substituitur.

Substitutio pupillaris aut nominatim aut in genere fieri potest. Huiusce auté generalis substitutionis triplex est iure nostro effectus. Primus est quòd ij qui hæredes scripti sunt, ad pupilli succesionem admittétur, aut eorum domini seu patres. Cæterùm illis manumissis & emancipatis, promptius est vt ipsi solùm admittantur[c]. Neque per huiusmodi seruum alienatum nouo domino hæreditas acquiretur[d]. Secundus est, quòd institutorum hęredes ad hác pupillarem substitutionem non admittantur. Licet enim hæredis appellatio, hæredis hæredem contineat[e], tamen id in hoccasu non obseruatur, cùm de his testator non senserit[f]. Tertius est, quòd easdem partes substituti habebút, quas in institutione habuerunt, quòd & suprà attigimus[g].

§. Masculo.

Pupillaris substitutio finitur pubertate[h]. Pubertas autem in masculis quartodecimo anno, sicut & duodecimo in fœminis finitur[i]. nam adueniente pubertate substitutus conditione defectus esse videtur[k]. Sed pone substitutú esse filio impuberi cópédiosa substitutione, scilicet quádocúq; decesserit: núquid si filius post pubertaté decedat, valebit iure fideicómissi? Et verius est vt quo ad bona testatoris obliquetur[l]: quo ad bona verò pupilli omnino expirat[m]. quod Zasius doctissimè prosequitur in tractatu cópédiosæ, in secúdo effectu.

§. Extraneo.

Extraneus itidem & filius pubes ad certum aliquod tempus substitutum directis verbis accipere non possunt[n]. Ratio est, quia cùm illi aditione hæreditatis hæredes fiant[o], non possunt hæredis nomen semel acceptum exuere[p]. Item quemadmodum institutio ad certum aliquod tempus fieri non potest[q], ita nec substitutio. Poterit tamen hæres extraneus grauari de hæreditate alteri restituenda. quod in materia compendiosæ latius attigimus[r].

Titulus, Quibus modis testamenta infirmentur.

Ad rubricam.

Superioribus titulis ostensum est quænam solemnitas in condendis testamentis obseruari debeat[f]. Itaque quæ secundum supradicta facta sunt, iusta

q l.2.§ prim. ff. de vulga.
r d.§. prim.
ſ d. §. prim. & ibi Iason not.
t auth. ex causa. C. de libe. prateri. & est communis sentētia. vide Zasiū ī tractatu pupilla. in 5. effectu.
v d. auth. ex causa. & ita corrigitur l. Papinianus. §. sed ne impuberis. ff. de inoffic. testamento.
x l. vel singulis. ff. eodem.
y d. l. vel singulis.
z l. qui duos. ff. eod. & l. Titia Seio. §. Seia. ff. de lega 2.
9 Bart. in d. § Seia.
a Viglius hic.
b Vide Zasium in miscellaneis substitutionū in vers. quarta conclusio.
c l. cū filio. l. qui liberis. §. hac verba. ff. eod.
d d l. cū filio. quęlimitat. §. alienus. sup. de haredib. institnen.
e l. haredis appellatio. & l. haredis appellatione. ff. de verbo. signif.
f l. seiēdum. & ibi Alcia. not. ff. de verborū signif.
g in §. & si ex disparibus. sup. de vul vide Iaso, in l. 1. C. do.
h l. ex facto. ff. eodem.
i l. vlt. C. quādo tutores vel curato. esse desinant.
k dixi. sup. in tracta. pupillaris, sub finem.
l Ioā. And. & Cardinalis in cap si pater. de testa. in 6. Butrius in cap. Rainutius ibidem.
m ita intellige gl. ī l. verb. ciuilib. & in l. ius pupill. ff. eo. gl. in d. ca. Rainuti°. & glo in d. cap. si pater.
n l. verbis ciuilibus. ff. eod.
o l. post aditam. C. eodem.
p l. cū qui soluendo. ff. de hared. instit. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minorib. l. restituta. ff. ad Trebellianum.
q §. hares. sup. de hared. instituen.
r dixi sup. in tractatu compēdiosa, in primo effectu.
ſ à tit. de testamē. huc vsq.

iusta

iusta sunt. Siquid verò eorum omissum sit, iniustū quidem erit statim testamentū, ac ab initio infirmū[t]. Testamentum autem quod iustū est, tandiu manet, vsquedum vel rūpatur, vel irritū fiat. Rumpitur autem agnatione sui hęredis[u], aut alio testamento facto[x]. Quod tamen iure perfectum est[y], irritum constituitur capitis diminutione[z]. quod hoc titulo satis indicatur.

§. Primus.

Quemadmodum sui hæredis agnatione testamentū rumpitur[a], ita & arrogatione vel adoptione quæ post testamētum facta est[b]: vt ecce Titius nepotem ex filio emancipato adoptauit aut ex filia, aut liberum hominem arrogauit: testamentum ab eo factum arrogatione rumpitur[c]. Neque quicquam refert quòd pater in suo testamento patrē ipsius adoptati instituerit. hic enim adoptatus, tanquam ex alio adoptatus habetur: vnde à patre pręcedente impediri non potest[d]. Si tamen extraneus testamento institutus (non itē exhæredatus, cùm extraneus exhæredari non posit[e]) fuerit, posteáque arrogatus, huiusmodi arrogatio testamento nihil officiet[f]. Diuersa est causa in filio emancipato, qui si exhæredatus postea arrogatus sit, nō continuò infirmabit patris testamentum[g]. Exhæredatio enim semel promerita non ita facilè reuocatur. Illa quoque quæ ad testamenti caput pertinēt, cuiusmodi est institutio vel exhæredatio[h], non aliàs reuocantur, quàm si eadem omnino solennitas intercesserit[i].

§. Posteriore quoque.

Quemadmodum in aliis propemodum rebus omnibus nouissima derogare prioribus certū est[k], ita & in testamentis vsu venit, vt ea testamento posteriore rumpantur. ambulatoria est enim vltima voluntas ad vltimum vitæ spiritum[l]. Quod obseruatur etiam si nulla in secundo testamento clausula derogatoria adiiciatur[m]: nisi fortè in priore testamento clausula adiecta fuerit, quæ nullam omnino fidem posteribus tabulis addi voluerit. tunc enim eo profuerit clausula derogatoria, vt priori derogatum esse intelligatur[n]. Oportet autem posterius testamentum perfectum esse[o]: alioqui regulæ iuris cōmunis locus erit, quæ habet, nō pręstare impedimentū, quod nullū de iure sortitur effectū[p]. Sic & necessariò posteriores tabulæ aliquid à superioribus diuersum cōtinere debebunt. quod verū est, si quidē fiant in cōtinenti: alioquin vbi ex interuallo, tūc vnū testamentū pluribus codicibus factū existimabitur[q]. Cæterū hic modus rūpendi testamenti, à iure ciuili originē habet[r]. Prætor enim bonorū cōtra tabulas possessionē impartitur. Quinimo & illud receptum est, nouissimis hisce tabulis priorem voluntatē vsque adeò immutatam esse, vt nihil referre existimemus an conditionalis institutio puram secuta sit. Qua tamen in re plurimum retulerit animaduertisse, an id in eodem testamēto, an verò in diuersis factū fuerit. Si enim in diuersis, à priore iudicio recessit testator, vt hic: in eodē verò plures cōditiones adiecisse videtur, vt eius hæres facilius ad hæreditatē admittatur[s]. Sed ea cautio minimè necessaria est, quando quis in eodem testamento purè primùm, deinde sub conditione hæres scriptus est. Pura enim institutio vberius cōditionali consulit[t]. quod & ad contractus producendum est[v].

§. Sed & si quis.

Suprà dictū est, posteriore testamēto superius infirmari. Hoc ampli[us] addit Iustinianus, & si ex tertia aliqua re hæredē in secundo testamēto testator sibi designauit, eū tamē à priore voluntate desciuisse[x]. Instituto enim in certa re cui nullus cohæres datus est, reliqua hæreditatis portio iure accrescendi obtingere solet[y]. Si tamen testator posterioribus suis tabulis cōprehendisset se fidei hæredis committere vt priores tabulæ valerent, tunc hæreditas ex secundis tabulis[a] à secundo hærede per fideicommissum euocari debet[z].

m. j.

---

t l.1. ff. de iniusto rupto.
v §.1. sup. eodem.
x §. posteriore. inf. eodem.
y §. sed & si quis. §. ex eo. & §. vlt. inf. eod.
z §. alio quoque modo. & §. non tamen. inf. eod.
a §. posthumi. & §. posthumorum. inf. de exhæred. liberorum.
b l. certum. ff. eod.
c arg. §. adoptiuis. & §. sed hæc quidē. sup. de exhęre. lib. arg. l. cum in adoptiuis. C. de adoptionibus.
d arg. l. cum emancipatus. §. si pater. ff. de bonorum possess. contra tabulas.
e l. quedam cum filium. ff. de verbo. obligat.
f l. filio. §. vlt. ff. de liberis & posthumis.
g l. non putauit. §. si quis filium. ff. de bo. poss. cō. tab.
h §. ante hæredis. inf. de legatis. l. 1. ff. de hæred. inst.
i arg. §. ex eo. inf. eod.
k l. pacta nouissima. C. de pact.
l l. 4. sub fi. ff. de adimen. legatis.
m not. in l. sancimus. C. de testam. per Iasonem.
n l. si quis in princ. & ibi Bart. not. ff. de lega. 3.
o §. penul. & §. vlt. inf. eo.
p cap. non præstat. de reg. iur. in 6.
q §. sed & vnum. sup. de test. Ioan. Faber hic.
r Theophilus in §. non tamen. inf. eodem.
s arg. l. si plures. ff. de cond. institutionum.
t l. si te solū. ff. de hær. inst.
v l. si id quod. ff. de rescin. venditione.
x l. si quis priore. ff. ad senatusc. Trebellianum.
y l. cohæredi. §. vlt. ff. de vulgari. l. 2. §. ex fundo. ff. de hære. instituen.
z arg. gl. in l. si quis priore. in verbo, sed teneri. ff. ad Trebellia. & d. l. si quis priore. hoc. textu in versic. testamētū secundo loco.

quod ius cùm in militum testamentis obseruetur [a], quanto magis & in paganis obseruari debet?

§. Alio quoque modo.

Hactenus ostendit Iustinianus quomodo ex iure ipsius testamenti infirmato testamentum rumperetur [a]: hic autem exequitur quomodo irritũ fiat ex eo quod testatori aliquid acciderit. Si igitur aliquis libertatem simul & ciuitatem amiserit, aut alterum tantùm [b], testamentũ quod ab eo antea factum fuerit irritum est, preterquam in duobus casibus. Primus est quando is qui hostium seruus effectus est, in ciuitatem postea rediit. eius enim testamẽtum fictione postliminij reuiuiscit [c]. quòd si apud illos decesserit, valet ex lege Cornelia [d]. Secundus est quando is qui damnatus erat, principali sententia restitutus est [e]. Hac enim indulgentia sic testamentum conualescit, vt noua voluntate ad illius confirmationem nihil opus esse existimemus. Quòd si simpliciter crimẽ remiserit princeps, tunc necessariò testator profiteri debet se prioribus tabulis decedere velle [f]. Sed quid in minima capitis diminutione? Et hæc si quidẽ vel adoptione vel emãcipatione cõtingat, testamentũ irritũ non facit, quod alioqui in castrensi vel quasi castrẽsi peculio factum est [g]: neque id speciale in milite esse, aduersus Fabri sententiam in §. promittitur. suprà de testa. milita. & hoc loco, crediderim, cùm in illis peculiis semper pro patrefamilias habeatur [h]. Sola igitur arrogatio testamẽtum irritum facere cõsueuit [i]: & ideo cùm is qui in Dominicanorum aut Franciscanorum sodalitium se contulit, arrogatus videatur, procliuius esse ex Panormitani sententia [k], existimo, testamentum ab eo antea factum irritum esse [l]. Sanè aliis plerisque modis testamentum infirmatur, veluti si pater filium suum quem esse existimans falsa opinione ductus, eum hæredem scripserit [m]. Idem est & si quis eum quem loco fratris adoptauerit, postea instituerit [n], videtur is intestatus decessisse. Etenim cùm adoptio naturam imitetur [o], natura rerum non admittit vt frater à fratre procreetur [p].

§. Non tamen.

Quamuis capitis diminutione testatoris testamentum irritum esse dixerimus [q], id tamen non obseruatur quando is priorem suum statum recuperauit. Etenim pretor secundũ tabulas bonorum possessionem scriptis hæredibus concedit [r]. Quod cùm iure prætorio introductum sit [s], procliuius est vt in eo testamento cui prætor authoritatem suam accommodat, nimirũ quando septẽ testiũ signis subsignatum fuerit [t], locum habeat. Cæterùm cùm nuncupatiuo testamento hodie plurimum vtamur [v], rarius esse huius §. beneficiũ concesserim [x]. hincque infertur, testamentum quod alioqui iure ciuili infirmum est, pretorio iure sustineri. Capitis enim diminutio cùm cõmentum sit iuris ciuilis [y], pretorium testamentum infringere non potest [z]. Omnia & Papinianus quandoque docuit [&], ex testamento eius qui se arrogandũ postea dederit, si quidem hæres scriptus bonorum possessionem secundũ tabulas petat; exceptione doli remouendũ esse: quæ exceptio manifestè indicat testamentum nõ statim infirmari [a]. Accedente itaque noua voluntate facilè prior illa exceptio tollitur †. Ad nouæ autem voluntatis probationẽ quinque testes necessarij sunt *: licet Papinianus in d. §. testamento, eam reliquis actibus qui duorum testium numero contenti sunt, conferre videatur.

§. Ex eo autem solo.

Dixerat suprà Iustinianus, posteriore testamẽto superius infirmari: quod tamen ita intelligendum admonet, modò posterius testamentum iure perfectum sit. Optimus autem reuocandæ voluntatis modus hic fuerit, si vel tabulas cancellauerit, inciderit, deleuerit, vel sigilla remouerit [a]. Maioris enim momẽti sunt facta quàm verba: nisi quòd id testamento nuncupatiuo satis

---

a l quærebatur. ff. de testa. militis.
a §. 1. & § posteriore. & §. sed & si quis. sup. eod.
b §. 1. & § media. sup. de cap. diminu. l. capitis diminutio. ff. eo tit.
c l. eius. ff. de testamẽtis. & ibi Franciscus Aretinus notat. §. eum. sup. quib. nõ est permiss. fa. testa. §. si ab hostibus. sup. quib. mo. ius pat. pot. sol.
d l. lege Cornelia. ff. de testa. l. lex Corn. ff. de vulgari.
e l. 1. C. de sentẽtiam passis. Faber & Areti. in §. 1. vbi dixi. sup. qui. mo. ius pa. pot. sol. Bar. & Castr. expresse in l. si quis filio. § pe. ff. eo.
f Bart. & Castren. loco modo allegat.
g d. l. si quis filio. §. vlt. & l. sed si filiusf. a. ff. de bono. posses. secun. tab.
h l. 2. ff. ad Macedonianum
i l. qui ex liberis. §. testam. & § seq. ff. de bono. poss. secun. tabu.
k in ca. in presentia. de probationibus.
l arg. l. si adoptauero. ff. de precario.
m l. si pater. C. de hær. insti.
n l. nec apud. C. de hær. inst.
o §. maiorem. sup. de adop.
p notatur in d. §. maiorem.
q sup. §. proxima.
r l. vl. C. de bo. pos. secũ. tab.
s dixi sup. in §. posteriore. in 4. ampliatione.
t §. sed cum paulatim. vers. signacula autem. sup. de testa. ordinan.
v docto. in §. vlt. sup. de testam. ordinan.
x Vigliius hic.
y l. eas obligationes. ff. de cap. diminu.
z arg. l. nihil tã naturale. ff. de reg. iuris.
& in l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bo. pos. secũ. ta.
a arg. nota. per Barto. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis.
† l. posthumus. & l. filio præterito. ff. eod.
* Aretinus & Paris hic.
a l. nostrã l. de testa. l. 1. §. si hæres. ff. si tabulæ testam. nullæ extabunt. l. qui ex liberis §. testamento. ff. de bon. pos. secun. tab.

satis conuenire nõ potest. Cùm enim in voce constet[b], tabulis ruptis nihilominus manere verius est. Igitur regula est, imperfecto testamento secundo superius non rumpi[c], præterquã in aliquot casibus quos Accursius hîc[d] prosequitur, & Iason[e] & alij[f] non indiligenter adnotauerunt.

§. Eiusdem oratione.

Diuus Pertinax, Capitolino authore[g], legem tulit, qua secundo loco facta testamenta non aliâs prioribus derogare vult, quàm si perfecta essent, néue ob hoc fiscus aliquando succederet, ipséque professus est nullius se aditurũ hæreditatem quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes & necessarij priuarentur. Addiditque senatusconsulto hæc verba: Sanctius est, patres conscripti, Remp. inopem tenere quàm ad diuitiarum cumulum per discriminum atque dedecorum vestigia peruenire[h]. Sanè animaduertendum est. orationem hoc loco pro senatusconsulto vsurpari: vnde & orationem petitionis hæreditatis pro senatusconsulto dicimus[i]. Orationes enim in iure nostro dicuntur ea quæ ad Senatum à principibus referebantur, vt nimirum Resp. quid statuendum esset dispiceret[k].

Titulus, De inofficioso testamento.

Ad rubricam.

Olim permissum fuit parẽtibus propter summum patriæ potestatis ius[l], vt filios in potestate, exhæredare, cæteros verò præterire liceret[m]. Destituti itaque tam prætorij quàm ciuilis iuris auxilio liberi, apud populum inofficiosi querelam proponebant. Deinde cùm populus Lege Regia ius omne in principem transtulisset[n], cœpit tunc querela apud principem proponi. Iustinianus tamen vberius sua constitutione liberis consultum esse voluit. Vetuit enim ne indicta causa filius exhæredetur[o]: alioqui, sicut vulgus doctorũ credidit, testamentum parentum inutile esset[p]. Cõmunis igitur doctorũ calculus in eo est, querelæ inofficiosi ita demum locum esse, siquidem parens ex Iustiniani pręcepto[q] exhæredationi causam adiecisset, quæ tamen per hæredem scriptum probari nequeat. Quo factũ est vt huius tituli non sit hodie tanta vtilitas[r]. Sed hęc cõmunis doctorũ sententia nõ videtur posse Iustiniani rescripto adiuuari, etsi in eo prorã & puppim constituerit. Demus enim nõ licere filium exhæredare citra causæ adiectionem, id quod & Iustinianus loquitur, non continuò tamen inutile erit testamentũ. nã id ipsum ea constitutione nõ exprimitur, quę hunc sensum adimplere potest, nõ licere patri filiũ sine causa exhæredare, nisi testamentum suum inofficiosi querelæ subiacere velit[s]. quæ interpretatio hoc tolerabilior est, quòd per eam minimè ab antiquo iure recedamus[t].

§. Primus.

Inter cætera officij significata illud vnum est vel pręcipuum, quòd quandoque pietatẽ significet. vnde inofficiosum testamentũ dicimus, quod cõtra pietatẽ seu officiũ paternũ factũ est[a]. naturalis etenim ratio dictat vt interim bona liberis relinquantur[b]. quòd si parentes id minus fecerint, tunc eorũ vltimum iudiciũ inofficiosi querela subuertetur. Inofficiosi igitur testamenti dictio liberis, parentibus, & fratribus dari consueuit[c]. De singulis igitur videndum est. Et in primis liberi qui iniquè se exhæredatos conqueruntur, aut exhæredatos quidẽ adiecta causa, quæ tamen per hæredes probari nõ potest[d], quíque à matre pręteriti sunt (matris enim præteritio pro exhæredatione habetur[e]) de inofficioso testamento dicere possunt[f]. quod etiã & nos superius intelligẽdum esse admonuimus[g], etiam si nulla causa exhæredationi adiecta fuisset. idque aduersus receptam doctorũ sententiam procliuius est. Quod ad patrẽ pertinet, pater exhæredatus agit inofficiosi querela aduersus filij sui emãcipati testamentũ, modò liberorũ causa patrẽ non præcedat[h]. Sed quid si

b §. vl. sup. de testa.
c l. 2. ff. eodem.
d glo. in verbo, perfectè.
e in l. hac consultissima. §. pen. & l. sancimus. C. de testamentis.
f Franciscus Curtius in l. 1. C. 1. de bo. pos. cõtra tab.
g Capitolinus in vita Pertinacis.
h Lex imperfecto. ff. de leg. 3. l. Papinianus. §. si imperator. ff. de inoffic. testa.
i l. si & rem. §. illud. ff. de petit. hæredita. l. cum hi. ff. de transactionibus. l. diuus. ff. de seruis fugiti. l. cùm hic status. ff. de don. inter vi. & vxo. l. 1. ff. de rebus eorum. l. penult. ff. ad Trebellianum.
k Vide hic Viglium.
l l. in suis. ff. de lib. et posth. vide Budæum ad l. anauditum. ff. de sicariis.
m emancipati. sup. de exhęredat. liberorum.
n l. 1. ff. de constitutionibus principũ. §. nouissimè. in l. 2. ff. de orig. iuris.
o in §. sed hæc quidem de exhær. liber.
p auth. vt cum de appella. cogno. §. aliud. colla. 8.
q in d. §. aliud.
r glo. in §. vl. infrà eodem.
s Viglius hic.
t arg. l. non est nouum. ff. de legibus.

a l. inofficiosum. ff. eodem.
b arg. l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum.
c l. 1. ff. eodem.
d l. liberi. C. eodem.
e §. mater sup. de exhæred. liberorum.
f d. l. 1. ff. eodem.
g sup. ad rubricam.
h l. pater. & l. seq. ff. eod.

iſte pater manumiſſor ſit præteritus? Et verius eſt vt etiam ad querelam admittatur [k]. Quamuis enim ordinario remedio illi ſubueniatur, nimirum bonorum poſſeſsione contra tabulas[k], tamen cùm ea tantùm ad portionem manumiſsionis referatur [l], vberiúſque nobis per querelam ſubueniatur [m]: videtur vtrumque remedium patri non denegandum: cùm ex regula iuris communis traditum ſit, extraordinario remedio locũ eſſe, ſiquidem vberius eo, quàm ordinario nobis conſulatur [n]. Huc accedit, quia repudiato nouo iure ſupereſt adhuc vetus [o], nam & ſi pater in bonorum poſſeſsione contra tabulas defecerit, illi adhuc ſupereſſe ius antiquum Paulus reſpondit [p]. At ius antiquum rectè inofficioſi querelam interpretati poſſumus. Cæterùm fratres conſanguinei (non item vterini [q]) fratrum ſuorum iudicia ſubuertunt, ſi quidem frater eos turpibus perſonis poſtpoſuerit [r]. Turpes autem perſonæ intelliguntur eſſe hæ quę alicuius criminis publicorum iudiciorum accerſitæ ſunt [s]. Aliquot & alias perſonas turpes diligenter commemorat hoc loco Faber [t]. Sed idipſum non obſeruatur quando turpis perſona viuendi inſtitutũ mutaſſet [v]: aut niſi is qui querelam inofficioſi parat, eadem nota turpitudinis laboraret [x]. Hoc autẽ in vniuerſum ſumus admonendi, inofficioſi querelã adita demum hæreditate competere [y], licet bonorum poſſeſsio contra tabulas etiam aditionem hæreditatis non deſideret. Differentiæ ratio in eo eſt, quia querela aduerſus hæredem proponitur. at hæres nemo eſſe poteſt niſi qui hæreditatem adierit [z]. At bonorum poſſeſsio tantummodo ſubeſſe teſtamentum exoptat [a]: at teſtamentum eſt etiam ſi non ſit adita hęreditas.

§. Tam autem naturales liberi.

Cũm querela inofficioſi teſtamenti extraordinario iure, vtpote populi commiſeratione primùm introducta ſit [a], conſentaneum eſt vt ea ceſſet vbi remedio ordinario liberis conſultum eſt. Et ideo filius præteritus cùm iure dicendi teſtamentum nullum, aut bonorum poſſeſsione contra tabulas [b], ad ſucceſsionem patris admitti poſsit, non iniuria ille querela denegabitur. Idẽ eſt in filio adoptiuo, qui adoptione in patris poteſtatem tranſit [c]: hic enim eodem iure quo ſuus præteritus admittitur [d]. non idem eſt in arrogato. huic enim quarta ex conſtitutione diui Pii debetur [e]. Filius quoque naſciturus non niſi exhæredatus (quanquam id hodie vix obtinet [f]) ad querelam admittitur. præteritus enim eodem iure quo ſuus teſtamentum infringere poteſt [g].

§. Sed hæc ita.

Iure veteri ſatis fuit ad querelam excludendam, quartam partem eius quã quilibet ab inteſtato habiturus erat, reliquiſſe [h], quæ legitima dicetur, eáque pro liberorũ numero ad trientem vel ſemiſſem Iuſtiniani conſtitutione relicta eſt [i]. Quòd ſi minus legitima illis relicta fuerat, querela concedebatur. quod indignum exiſtimans Iuſtinianus ſtatuit ne ita parẽtũ iudicia per querelam facilè reſcinderentur [k]: ſed ſi quid minus legitima illis relictum erat, vt id legis repletione ſuppleretur [l], & hoc eſt quod vulgò dixerunt actionem ad ſupplementum introductá eo nomine vt quiſque conſequeretur id quod ſuæ legitimæ deeſſet. eáque actio non minore quàm triginta annorum ſpatio tollitur [m], neque à teſtatore vllo pacto prohiberi poteſt [n]. Item & non præparata tranſmittitur [o]: neque propterea expirat quòd aliquis agnouerit quod ſibi teſtamento relictum eſt [p].

§. Si tutor.

Quanquam ex regula iuris communis qui ſemel teſtamentum approbauit, idem poſtea improbare nequeat [q], id tamen in eo qui officii neceſsitate adactus id fecerit, locum habere non poteſt. Et ideo tutor cui patris ſui teſtamento nihil omnino relictum fuerat, ſiquidem pupilli nomine ad legatum pupillo

i Viglius hic.
k l.1.ff.ſi quis à parẽte manumiſſus fuerit.
l Panthonius.ff.ſi quis à parente.
m d.l.Panthonius.
n notatur in l.in cauſa.2. ff.de minoribus.
o l.quoties.ff.de reg.iur.
p l.1.ſub fi.ff.ſi q.a parẽte.
q l.fratres.C.de inoff. teſt.
r d.l.fratres.& l.1.ff.eod.
ſ Angelus Peruſinus in d. l.1.
t Faber hic in verſic. ſoror autem.
v Faber hic, Baldus in d. l.fratres.in 2.columna.
x l.in arenam.C.eodem.
y l.filiũ.§.ſed cũ exhæreda. ff.de bo.poſſ.cõtra tabulas.
z l.pro hærede.ff.de acqui. hæred dicã in §.in extraneis infra.ſit.prox.
& l.illud ff.cõtra tabulas.
a ar.l.in cauſę.2.ff.de mi.
b l.2.C.de bo.poſſ.cõtra tabu.dixi ſup.in ti.de exhæredat. liberorum.in prin.
c l.cũ in adoptiuis.C.de adopt.
d §.adoptiui.ſup.de exhære.liberorum.
e l.ſi arrogator.ff.de adop. dixi in §.cũ autem impubes. ſup.de adopt.
f l.ſi quis in ſuo.§.legis. C. de inoff.teſtamento.
g l.Gallus.ff.de lib.& poſthu.§.poſthumi.& §.poſthumorũ.ſup.de exhæredat.liberorum.
h l.Papinianus.§.ſed & mortis.ff.eodem.
i auth.nouiſsima. C.eodẽ.
k l.omnimodo.cũ ll.ſequẽtibus.C.eodem.
l d.l.omnimodo.
m Decius in l.certi conditio.aduerſus Bart.& Ludouicũ Roma.ff.ſi certum peta. Idem Decius cõſilio 303. Baldus, Iaſon & alii in l.ſi quis filiũ. C.de libe. præter.
n l.ſi quãdo.§.vl.C.eodem.
o d.§.vlt.
p d.§.vlt.
q l.vl.ff.eodem. quia quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt. in c. quod ſemel.lĩ 6.de reg.iur.

pupillo relictum egerit, postea ad querelam venire non prohibetur. Est enim tutela munus quod necessariò subimus[r]. Diuersa causa est in aduocato & procuratore: qui si exhæredato legatum petenti aduocationem sponte præbuerint, procurationémve susceperint, postea ab accusatione remouentur[s]. Id enim ea gratia fit, quòd eorum officium sit voluntarium. Cæterùm si in necessitate per magistratum imposita accusent, propius est vt eis viam ad querelam minimè præcludi existimemus. nec nos quicquã mouerit quòd si quis liberti accusatori aduocationem præbuerit, quòd is à bonis liberti non reiiciatur[t]. Etenim id ideo fit, quia aduocatus nõ accusat: lex autem accusanti tantùm pœnam imponit[v].

r §.1. su. de excusatione tutorũ. l. munus. ff. de ver. sig.
s d. l. vltima.
t l. qui cũ natu maior. §. si patroni. ff. de bo. libertorũ.
v d. §. si patroni.

§. Igitur.

Veteri iure quoquo pacto relictam esse partem sufficiebat ad querelam impediendam[x]. Hodie tamen institutionis titulo relinquenda est[y], illa ratione, quia hæredis vocabulum multo honestius est quàm legatariorum[z]. Item quia maior vtilitas ad filiũ redire solet ex titulo institutionis, quàm ex aliquo alio titulo. Etenim si cohæres datus instituto in sua legitima, ante aditã hæreditatem moriatur, tota successio ad filium accrescendi iure redire solet[&]. Hodie quoque iure pontificio[°] non in liberis tantùm, sed & in parentibus institutionis titulus desideratur, præterquã in aliquot casibus, quos alij quibus id curæ fuit, diligentissimè perstrinxerunt.

x l. Papinianus. §. sed nec mortis. ff. eodem.
y in authẽ. vt cũ de appell. cogno. §. aliud.
z dixi sup. in tit. de exhæ. lib. in princ.
& l. vnica C. quando non pete. partes peten. adcres.
° notatur in ca. si pater. de testa. lib. 6.
† Moderni repetẽtes ĩ l. quartã. ff. ad legem Falcid.

Titulus, De hęredum qualitate & differentia.

Præcipua vis testamenti ex hæreditatis aditione pendet[a]. nam quantumlibet quis testamentum scripserit, si tamen ex eo hæreditas non adeatur[b], is intestatus decessisse intelligitur. Hæredum autem numero quidam sunt qui necessariò, alij qui sponte adire hæreditatem compelluntur. quod Tribonianus eleganter hîc prosequitur.

a l. 1. ff. de hæred. institu*ẽ*. §. ante hæredis. inf. tit. pro.
b l. intestatus. ff. de ver. sig.

§. Hæredes autem & §. Necessarios.

Summa hæredum diuisio ad hæc tria capita reducitur, quod quidam necessarij sunt, alii sui & necessarii, alii voluntarii: de quibus omnibus videndũ est. Et in primis seruus qui tam testamenti facti quàm mortis testatoris tempore in potestate domini fuerit[c]: hic siquidem hæres à domino instituatur, ipsi domino fit hæres necessarius, ita vt vel inuitus domini hæreditatem adire cõpellatur. Ex eo autem profecta est huiusmodi adeundi necessitas, quòd domino ius vitæ & necis in seruum permissum fuerat[d], dominíque intererat hęredem habere, ne illius bona de lapide emerentur[e]. quod quàm ignominiosum veteribus fuerit, facilè ex Ciceronis orationibus colligere licet[f].

c § seruus. 1. sup. de hæred. instituen.
d l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.
e l. & quia. ff. de interrogatoriis actionibus. §. licet. sup. quib. ex cau. manumittere non licet.
f Vide Ciceronẽ in oratione pro P. Quintio. & Erasmũ in adagio, de lapide emptus.

§. Sui autem.

Sũt & alii hæredes qui sui sunt, & necessarii, cuiusmodi sunt filius filia, nepos neptísve, quibus pater præmortuus, aut aliquo alio modo patria potestate exẽptus est. Sui enim ideo dicuntur, quasi domestici. Etenim viuente patre quodãmodo domini bonorũ patris esse intelliguntur, fingitúrque per mortẽ patris continuatũ esse in filio dominiũ[g]. Fictio autẽ ista legis ciuilis est circa dominiũ, non possessionẽ. Possessio enim cũ facti sit[h], has cõmentitias & vanas iuris fictiones nõ respicit[i]. Neque nos quicquã mouet Iuliani responsũ, quo is tradidit filiũ possidere pro hærede rẽ sibi à patre donatã non posse[k]. Quis enim non videt id ideo fieri, quòd iã filius titulo pro donato possidere cœperit? At nemo causam possessionis sibi mutare potest[l]. Minus quoque moueor eo, quòd Diocletiani cõstitutione[m] nihil vsucapi pro hęrede, suis exi stẽtibus potest. Verba enim cõstitutionis aliũ habent sensum, quã qui vulgò cõfingitur, nimirum hunc, eum à quo suus hæreditatem petit, qui se ait pro

g l. in suis. ff. de liberis & posthumis. vide Cursium in l. qui se patri. C. vnde liberi.
h l. 1. §. 1. ff. de acquir. hære.
i Viglius hic.
k in l. 2. §. vlt. ff. pro hære.
l l. cũ nemo. C. de acqui. pos.
m in l. nihil. C. pro hærede.

hærede poſsidere, titulum non habere, nec vſucapere poſſe: id quod & alio eiuſdem imperatoris reſcripto apertiſsimè comprobatur [n]. Suitatis igitur ius à iure ciuili originem habet, dominiúmque in filij perſonam continuat [o]. Itẽ ſuus hæres hæreditatem non aditam ad ſuos tranſmittit [p]. Libertas quoque ſeruis pet fideicommiſſum relicta, in ſui (quantumlibet abſtinuerit) gratiam ſuſtinet [q]. Ex diuerſo tollitur iſtud ius vel ſubſtitutione quæ facta eſt filio inſtituto: quod Barto. cenſuit [r]. & Socinus improbat: quem Zaſius in effectu ſecundo vulgaris ſubſtitutionis ſequitur. Tollitur etiam inſtitutione in ſui hæredis arbitrium collata, vel cohæredis datione [ſ]. Prætor quoque ius abſtinendi permiſit bona ratione, quia cùm à patris creditoribus ſæpenumero liberi inquietarentur, prætor ſatius eſſe duxit, vt mortui potius quàm viui, nō ſentientis quàm ſentiẽtis bona vendetentur [t]. Illud conſtat, creditores qui cō tra ſuum hæredem patris nomine agere velint, immixtionem probare debere [v]: quod communiter omnes tenent [x].

§. Cæteri.

Extranei hæredes ſuis opponuntur, hi enim in familia, illi extra familiã eſſe conſueuerunt [a]. Ex aliena enim familia ad alienam familiam euocantur. Quod elegãter Tribonianus hîc deſcripſit. Hincque infertur, quòd ſi vel lege municipij, vel à teſtatore quis in extraneum alienare prohibeatur, vt de eo intelligamus qui in eadem familia non ſit, etiam ſi cognationis vinculo nobis aliqua ex parte deuinctus ſit [b]. Vox enim ambigua, ex ſubiectæ rei argumento accipienda eſt [c].

§. In extraneis.

In extraneis hæredibus inſtituendis ea cautio adhibenda eſt, vt teſtamenti factionem habeant [d]. Hæc autem teſtamenti factio tribus temporibus conſideratur: inſtitutionis tempote, mortis teſtatoris, & aditionis hæreditatis [e]: adeò vt ſi aliquo tempore iſta ex teſtamento accipiendi facultas deſit, tunc verius eſt vt ſibi hæreditatem non acquirant. Immo nec is quem in ſua poteſtate habent. Inſtituti enim capacitas, ex eius in cuius poteſtate poſitus eſt, capacitate metienda eſt [f]. Huic tamen rei non mediocriter aduerſatur Tertulliani reſponſum [g], qui triplici iſto tempore domini capacitatem non animaduertit. Quod ideo eſt, quia licet dominus omnium bonorum capax non fuerit, tamen ad inſtitutionem ſerui ſufficiebat aliqua ex parte dominum capacem extitiſſe, licet quorundam bonorum capax non fuerit, quorum vel ſeruus capax eſſe, vel nouo domino ſtatu cōmutato acquirere potetat [h]. Atque ita Iacobus Arenarius ſentit [i]: cuius ſententiam Viglius non ſemel comprobauit [k]. Sed quid in neceſſariis? Et verius eſt vt duo tempora inſpicienda ſint, nimirum inſtitutionis [l], & mortis domini [m]. In ſuis vetò tempus mortis teſtatoris inſpicere debemus, vt eo tempore ſint in morientis poteſtate [n]: niſi hi ſub conditione inſtituti ſint: tunc enim exiſtẽis conditionis tempus animaduerti debebit [o].

§. Teſtamenti autem.

Licet is qui teſtamentum facere poteſt, propriè teſtamenti factionem habeat, tamen qui ex alieno teſtamento capere, vel alij acquirere poteſt, hic teſtamenti factionem habet, licet ipſe teſtamentum facere nequeat.

§. Extraneis cum §. Sed noſtra.

Extranei à ſuis hæredibus aliquot notis diſſident. Illi enim adeunt, hi ſeſe immiſcent: Illi repudiant, hi abſtinent, charactetémque ſuitatis ſemel impreſſum vix à ſe ſe abdicare poſſunt [q]: iſti contrà repudiatione ſic hæredis nomen exuunt, vt hæredes nunquam fuiſſe videantur. Hoc tamen

vtriſque

n l. ex teſtamento. C. vnde liberi.
o d. l. in ſuis.
p l. ſi fratris. C. de iure deliberandi.
q l. cum quaſi. §. ſed & ſi ſuus heres. ff. de fideicommiſſa. libertatib.
r Bart. in l. ſuus heres. & doctorum chorus. ff. de libe. & poſthumis.
ſ Socinus in columna 19. in l. 1. ff. de vulgari. not. in d. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu.
t l. neceſſariis. ff. de acquirẽ. hæreditate.
v Theophilus hic.
x nota in d. l. in ſuis.
a Alciat. lib. 4. diſpũct. c. 1.
b Faber & Aretinus, hic.
c l. in ambigua. ff. de legib.
d l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæredib. inſtit.
e d. §. in extraneis.
f l. non minus. ff. de hæred. inſtituen.
g l. ſi ſeruus eius. ff. de acquiren. hæred.
h arg. l. debitor. §. vlt. ff. de lega. 2.
i Iacobus de Arenis apud Bart. circa mediũ, & Paulum Caſtrenſem in d. l. ſi ſeruus eius.
k Viglius in §. ſeruus antẽ pluriũ. ſup. de hæred. inſtitu. & idem hic.
l l. ſi alienũ. ff. de hære. inſti.
m §. ſeruus. ſup. de hæred. inſtit.
n §. ſui. ſup. iſto titulo. Bar. in d. l. ſi alienum. §. in extraneis.
o l. ſi ſub conditione. ff. de lib. & poſthu.
p notatur in §. teſtes autem ſup. de teſtamentis.
q Theophilus hic. gloſ. hic in verbo, de adeunda.

vtrisque commune est, quòd si semel hæreditatem adierint, nunquam aditæ hæreditatis pœnitere illis liceat, nisi vel militiæ fauor[r], aut minoris ætatis priuilegium[s] (præterquam si huic iuramento renunciatum sit[t]) aliud suaserint, aut grande æs alienum quod hæredẽ latere poterat, post aditam hæreditatem emerserit[v]. Solebant autem veteres ab hæredibus integra debita cõsequi, legata verò tantùm ad dodrantem[x]: ideóque prætores olim ius deliberandi ad adeundam hæreditatem induxerunt, incerto tamen tempore pro arbitratu prætoris definiendo[y]: ne scilicet hæredes temerè debitis supponerentur. Hodie tamen Iustiniani constitutione certum tempus huic iuri præfixum est[z]. Postea tamen cùm iam adeuntium principem pertæsum esset, Iustinianus in iuris deliberandi locum inuentarij beneficium surrogauit[&]: quod hodie adituris vsque adeò necessarium est, vt si omiserint, etiam vltra vires hæreditarias creditoribus teneantur. Quod vt iure ciuili verum sit, iure tamen diuino id minimè concesserim[,]. Legata quoque plusquam per legem Falcidiam licet soluta hæres non reuocabit. Etenim lex Falcidia locum habet quando inuentarium factum est[a]. Quin & eum legitima priuandum esse aduersus Bartoli sententiam[b] receptius est, nõ item Trebellianica: quod Iason multis rationibus adstruit[c]: licet hic articulus sit maximè controuersi iuris. Sanè vno casu hæres quantumlibet inuentarium fecerit, Falcidiam ex legatis non consequetur, nimirum vbi eum res aliquot hæreditarias subtraxisse compertum fuerit[d]. Sed verius est[e], quòd minimũ ab antiquo iure recedamus[f], vt hæres tantùm in re surrepta Falcidiam amittat: alioqui grauiore incommodò eum afficere minimè æquum esse videtur. Neque Iustiniani constitutio[g], qua bona interpretum pars nititur, idipsum probat, cùm ea à contrario sensu colligatur[h], neque ea expresim vetera iura corrigi comperiamus[i].

§. Item extraneus hæres testamento institutus.

Consuluit Iustinianus quid hæredi adituro facto opus sit[k]: hic autẽ prosequitur quando tandem hæreditas adita dicatur ad hoc vt actiones ab hæredibus & contra hæredes dentur[l]. Et cùm triplici iute nobis hæreditas deferatur, testamento scilicet, lege, & iure prætorio[m], de hoc tamen posteriore nihil hîc agitur. hodie enim sufficit factum aliquod, honorarij iuris viua voce cessante, accesisse: licet quibusdam solennitatibus olim honoraria hæreditas agnosceretur[n]: quas hodie in totum Constantinus sustulit[o]. At hæres legitimus, itémque testamentarius solo animo adire hæreditatem potest[p]. Oportet autem de huiusmodi animo perspicuis indiciis constare[q]. Constat autem vel verbo, vt si is se hæreditatem agnoscere velle professus sit. vel facto: vt si partem sibi relictam, in testamento suo alii legauerit[r]: aut aliquo alio modo: vt pulchrè hîc Tribonianus exequitur, & iureconsulti insigniter docuerunt[s]. Sunt & alia pleraque necessaria, quæ vno, vt dicitur, fasce glos. hic colligit[t]. Ex diuerso sicuti solo animo successores ciuiles hæreditatẽ adeunt, ita sola animi destinatione contraria ab hæreditate se eximere solent: quod Iustinianus hîc bellè exequitur[v].

Titulus, De legatis.

Superioribus titulis disputatum est de solennitate quæ in testamẽtis obseruari debet, itidem & de his quæ ad caput & principium testamentorum pertinent[x]. Verùm cùm in testamentis legata vt plurimum relinquantur[y], neque olim ante hæredis institutionem legare cuiquam permissum fuerat: ideo rectè superioribus titulis rubricam legatorum Iustinianus subiunxit. atque hæc est ratio ordinis.

§. Post hæc videamus de legatis.

Occurrit tacitæ obiectioni Iustinianus. Dixerit enim quispiam hoc loco

r l. scimus. C. de iure deliberandi.
s l. 1. ff. de minoribus.
t authen. sacramenta puberũ. C. si aduersus vẽditionem. Porcus hic.
v hoc textu in versic. Sciẽdum est tamen.
x inf. ad legem Falcidiam.
y l. 1. sub finẽ. ff. de iure deliberandi.
z l. cum in antiquioribus. C. de iure deliberan.
& l. scimus. C. de iure deliberan. quod in eo qui dubius est, locum habet.
, Alexander in rubrica. ff. de acquirẽ hæred. Alcia. in l. nihil aliud est. sub fi. ff. de verbo. sig. Idẽ in l. quinque pedum. C. finiũ regundorum.
a Viglius hic not. in auth. scilicet cũ testator. C. ad l. Falcidiam.
b in d. auth. sed cũ testator.
c Iason in l. Marcell⁹. ff. ad Trebellianũ. & ibi vide Bart. numero octano & nono.
d auth. de hæredib. & falci. §. hinc nobis. arg. à cõtrario sensu colla. 1.
e Sinus in d. authen. sed cum testator.
f l. Paul⁹. ff. ad l. Falcidiã.
g in d. §. hinc nobis.
h arg. nota. per Paulũ Castrẽsem in l. cõnẽticula. C. de sacrosan. eccl. arg. not. per Iasonem in l. 1. ff. de officio.
i arg. l. præcipimus. C. de appell.
k sup. §. proximo.
l rubr. vt actiones ab hæredib⁹. & cõtr. hær. den.
m l. qui autem. §. 1. ff. quæ in fraud. credito.
n l. vlt. C. qui admitti.
o d. l. vlt.
p l. pro hærede. ff. de acqui. hæred.
q Bart. in l. gerit. ff. de acquiren. hæred.
r l. si auia. C. de iure delib.
s d. l. gerit. & d. l. pro hæred.
t hoc §. in verbo sicut.
v in versi. sicut autẽ nuda.
x l. 1. ff. de hæredi institutien.
y propter. §. præterea infr. de fideicõmissa. hæredita.

a §. vlt. sup. per quas perso. nob. acquiritur.
b §. ante hæredu. inf. eod.
c l. 2. ff. de statu hominum. Aretinus hic.

præpostere de legatis tractari, cùm ea singulari iure acquiramus[a], hîc autem quibus modis res per vniuersitatem requirantur pertractamus. Sed cùm legata, sicuti modò dixi, vim suam à testamentis accipiant[b], nemo facilè inuersum ordinem esse dixerit. Neque enim nouum est easdem materias diuersis titulis adiungere, modò tamen aliqua viciniæ ratio id suadeat[c].

§. Legatum.

d l. legatum. ff. de lega. 2.
e l. legatum. ff. de lega. 1.
f gl. in verbo, fere. in §. 1. sup. de donationibus.
g l. quarta. ff. de adimē. leg.
h §. alia. sup. de donationib.
i l. hæredes palā. §. vno cōtextu. ff. de testa.
k, m §. sed cum paulatim. sup. de testamentis.

A Modestino hoc responsum acceptum est[d], quod paulo copiosius Florentinus expressit[e], diuersis quidem verbis, eadem tamen manente sententia dum dicit, Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod vniuersum hæredis foret, alicui quid collatum velit. Quanquam autem legatum nihil aliud sit quàm donatio, differt tamen à donatione causa mortis, sicut suprà Accursius docuit[f]. Differt & à donatione inter viuos, quia etiam quantumlibet sit perfectum legatum, liberè tamen reuocatur[g]: illa verò minimè[h]. Et ideo si quis in suo testamento aliquid Titio donauerit, legatum esse existimabimus, non donationem. Donatio enim cū extraneus actus sit, in testamentis fieri non potest, cùm vno contextu actionis testari oporteat[i]: quod & suprà docuimus[k].

§. Sed olim.

l lib. 2. institutionū suarū tit. de lega.

Quæ ad huius §. explicationem pertinent, à Tito Caio repetenda sunt[l]. Is enim tradidit legata per vendicationem, damnationem, sinendi modum, & præceptionem antiquitus relinqui solere. Omnibus autem his peculiaris quædam verborum forma erat adscripta. Legatum etenim vendicationis ita fiebat: Stichum seruum tibi do vel lego. vel, illam rem habe tibi, vendica. Damnatione ita concipiebatur legatum. Tu hæres meus illi hoc da. vel, illud illi ab hærede meo dari iubeo. vel, hæres meus damnas esto illum talem fundum dare Caio. Sinendi modo ita fiebat, Ille hæres meus præsumere permittat, & sibi eam habere. Præceptionis verò modus hic fuit, quādo testator hæredem ex parte, vel fundum, vel Titium, vel aliquid simile præcipuū habere volebat. nec enim, Theophilo teste, rectè ei qui hæres ex parte nō est, præceptionis legatū relinquebatur. Nam qui sic legabat, præcipito, id est præ aliis hæredibus capito, vel præcipuam partem habeto, non dubiè declarabat se præsupponere partem aliquam hæreditatis, quasi sic sentiret ad partem quā ei relinquo, volo eum præterea habere hoc præcipuum quæ omnia tamen Iustiniani constitutione non immeritò sublata sunt[m].

m §. sequenti. & l. 1. C. communia. de legatis.

§. Nostra autem constitutio.

n Theophilus in §. sup. px.
o d. l. 1. C. cōmun. de legatis.
p l. bona fides. & ibi Dec. notat ff. de reg. iuris.
q l. cū filius. §. variis. ff. de lega. 2.
r glo. in verb. vti. d. §. variis, cū l. quoties plures de regu.
s l. qui restituere. ff. de rei vendica.
t glo. hic in verbo, per hypothecariam. versic. sed si legatarius.
u l. 1. C. cōmun. de legatis.
v Baldus & Iason cū aliis in l. edita. C. de edēdo. Iason in §. si minus. inf. de actionibus. Bart. in d. §. variis.
x l. cū rē alienā. C. eodem.

Dixerat superiore §. varia fuisse apud veteres genera legatorum[n]. In præsentia ostendit vnam eandémque esse legatorum naturam, idque vt voluntatem testatorum, non item verba diligentius conseruemus[o]. Hoc amplius addit, legatarios triplici actione legatum sibi relictum consequi posse: actione personali scilicet, in rem, & hypothecaria. Neque quisquam istud iniqnum esse existimet, atque contra eā iuris regulā quæ vult ex bonæ fidei præscripto idem bis exigi non posse[p]. Legatariis enim datū est pluribus actionibus vti, vt laxior eis agendi facultas sit: vt qui ex vna interim electa legatum petat[q], alias simul exercere non posit[r]. Licet enim hæ actiones eiusdem rei nomine dentur, tamen cùm diuersos effectus habeant (realis enim ad restitutionem tendit[s], personalis ad traditionem possessionis (licet ea regulariter ad dandum competat[t]) hypothecaria verò siue quasi seruiana hypothecam in bonis testatoris constitutam persequitur[u]) in eodem libello simul & semel cumulari non possunt[v]. Quin & cuiuslibet legati nomine receptum est has tres actiones dari non posse. Etenim pro legato rei alienæ, quod in specie consistit, actio in rem dari non potest[x], cùm eius rei dominium testator transferre non

non potuerit[y]. Idem & si in quantitate, quæ tamen speciei vicem obtinet[z]. Idē est & si vera quātitate legatum consistat.tunc enim ex receptiori doctorum sententia rei vendicatio non datur[a]. Idem est in legato generis seu optionis.ante enim electionem vendicatio denegatur[a]. Idem est & in legato alternatiuo,vt non nisi post electionem vendicatio concedatur[b].

Sed voluntatibus eorum.

Hincque infertur potiorem esse voluntatis testatoris quàm rei scriptæ rationem[c].Quod obtinet vbi clarum est quid senserit testator: alioqui in ambiguo plus valet quod scriptura continetur, quàm quod actum est[d]. Idem quoque esse credo vt mēti scriptura cedat,vbi ea nihil omnino impossibile[e], quódque cum probro coniunctum est,cōtinet[f]. Meminerimus autem huius voluntatis exquirendę iudicem arbitrum esse debere[g]:qui in primis expiscabitur quid testator senserit:deinde id quod verisimilius est:eáque verisimilitudo tam ex qualitate relinquentium[h],quàm ex qualitate eorum quibus aliquid relinquitur[i],sumēda erit.Sin id minus haberi posit, tum ad verā verborū significationem animum adiungat iudex,sequatúrque id quod magis è proprietate verborum est[k]. Ad extremū vbi æquè propria est verborū significatio,id quod minimum est sequi debebit[l].Quæ omnia diligēter Dinus[m], Decius[n],Barto[o].& alij[p] copiosè perstrinxerunt.

§. Sed non vsque.

Veteri iure legatis amplius ius concessum fuerat quàm fideicommissis[q]. Etenim legata ex testamento tantùm[r], fideicommissa verò & ab intestato debebantur[s]. Sed nec post mortem hæredis aut legatarij vtiliter relinquebatur[t]. A legatario quoque legari nó poterat[v].Quæ omnia Iustinianus postea emendauit dicta.l.2. ff.communia.de legatis, suadens legata fideicommissis ex æquo conferenda esse[x]. Sed quomodo Vlpiani responsum accipiemus[y],qui per omnia exæquata esse legata fideicommissis voluerit?Quid verò Iustiniani diligentia opus fuit? Et verius est illud caput à iuris ciuilis compilatoribus in libros Pandectarum temerè fortasse relatum esse: nisi si quis malit dicere id caput falsò Vlpiano ascribi nam & in exemplari Norembergensi sine illo capite vulgò legitur. Neque desunt qui existiment illud caput in antiquioribus codicibus non inueniri[z].

§. Non solum.

Pergit Iustinianus in declaratione earum rerum quæ legari possunt[a]. Et in summa admonet, non rem nostram aut hæredis tantùm legari posse, sed & alienam.qua tamen in re vidēdum est nunquid testator certò cognouerit se rem alienam legare[b]: quod in re propria minimè necessarium est[c], sicut & in re hæredis[d]. Illud enim constat, quoquo modo, siue sciens siue ignorans rem suam testator legauerit,legatum deberi. At in re aliena legatarius testatorem rei alienæ fuisse conscium edocebit[e].Oportet autē rem alienam ab hærede legatario præstandam redimere. Quòd si is ad quē res pertinet,rem vendere nolit,æstimationem eius rei legatario præstare debebit[f]. Deinde hoc exigitur,vt ea res sit in hominum commerciis[g].Quæ res tamen tribus axiomatis finiri potest. Omnis res quæ hominum commercio exēpta est[h], aut saltem difficulter præstari potest[i], legari non potest, præterquam in duobus casibus.Primus est quando liber homo à nobis redemptus, sibi ipsi legatus est:tunc enim profuit legatum ad liberationem vinculi pignoris quod in eo habuit qui redemit[k]. Secundus, quando inquilinos sine prædiis legauerit. tunc enim an æstimatio præstari debeat, ex testatoris voluntate

y l.traditio. ff.de acqui.re. do.§.per traditionē. sup. de rerum diuisione.
z l.plane.§.1. ff. de lega.1. arg. l.certi condictio. §. deposui.ff.si certū peta. & Bar.in l.1. ff. de lega.1. doctores hic.
a l.2.& l.apud Aufidiū. ff.de optione legata.
b Aretinus hic.
c arg.l.ī cōditionib[9].& l. pater Seuerinā. in princ. & §.conditionū.ff.de cōditio.& demonstratio.
d d.l.si alij.ff.de vsufructu legato.
e gl.hic ī verbo,volūtates.
f §.vlt.inf.eodem.
g l.si filia pater.ff.de leg.3.
h l.Titia.§.Seia.ff.de auro & argento lega.
i l.cum alimēta.ff.de alimen.legatis.
k l.non aliter.ff.de lega.3. l.Labeo.ff.de supel. lega.
l l.Idē Iulian[9] aliàs, apud Iulianū.ff.de leg.1.§.scio.
m Dinus in ea.inspicimus. de regu.iur.lib.6.
n in l.semper in stipulationibus.ff de regu.iur.
o Bar.in l.non aliter. ff.de lega.3.
p Vide docto.in l.voluntatis.C.de fideicommis.nominatim Iasonem.
q gl.hic in verbo.magis.gl. in l.2.in verbo,legatorū. C.communia.de legatis.
r §.1.sup.& §.ante hæredis.inf.eodem.
s §.præterea.inf.de fideicōmiss.hæredita.
t §.post mortē.inf.eodem.
v §.1.inf.de sing.reb.per fideicom.relict.
x hoc §.
y l.1.ff.de lega.1.
z Viglius in §. legatariis. sup.de testa.ordinā.quod etiā Alciato videtur.samē Florent.cod.hoc primū caput habet cum sua inscriptione.sic vacillat fides in re controuersa.
a ab hoc §. ad §. legari. inf.eod.
b hoc.§ in vers.quod antē diximus.

c §.si quis rē suā.inf.eo. d l.vnū ex familia.§.si rem tuā.ff.de lega.2. e l.verum.ff.de probationib[9].l.vlt.C.de rei vendic.l.siquidem.C.de exceptionibus.l.negantes.C.de actionibus.l.actor.C.de probationibus. f gl.non potest.hic. g hoc §.ibi, Sed si talis. harg.l.si in venditione.§.omnium.ff.de contrahen.empt. i l.apud Iulianū.§.cōstat.ff.de lega.1. k l.senatus.§.vlt.ff.de lega.1.

statuendum est. Rei cuius commercium apud omnes est, præterquam apud eum à quo relinquitur, legatum valere potest [l]. Si res legata apud omnes præterquam apud eum cui relinquitur, esse potest, tunc si testator conditionem eius qui relinquit non ignoret, legatum valebit, saltem quo ad æstimationem [m]. præterquam si is qui relinquitur, vel delicto, vel quo alio modo legatū consequi impediatur [n], atque ita Accursius non semel docuit [o]. Neque est quisquam qui illi aduersetur [p]. Sanè res aliena etiam per ignorantiam legata debetur, si ea coniunctæ personæ relicta sit [q]. Hîc & fauore libertatis tale legatum iureconsulti quādoque admiserunt [r]. Vulgò quæri solet, nunquid in legatis locus sit euictioni [s]. Quæ res ita ex Bartoli sententia in l. si domus in §. de euictione. ff. de lega. 1. deciditur. In legato generis perpetuò locus est euictioni [t]. quod & rationem habet. debitor enim generis dominium debet transferre [v]. Res quæ in specie consistit, si quidem testatoris fuerit, euinci non potest nisi per imprudentiam iudicis, quæ hæredi incōmodare non debet [x]: sed aduersus iudicem actione ex quasi delicto agendū est [y]. Quòd si res aliena fuerit, eáque à testatore sciente legata est [z], procliuius est vt euictio adesse possit. Quæ tamen omnia latius à Bartolo repetenda sunt [*].

§. Sed & si rem.

Si testator rem quæ omnino libera apud ipsum est, legauerit, rectè quidé legatum consistet [a]: quod superiori capite ostensum est. Hic autem traditur idem esse & si in re testatoris aliquis alius ius habeat, vt quia res impignerata vel hypothecæ supposita est, tunc enim hæres rem ipsam luere, atque ita legatario præstare cogendus est [b]: idque obtinet vbi eius iuris quod abs re abscedebat, testator ignarus nō fuerit. Idē est & si ignorauerit, modò legatū ei qui sibi coniunctione aliqua deuinctus est, relictū sit [c]. Sic & hæres luere rem necesse habet, in qua nihil potest esse superfluum exoluto ære alieno [d]. Sed id non obseruatur si legatum sit vniuersitatis, vt quia vel dos [e] vel peculium legatum sit [f]. procliuius est vt hæres rem talem luere non debeat, idque ex ea regula qua proditum est, legatum vniuersitatis cum suo onere transire [g]. quod Iason alio loco copiosius attingit [h].

§. Si res aliena.

Legatarius qui alienæ rei sibi legatæ dominium emptione vel dote [i] aut qualibet alia ex causa onerosa nactus, eius rei æstimationem [k], aut, vt aliis placet, rem ipsam quæ sola in obligatione fuit [l], licet propter impossibilitatem in condemnatione sit æstimatio, petere non prohibetur, ea nimirum ratione, quòd ei res adesse non videtur, cui precium abest [m]. Quòd si donatione [n] vel legato [o], aut aliqua alia ex causa lucratiua [p] res ad eum deuenerit, promptius est vt eam petere prohibeatur, etiam si eam postea alienauerit [q]. Cùm enim is rem habeat, ídque ex causa lucratiua, non potest dominium ex duabus causis lucratiuis consequi. hácque ex ratione deciditur, eum cui duorum testamento res legata est, si quidem rem sit consecutus, eius æstimationé non posse petere: non contrà si æstimationem. Ecce enim is cui quantitas legata est sæpius, legatum istud agnoscere potest [r]. Lex enim nostra tantùm in specie legata loquitur, cùm vna res semel tantùm præstari posit, at eadem quantitas pro arbitratu testatoris sæpius multiplicari potest [s]. Idem crediderim vbi quis in duobus testamentis vnius hominis rem eandem acceperit. posteriore enim testamento superius infringitur [t]. Et ideo huic nostro responso in duorum hominum testamentis locum esse fatendum est. Quare si hæres à quo petitū fuit vt fundum in dié Sempronio restitueret, si is grauatus ab hærede suo fundum purè legauerit, promptius est vt semel tantùm legatarius rem exigere posit. Qui enim de re quam restituere rogatus est testatur, non videtur aliud à priore testamento disponere [v].

l l. mortuo boue. §. Labeo. in responso 2. ff. de leg. 2.
m l. fideicōmissa. §. si seruo alieno. ff. de lega. 3. l. si filiusfa. §. siquid alicui. de leg. 1.
n d. §. Labeo & l. vnica. C. ne Christianum mancipium.
o gl. hic in verbo, nec æstimatio. gl. ī l. multū īterest. ff. de verborū obligatio.
p Bar. in d. l. multū. Barto. ī l. idem Iulianus. §. constat. ff. de lega. 2.
q l. cū rem alienā. C. eodē.
r l. Paulus. in princi. ff. de fideicommiss. libertatib.
s gl. hic ī verbo ignorabat. Areti. & Faber hic.
t l. hæres. ff. de euictionib. l. si substit. §. hæres. de le. 1.
v arg. l. ex empt. de act. ēpti.
x l. si per imprudentiā. ff. de euictionibus.
y l. si iudex. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus. l. si filiusfa. ff. de iudiciis.
z hoc §.
* d. l. hæres. ff. de euictionib⁹.
a §. nō solū. sup. §. pximo.
b l. prædia. C. de fideicōmis.
c d. l. prædia.
d l. si res obligata. ff. de legatis. 1.
e l. licet. ff. de dote prælegata. 2. responso.
f Vide Alciatū in l. hæreditatis. ff. de verb. signifi.
g l. cū pater. §. mensæ. ff. de lega. 2.
h Iason in d. l. prædia. sub fi. sui commentarij.
i l. ex pmissione. ff. de actionib⁹ & obligationib.
k gl. hic in verbo, cōsequi.
l in l. si res mihi. de lega. 3.
m l. Labeo & Sabin⁹. 2. responso. ff. de ver. sig.
n l. 1 ff. de donationibus.
o l. si hæreditatē. ff. māda.
p Vide l. vnicā. §. lucratiuas C. de īpo. lucra. descript.
q l. Meuius. §. duobus. de lega. 2.
r l. Titia Seio. de lega. 2.
s l. plane §. 1. de lega. 1.
t §. posteriore. vbi dixi. sup. quib. mo. testa. infir.
v l. huiusmodi. §. 1. de le. 1.

§. Ea

§. Ea quoque res.

Cùm non entis,vt vulgò dicitur,nullæ sint qualitates, videbatur rei quæ nondum extat,quamuis futura sit,legatum non valere. Tamen hîc aliud deciditur [a]. Legatum enim fructuum qui nondum maturuerunt, tractum temporis habet:túncque nobis debetur vbi res euenerit. Vsque adeò autem consistit istud legatum, vt etiam quantumlibet conditionale videatur [b], tamen post mortem legatarij ad hæredes transmittatur [c]. Sanè res quæ nunquã fuit in rerum natura,neque esse speratur, sicut Hippocentaurus [d], legari non potest, sicut nec illa quæ in præsentia non est,licet esse posit, vt homo mortuus,quod exemplo stipulationis introductum est [e].

§. Si eadem res.

Vt rectius ea quæ hoc §. traduntur,percipiamus, prius dispiciendum est triplici modo coniunctionem contingere [f]. Quædam enim coniunctio est quæ re tantùm fit,quam ideo realem vocauerunt. Ea est huiusmodi,quando duobus separatim eadem res legatur, vtpote, fundum Cornelianũ Titio do lego: Sempronio eundem fundum do lego [g]. Est & alia quæ verbis fit, quam ideo verbalem vocant,nimirum quando eadem orationis structura, siue eodem complexu orationis coniunguntur: hique semper partes ab initio habent [h]: vt, Titio & Caio fundum do lego ex æquis portionibus. Præter has duas coniunctionis species est & alia, quæ quòd ex simplicibus componatur,mixta dicitur,quæ re & verbis fieri solet: vt si testator Titio & Sempronio fundum leget. hi enim cùm eodem complexu nominis & rei iungãtur, reali & verbali cõiunctione colligantur [i]. Reali quidem propter rei connexitatẽ: verbali,propter copulam quæ ea mutuò continet. Iam qui cõiuncti sunt re, illi verbis disiunguntur. ab initio enim duobus separatim legatur sine alicuius copulæ intermedio. Contrà,quos verba coniungunt, eosdem res ipsa distinguit atque separat. In verbali etiam coniunctione partes ab initio fiunt plerumque,& quos nominum & rei complexus coniungit, eosdẽ & disiunctos esse videmus: vt si testator ita dicat, Lego Titio dimidiam serui,& Sempronio eiusdẽ serui dimidiam [k]. Quod alioqui satis ex simplicium natura colligere licet. Igitur regula hîc traditur,eos qui re & verbis, aut re tantùm cõiunguntur,scindere inter eos legatum. quod in his qui re coniunguntur, nullã habet dubitationem. Probabilior autem dubitatio est in his qui mixta coniunctione colligati sunt. Plerique enim eos cõcursu partes facere existimant: cuiusmodi sunt Accursius [l], Bartolus [m], Sinus & alij non pauci [n]. Videtur tamen verius esse, quod & Zasius docuit [o], vt hi partes ab initio faciant nõ concursu: quod tã ratione quàm authoritate euincitur. Ratione sic: cùm enim mixta coniunctio separatum ab aliis tractatum non habeat (nam id nullo iure cauetur [p]) consentaneum est vt & simplicibus accommodetur. At ei magis accedit,cuius naturam crebrius æmulatur [q]. Hæc autem ad realem nõ ita accedit, vt quæ separatas orationes desideret: sed verbali adiũgitur, quæ orationis complexu iuncta nõ omnino à re ipsa disiungitur: id quod & ex iure accrescendi manifestum est [r]. Cùm ergo constet in verbali coniunctione partes ab initio fieri, quid vetat quo minus id in hac mixta cõiunctione obseruemus? Authoritate quoque iureconsulti id ipsum firmatur. nam & lex ait [s]: Si duobus coniunctim res legata sit, partes ab initio fieri. Quod cùm de reali intelligi non posit, vt quæ partes ab initio non faciat [t], sicut nec de verbali, quæ partes ab initio expressas esse desiderat [v]: consequens est vt in mixta loquatur: quod ipsum & exẽplo iurecõsulti indicatur, dum dicit, Si Titio & Sempronio fundus legetur &c. illi enim re & verbis coniuncti sunt, cùm & rei connexitate & copula intermedia colligentur [x]. Idque aduersus Sini & Petri sententiam procliuius est [y]. Neque quisquam existimet hac ex sententia ver-

a l. quod in rerũ. ff. de leg. 1. l. etiam de lega. 3.
b Bart. in d. l. quod in rerũ.
c arg. l. si post diẽ. C. quando dies lega. ce.
d Vide Palephatum in libello de nõ credẽdis poetarum fabulis, & diuũ Ioannem Chrysostomũ in concione de penthecoste, & Ioachimũ Vadianũ in commentariis ad Põponium Melam.
e arg. §. s. inf. de inutilib. stipulationibus.
f C. triplici modo, & ibi Zasius & Alcia. notãt ff. de verbo. sig.
g l. re coniuncti. 1. responso. ff. de lega. 3.
h d. l. re coniuncti. vers. 2.
i d. l. triplici in 2. responso.
k l. & Proculo. de lega. 2.
l gl. hic ĩ verbo, cõiunctim.
m in d. l. re coniuncti.
n Sinus & Petrus de bella pertica in l. vnica. C. de caducis tollen.
o Zasius in suis intellectibus singularibus.
p d. l. triplici.
q arg. l. quæritur. ff. de statu hominum.
r l. vna. C. quando nõ petentiũ partes. & ibi Decius & Iason.
s l. plane. §. si coniunctim de lega. 1.
t d. l. re coniuncti. in prin.
v d. l. re coniuncti. versi. 2.
x arg. d. l. triplici.
y Zasius cõtra Sinũ & Petrũ in l. vnica. C. de caducis tollendis.

balis & mixtæ coniunctionis naturam interuerti. Differunt enim quo ad naturam dispositionis. nam in verbali expressa apparet voluntas testatoris: in mixta verò partes non ex dispositione expressa, sed ex potestate iuris præsumentis testatorem hoc voluisse, fieri solent. Effectus auté in eo est, quòd in verbali coniunctione hactenus ita partes dantur, vt in contrarium probatio non admittatur [z]. In mixta verò, vt quæ tantùm ex mente coniiciatur, aliud fieri posset. Colligimus igitur aduersus receptam doctorum sententiam, in mixtim coniunctis partes non concursu, sed ab initio fieri solere. Reliquum est vt videamus nunquid deficiétis collegatarij portio ad collegá pertineat. Et in reali coniunctione illud quidem in aperto est, portionem socij deficientis ad aliú collegá pertinere [&], non accrescendi quidé, sed potius non decrescendi (vt vulgus doctorum loquitur [a]) iure, id est iure proprio: quia cùm à principio solidum sibi videatur legatú, collega non concurréte, portio decrescere non debet. In verbali non ita variatú est. In illis enim perpetuò locú habet ius accrescendi [b]. At in mixta vsque adeò legibus contrariis certatú est, vt vix æquè quicquá sit quod magis pugnare videatur. Res tamé ex domini Zasij cómentariis [c] sic temperari potest, vt dicamus eú qui ad portionem nó admittitur, nihilominus alij collegæ suo partem facere: quod isto exemplo ostenditur. Finge testatoré Titio & Sempronio rem Titij legasse. Titius in partem nó admittitur, cùm is iure dominij eam sibi retineat [d]: tamen Sépronio collegæ partem facit, ita vt eú totum accipere impediat [e]. Idé erit & si Titio & ei qui captus est ab hostibus, aliquid legatú sit [f]. Spes enim postliminij eú partiariú facit: licet si apud hostes decederet, totú collegatarius acciperet [g]. Idem est & si quid Titio & Meuio qui in vita testatoris moritur vel fit incapax legetur. Legatum etenim licet in causam caduci reciderit, tamen cùm ab initio caducum non fuerit, faciet partem tantùm deberi [h]. Idem quoque fatendum est, & si seruo suo & Titio testator fundum legauerit. partem enim sumet Titius, cùm testator seruo suo gratificari voluisse videatur, præsertim cùm illius conditionem non ignoraret. Ex diuerso qui ad partem nó admittitur, partem coniuncto non facit: id est, id efficit, vt coniúctus totú accipiat: vt ecce si testator Titio, & ei qui in rerú natura non est, aliquid legauerit, túc legatum pro non scripto habetur, totúmq; ad collegatariú pertinet [i]. Quod & in eo dicendum est, qui Titio & posthumo se legare dixerit [k]. Abortu enim posthumi collega totum consequitur. Planè idem erit si & Titio & hęredi suo fundú legauerit [l]. Legatarius etenim cú aditione hæreditatis dominiú acquirat [m], non potest dominiú ex causa hæreditaria & legati consequi [n]. quod tamé in legato vsusfructus non obseruatur [o]: ídque Zasius alicubi doctissimè declarauit [p]. Postremò & si duobus seruis vnius domini aliquid legatum fuerit, non potest dominus efficere quin totam partem accipiat, etiá si alterius serui nomine eam repudiet [q]. Quod cùm non ita magnam vtilitatem adferat, non est quòd diutius de eo disputemus.

§. Si cui fundus.

Legatarius qui fundi alieni sibi relicti dominiú ex causa onerosa nactus est, vsum verò fructum eiusdem fundi ex causa lucratiua, vt quia vel fructuarij morte, vel capitis diminutione, vel quo alio modo ad eum peruenerit [r], eúdem fundum cum vsufructu petere non prohibetur: vt ecce demus fundum mihi legatum cum toto suo vsufructu, decem aureis æstimari, citra vsumfructum verò quinque. ego quidem decem actione ex testamento, non item reali [f] petam: sed officio iudicis id continetur, vt in quinque tantùm hæredem condemnet. Etenim cùm vsusfructus ex causa lucratiua mihi obtigerit, verius est vt illius æstimationem consequi nó possim [t]. atque ita hunc locum Theophilus hîc explicuit.

z l. non aliter. ff. de lega. 3.
& l. vnica. §. sin vero non omnes. cú §. seq. C. de cadu. tollen.
a Decius & Iason ĩ l. quoties. C. quando nó peten. par. Barto. in materia iuris accrescendi in d. l. re coniuncti.
b docto. in d. l. quoties.
c Zasius in suis intellectibus singularibus in titulo qui coniuncti iure digestorum &c.
d §. sed si rẽ legatarij. if. eo.
e l. huiusmodi. §. si Titio. & ibi Barto. rectè docuit. ff. de lega. 1.
f l. si seruo. §. vlt. de lega. 1. l. si eo tempore. ff. de his quæ pro non scrip. haben.
g d. §. vlt.
h l. in duobus, in princ. ex cõmuni intellectu Ioãnis. de lega. 1. arg. l. si Titio. de lega. 2.
i l. vnica in princ. C. de caducis tollendis.
k l. planè. §. si duob⁹. de lega. 1. arg. l. vtrum. ff. de reb. dubiis.
l d. § si duobus.
m notatur per Bart. in l. 1. ff. de acquirẽ. hæred. dixi in §. in extraneis. sup. tit. proximo.
n arg. l. non vt ex plurib⁹. ff. de reg. iur. l. 3. § ex pluribus. ff. de acqui. posses.
o l. si quis Titio ff. de vsufructu accrescendo.
p Zasius ĩ loco modo alleg.
q l. si duobus. de lega. 2.
r §. finitur. sup. de vsufructu. vbi dixi.
f arg. l. actionum genera. ff. de actionibus.
t §. si res aliena. vbi dixi. sup. eod.

§. Sed si rem legatarij.

Legatario res sua legari non potest, idque ex ea regula quæ habet, Rem quę mea est, meam amplius effici non posse [v]: vsque adeò vt nihil profuerit rem à legatario distractam fuisse [x]. Cùm enim legatum ab initio non constiterit, non debet mirum videri si postea non confirmetur [y]. Nisi fortè res legatarij ita ipsi legetur, cùm sua esse desierit. Etenim cùm tale legatum conditionale sit, in eo regula Catoniana locum habere non potest [z], cùm ea in legatis puris tantùm obtineat [&]. Cæterùm si aliquod ius in re legatarij habeamus, rem illi simpliciter legare possumus: eóque tale legatum proficiet, vt illi ius nostrum legasse videamur [•]. quod exemplo liberationis admitti potest [*].

§. Si quis rem suam.

Dixerat suprà res testatoris, itidem & hæredis, legari posse [a]. Hoc amplius addit, nihil referre sciuerit testator rem esse suam, an ignorauerit [b]: cùm non tam opinionem testatoris quàm veritatem inspicere debeamus. quod & suprà aperuimus [c].

§. Si rem suam.

Quod alicui legatum est, id tandiu præstandum est quandiu testatorem à sua voluntate desciuisse nõ constiterit [d]. Desciuit autẽ, quãdo rẽ legatã alicui donauit [e], aut spontanea venditione alienauerit: non item si necessaria [f]. Quod si is impignerauit, nõ videtur reuocasse legatum: neq; in ea re animum sicut in venditione considerabimus. Differentiæ ratio inter venditionẽ quæ necessariò fit, & impignerationem, hæc est, quòd venditione id agitur, vt omnino dominium trãsferatur [g], in pigneratione verò ius aliquod ad creditorem trãsferimus [h], quod luitione pignoris redimitur [i]. Atq; ita Sinus [k] quãdoq; docuit: cui subscribit Iason [l]. Et hac ex ratione & illud deciditur, testatorẽ qui rem legatam tanti impignerauerit, quanti vendi potuisset, ademisse legatũ videri [m]. Sic & donatio quæ vxori à marito fieri solet, impigneratione rei donatæ reuocatur. Etenim cùm iure singulari huiusmodi donatio morte confirmetur [n], cui mirum videbitur si quod iure cõmuni non subsistit, facilius reuocetur [o]? Quod tamẽ hactenus intelligendum arbitror, si specialis, nõ item si generalis impigneratio facta fuerit [p]. quod Bartolus & Baldus rectè admiserunt [q].

§. Si quis debitori.

Non tantùm id quod nostrum est, sed & quod nobis debetur, legari potest. Omnibus enim debitoribus ea quæ debent, rectè legantur, licet domini rerum sint [r]. Vsque adeò autem liberationis legato creditor ad non petendum adstringitur, vt neque ipse neque hæres suus ab ipso debitore aut eius hęrede, aut ab eo qui causam habeat, vtpote à fideicommissario aut bonorum possessore [s], petere possit. Quin & acceptilatione ab hęrede creditoris debitor iste liberari debet [t], nisi si legatum in debitoris personam quandiu scilicet viuet, conceptum sit [v]. Post mortem enim debitoris nihil vetat quo minus ab eius hærede id quod nobis debetur consequamur. Ex diuerso creditori debitũ legari non potest [x], nisi si fortè plus legatum contineat quàm ipsum debitum, aut nisi aliqua alia ad legatarium redeat vtilitas, vt quia vel noua persona obligationi per legatum accesserit [y], aut quia exceptio quæ debito obsistebat, huiusmodi legato sublata sit [z]. aut quia ciuilis actio pro honoraria mihi detur [&], sicut & si id quod ex stipulatu mihi debebatur, legatum mihi sit [•]. Idem & si quod mihi sub conditione aut in diem debetur, purè legetur. Legatum enim propter nouam debiti substitutionem (repręsentationem vocant) valet. Neque quicquam obstiterit quòd viuo adhuc testatore conditio euenerit, atque ita ad eum casum legatum peruenerit, à quo incipere non potest: quia semel ab initio constitit [a]. Quanuis enim tunc inutile esse huiusmodi legatum Paulus responderit, id tamen accipiendum est quasi nulla pecuniaria ad

v l. non vt ex pluribus. ff. de reg. iuris.
x l. cætera. §. tractari. ff. de lega. 1.
y l. q ab initio ff. de reg. iur.
z d. §. tractari l. 1. ff. de regula Catoniana.
& d. §. tractari. sub fi.
• l. si domus. in fi. de lega. 3. l. apud Iulianum. aliàs Africanus. §. si Titius. de lega. 1.
* l. 1. ff. de liberatione legat.
a §. non solum. suprà eo.
b l. vnũ ex familia. §. si rẽ tuam de leg. 2.
c dixi in §. non solum.
d l. 4. ff. de adimẽdis lega.
e l. rem legatam l. legatum sub conditione. §. pater. de adimen lega ff.
f gl. hic in verbo. non adimendi.
g §. vendita vbi dixi sup. de rerum diuisione.
h § item Seruiana infrà de actionibus.
i l. 1. C. de luitiõe pignoris.
k Sinus in l. qui post. C. de legatis.
l d. l. qui post.
m l. si res obliga. de lega. 1.
n l. vlt. C. de donat. inter vir & vxor.
o arg l. ex militis. ff. de militа. testa.
p arg l. est differentia ff in qb. cau. pig. vel hypothe. ta. contra.
q Bart. in l. rem legatã. Bal. in l. si non verũ. C. de donat. inter vi. & vxo. Iasõ in d. l. q post modò alleg.
r l. 1. ff. de libera. lega.
s Theophilus hic.
t Theophil. hic l. 4. §. nũc de effectu. ff. de libera. leg.
v l. Aurelio aliàs ab Aurelio ff. de libera legat.
x hoc § ibi, ex contrario.
y l. si quis decedens. §. vlt ff. de libera. lega.
z l. si creditori de leg. 1.
& d. l. si creditori. versi. 2.
• d. l. si creditori. vers. Marcellus.
a arg. l. cætera. §. tractari. de lega. 1.

legatarium vtilitas redeat [b], licet illi iam pluribus actionibus succursum sit. quod Bartolus alio loco copiosius adnotauit [c].

§. Sed si vxori.

Licet ex regula iuris cōmunis inter virū & vxorē donatio prohibita sit[d], legatūq; cū donatione nonnihil cōueniat[e], mulier tamē legatū à viro accipere non prohibetur: idq; exēplo donationis causa mortis receptū est, quæ inter cōiuges admittitur[f]. Maritus igitur vxori dotē legare potest[g]. Plenius enim mulieri actione ex testamento ad dotē prælegatam quā ex stipulatu consequitur. Etenim legatum soluto matrimonio statim peti potest[h]: actio verò ex stipulatu quę de dotibus exigēdis proponitur[i], olim annua, bima, trima die dabatur: hodie verò Iustiniani cōstitutione ad immobilia statim, ad mobilia verò nō nisi post annū dari solet[k]. Quod Bartolus[l] & Iason[m] alio loco attigerunt. Sic & legata in solidū persequimur, nisi sicubi Falcidiæ ratio aliud suaserit[n]. at in dote restituenda maritus quatenus facere potest cōuenietur[o]. Itémq; hæres suus ex cōmuni matrimonio natus[p], nō item extraneus: quippe cū hoc priuilegiū marito in gratiam liberorum concedatur[q]. Sic & si inter virum & vxorem cōuenerit, vt morte viri soluto matrimonio, filio cōmuni interueniēte dos apud mariti hæredem remaneat, & maritus decedens dotē prælegauerit, stari pacto nō debet, ob hoc ꝙ dos prælegata est[r]. Sanè si maritus dotē ab vxore promissā, neq; dū adhuc receptā legauerit, proficiet legatū ad liberationē [s]: ad exactionem verò cōmodabit, si quidem à patre vel extraneo promissa sit, quod Aretinus hîc rectè docuit [t]. Cæterùm si maritus simpliciter, in hæc nimirū verba, Lego vxori meæ dotem quam mihi dedit[v], legauerit, legatum non valet, cùm incerta sit quantitas. Nec nos moueri ꝙ simpliciter à patre promitti potest [x], éxque ea promissione obligetur. dotis enim quantitas pro modo facultatum, & natalium dignitate constitui potest [y]. Idque in patre non debet mirum videri, cùm ad illius officium filiam dotare pertineat. Non ita est in marito, cui dos pro oneribus dari debet [z]. Quòd si certa quantitas dotis expressa est, vt quia vel legauerit ea quæ dotis instrumento continebantur, fundum puta Titianum, & alia huiuscemodi: licet maritus ea omnia non acceperit, ex huiusmodi tamen constitutione legatum valebit, quasi aliquid aliud datum sit non eo iure quo dos fungitur [&]. Nihil tamen prohibet quo'minus maritus de dote cauta non numerata excipiat [a].

§. Si res.

Res legata quæ sine facto hæredis perierit, vt quia neq; causa aliqua neq; culpa hęredi imputari potest[b], legatario perit[c]. Idē erit & si ea res nō appareat, quia seruus legatus in fuga est[d]. Quæ omnia in specie legata obtinēt, nō item in quātitate: cū ex regula iuris cōmunis quātitas sicut nec genus perire nō possit [e]: speciei verò interitus omnino debitorē liberet[f]. Sic & seruus alienus legatus si quidē manumittatur, neq; quicquā est quod hęredis culpæ adscribi possit, puta quia tēpori dominū eius rei admonuisset[g]: tunc procliuius est vt huiusmodi legatum omnino depereat, quēadmodū si is mortuus fuisset, manumissus enim mortuo similis est[h]. Sanè si testator à suo hærede seruum legauerit, tunc siue sciens siue ignorans hæres eum manumittat, vel donet, æstimationis nomine rectè conuenietur[i]. Quod ideo plerique admissum esse dicūt[k], quia licet culpa nulla imputari possit hæredi, vt qui potuerit nescire se hæredem institutum esse[l]: ex quo tamen hæres manumisit, facti sui nomine tenetur. In seruo tamē indebitè soluto, & postea manumisso, aliud respōsum est[m]. Cōsideramus enim nunquid is qui talem seruum acceperit, sciuerit fuisse indebitum, vt tunc teneatur: sin minus, omnino liberetur. quod & rationem habet, cū indebiti condictio nō aliâs competat quàm si aliqua ad dominū redierit vtilitas[n]. Nisi si quis malit cū Fabro[o] dicere condictionē indebiti non dari quando

b l. debitor. in prin. de lega. 2. & ibi Barto.
c d. l. debitor.
d l. 1. ff. de donationibus inter vi. & vxorem.
e sup. in §. legatū. vbi dixi.
f l. si cum seruum. §. vlt. cū dictis duabus ll. seq. ff. de donat. inter vir. & vxo.
g l. 1 ff. de dote prælegata.
h Theophilus hic.
i §. fuerat. inf. de actiōib. l. vnica. C. de rei vxo. actiōe.
k d. l. vnica. §. cum antē. versiculo, exactio.
l in l. diuortio. ff. solu. mat.
m in d. §. fuerat.
n inf. ad l. Falcidiam.
o l. maritū iunctis duabus ll. sequētibus. ff. solu. mat.
p l. etiam ff. soluto matrim.
q Bar. in l. quia tale. arg. l. quod fauore. C. de legib.
r l. 1. vers. & ideo. & ibi Bart. ff. de dote prælegata.
s gl. in l. si nō designata. C. de fal. cau. adiec. lega.
t Aretin. hic in ver. extra glos. quæro.
v Theophilus hic.
x l. cū post §. gener à socero. ff. de iure dotium.
y d. §. gener & l. quæro. ff. de iure dotium.
z l. pro oneribus. ff. de iure dotium.
& d. l. si nō designata sub fi. & l. refert. C. de falsa causa adie.
a l. vlt. iūcta anth. seq. C. de dote cauta nō numerata.
a l. si seruum. in par. ff. de verbo obligatio.
b l. cum res. §. culpa. ff. de lega. 1.
c d. l. cum res. §. vlt.
d l. si quis seruū in prin. de lega. 2
e l. incendiū. C. si certū pet.
f l. si ex legati cau. ff. de verborum obliga.
g gl. hic ī verbo sine facto.
h l. si mihi alienū. ff. de solu.
i Theophilus hic.
k Porcius hic.
l §. 2. quos nunquā. sup. de hæredibus instituendis.
m l. in summa. §. si seruū. ff. de condictione indebiti
n Barto. in l. cætera. §. vlt. de lega. 1.
o Faber hic in vers. quod ergo si prohibuit.

ri quãdo ex cõtractu sui institoris aut procuratoris ipsi domino seruus solutus sit:quia tunc probabiliter dominus ignorare contractum à seruo factũ potuit.Quòd si ex suo veluti cõtractu ipsi domino solutũ sit,quia reuera potuit intelligere seruũ sibi fuisse indebitũ,tunc domino serui manumissi tenebitur[p].

§. Si quis ancillas.

Si ancilla cum suis filiis legata sit,etiam mortua ea vel alienata,vel manumissa, filij ad legatarium pertinebunt[q]. quia duo legata separata sunt. partus enim à ventre separatus separatim cõsideratur, non item si adhuc in vtero sit. tunc enim portio visceris esse censetur[r].Idem est & si cum vicariis seruis ordinarius legatus sit[s].durat enim vicariorum legatum eo mortuo,aut aliâs manumisso.Cæterùm in his quæ accessionum locum obtinent cùm principales res exiguntur,& ea quæq; perire necesse est:vt ecce[t] seruo peculium accedere solet.Seruo enim è medio sublato vix peculiũ ipsum consistere potest. Demus igitur seruum cum peculio fuisse legatum, intereàque seruum aut aliâs[y] periisse,aut manumissum esse.certè peculij legatum extinguitur[v]. Idẽ quoq; existimo censendũ esse vbi quis fundũ aut instrumentum,aut fundũcũ instrumento,aut fundũ instructum legauerit[x].vẽdito enim aut aliâs perempto fundo quid prohibet instrumentũ legatũ deperire[y]?Nõ negauerim tamẽ plenius esse fundi instructi quàm fundi cũ instrumẽto, aut fũdi & instrumẽti legatũ.[*] fundo etenim instructo legato cõtinebũtur omnia quæ vsus patrisfam.gratia in fundum illata sunt[z], quantũlibet quis fundum vendiderit. At si fundũ &[*] instrumentũ legauerit,vẽdito fundo nihil debebitur[a]. Porrò quæ instrumẽti appellatione veniãt,tã Vlpianus[*] quã Theophilus[*] diligenter explicuerunt.

§. Si grex.

Grege legato sicuti quæ postea accedunt,legato accedere solent:ita & quę postea decedunt[c],adeò vt si grex ad vnam ouem redierit,legatarius eam vendicare possit[b].Quod nemo mirum esse existimet.Licet enim gregis nomẽ in vna oue[c],sic nec equitium in vno equo retineri possit,tamẽ hoc in loco aliud est[d].Legato etenim grege,singulæ oues relictæ esse videntur. Nõ idem erit & si quis gregis vsumfructum legauerit.Si enim eousq; numerus gregis peruenit,vt grex nõ intelligatur:perit vsusfructus[e].Quod ea ratione Accursius receptũ esse tradit[f],quòd facilius vsusfructus ius quàm aliquod aliud cõcidat[g].

§. Si peculium.

Peculiũ seruo relictũ, si quidẽ viuente testatore in immẽsum aut excreuerit aut imminutũ sit quoquo modo,ad legatarij vel lucrum vel dãnum pertinet[h]. Post mortẽ verò testatoris nõdum adita hęreditate accessio quę peculio facta est.ipsi seruo manumisso,siquidem ei peculium legatum fuerit,cedit:cũ verisimile sit,testatorem omne augmentum ad eum pertinere voluisse,cui patrimoniũ manumisso futurum est[i].Huc accedit,quòd ante aditam hęreditatẽ legatum ipsi seruo peculium non cedit[k]. Etenim cùm ante hæreditatem huic seruo libertas non debeatur[l],quomodo huic legatum deberi potest,cũ seruo non debeatur[m]?In extraneo verò cui peculiũ legatum est,ius ita obseruatur, vt augmentum quod ipsi peculio post mortem testatoris accessit, ei non debeatur,cùm statim mortuto testatore illi dies legati cedat,legatúmq; ad suum hæredem transmittat[n]. Solet autem vulgò quæri, quando in legatis dies cedere dicatur.Qua in re animaduertendum est cessionem bipartitò considerari. Cedit enim legatum quandoque quo ad transmissionem[o], nonnunquã & quo ad debitum. Priore casu quo de transmissione agitur,regula est purũ legatum à morte testatoris statim trãsmitti[p].Idem est & si in diem relictum sit[q]. Nõ idem est in legato conditionali.antequam enim euenerit cõditio,legatum non trãsmittitur[r],præterquam si conditio apponatur,quę vel contra leges vel contra bonos mores sit[s],aut conditio sit imposibilis.Hęc enim tum pro pu-

n. ij.

p d.§.si seruum.Vide Bart. in d.l.cætera in §.vlt.
q l.& si ancilla.ff.de peculio legato.
r l.1.§.1.ff.de ventre inspiciendo.
s l.4.ff.de peculio legato.
t l.2.ff.de peculio legato.
v Theophilus hic.
x hoc §.in vers.idem est.
y Theophilus hic.
z l.quæsitũ.§.sed si fund°.ff.de fundo instructo. & l.si cui fundũ.ff. de fũ. instructo.vbi Azo quẽ cõiter docti sequuntur.
* in l.instrumẽta.ff.de fundo instructo.
* Theophilus hic circa medium.§.
a Theophilus hic.
b l.grege.iuncta.l.seq ff.de de lega.1.
c l.oues.ff.de abigeis.
d Porcus hic contra glo. in verbo,ad vnam.
e l.vlt.ff. quibus modis vsusfruct.amittatur.
f glo.hic in verbo, vendicari potest.
g §.finitur.sup.de vsufructu. l.repeti.§. res mutatione. ff quibus mo.vsufruct.amittatur.
h Theophilus hic.
i l.denique.§. vlt.ff. de peculio lega.
lz hoc textu in vers. quia huiusmodi.
l l.testamento.§. testamẽto. ff.de manumissis testa. l. ex testamento. C.de testamenta.manumiss.
m l.quidã.§ illo procul dubio.C. de necessa. seruis. notatur in §. si eadem res, suprà eodem.
n Theophilus hic.
o l vnica per totum. C.de caducis tollendis.
p l.si post diem.ff. quando dies legatorum.
q d.l.si post diem 2.responso.
r d.l.si post diem.in versic. sed si sub.
s l. conditiones. 1. & 2.de conditionibus institu.

ra habetur[t]. Idem erit & si per legatarium non stet quo minus pareat conditioni[v]. Altero casu quo de legato debito agitur, sciendum est hæredem adita hæreditate omnibus legatariis, item & creditoribus obligari[x]. cùm is iam videatur defuncti iudiciũ cõprobare. Adita igitur hæreditate si legatarius legatũ agnouerit, dominiũ illi statim nãscitur, statímq; ab hęrede petere potest, quãdo legatũ purũ est. Quòd si dies vel conditio legato adiiciatur, nõ aliàs rei legatę dominium consequitur legatarius quàm si dies vel cõditio euenerit[y].

t §. impossibilis. vbi dixi. sup. de hæredib. substituen.
v d. l. si post diem.
x §. hæres. inf. de oblig. quæ ex quas. cõ. nascũtur.
y l. Sẽpronius Attalus. ff. de vsufru lega.

§. Peculium.

Peculiũ seruo in testmento manumisso nõ aliàs debetur, quã si illi nominatim relictũ sit: quãquã si inter viuos manumittatur, peculiũ adeptũ non esse sufficiat[z]. Differẽtiæ ratio hæc est ex Accursij sententia[z], quòd cũ peculiũ inter bona nostra cõnumeretur, testator qui in vniuersum de suis rebus disponit, de peculio quoque, (vt quod nimirũ apud hæredẽ remaneret) disposuisse intelligitur. At inter viuos huiusmodi cõiectura capi non potest: nisi si quis malit cũ Fabro dicere[a], peculiũ ea ratione inter viuos manumisso deberi, quòd singulari quadã beneuolentia erga seruũ suum testator motus, ei cũ libertate & peculiũ donasse intelligitur. At qui in vltima volũtate manumittit, is veluti coactus manumittere cẽsetur, cũ diutius per mortẽ seruũ suũ retinere nequeat: vnde tã plena interpretatio capi nõ potest, vt ei peculiũ relictũ esse dicamus. Cęterũ testator si peculiũ seruo suo legauerit, id ei nõ videtur cõcessisse, vt sumptus quos in gratiã domini profuderat, repetere possit, nisi si fortè dominus pro suo more illos refundere soleret[a]. Planè si testator relinquat seruo suo libertatẽ sub conditione, nimirũ si rationes reddiderit, peculiũ quoq; ei legasse videtur. Quomodo enim rationes reddere potest, nisi ex peculio ea quę in domini detrimentũ vergũt, resarciat[b]? Diuersa causa est si seruus rationes reddere vetitus sit. Hoc enim cõsequitur, vt neglìgẽtię ratio nõ habeatur[c]. Sed tãtũ fraudũ, non itẽ vt illi peculiũ legari videatur. Quod exẽplo tutorũ quos pater esse ἀλογίσας voluerit, id est immunes à reddẽdis rationibus, rectè cõstitutum est[d].

z l. vnica. C. de peculio eius qui liberta. mer. & gl. in d. l. 1. quam sequitur Baldus.
a Faber hic.
a l. dominus Sticho. §. testamento. ff. de pecu. legato.
b Theophil' hic sub finẽ. §.
c l. si seruus vetitus sit & ibi Bart ff. de lega. 1.
d l. quidã decedẽs ff. de administra. & pericu tuto.

§. Tam autem.

Nõ solũ res corporales, sed & incorporales relinqui possũt[e], cuiusmodi sũt nomina debitorũ, actiones, & alia id genus similia, quę in iure tãtũ cõsistũt. Is igitur cui actiones legatę sũt, vtiles actiones statim cõsequitur, etiã sine cessione[f], potéstq; nomine legati id quod legato continetur exigere: directę autẽ actiones cũ ab ipso creditore reuelli nõ possint, nimirum cũ ossibus inhæreãt[g], cessionẽ desiderãt. Quod in personali vt verũ sit, quod & ipsius nominis ratio satis indicat: in reali tamẽ actione locũ nõ habet. hęc enim cũ rei adhęreat[h], cessione illi vsq; adeò opus nõ est: quod Aretin' hîc & Iasõ[i], alio loco attigerũt.

e Vide tit. sup. de reb. corporalib. & l. 1. §. quadã. ff. de rerum diuisione.
f l. ex legato. C. eodem.
g glo. in l. 3 ff. pro socio.
h l. actionum genera. ff. de actionibus.
i Iason in d. l. ex legato.

§. Sed & te.

Testator hæredem suum, vt aliquid faciat, damnare potest: hácq; in specie si plures hęredes dãnati sunt, procliuius est vt omnes in solidũ obligẽtur[k]. quod in illis qui in opus ciuitatis aliquod relinquere cogebantur, rectè Vlpianus respondit[l], quod cum Bartolo[m] alij plerique[n] copiosius adnotauerunt.

k l. fideicõmissa. §. si in opere. vbi Bart. notat. de lega. 2.
l in d. l. si in opere.
m Barto. in l. stipulationes non diuiduntur in princ. ff. de verbo obligatio.
n Angelus & Ioã. Imolensis in l. in executione. versi. pro parte. ff. de verbo. obliga.

§. Si generaliter.

Inter varias generis acceptiones, quas diligenter & erudite, præter cõmunem aliorum intellectum dominus Zasius commemorat[o], ea vna est quę maximè huic nostro instituto conuenit, qua dicimus genus aliquãdo accipi pro eo quod confusum est & incertum, seu vt Cicero in Topicis voluit, informe, potest tamen per species contentas certius fieri: vt homo genus est, quod cõpendio verborum multos homines complectitur[p]: cui si addideris Stichum, Caium, iam formam quandam accipiet quod informe erat. Huius autem generis tres sunt gradus. Primus est generis generalis, vt homo, æquus. Secũdus est generis generalioris, vt animal. Tertius est generis generalissimi, vt substantia,

o Zasius in cap. 1. suorum intellectuum.
p l. Meuius. §. duorum ff. de lega. 2.

ſtantia,corpus. De duobus hiſce poſterioribus hoc loco nihil dicemus, ſed de priore tantùm,quod ex communi doctorum ſententia tripartito cõſideratur. Aliquando enim pro eo genere quod limitationẽ ſeu modũ à natura accipit, vt homo, equus,arbor,lapis: nonnunquam & pro eo quod arte ſeu facto hominis ſine deſtinatione accipi ſolet,vt fundus,nauis,domus[q]. Plerũque & pro eo quod põdere numero, vel mẽſura limitationem accipit,vt vinum, oleum, frumentum,pecunia numerata. De ſingulis videndum eſt. In eo genere quod à natura limitationem accipit, regula eſt,eo genere legato, etiam ſi teſtator nullam ſpeciem habeat,legatum tamen valere[r]. In eo verò quod deſtinatione vel facto hominis limitationem accipit, ita altercatum eſt, vt nihil ſit in iure ciuili æquè controuerſum. Crediderim tamen cum Zaſio legatum generis quod vel natura vel facto hominis limitationem accipit, valere etiam ſi nullas eius generis ſpecies teſtator habuerit. quod pluribus rationibus comprobatur. Nã cùm lex nihil omnino diſtinguat inter huiuſmodi legata[s],quid vetat quo minus & ea generaliter intelligatur[t]? Item ſi ars imitatur naturam quo ad eius fieri licet[v],quid vetat quo minus legatum generis quod arte limitatur,legato generis à natura limitato æquiparemus[x]? Huc pertinet, quòd ſi quis pauperibus veſtimenta legauerit, neque tamen vlla ad pauperum vſum veſtimenta habuerit,legatum tamen valeat[y]. Id quod & in alimentis legatis iampridem obtinuit[z]. Quæ omnia manifeſtè oſtendunt communem opinionem vix ſubſiſtere: quod & Porcus hîc ſubodoratus eſſe videtur[&].tamẽ in legato domus ea cautio adhibenda eſt,vt ſi teſtator vnã domum legauerit. Locus iſte eſt mendoſus,& ita reſtitui poteſt.vt ſi quidem plures habeat,vnam ex illis eligere legatarius cogatur, non tamen optimã vel peſſimam,ſed mediocrem.non item eligeret legatarius ſi alienæ vel domus, vel res legatæ eſſent[*]. Quòd ſi plures domos non haberet,adhuc tamen legatũ valet. Nec nos quicquam mouet Vlpiani reſpõſum[a],quo is habendam eſſe rationem tradidit,an teſtator ædes habuerit, nécne: vt ſi quidem non habuerit, magis deriſorium quàm vtile ſit legatum.nam in legato ſpeciei loquitur, quod eo colligimus, quòd idem teſtator certam domum legauerit. Tunc enim cùm non apparuerit de qua domo ſenſerit, quomodo potuit efficaciter teſtator de domo ſentire ſi nullam habebat? Si igitur in genere legaſſet,adhuc domũ deberi puto. ſufficit enim de aliqua domo vel lance in genere ſenſiſſe[b]: neque grauatur hæres,poſtquam mediocrem legatarius eligere tenetur. In fundo verò legato, ſi quidem teſtator fundos habet,legatum valebit,& præſtabitur ex fundis teſtatoris: niſi ſi de certo fundo ſentiret, atque id appareret. Si verò nullũ fundum haberet, nihil omnino debebitur,ex eo quod fundus corpus ſit ignotũ, nec natura nec facto hominis aut deſtinatione limitatum[c]. In eo verò genere quod numero,pondere vel menſura limitatur, res quatuor concluſionibus temperari poteſt. Prima, qui frumenti vel vini amphoras decem legauerit,nõ liberabitur,etiam ſi nihil huiuſmodi rerum habeat,cõmunicabilis enim qualitas eam ſpeciem cõſeruat[d].niſi ſi teſtator dixerit, lego tibi vinum meum,aut promitto vini mei amphoras decem.nam ſi nihil habuerit,omnino liberabitur[e]. Si decem amphoræ vini ex fundo vel legentur vel promittantur.tunc ſi primo anno nihil naſcatur,reliquorum annorum prouétus expectari debet[f]. Ratio eſt,quia teſtator ſimpliciter fundum nominauit ex quo deberetur[g]: Vnde tanquam debitor generis tenetur. Quoties vinum, frumentum,quod ex fundo natum erit, promittitur vel legatur, ſi minus quàm ſoluendum ſit in eo fundo naſcatur, non tamen amplius ſoluendum erit quàm natum eſt. Illa enim verba, quod ex fundo natum erit, taxationis vicem obtinent[h], adeò vt ſub ea taxatione obligatione ad præſentia tantùm reſtringatur. Quoties frumenti aut vini amphoræ decem quas in cella mea vinaria aut horreo habeo legantur: tunc ſi eiuſmodi vinum perierit, periculo creditoris vel le-

q l. quod in rerum §. vlt. de lega. 1.

r ita intelligitur cõmuniter hic. § & l. legato generaliter. & l. ſi ſeruus. §. cum homo. de lega. 1.

ſ hoc §. & d. l. legato generaliter. & d. § cũ homo.

t arg. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præſtan.

v §. maiorem. ſup. de adop.

x ar. l. illud ff. ad l. Aqui. ar. l. à Titio. ff. de verbo. obliga.

y l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cler.

z l. penul. ff. de alimẽ. lega.

& Porcus hic in verbo, nota ex hac glo.

* arg. l. & magis. ff. de ſolutionibus. & l. ſi res aliena. §. ſeruum. ff. ad Senatuſc. Trebell. huc pertinet quæ ſcribit Vulp. in l. legato generaliter. ff. de lega. 1. cum glo. ibid. & l. ſiquis argẽtum. §. 2. C. de donato. adde l. ſi ſeru⁹ legatus. §. cum domo. ff. de leg. 1. & l. 2. de optio. leg.

a in l. ſi domus. ff de lega. 1.

b ar. l. ſub prætextu. & ibi gl. C. de tranſactionibus.

c l. legato. §. ſi.

e l. cũ poſt. §. gener à ſocero. ff. de iure dotium.

d arg. l. incendiũ. C. de reb. creditis.

e l. nuper. § ſi verò incertũ. ff. de lega. 3. arg. l. Rutilia Polla. ff. de contra. emp. arg. l. ſi ſta. de aur. & argen. lega. arg. l. vlt. §. 1. de lega. 2.

f l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. verſ. ſi ita ſtipulatus fuero ff. de verbo. obligat.

g d. l. incendium.

h l. cum certus numerus. ff. de triti. vi. & oleo lega.

gatarij perit[i]: illa scilicet ratione, quia iam species promissa esse intelligitur[k], qua perempta debitorẽ quoque liberari necesse est. Quòd si is vini Pictauẽsis optimi amphoras centum promisisset, quantumlibet vinum aut frumentum perierit, tamen debitor non liberaretur, nisi si fortè vinum eius loci non reperiretur[l]. Quæ omnia latius doctissimus Zasius commemorauit: quem consulat qui hac de re vberius loqui volet.

i arg. l. si ex legati causa. ff. de verbo. obliga.
k l. vbi autem §. illud. in vers. sed qui vinum. ff. de verbo. obliga.
l arg. l. in ratione §. incerta ff. ad leg. Falcidiam.

§. Optionis legatum.

Optio electióque promiscuè accipitur. quod enim prius mente optauimus postea re ipsa eligimus[m]. Hic ergo traditur legatum optionis vel electionis ad hæredes non potuisse transmitti, ídque ex regula iuris communis quæ habet legata conditionalia ante conditionis euentum ad hæredes transmitti non posse[n]. quod tamen Iustinianus postea emendauit[o], indicans legatum huiusmodi ad hæredem transmitti, ídque in duobus pluribúsve legatariis obtinere: qui si in eligendo non satis conueniat, tunc sorte res dirimenda est. id quod & in aliis plerisque iuris ciuilis locis obtinet, vt tum demum ad fortunæ arbitrium recurramus, vbi lex hoc præcipit. atque ita Baldus apud Iasonem[p] quandoque docuit. Planè is cui fortuna in optando fauerit, aliis portionis suæ æstimationem præstare compellitur. quod tam Iustinianus[q] quàm Theophilus hîc diligenter executi sunt.

m Alcia. in l. alienationis. in verbo, optionem. ff. de verbo. sig.
n l. si post diem. ff. quando dies legatorum ce. eleganter Theophilus hic.
o in l. vlt. in prin. & §. 1. C. communia. de lega. & hoc §.
p in d. l. vlt.
q in d. l. vlt.

§. Legari.

Qui ex testamento aliquid accipere possunt (hi enim testamenti factionem habent[r]) hi legatum accipere non prohibentur. Et ideo cùm incerta persona testamenti factionem non habeat, consequens est vt nec illi aliquid legare possimus[s]. quod tamen Iustinianus postea emendauit[t], sicuti inferius ostendam[v]. Peregrinus quoque sicut nec hæres institui, ita nec legati nomine aliquid consequi potest[x], nisi quòd illud quod peregrino relictum est, fisci commodis applicatur[y]. Sic legatum ei qui in metallum damnatus est, relictum pro non scripto habetur, penésque hæredem remanet[z]. Sunt & aliquot aliæ personæ quibus nihil legari potest, quas diligenter Accursius hoc loco perstrinxit[*].

r §. testamenti. sup. de hæredum qual. & diffe.
s §. incertis. inf. eodem.
t §. sed nec huiusmodi.
v infra. §. proximo.
x l. 1. C. de hæred. instituen.
y notatur in d. l. 1.
z l. si in metallum. ff. de his quæ pro nõ script. haben.
& glo. hic in verbo, testa.

§. Incertis verò. §. Libertas. §. Sub certa. & §. Incertis autem.

Incerta persona ea est de qua testator interrogatus nihil comperti dicere posset[a]. Huic igitur incertæ personæ nihil, ne à milite quidem, olim legari poterat. Quæ omnia tamen Iustiniani constitutione postea emendata sunt[b]: permisítque vt ipsi legatum accipere possint, si quidem tales personæ essent, quæ quantumlibet incertę, vel lege[c], vel futuro euentu[d] innotescere possent. Vsque adeò autem incerta persona à legatis arcebatur, vt nec libertas, quæ legatis multo fauorabilior est, ei relinqui posset[e]. Sanè ex certis personis incertæ personæ olim relinquere permissum erat[f]. Sic & legata quæ quis per errorem incertę personæ soluisset, repetitionem non habebant[g]. naturale enim debitum indebiti condictionem impedit[h].

a Theophilus hic.
b §. sed nec huiusmodi. inf. eodem.
c l. si quis ad declinandam. l. nulli. l. id quod. C. de episco. & clericis.
d l. si quis ita scripserit. ff. de rebus dubiis.
e §. libertas, inf. eod.
f §. sub certa. inf. eodem.
g §. incertis autẽ. inf. eod.
h l. Iulian⁹ scribit. in fi. et l. frater à fratre. vbi Zasi⁹ notat. ff. de condictione indebiti.

§. Posthumo, vsque ad §. Si quis in nomine.

Quemadmodum incertæ personæ legari non poterat, ita nec posthumo alieno, ea nimirum ratione, quia incertum erat an iste aliquãdo in lucem prodiret. Sed idipsum, sicut & reliqua alia superiora, Iustiniani constitutione antiquatum est[i], præterquam quòd hodie tutor etiam incertus, sicut nec olim, dari potest[k]. fieri enim potest vt is sibi dari tutelam petat, qui ipse potius curatore opus habeat[l]. Porrò quæ ad §. posthumo, explicationem pertinent, sic commodè haberi possũt, vt in primis meminerimus ante tempora Iustiniani, posthumos alienos, vt iure ciuili succederẽt, nũquã institui potuisse[m],

i §. sed nec huiusmodi. inf eodem.
k l. tutor incert⁹. & l. duo sunt Titij. ff de testamentaria tutela.
l Faber hic.
m inf. de bon. possess. ĩ prin.

sed

ſed tãtùm iure prætorio[n]. Neque eſt quòd illud Aquilij formulæ adſcribamus, quaſi illa in poſthumis alienis loquatur: alioqui quorſum tæderet Iuſtiniani prouidẽtia, qui ſe id in primis cõſtituiſſe aſſerit? Huc pertinet, quòd illa in poſthumis ſuis perpetuò loquitur: id quod & diſcurſus d. l. Gallus facilè indicauerit. Neque nos quicquam mouet, quòd eos antea inſtitui potuiſſe Iuſtinianus profiteatur[o]. Hoc enim ad effectum, non ad iuris ſimilitudinem referendum eſt. Potuit enim & antea, poteſt & nunc, diuerſo tamen iure. Etenim antea illi prætor bonorum poſſeſsionẽ impertiebatur, itaque iure honorario ſuccedebant. At hodie Iuſtinianus eis ſua ſpeciali indulgentia ſuccurrit, cùm eos iure ciuili ad ſucceſsionem admittat[p]. Ponit autem imperator differentiam inter hæreditates & legata, quia hæreditas poſthumis olim vtiliter dabatur: at vt legatum valeret, nullo iure id cautum inuenias. Licet ergo vtiliter hæreditas illis relinqueretur, inutiliter tamen legatum illis donabatur: quod Iuſtinianus poſtea emendauit[q].

§. Si quis in nomine.

Facillimum fuerit quæ hoc loco & aliis pleriſque iuris ciuilis locis tractantur, intelligere, ſi ad vnum animaduertamus de quo nondum ſatis inter iuris interpretes & grammaticos conuenit[r], nimirum ad prænominis, nominis, cognominis, & agnominis ſignificationem. Prænomen itaque nihil aliud eſſe crediderim, quàm proprium nomen, vtpote quod non familiam totam, ſed vnam perſonam reſpiciat: id quod ex Tranquillo colligere licet,[ſ] qui Vitellium ait quatuor filios prænominibus tantùm diſtinctos reliquiſſe, Aulum ſcilicet, Quintum, Publium, Lucium: id quod & ex aliis compluribus locis ſatis indicatur[t]. Prænomini ſubiungitur nomen, quod gentis eſt, ſeu familiæ proprium nomen[v]. Nomini cognomen ſubiungitur, quod ad ſeparationem gentilium additum fuit, vt cùm duæ eſſent familiæ Claudiæ, vna plebeia Marcellorum, altera patritia Pulchrorum nomen habuit[x]. Vltimo loco eſt agnomen, quod interdum cognominis loco vſurpatur: idque ab[y] euentu initium habet, cuiuſmodi ſunt Capitones, Labeones, Cicerones, Piſones, &c. Igitur regula hîc prodita eſt, errorẽ nominis, cognominis, prænominis, vel agnominis, ei cui aliquid relinquitur, ad legatum cõſequendum nihil officere, ſi quidẽ de mẽte teſtatoris veriſimiliter cõſtare poſsit[z]. Etenim cùm verba ſint rerum notæ[*], non tam id quod dictum eſt, quàm mentem inſpicere debemus[z]. Et hæc quidem in propriis nominibus locum habent. Idémque exiſtimarim dicendũ eſſe vbi quis in artificij ſeu inſtituti vocabulo errauerit: vt ſi quis Seio fulloni, cùm is piſtor eſſet, legauerit[*]. Idẽ eſt & ſi in patriæ vocabulo errauerit quis[&]. Sic & ſi quis in operis nomine teſtator errauerit, à legato tamen authorem non arcebit. Cæterùm in nomine appellatiuo quidam diſtinguendũ eſſe exiſtimauerunt[a], vt minimus error legatũ non vitiet[b]: alioqui maximus, cùm propè ſit intolerabilis, id quod relictum eſt ſubuertit[c]. Differẽtiæ ratio inter propria & appellatiua nomina hæc eſt, quòd rerum vocabula, ſeu vt vulgus loquitur, appellatiua nomina ab ipſa natura nomen impoſitum habent, quod alioqui facilè immutari nequit[d]: at propria nomina pro vniuſcuiuſque arbitratu conficta ſunt[e].

§. Huic proxima, cum §. Longè.

Demonſtratio falſa plerumque legatis inſeritur, ſicut & cauſa. De vtriſque igitur videndum. Et in primis demonſtratio falſa ea eſt[f], veluti ſi quis ita dicat: Stichum quem de Titio emi, vel fundum qui mihi à Sempronio donatus eſt, Caio do lego. Licet enim neque fundus donatus ſit, neque Stichus emptionibus ſeu permutatione in noſtra iura venerit, ſi tamen de quo teſtator ſenſerit, ſatis conſtet, nihilominus legatum valebit ex regula iuris cõmunis quæ habet, falſam demonſtrationem legatum non perimere[g]. Quod

n l. poſthumus ff de inoffi. teſtamen.

o §. poſthumus autẽ. infrà eoshi, & antea.

p d. §. 1. infrà de bo poſſeſſ.

q d. §. ſed nec huiuſmodi. & d. §. poſthumus.

r Vide Aleiatum lib. 4. diſpunct. cap. 1.

ſ Viglius in §. nominatim. ſup. de exhæred. liber.

t Vide tamẽ hic Theophi.

v Cicero in Oratore, & Aſconius Pedianus in comment. oratio. pro M. Scauro.

x l. ſi Fortidianum C. eo.

y l. Labeo. ff de ſupelle. leg. Alcia. lib. 1. de ver. ſigni. in prin. quod primũ ſenſit Ariſtoteles ca. 1. li. 1. de interpreta.

z ar. l. in cõditionibus. ff. de condit. & demõ. arg. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.

* l. qui habebat. ff. de reb. dubiis.

& l. qui habebat. & ibi nota. ff. de lega. 3.

a Ioannes apud Accur. hic in ver. intelligantur.

b l. librorũ. § quod tamen Caßius ff. de legat. 3.

c l. ſi quis in fundi vocabulo. poſt princi. de lega. 1.

d arg. §. ſed naturalia. ſuprà de iure natur.

e d. l. ſi quis in fundi. ver. rerũ enim. ff. de leg. 1. & ibi vide Bart. Bal. & Imolenſes & Areti. hic & Iaſonẽ ad Porcum.

f l. demonſtratio. ff. de condit. & demonſtra.

g d. l. demonſtratio.

obtinet nisi si ea demonstratio in se magnæ necessitudinis aut familiaritatis notam habuerit[b]: ea etenim vitiat legatum: illa nimirum ratione, quia si testator præsciuisset eum cui legabat, neque amicitiæ neque cognationis vinculo sibi deuinctum esse, verisimilius est testatorem non fuisse illi legatum relicturum. In falsa causa quæ legato inseritur, animaduertendū erit falsam causam hoc potissimū loco ita considerari, quæ legato non cohæret[i], hoc est quę non præcipuè testatorem ad legatum testamento relinquendum cōmouet, sed tantùm incitat atque impellit, vnde & impulsiua causa ab aliis dicitur[k]: alioqui si causa finalis (vt vocant) falsò efferatur, quin legatum quoque vitiet, nulla dubitatio est[l]. Sed quæ de causa hîc diximus, locum non habent vbi conditionaliter ea cōcepta est[m], veluti, Titio si negocia mea curauerit, fundum do lego. Hic enim si curauerit, tanquam cōditione eueniente legatum consequetur: sin minus, tanquam conditione defectus à legato in totum arcebitur[n]. Porrò quæ ad conditionis & modi rationem pertinent, id tam diligenter ab Accursio[o] & Bartolo[p] descriptum est, vt planè actum agere videatur, qui illorum commentariis aliquid addere statuerit.

b l.si pater.C.de hære.inst.
i l.cū tale.§ falsam causam.ff. de conditio. & demonstra.
k docto.in §.illis autem. suprà de milit.test.
l Vide glo.in d.§.falsam.
m d.l. demōstratio.§. quod autem.
n Theophilus hic, sub fi.§.
o glo.hic in ver. sed si conditionaliter.
p in d.l.demonstratio.

§. An seruo.

Certatum fuit dissidentibus inter se sententiis apud veteres iurecōsultos, nunquid seruo hæredis rectè legari possit[q]: quibusdam existimantibus legatum consistere, si quidem ante mortem testatoris seruus vel manumitteretur, vel quoquo alio modo alienaretur. Nam in legatis puris tēpus mortis testatoris inspiciendum est[r]. Verùm cùm ab initio non valuerit legatum, vt quia Catoniana regula sic definit[s]: quòd si testamenti facti tēpore decessisset testator, inutile foret legatum: quandocunque decesserit, nō valere. Hæc enim legatis puris[t], non item conditionalibus obsistere solet: at in legato cōditionali nulla omnino dubitatio est, quin legatū valeat, si quidem existente con ditione seruus sui iuris inueniatur, aut aliquo alio modo ab hæredis dominio discesserit, cùm in legatis conditionalibus conditionis euentum inspiciendū esse certissimi iuris sit[v]. Neque, vt modò dixi, Catoniana regula remoratur[x]. Diuersa est causa in seruo instituto à quo domino suo legatum relinquitur. Valet enim legatum, quoquo modo, siue purè, siue sub conditione relinquatur. Quid enim si hic seruus ante aditam iussu domini hæreditatem alienetur[y], aut in alium trāsferatur? quid prohibet legatum huic valere, cùm iam separatus sit hæres à legatario? Quòd si iussu domini seruus iste dum in eadē causa permaneret, hæreditatem adierit, quin legatum euanescat, dubium non est, idque ex regula iuris communis, quæ hæreditatem simul & legatū in vna eadēmque persona consistere noluit[z]. At hic dominus ex serui sui persona sibi hæreditatem acquirit[&].

q Theophil⁹ hic elegāter.
r l.si post diem.ff.quando dies lega.ce.
s in l.1.ff de regula Catoniana.
t l.cætera.§.tractari.ff.de lega.1.
v d.l.si post diem.
x d.§.tractari.
y iuxta l.si quis mihi bona.§.iussum.de acquirē. hæredi.ff.
z l.planè.§.si duobus, cū concordantibus per glos. ff.de lega.1.
& § itē vobis acquiritur. sup.per quas pso.no.acq.

§. Ante hæredis institutionem.

Cùm legata olim vt plurimū in testamentis relinquerentur[a], testamentáque omnia vim suam ab hæredis institutione accipiant[b]: consentaneum fuit vt non aliàs nisi post institutionem hæredis legatum relinqueretur. quod vetustas hac ratione introduxerat. At cùm ordo scripturæ non tam scrupulosè attendi debeat, Iustiniani constitutione prospectum est[c], vt tam legata, quàm etiam libertates relinquere omnino liberum sit, siue ante hæredis institutionem, siue inter medias hæredum institutiones: vt quia in capite testamēti aliquid legauerit, sub finē verò hæredem instituerit: vel quia primo loco hæredem instituit, deinde Titio aliquid legauit: vel alicui libertatem reliquerit, vltimo loco priori hæredi cohæredem adiecerit[d]. Solet autem vulgo quæri, nunquid ordo scripturæ attendi debeat. Quod ego in ordine necessariò concesserim[e]: alioqui si voluntarius ordo est, & non necessarius, cùm de rei substantia non sit, modò de mente constet, non est curandus. quæ Baldi sententia

a Dixi suprà in princip. huius tit.
b l.intestatus.ff.de verbo. signifi.
c l. ambiguitates. & l. præposteri.C.de testamēt.
d Theophilus hic.
e cap vnico.de clerico per saltū promoto.l.perlatā. & ibi Barto.notat.C. de senten. & interlocutionibus omnium iudicum.

tia

tia eſt,quod & rectè hîc Faber cenſuit [f].

§. Poſt mortem.

Queadmodum fideicōmiſſum & ante mortē hæredis & fideicōmiſſarij relinqui poteſt,ita & legatū. Per omnia enim exęquata ſunt legata fideicommiſsis [g]. Huc pertinet quòd actiones tā ab hæredibus, quàm cōtra hæredes incipere poſſunt [h]. Atque id hodie iure nouo obtinere Iuſtinianus voluit,licet antiquitati aliud fuerit viſum:cuius rationē hoc loco Theophilus perpēdit.

§. Pœnæ quoque nomine.

Hodie pœnæ nomine legatū relinqui poteſt [i]:& ideo teſtator cauere poteſt,ne per hæredem ſuū vxori ſuæ vſufructuariæ aliquid moleſtiæ inferatur: alioqui ab eo tanquā ab indigno hæreditatē auferendam eſſe.Hic enim hęres ſi quidem vti frui vxorē non ſinat, per iudicem hæreditate priuari poterit [k]. Neque enim ipſo iure hæreditas adimetur,cùm ſemel hæres,nunquā deſinat eſſe hæres [l].Sic & teſtator eos qui monaſticā vitam profitētur,hac pœna coërcere poteſt,vt legato quod alioqui illis relinquitur,exuantur,niſi in ſuum ſodalitium Titium filium ſuum admiſerint. Neque hîc vllus eſt ſordium ſeu ſimoniæ metus:quod Baldus rectè docuit [m]. Non idem erit ſi teſtator ſe filiæ legare centum dixerit:quæ ſi alioqui Veſtalium inſtitutū profiteatur, ei tantùm quinquaginta præſtari velit [n]. Cæterùm quod diximus pœnæ nomine aliquid relinqui poſſe,id non obtinet vbi ea pœna aliquid impoſsibile,quódque cum probro coniunctum eſt continet, veluti ſi quiſpiam ſe legare dixerit ſi quidem matri ſuæ legatarius manus attulerit, aut vxorem ſuam proſtituerit : aut ſi cælum digito contigerit , aut reliquias ſuas in mare abiecerit [o]. Quod & Theophilus ſentit [p].

Titulus, De ademptione & tranſlatione legatorum.

In Rubricam.

Cùm nemo eam ſibi legem dicere poſsit, à qua illi recedere non liceat [q], ambulatoriáque ſit hominum voluntas ad vltimum vſque vitæ ſpiritū [r],conſentaneum eſt vt queādmodum hæredis in ſtitutio mutari [r] adeò poteſt,vt iuramentum quod priori teſtamento acceſsit , nihil huic mutationi officiat [s], ita & legatum adimi poſsit.Legatū etenim tandiu debetur, vſquedum ademptum eſſe vel in alium tranſlatū eſſe conſtiterit [v]. Ademptio autē nihil aliud eſt quā ablatio legatorū ab eo cui relicta fuerāt:eáque aut in parte, aut in toto fieri poteſt [x]. Trāſlatio autē legati quatuor modis fit [y]: aut enim à perſona in perſonā tranſfertur:aut ab eo qui dare iuſſus eſt,in aliū trāsfertur, vt alius det: aut cùm res pro re datur, vt pro fundo decē aurei:aut quod purè datū eſt,trāſfertur ſub cōditione, id quod à Paulo iureconſulto eleganter tractatum eſt [z].

§. Ademptio.

Legatum adimi vel in alium transferri poteſt,ſiue in eodem teſtamēto id fiat,ſiue etiam codicillis:quāuis id quod teſtamēto adimitur,ipſo iure ademptum eſſe cēſeatur [a]:in codicillis verò ademptio facta, exceptionis oppoſitionem deſiderat, quod Porcus hîc ex præceptore ſuo rectè aſſeruit [b], & ab Accurſio ſemper proditum eſt.Nihil autem retulerit ademptionē factam fuiſſe in ea voluntate quæ minus perfecta eſt,vt ſi codicillis facta ſit ademptio, legatum autem fiat teſtamento : exceptio enim legatario perpetuò obſtabit [c]. Sic & illud conſtat,tranſlationem legati valere, etiam ſi in eum qui alioqui capere non poterat,legati tranſlatio fiat [d]. Quin & illud proditum eſt, nihil omnino referre vtrum codicilli in quibus ademptio huiuſmodi oſtenditur, teſtamento confirmati ſint [e]. Valebunt enim perpetuò ad ademptionem. Planè nihil retulerit expreſſáne an tacita voluntate legatū adimatur [f]. Illud enim conſtat,propter capitales inimicitias quæ poſt teſtamentū factum acciderunt,

f Vide notata docto.in rubri.C.de edendo.

g l.1.ff.de lega.1.§.sed nō vſque.ſup.eo.vbi dixi.

h l.vnica.C.vt actiones ab hæredibus.

i l.vnica.C.de his quæ pœna nomine relinquūtur.

k Baldus in d.l.vnica.

l l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinian⁹.ver.& quod ait.ff.de minor. Bart in l.paterfa.teſtamento.ff.de hæred.inſtituen.

m in d.l.vnica.

n Aretin.hic in ver.quid ſi pater.Barto. in l.Titio centū.§.Titio genero.ff.de condi.& demonſtra.

o l.quidam.ff.de cōdit.& demonſtra.arg.l.cōditiones.1.& 2.& l.Titius.ff.de condit.inſtit.

p Theophilus hic.

q l.ſi quis.in principio teſtamenti.ff.de lega.3.

r l.4.ſub ſi.ff.de adimen.lega.

s ſup.quib.mo.teſta.infir.

t arg.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obligat.arg.c.a.nō eſt obligatoriū.de reg.iur.in 6.

v §.ſi rem ſuam.vbi dixi ſuprà tit.proximo.

x l.2.ff.eo.

y l.tranſlatio.ff.eo.

z d.l.tranſlatio.

a glo.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de lega.1.

b Porcus hic in explicatione glo.in ver.firma. Aretin.hic circa finem.

c l.militis codicillis.§.veteranus.ff.de milit.teſta.l.planè.1.in princip.ff.de lega.1.l.cū quidam.ff.de his quibus vt indig.

d l.& ſi trāſferā.l.legatū.§.pater.ff.de adimē.lega.& l.plane.1.de lega.1.

e glo.hic in ver.codicillis.iuncta additione.

f l.3.ſub ſi.ff.eo.

tacitè ademptú legatum videri[g]. Idem est & si post morté testatoris tale quidpiam designarit legatarius, quod ademptionem verisimiliter inducere potest[h]. Diuersa est causa in hæreditate[i], quæ nuda voluntate adimi non potest[i], ea nimirum gratia, quòd omnino solennitatem desideret in reuocatione, quæ in institutione necessaria est: cùm ex regula iuris cómunis nihil tam naturale sit, quàm vnumquodque dissolui quo colligatum est[k]. Nam & hæredis institutio perquam solennis est & plena[l]. Cæterùm vbi testator ex interuallo legatú in eodem testaméto ademerit, procliuius est vt legati ademptio consistat, interualli enim spatium correctioné arguit.[m]. At si incótinenti legatum datum ademerit, tunc propter repugnantiam vitiatur id quo de agitur[n], & ità Petrus de bella pertica quandoque docuit, & Nicolaus Neapolitaneus hîc probat[o].

Titulus, De lege Falcidia.

In rubricam.

Non tantùm ab ipso testatore legata adimuntur, vel in alium transferuntur[p], verúetiam quandoque ipso iure minuuntur: id quod lege Falcidia euenire solet[q]. Ea autem à Caio Falcidio tribuno plebis nomen accepit, qui (vt author est Hieronymus in chronica Eusebij) temporibus Augusti primus legem tulit, ne quis vltra dodrantem hæreditatis legare posset[r]: id quod hoc titulo dilucidè atque eleganter explicatur.

§. Superest vt de lege Falcidia.

Lege decemuirali constitutú fuerat, vt vnicuique totum patrimoniú legatis erogare liceret[s]: quæ res efficiebat vt plerúque hæredes scripti hæreditatem adire nollent, nimirum cùm exigua aut propemodum nulla ad eos rediret vtilitas: atque ob id plerique intestati moriebantur[t]. Huic itaque morbo medetur lex Falcidia, quæ neminem vltra nouem vncias hæreditatis suæ legare voluit[v]: eáque quáuis in gratiam testatorum lata fuerit iure veteri, à testatore prohiberi non poterat, cùm legi quæ alioqui prohibet, renunciare non liceat[x], licet hodie Iustiniani constitutione aliter constitutum sit[y], partim vt vltimæ morientium voluntates amplientur, partim vt ad ius antiquú quod Falcidius correxit redeamus[z]. Cæterùm Falcidia non in legatis tantú, sed & in singularibus fideicómissis[*] (in vniuersalibus enim quarta Trebellianica locum habet[*]) item & mortis causa donationibus[a], sicut & in mortis causa capionibus locum habet[b], neque in vna re particulari retineri potest[c], præsertim vbi pluribus legatariis hæreditas legata est[d]: alioqui vbi vnus tantùm legatarius est, tunc si rei necessitas, vt quia commodam diuisionem non admittat[e], vel legatarij voluntas id suadeat, promptius est vt in vna tantùm re Falcidiam retinere liceat[f].

§. Et cùm quæsitum.

Dixerat Iustinianus in fine §. suprà proximi, quartá Falcidiæ ab hæredibus retineri posse, quorum hæreditas èrat exhausta legatis. Hoc amplius addit, etiam integrá quartam cohæredi seruandá esse, cuius portio legatis exinanita est. In singulis etenim hæredibus ratio legis Falcidiæ locum habete potest[g]: neque in ea Falcidia imputandum est quòd à legatario códitionis implendæ gratia cohæredi datum est[h]: nisi si testatori aliud visum sit[i]. Ea enim tantùm in Falcidiam veniunt, quæ à testatore institutionis iure relicta sunt: licet in Trebellianica sufficiat quoque rem apud ipsum hæredem ex testatoris iudicio venisse. Cæterùm in ratione differentiæ multum ambigitur. Videtur tamen commodius esse quod Alciatus prodidit[k], Caium Falcidium constituisse, ne plus quàm dodrantem legatis erogare liceat. Itaque quod supra dodrantem legatum est, iure institutionis apud hæredem remanet: verùm

præceptiones,

---

g d.l.3.
h glo. in verbo, indignũ. in l. forosẽ. C. de his quib. vt indig. gl. in l. fideicõmissum. C. de fideicõmiss. quã sequitur Iason. Vide hic omnino Poreum.
i §. ex ea autẽ suprà quib. mod. testa. infirmen. l. ex parte. ff. eo.
k l. nihil tã naturale est. & l. ferè. ff. de reg. iur. l. prout quisque. ff. de solu.
l l. 1. ff. de testa. Alcia. in l. lege obuenire. ff. de ver. signifi.
m l. nõ ad ea. circa mediũ. ff. de cõdit. & demõstra.
n l. vbi repugnantia. ff. de reg. iuris.
o Petr. & Nicol. hic, Ias. in addit. ad Poreum.
p suprà tit. proximo.
q hoc tit. ff. & C. eo.
r l. verbis legis. vbi Alciat. not. ff. de ver. signifi.
s d.l. verbis legis.
t arg. §. 1. infrà de hæredi. quæ ab intesta. defe.
v Theophilus hic.
x gl. in l. 1. C. ne fideiusso. dotiũ dentur. Bart. in l. de his controuersiis. ff. de transactio.
y authen. sed cũ testator. C. eodem.
z Alcia. lib. 5. Paradox. cap. 10.
* l. 1. C. eo.
* infr. tit. proxi. l. filiũ quẽ habentẽ. C. famil. hercis.
a l. si mortis causa. C. eo.
b Bar. in l. qui pretio. ff. de donat. cau. mor. not. in l. pen. C. eo.
c glo. hic in ver. dodrantẽ. & in l. 2. C. eodem.
d Faber hic & Aretin.
e l. Plautius. §. vlt. ff. eo.
f docto. in l. 2. C. eo.
g l. in singulis. ff. eo.
h glos. hic in ver. posse.
i l. quod autem. §. Marcellus. ff. eo.
k lib. 6. Paradox. ca. 4.

præceptiones,& alia id genus similia quæ conditionis implendæ gratia data sunt,iure institutionis hæredis non sunt:at senatusconsulto Pegasiano,quod postea in Trebelliani formulam trãslatum est [l],introductũ est vt quarta pars ex tota hæreditate quã quis grauatus erat restituere, apud hæredem remaneret,quoquo id ipsum contingeret. Voluit enim amplissimus ille senatorũ ordo ipsi hæredi fideicõmissario quàm minimum incommodare.

§. Quantitas autem.

In subducenda legis Falcidiæ ratione tempus mortis testatoris inspiciendum est,ita vt ad illud quantitatem patrimonij redigamus:& ideo quod post mortem testatoris hæreditati accessit,id legatarij lucro esse non debet [m].vnde fructus qui iacente hæreditate percepti sunt,in Falcidiam non computantur, præterquã tribus casibus. Primus est quando testator id ipsum voluerit [n]. Secundus est quando fructus mortis testatoris tempore seminati erant: nam & tunc pars rei esse intelligebantur [o]. Tertius est quando ex re quã testator legauerit,testatoris iudicio percepti sunt [p]. His enim speciebus fructus in Falcidiam veniunt. Ex diuerso sicut incrementũ hæredis lucro est,ita & hæreditatis diminutio quin ad eum pertineat, nulla dubitatio est [q]. Quare si res hæreditariæ quæ à testatore legatis oneratæ non fuerunt,perierint,id hæredis periculo erit [r]. Idem erit & si res legata, quæ tamen quantitate continebatur, perierit.quãtitas enim perire non potest [s],alioqui speciei legatæ interitus qui sine vlla hæredis mora cõtigit,hæredi ipsi nihil omnino incõmodare potest [t].

Non adire hæreditatem.

Atqui legata fideicõmissis exæquata sunt [v],sicut igitur is cuius hæreditas fideicõmissis grauata est,hæreditatem adire compellitur [x],ita & is à quo legata plura relicta sunt. Ipse respondeo,legatum fideicõmisso singulari æquiparari,non autẽ vniuersali:quod Accursius hîc sentit [y],& Iason probat [z].

§. Cùm autem ratio.

Visum est in Falcidiæ ratione tẽpus mortis testatoris cõsiderãdum esse [*]. Iam hoc loco Tribonianus ostendit multa necessaria deducenda esse prius quàm Falcidiæ ratio habeatur. Et in primis id quod aliis debetur,(id enim æs alienum dicimus [*]) etenim bona cuiusque intelliguntur quæ deducto ære alieno supersunt [*]. Neque quicquam refert an istud ipsum hæredi debeatur, quãuis aditione hæreditatis debitum confusum fuerit [a]: quod obtinet vbi hęres inuentarij beneficio sibi cõsuluerit [b]. Item & illud quod pro testatoris dignitate in sepulchrum & alia iusta insumptum est [c]: non quod ad luxuriam pertinet: nisi si fortè regionis ratio aliud exposceret [d]. Tertio loco precia seruorũ manumissorum cõsideranda sunt [e]. Ad extremũ Falcidiæ ratio ineunda est:quod tam Iustinianus hîc quàm Theophilus eleganter prosecuti sunt.

Titulus, De fideicommissariis hæreditatibus.

Dixerat suprà Iustinianus [f] legata à fideicõmissis nihil omnino differre: quæ res in causa fuit vt iureconsulti vno & eodem tractatu fideicõmissa cum legatis cõplecterẽtur. Verùm quo rudioribus interim animis Iustinianus satisfaceret, operæprecium se facturum existimauit si legata prius, deinde fideicommissa pertractaret,id quod præsente titulo diligenter exequitur. Porrò animaduertendum est fideicommissorum duplicem esse speciem [g]. Quædam enim vniuersalia sunt,seu generalia, alia particularia. Generalia sunt ea quibus quis totam hæreditatem restituere compellitur [h]. Quóque ea res hæredi adeunti nihil incõmodet, prospectum est vt illa quarta senatusconsulto Trebelliano debita(quam ob id quartam Trebellianicã vocauerunt)illi adseruetur [i]. Eáque illi intantum debetur, vt nec à testatore quidem plerique eam prohiberi posse existiment [k]:quorum tamen sententia recepta non est. Vide-

[l] §.sed quia stipulationes. infrà tit.proximo.
[m] l.in quantitate.ff.eo.
[n] l.quod autem.ff.eo.arg. authen.sed cum testator. C.ad legem Falcid.
[o] l.fructus.& ibi nota.ff. de rei vendicat.
[p] l.Paul[o].§.1.& l.quod de bonis.§.fructus.ff.eo.
[q] arg.l.id quod.ff.de peri. & cõmo.rei vẽdita.arg. l.secundum naturam.ff. de reg.iuris.
[r] Theophilus hic, glos.hic in verbo, soluda.
[s] l.incendiũ.C. de reb.cre.
[t] §.si res legata.sup.de leg.
[v] §.sed non vsque. suprà de lega.
[x] §.ergo si quidẽ.vers.sed si recuset infrà tit.proxi.
[y] glo.hic in ver.pacisci.
[z] Ias.hic ĩ addi.ad Porciũ.
[*] suprà §.proximo.
[*] & l. cedere dic.§.æs alienũ.ff.de ver.signifi.
[*] l. subsignatum §. bona. ff.de verbo.signifi.
[a] l.in imponẽda.C.eo.not. in l.debitori.C. de pactis.
[b] l.vlti.§. in cõputatione. C.de iure delibe.
[c] l.1.§.de impensa.ff.eo.
[d] arg.nota.per Bart.apud Alcia.in l.impẽsa.ff.de verbo.signifi.
[e] glo.hic in ver.seruorũ.
[f] §.sed non vsque.suprà de leg.
[g] Theophil[us] in §.1.inf.eo.
[h] nota.in l. certi cõdictio. in glo.in ver.fiduciaria. ff.si certum petatur.
[i] l.filium quem habẽtem. C.famil.herciscunda.
[k] Ferrarius in §.1.suprà de lege Falcidia.

turitaque cõmodius esse vt ea Falcidiæ legis exẽplo inhiberi posit[l]: quæ si à testatore prohiberi potest, quid vetat quo minus idẽ in Trebellianica receptũ esse existimemus[m]? vt quæ non tantæ rationi innitatur. Nam & in Falcidia olim id periculi fuit, ne quis intestatus decederet[n]. At in Trebellianica is qui restituere hæreditatem grauatus est, hic vt hæreditatem adeat, iudicis officio compelli potest[o]. Huc accedit, quòd & Falcidiæ nomen plerũque pro Trebellianica vsurpatur[p]. Vnde cùm Iustinianus in Falcidia prohibitionem à testatore factam admiserit, quid vetat quo minus idem in Trebellianica admittamus? Atque ita quandoque Faber docuit[q], neque est qui dissentiat. Pro fideicommisso igitur vniuersali quarta Trebellianica retineri ab hærede solet, quæ tamen testatoris prohibitione sicut & Falcidia imminui potest. Est & alia fideicommissorum species, quam ipsi particularem seu specialem vocauerunt, eáque pro rebus singularibus quæ alicui relictæ sunt, dari solet. id quod proximo titulo manifestum fiet[r].

l authen. sed cùm testator. C. ad legem Falcid.
m arg. l. a Titio. ff. de ver. obliga.
n suprà tit. proxi. in princ.
o gl. in ver. nullo vinculo.
p l. si vti. C. ad leg. Falcid.
q Fab. in §. 1. in ver. quid in Trebellianica. suprà tit. proximo.
r infrà de singulis rebus p fideicommiss. relic.

§. Nunc transeamus.

Tractaturus de fideicommissis Iustinianus, paulò prius de eorum origine multa commemorat: id quod & Theophilus paulò copiosius expresit, in hanc nimirum sententiam[s]. Cùm plerique Romanorum cognatos haberent quibus quòd peregrini essent, neque legata neque fideicõmissa sicut nec hæreditates relinquere poterant[t], (ea etenim tantùm ciuibus Romanis debebantur) eueniebat vt plerũque hi hæreditatem suam aut illius portionem ciui Romano cuius fidem multis argumentis perspectissimam habebãt relinquerent: ab eóque id vnum obtestabantur, vt peregrino suo cognato hæreditatem restitueret: cæterùm vt id faceret, nullo iure cogebatur: vnde & fideicommissa ex eo nomen habuerunt, quòd sola fide continerentur[v]. Postea tamen accidit vt & iureiurando adacti deierarent se hęreditatem restituturos. Verùm cùm plerique summa perfidia vsi fidem suam labefactarent, primus omnium diuus Augustus censuit vt illi hæreditatem officio iudicis adire[x], eámque aditam alteri restituere compellerentur[y]: id quod & eò excreuit, vt etiam diuus Claudius[z] duos prætores adiecerit qui de fideicommissis ius dicerent, atque ab his incunabulis fideicommissa originem habuerunt.

s Theophilus hic.
t l. 1. C. de hære. instit. Dixi i §. legari. sup. de lega.
v hoc § in ver. & ideo.
x glos. hic in verbo, nullo vinculo.
y nota in l. certi cõdictio. ff. si certum peta.
z in l. 2. §. deinde diuus. ff. de orig. iuris.

§. Igitur.

Postquam de origine fideicommissorum dictum est, ad vniuersalia fideicommissa descendamus: in quibus id nobis curæ esse debet, vt hæredem aliquem instituamus (etenim testamentum sine hæredis institutione consistere nequit[&], cùm hæredis institutio principium sit & caput testamentorum[a]) à quo id vnum petamus, vt hæreditatem suæ fidei commissam alteri restituat. Quod omnino obtinet vbi testari voluerit: alioqui vbi eum intestato decedere voluisse constiterit, propè est vt & fideicommissum relictum valere dicamus[a]. In ambiguo verò, vt quia non satis constat, an is testatus, an intestatus decedere voluerit, ad indicia perspicua confugiendum est: vt si quidem conuocatis testibus se velle testamentum conscribere profiteatur, legatáque & fideicommissa relinquat[b], neque vllum hæredem instituat, videtur fideicommissum nullius esse momenti[c], quod tam Aretinus, quàm Iason docuerunt.

& infrà §. 1. de hære. quæ ab intesta. defe.
a l. 1. ff. de hæred. institu.
a §. præterea infrà eo.
b §. ante hæredis. sup. de le.
c arg. l. si superat⁹. in ver. atqui. ff. de pignor.
d arg. §. hæres. inf. de obligat. quæ ex quasi cõtract. arg. l. apud Iulianũ § si. & l. sequen. ff. quib. ex cau. in posses. eatur. doct. in d. l. certi condictio. ff. si certum peta.

§. Restituta autem.

Is qui hæreditatẽ restituere grauatus est, eam adire iudicis officio cõpellitur, aditámq; actione ex quasi cõtractu fideicõmissario restituit[d], neque cõtinuò nomẽ hæredis exuit, cùm ex regula iuris cõmunis semel hæres nunquã desinat esse hæres[e]. postea tamẽ senatuscõsulto Trebelliano institutũ est vt actiones omnes fideicommissario darentur, aduersúsque eum competerent[f].

e arg. l. & si sine. §. sed quod Papinian⁹. ff. de minori. l. et qui soluendo. ff. de hæred. instit.
f arg. l. vnica. C. vt actio. ab hæredibus.

§. Sed

§. Sed quia hæredes.

Cùm hæres institutus plerumque totam hæreditatem restituere cogeretur, atque ita vbi nihil ad se vtilitatis redire intelligeret, nolebat hæreditariis oneribus sese immiscere, Pegasiano senatusconsulto inductum est vt ei quartam retinere liceret. Verùm pro hoc commodo id incommodi perferebat, vt etiam solus oneribus hæreditariis implicaretur: quod tamen postea immutatum fuit, constitutúmque est, vt fideicommissarius legatarij partiarij locum obtineret (genus erat legati quod his verbis concipiebatur[g], Titius mihi hæres esto, & cum Seio hæreditatem diuidito in dimidia portione) vicissimque stipulationes quædam interponerentur, quarũ formulas à Theophilo quilibet repetere potest: ita eueniebat vt lucrum simul & damnũ inter hæredem & fideicommissarium ex æquo diuideretur.

g Theophilus hic.

Quæ per fideicommissum.

Hodie enim postquam Iustiniani cõstitutione legata fideicommissis exæquata sunt[h], sicut ex legatis Falcidia, ita & ex fideicommissis Trebelliánica detrahitur[i].

h §. sed non vsque. suprà de lega.
i d.l. filiũ quẽ habentem.

§. Ergo si quidem non.

Dixerat suprà Pegasiano senatusconsulto inductum fuisse vt hæres qui grauatus erat hæreditatem restituere, quartã sibi retinere posset. Hoc amplius addit, id tunc demum obseruandum esse, quando hæreditas tota fideicommisso onerata est: alioqui vbi dodrantem tantùm testator restitui iusserit, tũc cum quarta testatoris iudicio apud hæredem remaneat, senatuscõsulto Trebelliano locus esse debet: quod copiosè Iustinianus & Theophilus hoc loco descripserunt.

§. Sed quia stipulationes.

Hactenus multa commemorauit Iustinianus tam de Trebelliano, quàm Pegasiano senatusconsulto. Iam rebus omnibus diligenter animaduersis, visus est sibi non absurdè facturus Iustinianus, si omnia in Trebelliani senatusconsulti formulam transfunderet. Igitur regula est, hæreditatem ex Trebelliano senatusconsulto restituendã esse. Solet autem huiusmodi restitutio aut re aut verbis fieri[k]. Et re quidem, si hæres fideicommissarinm rebus hæreditariis vti permittat[l]. Verbo, si verbis in eam rem conceptis se ei restituere hæreditatem profiteatur[m]. Quóque aditio hæredi minimum incommodet, quartam habere debebit[n]. Neque quicquam refert, an iudicio testatoris eam acceperit, néc ne. Vtroque enim modo ex Trebelliano quarta debebitur, deducto etiam ære alieno[o]. Illud quoque proditum est, hæredem qui virium hæreditatis non satis conscius hæreditatem totam restituerit, solutum tamen posse repetere[p]. Quod ideo admittitur, quia in facto erratũ est[q]. Alioqui error iuris, quartæ retentioni plurimum officeret[r]. Sic & actiones pro rata in fideicommissarium & hæredem dabuntur, idque vbi quartam sibi hæres seruauerit: alioqui si totam hæreditatem sponte restituerit, quin omnes in fideicommissarium dentur, nulla dubitatio est[s]. Sanè is cui restituenda est hæreditas, cauebit ne ea res hæredi adituro fraudi sit: quod Accursius hîc multis ostendit[t]. Planè postquam restituta fuerit hæreditas, is cui restituitur, dominium primum nanciscitur[v]. Nec nos mouet quòd lex[x] ei vendicationẽ concedit. Id enim vbi restituta est hęreditas intelligi debet[y]. Cæterùm hæres grauatus hæreditatem restituere, si quidem adire eam detrectet, per iudicem compellendus erit, neque ob eã causam, quartã retinere poterit[z]: quod Pegasiano senatusconsulto primùm introductũ[&], postea in Trebellianũ trãsfusum est.

k gl. in verbo, restituerit.
l arg. l. pro harede. & l. gerit. ff. de acqui. hare.
m l. facta. ff. eo.
n d. l. filium quẽ habentẽ. C. famil. hercis.
o l. & sine scriptura. C. eo.
p gl. hic in verbo, solutũ.
q l. error. C. ad leg. Falcid.
r not. in l. cũ quis. C. de iuris & facti ignoran.
s hoc tex. in ver. si verò.
t gl hic in verbo, apud haredem.
v l. facta l. Marcellus. §. re. l. si hares institutus. §. si hares ff. eo.
x l. vlt. §. sed quia. C. communia de lega.
y gl. hic in ver. restituerit. in ver. nec obstat.
z hoc tex. sub finem. Ferrarius in rubr. de vulgari. suprà.
& §. ergo. versi. sed si recuset suprà eo.

§. Nihil autem interest.

Quemadmodum is qui totam hæreditatem restituere grauatus est, quar-

tam Trebellianicam deducere solet[a], ita & qui partem restituit[b]. Quæ de tota enim re dicuntur, eadem & in parte retinere certum est[c]. Quod obtinet vbi eadem æquitatis ratio id suadet: aliàs diuersa ratio diuersum quoque ius arguit.

§. Si quis vna.

Superius dixerat Iustinianus[d], in eum qui hæreditatem restituit, pro quarta parte actiones hæreditarias esse dandas. Quod ne quis verum per omnia arbitretur, ostendit id tunc demum obtinere, quando iudicio testatoris nihil hæredi relictum est: alioqui vbi testator vel fundum vel rem aliquam vel certam quantitatem hæredem percipere iusserit, etiam si ea dimidiam partem hæreditatis contineat, in ea tamen nihil omnino oneris ferre debebit[e], quoniam omnes actiones in eum cui hæreditas restituitur, in solidum dari debét.

§. Præterea.

Fideicommissum ab eo quoque qui intestatus moriturus est, relinqui potest. Licet enim hæredem legitimum testator non videatur posse onerare, vt quia eum hæredem testamento non scripserit[f]: satis est tamen quòd eũ hæredem relinquat, cùm is ad aliũ hæreditatem suã transferre potuerit[g]. Idémque in legato quod in fideicommissis obseruatur: quæ cùm olim non nisi ex testamento deberentur[h], tamen hodie ab intestato relinqui possunt[i].

§. Et quia.

Ex communi omnium interpretum sententia hic §. sic intelligi potest[k], vt fideicommissum quod in minus solenni voluntate relictum est, præstandum non sit, si quidem hæres fateatur relictum fuisse, sed tamen de solennitate non obseruata excipiat[l]. Quòd si nihil relictũ esse hæres fateatur, & cùm illi iuramentum deferretur, mendacij conuictus sit, omnino fideicõmissum soluere cogẽdus est: neque ei profuerit dixisse fideicõmissum nõ esse præstandum in quo iuris solennitas obseruata nõ est. Ab initio enim id dixisse oportuit[m]. Nam & lex ait[n], hæredem postquam negauerit, si tamen conuictus fateatur aliquid à se relictum esse, ad legis subtilitatem recurrere non posse. Sed ego ausim dicere, hæc verba, postquam negauerit, ab aliquo in cõtextum adiecta fuisse: eáque Faber[o] plerisque in libris non legi attestatur, neque apud Theophilum vllam eorum mentionem fieri comperies[p]. Vnde videtur hic esse §. nostri sensus, vt si quidem de testatoris mente constet fideicommissum hæredis fidei simpliciter committere volentis, qui neque vllos testes ad eam rem accersiuerit, vt siue hæres ab initio quippiam relictum esse fateatur, siue neget, sed postea mendacij conuincatur, vt omnino fideicommissum præstare compellendus sit, ne scilicet vltima morientium voluntas depereat, quod tam Franciscus Accursius, quàm Martinus Syllanus & Salicetus[q] & alij plerique docuerunt[r].

Titulus, De singulis rebus per fideicommissum relictis.

Superiore titulo dictum est[s] fideicommissorum quædam esse generalia, & alia specialia. De generalibns hactenus dictum est: de specialibus igitur in præsentia dicendum. Initio ostendit non tantùm vniuersales, sed etiam singulares res per fideicommissum relinqui posse: vtputa si quis alicui fundum restitui iubeat, argentum, & alia id genus similia, quæ vniuersitatis nomine non continentur: sic & à legatario legatum benigna interpretatione relinqui potest[t].

§. Potest autem non solùm.

Quẽadmodum testatoris aut hæredis res, itidem & aliena legari potest[v], ita & per fideicõmissum alicui relinqui. Eadem enim est legatorũ & singularium fideicõmissorum ratio. Sic & legatarius & fideicommissarius de ea re quam

a suprà §. proximo.
b l. filium quem habẽtem. C. famil. herciscun.
c l. quæ de tota. ff. de rei vendica. l. qui scit. iũctis ibi cõcordantibus per gl. ff. de vsuris.
d in §. sed quia in verbo, pro rata.
e Theophil[9] hic eleganter.
f l. ab eo. C. de fideicõmis.
g Iason in ratione dubitãdi ad hunc §.
h Theophilus in §. 1. sup. de lega.
i arg. §. sed nõ vsque. sup. de lega.
k Doctores in l. vlt. C. de fideicommis. Bart. Bal. & Castren. in l. si veritas. C. eodem.
l d. l. si veritas. §. textu. in ver. vlt. ibi, post negauerit. arg. à cõtrario sensu.
m arg. auth. cõtra qui propriam. C. de nõ numera. pecu. arg. authẽ. itẽ possessor. C. qui potio. ĩ pig. vel hypothe habean. l. contra negantem. C. de lege Aquilia. l. vl. ff. de rei vẽd.
n hoc tex. in versi. quòd si quis.
o Faber hic in vers. sed de primo membro.
p Theophilus hic sub fin.
q in d. l. vlt. C. de fideicõ.
r glo. hic in ver. soluere. in initio. & vide hic omnino Fabrum.
s sup. ad rubr. ex Theophi.
t l. si fuerit. §. 1. de lega. 3. l. 2. §. vlt. C. cõmu. de leg.
v §. nõ solum. sup. de lega.

quã acceperunt, alteri restituenda rogari possunt, modò id vnum testator obseruet, ne plus eos restituere velit quàm acceperũt[x]. Inutile enim est quod suprà præstitutũ modum relinquitur[y]: præterquã si pecunia accepta rem propriam, quáquam pluris æstimaretur, restituere rogatus sit[z]. Videtur enim legatarius legatũ agnoscendo rem suam tãti æstimasse. Idem erit & si centum legatis, ducẽta post bienniũ restituere iussus est[*]. Vsurarũ enim additamentũ duntaxat admittetur, quod cùm hodie prohibitũ sit[a], honesti lucri tãtùm ratio habebitur[a]. Sic & si res alternatim legata sit, & à legatario vnã dari testator voluerit, quáquam aliam legatarius optauerit, eam tamẽ præstare cõpellẽtur, quã testator restitui iusserit, cùm per eũ steterit quo minus ex testamẽto habeat quod fidei eius cõmissum est[b]. Quod & in aliis plerisque casibus receptum esse Iason & Aretinus hìc animaduerterunt.

§. Libertas.

Libertas quoque, nedũ pecunia, per fideicõmissum seruo relinqui potest[c]. Neque multum profuerit exquisitius disputare, testatorísne an hæredis, an extranei seruo relicta sit. Istud enim constat, alienum seruum cui fideicommissaria libertas relicta est, ab hærede redemptũ manumittendum esse. Quòd si dominus vendere nolit (neque enim cogitur[d], nisi si legatum illi à testatore relictum agnouerit) aut nimio velit, propè est vt huius fideicõmissi beneficium non extinguatur, sed tantisper differatur vsque dum ansa præbita hæres eum emptum libertate donare possit[f].

§. Qui autem.

Is cui per fideicõmissum libertas relicta est, hæredis libertus esse solet[g]. Cõtrà qui à testatore manumissus est, cùm is & testamenti & mortis testatoris tẽpore testatoris fuerit, huius libertus esse solet, ísque orcinus appellatur[h]: quod Theophilus χαρωνικὸς ἀπελεύθερος interpretatur[i].

§. Verba.

Quamuis quibuscunque verbis fideicommissa relinqui possint[k], hæc tamen vel vsui frequentissima esse solent, volo, mando, iubeo, fidei tuæ committo, aliáque id genus similia.

Titulus, De Codicillis.

In rubricam.

Superioribus titulis disputatum est de solennitate quæ in testamentis obseruari debet, itidem & de iis quæ circa testamẽta obtingere solent, cuiusmodi sunt legata & fideicommissa. In præsentia Iustinianus huic testamentariæ successioni finem impositurus, ad extremum de codicillis subiunxit: qui nihil aliud sunt quàm imperfectũ testamẽtum, nimirum cùm in eis nulla institutio desideretur[l]. Item nec septem testes necessarij, sed quinque tantùm sufficiunt[m]: in quorum albo & mulier esse non prohibetur[n]. Sunt autem in duplici differentia[o]. Aut enim scriptura cõstant, aut sola voce (& ob id nuncupatiui dicti sunt) continentur.

§. Ante Augusti tempora.

Codicillorum origo hæc est: Cùm L. Lentulus ciuis Romanus Augustũ Cæsarem, itidem & filiam testamento suo hæredes instituisset, ita cauit, vt si postea codicillos faceret, eos testamento suo confirmari vellet. Itaque cùm is in Aphricam decederet, codicillos[o] conscripsit, in quibus ab Augusto itidem & filia legata multa reliquit. Verùm cùm eo loci moreretur, Augustus Lentuli voluntatem amplexus, legata à se relicta persoluit: id quod & filia illius institutum æmulata fecit: legatáque quæ alioqui non nisi ex testamẽto debebantur[p], persoluit. Cæterùm cùm illud ipsum paulatim in assiduam ob-

x Iason in addit. ad Porcũ. ad §. quantitas. in gl. pacisci. sup. ad leg. Falci.
y l. plane. 2. § vlt. & l. videndum. ff. de lega. 1. glo. hic in verbo, inutiliter.
z l. imperator. §. si cẽtum, versi. enimuero ff. de leg. 2. l. sed & si nõ seruus. in prin. ff. ad leg. Falcid. & d. §. si centum.
a gl. in ver. Petrũ apostolũ. in l. 1. C. de sum. trini. & fi. catho. vbi [illegible] triga adnotauit docto. in l. vni. C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest.
a arg. cap. per vestras. de don. inter vi. & vxo.
b l. planẽ. 2. §. si vni. ff. de lega. 1.
c l. alieno. & l. Paulus. in 1. responso. ff. de fideicom. libertatibus.
d l. nec emere. C. de in. deli.
e l. deberi. & l. si te donatam. C. de fideicom liber.
f hoc textu in versi. quòd si dominus.
g l. ij quibus. C. de fideicõ. libertatibus.
h gl. hic in verbo, orcinus. Nebrissen. in lexico iuris ciuilis.
i Theophil. hic. Vide Alcia. lib. prætermiss. 1. in dictione orcinus.
k glo. hic in verbo, maximè l. omne verbũ. C. cõmunia de lega.
l § codicillis infrà eo.
m l. vlti. C. eo.
n l. qui testamento. § mulier. ff. de testamen.
o glos. rubrica sub finem.
o glos. circa fi. hoc tit.
p Dixi in §. 1. sup. de lega.

seruationem verteretur, diuus Augustus ex suorum procerum consilio huiusmodi codicillos valere statuit, partim quòd vtilitas simul & necessitas id suaderent. Vtile enim erat ei qui testium sufficientium facultatem non haberet, codicillos conscribere posse. Ii quoque qui necessariam profectionem suscipiebant, necessariò codicillos facere, si quidé aliquid aliis relinquere vellent, tenebantur[q]. Codicillorum igitur non erat mediocris authoritas, modò ij testamento confirmati essent. Confirmantur autem si quidem vel præcedant vel sequantur testamentum[r]. Idem erit & si clausula hæc in testamento adiiciatur, quam multis laudibus Bartolus extulit[s]. Si nó valet iure testaméti, valeat saltem iure codicillorũ. Idem erit & si ab intestato relinquantur: tunc enim vires obtinebunt, testamentíque vicem exhibere solent[t]: quod & Accursius hîc satis diligenter executus est[v].

q Theophilus hic elegãter.

r l. siue in initio. C eo.

s Bar. in l. 1. ff. eo. Aretin. hic & Iason.

t l. nõ idcirco. C. eo. l. sicut. quemad. testa. aper. ff.

v glos. hic in verbo, confirmatos.

§. Non tantùm autem.

Quamuis codicilli confirmari testamento debeant, id tamen vsque adeò necessarium non est, vt si id nó fiat, in totum vitientur. semper enim ex præsumpta testatoris mente confirmari intelliguntur[x]. Hoc tamen est discriminis, quòd si testamento confirmentur, quod in eis relinquitur, iure directo valebit: sin id minus, per obliquum tantùm consistere potest[y].

x l. si quis. §. testamẽto facto. ff. de iure codicil.

y l. libertates. ff. de manumis. testamen.

§. Codicillis autem hæreditas.

Quemadmodum nec hæredis institutio, ita nec filij exhæredatio codicillis fieri potest: ne scilicet testamentorum & codicillorum iura confundantur. Ea enim tantummodo in testamentis relinqui consueuerunt[z]. Nam si idem essent codicilli quod testamentum, frustrà diuersis nominibus censerentur. Quæ omnia in institutione directò facta locum habent. Directa enim institutio, sicut nec substitutio, nũquam in obliquam verti potest[&], præterquam si ab initio non potuit valere iure directo. quod vt plurimum fieri solet ratione solennitatis omissæ: vt si testator instituto filio impubere, ei in codicillis pupillariter substituat. Hæc enim substitutio à principio directa non fuit, cùm solennitas ei desit: vnde obliquatur, vt saltem valeat iure fideicommissi[°]. Neque enim substitutus ab initio bona pupillaria iure directo accipiet, sed à legitimis hæredibus, seruata tamen quarta Trebellianica, ea recipiet.

z §. non tantum. sup. de exhæredat. liber.

& l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari.

° l. Scæuola. ff. ad Trebellianum. dixi ad rubricã de vulgari. suprà.

§. Codicillos autem etiam plures

Codicillos plures vnicuique facere permissum est. Valebunt enim omnes[a], nisi sibi mutuò aduersentur: tunc enim vltimi prioribus derogarent[b]. Quinimo & scrupulosa testamentorũ solennitas in codicillis superuacanea est. Etenim quinque testes ad codicillorum comprobationem sufficere, certissimi iuris est[c]: quod & Theophilus hîc censuit[d].

a l. cùm proponas. C. & l. diuus § 1. ff. eo.

b l. pacta nouissima. C. de pactis.

c l. vlti. C. eo.

b. Theophilus hic sub fi.

IN

IN TERTIVM INSTITVTIONVM IMPERIALIVM LIBRVM COMMENTARIA.

Titulus, De hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

In Rubricam..

DIXERAT ſuprà Iuſtinianus [a], res non ſingulariter tàtùm [b], ſed & per vniuerſitatē nobis acquiri. Itaq; inter cæteros modos acquirēdi dominia per vniuerſitatē, eum eſſe vel præcipuum, quo nobis hęreditas alicuius obtingeret: quod cùm vel ex teſtamento, vel ab inteſtato fieret, prius de teſtamentaria ſucceſsione videndum fuit [c]. ita enim futurum, vt inteſtati ratio facilè nobis conſtaret [d]. Poſtquam igitur copioſius diſſeruit quo pacto hæreditas ex teſtamento nobis obueniat [e], oſtēdit iam quomodo ab inteſtato ad nos redire ſoleat. Hāc autem hæreditatē plerique legitimā vocauerūt [f], quòd nimirū ex legis duodecim tabularū præſcripto nobis obtingat. Nonnunquā & iuſta dicitur [g], id eſt verè & planè hæreditas, quę iure gentiū, id eſt, cognationis nomine nobis obtingit. Hic enim titulus pleniſsimus, & omnibus partibus iuris nixus eſt.

§. Inteſtatus.

Iuſtinianus de inteſtatorum ſucceſsione dicturus, oſtendit in primis quis inteſtatus propriè dicatur. Cuius ſententia eò redigi poteſt, vt eum inteſtatum eſſe dicamus, qui vel facto vel lege inteſtatus eſt [h]. Facto quidom, ſi nullum omnino teſtamentum fecerit: & hæc propria eſt verbi ſignificatio [i]. Lege, quando teſtamentum quidem fecit quis, quod lex poſtea pro nullo habet, vt quia vel agnatione poſthumi ruptum eſt [k], vel capitis diminutione irritum eſt [l]: quod quibus modis accidat, ſuperius oſtendimus [m]. Sic & lex pro inteſtato eum habet, cui cùm teſtamenti factio non competeret, nullum omnino teſtamentum fecit [n]. Nam & inteſtabiles etiam inteſtati dicuntur. Vnde ſi lege municipij agnati ad inteſtatorum filiorum ſucceſsionem admitterentur, aut clerici inteſtati bona, epiſcopi commodis applicari deberēt, plerique reſponderunt [o] ad bona clerici filiifam. qui nullum facere poterat teſtamentum [p], epiſcopum admittendum eſſe, ſicut & agnatos excluſa matre ad pupilli ſucceſsionem. Nam & lex pupillum inteſtatum in pleriſque locis nuncupat [q]. Sed tamen in contrariam ſententiam frequētius itum eſt [r], partim quòd in ſtatutis verba propriè accipienda ſunt [ſ], partim quòd ex communi regula proditum eſt, quotieſcunque verbum propriè & impropriè ſumi poteſt, in odioſis proprietatem vocabuli conſectandam eſſe [t]. At odioſum eſt matrē à luctuoſa filij hęreditate excludere [v], ſicut & fratrem, quē natura hominibus dediſſe videtur vt minus amicitiis externis egeremus, quóque haberemus cui tutò omnia noſtra cōmittere liceret [x]. Verius eſt igitur vt ſtatutū in eo clerico vel filio ſibi locū vendicet, qui cùm teſtamentū facere poſſet, non tamen fecit. Ea enim eſt inteſtati ſignificatio ex proprietate vocabuli accepta. Verū quòd lex pupillū aut furioſum inteſtatū decedere dicat, id nō niſi impropriè intelligi poteſt [a]. Cæterùm hæres teſtamento inſtitutus, ſi quidē hæreditatem repudiet, facit vt quis inteſtatus deceſsiſſe dicatur [b]. Cenſuit tamen Barto. [c] ſi

a in §. hactenus. ſuprà per quas perſo. no. acqui.
b à §. ſingulorū. ſuprà de rerū diuiſ. vſque ad tit. de teſtamen. & lega. & tit. de ſing. reb. per fideicōmiſ relictis.
c d. § hactenus. ſub finē.
d arg. l. qui accuſare. ff. de accuſationibus.
e hucuſque à tit. de teſta.
f l. lege obuenire. ff. de ver. ſignifi.
g l. 3. §. duo ſocietatem. vbi Bud. not. ff. pro ſocio.
h Theophilus hic.
i l. inteſtatus. ff. de verbo. ſignifi. l. 1. ff. de ſuis & legit. hæred.
k ſuprà quib. mo. teſtamē. infirmen. vbi dixi.
l § alio. & § non tamen. ſup. quib. mod teſta. infir.
m titu. modo allegato.
n l. 1. ver. planè. ff. eo.
o Bart. in d. l. 1. Alexāder in l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Alcia. in d. l. inteſtatus.
p ſuprà quib. non eſt permiſ. fac. teſta. in prin.
q l diu' l. credendū. ff qui petūt tuto. vel curato. l. qui duos. l. Lucius. ff. de vulgari. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertullianum.
r Faber hic
ſ l. 3. §. hac verba fine. ff. de nego. geſt.
t l. cū lege. ff. de teſta. & l. cū quidam. ff. de libe. & poſthumis.
v l. vlt C. de inſtitutio.
x Stephanus Niger in libello cui titul' eſt, De fraterna beneuolentia.
a d. l. 1. verſi. planè. ff. eo.
b arg. l. in prin. ff. de hære. inſtituen.
c in d. l. 1 ff. eodem.

lex aliquē ad intestati successionem admittat, hac in intestati significatione huic legi locum non esse. Neque enim potest videri intestatus decessisse, qui cùm moreretur, hæredem haberet: quod non immeritò Alciatus improbauit[d]. Id enim contra iurisconsulti mentem est. Sanè & bonorum contra tabulas possessio accepta, sicut & inofficiosi querela, facit vt quis intestatus decedat[e]: cuius rei nos aliquando monuimus[f].

§. Intestatorum.

Vt rectius ea quæ in hoc §. & aliis sequētibus cōtinentur intelligamus, animaduertendū est triplicē esse legitimæ successionis gradum. Primū descendentium, aliū ascendentiū, tertiū collateralium, siue eorū qui ex trāsuerso gradu nobis cōiunguntur. De singulis igitur videndū. Et in primis in descēdentibus regula talis prodita est[g], In occupāda patris intestati successione primū locū sibi vendicāt descendentes, exclusis interim ascēdentibus aut trāsuersalibus. Descendentiū autē numero sunt liberi naturales & legitimi, qui omnino patri intestato mortuo succedūt, idq; in capita: id est, quot sunt capita, tot fiunt æquales portiones, sublata in totū sexus differētia[h]. Neque quicquā refert, suine sint, an emācipati. Emācipato enim prætor bonorū possessionem Vnde liberi pollicetur[i]. Quòd si nepotes ex filiis vel filiabus supersint, hiq; in locum parentū cum aliis ad successionē admitti velint, in stirpes fiet hæreditatis diuisio[k], hoc est, illi nepotes, siue vnus sit siue plures, non plus accipient, quàm eorū pater habiturus erat. Sic & legitimi filij, quos adoptiuos dicimus[l], patri intestato succedunt, siue arrogati sint, siue adoptati[m], quod infrà latius apparebit[n]. Ad eundem modū naturales liberi ad matris intestatæ successionē admittuntur[o]: sed in patris hæreditate magna altercatio est: quæ tamē sic dirimi potest, vt si quidem pater intestatus moriatur vxore & liberis legitimis relictis, vt his nihil aliud præter alimēta boni viri arbitratu moderanda debeatur[p]. Quòd si neque proles legitima, sicut nec vxor adsit, tunc illis sextās dari debebit, quē in solidū accipiāt, si soli sint: in viriles verò portiones admittātur cum matre, si quidem ea supersit[q]. Quinimo & naturalis filius qui à principe natalibus suis restitutus est, hic iura legitimorum filiorum nanciscitur[r], id quod alio in loco copiosius attingitur[s]. Cæterùm vulgò quæsiti, quos spurios dicimus, matribus suis succedunt[t]: patri verò nunquam: cū is re vera pater sit, quē nuptiæ demōstrant[v]. Sed quod in successione matris diximus, locum non habet vbi ex muliere illustri spurius natus est. Hic enim legitimis existentibus nihil omnino ex hæreditate matris sperare potest[x]. Sanè qui ex damnato atque legibus interdicto coïtu natus est, hic tantùm abest vt successionem accipere debeat, vt nec alimenta illi lege ciuili relinquenda sint: licet aliter æquitate canonica constitutum sit[y]. Et hæc omnia in descendentibus locum habent. In ascendentibus verò ius ita receptum est, vt proximas in successione legitima partes à descendentibus obtineant, exclusis his qui ex transuerso gradu nobis coniunguntur[z]: hoc tamen obseruato, vt qui gradu proximior est, reliquos alios excludat. Huius autem ordinis sunt pater, mater, auus, auia, abauus, abauia, & alij superiores. Quod ad collaterales pertinet, hi post descendentes simul & ascēdentes hæreditatem intestati accipere solent, sublata interim agnationis & cognationis differentia[a]. Itaque & fratres & sorores ex eodem patre & matre nati, fratri mortuo in capita succedant[a]. Quòd si ex altero fratre nepotes adsint, quod ad fratres pertinet, in capita diuidetur hæreditas: quod ad nepotes, in stirpes[b]. Præferentur autem hi qui vtroque parente nati sunt, vterinis aut consanguineis[c]. Quòd si hi soli supersint, tunc verius est vt hi admittantur[d]. Planè is qui moriens patrem aut matrem, auum aut auiam, & vtrinque coniunctos fratres sibi reliquerit, is ex æquo hæredes eos facere solet[e].

id

d Alcia. in d. l. intestatus.
e l. vt liberis. C. de colla.
f sup. de inoffi. test. in prin.
g authen de hared. ab intesta. venien.
h l. maximū vitium. C. de libe. præteritis.
i §. emācipati infr. eo. l. de emancipatis. C. de legiti. hæredibus.
k §. cum filius. ff. eo.
l l. non solum §. cognationis. ff. de gradibus affi.
m §. admonendi. infrà eo. vbi dicam
n d. §. admonendi.
o infr. de senatuscon. Orficiano.
p authen. licet. vers. ab intestato. C. de natur. libe.
q d. authen. licet.
r l. vlt. §. 1. ff. de nat. restit.
s not. in l. Gallus. ff. de lib. & posthu. & in ea sancta. qui fil. sunt legi. & in auth. quimo. nat. effi. sui.
t §. vulgo. infrà de succes. cogna. §. nouissimè. infrà de senatuscon. Orficiano.
v l. quia semper. sub fi. ff. de in ius vocan.
x l. si qua illustris. C. ad Orficianū. & ibi Bald.
y authen. ex cōplexu. C. de incest. & inutil. nupt. d. authen. licet. sub finem.
z d. authen. de hæred. ab intesta. venien. §. si igitur defunctus.
a d. authent. de hæredi. ab intesta. venien.
a authen. cessante. ff. de legit. hæred.
b d. authen. cessante.
c d. authē. cessante. in ver. dico.
d authen. post fratres. C. de legit. hæredib.
e aut. defuncto. C. ad Tertullianum.

id quod hodie ex nouellis Iustiniani introductum est [f].

§. Sin autem hæredes.

Dixerat superius [g] suis iustam hęreditatē deberi: id quod vsq; adeò verū esse ostendit, vt etiam inuitis illis & ignorātibus acquiratur [h]: quanuis iure honorario illis abstinendi facultas cōpetat [i]. & ideo furioso pupillo quoq; citra alicuius authoritatem interpositā patris legitima hæreditas acquiritur [k]. alioqui si pupillus ab extraneo hæres instituatur, tutoris quoq; authoritas cū pupilli assensu ad hæreditatem adeundā necessaria est. quod Accursius hîc indicauit [l].

§. Interdum autem licet.

Quanuis sui hæredes sint qui in patris morientis potestate sunt [m], plerunque tamen id aliter se habet: vt ecce filiusfamilias captus ab hostibus, capientium seruus efficitur [n]. Demus igitur mortis sui patris tempore in captiuitate fuisse: & verius est vt ille suus hæres non sit, nisi si postea animo manendi ad suos redierit. Fictione enim postliminij perpetuò in ciuitate fingitur fuisse [o]. Ex diuerso is qui tempore mortis testatoris in potestate erat quandoque sui hæredis nomē exuit: quod accidit quando post mortem testatoris accusatio læsæ maiestatis aduersus testatorem instituta est [p]. Tunc enim cùm fiscus omnia bona occupare soleat [q], non potest filius sui hæredis nomen retinere: nisi siquis malit dicere eum iam desinere esse suum hæredem [r].

§. Cùm filius filiáve.

Licet in successionibus legitimis is qui gradu proximior est, vlteriorem excludat [s], id quod & in bonorū cōtra tabulas possesione obtinet [t]: vt is qui inter suos hæredes futurus esset, ad eam semper vocaretur [v]: tamen id aliter quādoque se habet. plerumque enim is qui secundo gradu est, cum eo qui priorem gradū occupat ad legitimam hæreditatem admittitur. Vt ecce is qui moriens duos filios reliquit, ex altero nepotem fortè, aut duos: nepos qui secundum gradum occupat, cum filio qui primus in gradu est admittitur, ea nimirum ratione, quia cùm nepos in sui patris locum substituatur, debet illius naturam induere in cuius locum substituitur [x], propter repręsentationem scilicet. id quod & in vlterioribus gradibus obseruandum est [y]. Cæterùm hac in specie receptum est hæreditatem in stirpes diuidi debere, ita vt tantum nepos ex filio accipiat, quantum illius pater accepturus erat. Huiusmodi autem in stirpes successio in descendentibus tantùm obtinuit, non in transuersalibus [z]. Quòd tamen postea authenticarum constitutionum iure immutatum est in duorum fratrum filiis, qui cum patruo suo hęreditatem patrui pręmortui in stirpès diuidere solent [&]. Quòd si nec patruus adsit, qui cum duorum fratrum filiis æquali gradu distantibus ad fratris sui successionem admitti velit, tunc plerique in stirpes hæreditatem diuidendam esse contendunt [℞], alij verò in capita [a]. & horum sententiam tanquam veriorem multis rationibus dominus Zasius comprobauit [b]: súntque complures eius sententiæ non pœnitendæ eruditionis assertores [c].

§. Cùm autem quæritur.

Suprà dictum est [d] nepotes ita demum suorum hæredum numero fore, quando pater eos mortis tempore non præcesserit: túmq; de intestati alicuius successione quæritur: hîc autem traditur, vt etiam si pater mortis tempore nepotem præcesserit, tamen nepos fiat auo suus hæres [e]. quod accidit si quidē testamento facto exhæredato filio auus decesserit, mox deliberante hærede instituto filius decesserit: postea repudiauit hæres hæreditatem. tunc enim nepos suus hæres esse debet, quia auus intestatus esse intelligitur [f]. Sed id ita accipiendum est, quando auo adhuc viuente nepos iste natus est [g]. Idem est & si ex filio nepos nondum natus sit, sed tantùm viuente auo conceptus: quia conceptus quodāmodo in rerum natura esse existimatur [h]. alioqui qui post mor-

f d. auth. de hære. ab intest.
g in § intestat. sup. hoc tit.
h l. 1. §. pтermittere. ī vers. qui sunt ff. siquis omis. causa testa. ab intesta. vel al. mo. pos. hæredit.
i § sui sup. de hæred. quali. & diffe. l. ei qui se imm. scuit. ff. de acquir. hæredi
k arg. l. si a furioso. ff. d. actionib. & obliga. arg. l. si a furiosa. ff. si cert. pet.
l glos. hic in ver. in pupil.
m §. intestatorum.
n § vlt. sup. de iure personarum.
o l. 1. §. sed siquis vers. interdum. ff. de su. & legit. hær. gl. postliminij. in §. si ab hostibus. inst. quib. mo. ius pa. potest. sol.
p l. vlt. ff. ad le. Iul. maiesta.
q l. quisq. C. ad le. Iul. ma.
r hoc textu circa finem.
s aut. de hær. ab intest. ven.
t l. 1 §. vocātur. ff. de bono. pos. contra tab.
v arg. à contrario sensu. in l. illud. §. siquis filiū. ff. de bo. poss. contra tab.
x arg. si eū. § qui iniuriarum ff. siquis cautionibus.
y hoc §. ī vers. pari ratiōe.
z §. hoc etiā inf. tit. prox. & aut. de hæred. ab intest. ve. §. si igitur defunctus.
& glo. in l. lege. 12. tab. C. eo. Bart. in l. post consanguineos. §. agnati. ff. eo. Bart. consil. 72. incipiente, super hæreditate dňæ Mo-la. Alexander consil. 55. in quarta. & ibi Barbatias.
a Azo in sūma. C. eo. tit.
b Zasius in intellectibus singul. ad ll.
c Butrig. Salyce. in authen. cessante. C. de suis & legiti. hæred.
d in § ita demum. sup. eod.
e l. 1. §. sciendum. ff. eodem.
f ar. §. 1. sup. eo. arg. l. 1. post princ. ff. eod.
g arg. l. Titius. sub. si. ff. eo.
h l. vel vino. ff. eod.

tem aui sui nascitur aut concipitur, is neque legitimam hæreditatem eius tanquam suus hæres, neque bonorum possessionem tanquam cognatus accipere potest. Lex enim 12. tab. ad iustam hæreditatem vocat eum qui in rerum natura erat, moriente eo de cuius hæreditate quæritur, vel qui eo viuo conceptus est [i]: sicut & prætor cognationis nomine bonorum possessionem illis pollicetur qui defuncto mortis tempore cognati fuerunt [k]. At post mortem aui conceptus nepos, cognatus auo dici non potuit, cùm eo viuo animal nondum fuerit [l]. Et hac ex ratione infert apud Aretinum Baldus [m], quòd si nobiles aliquod cum suis nepotibus exularе per principem iussi sunt, eos qui nondum concepti erant, huiusmodi præcepto non constringi, nisi si posterorum mentio in rescripto fieret. quod & Barto. rectè docuit [n].

§. Emancipati.

Cùm ij qui in parentum potestate sunt sui dicantur [o]: consequens est vt & ij qui extra potestatem sunt, cuiusmodi sunt emancipati [p], suis existentibus ad legitimæ hæreditatis iura venire nequeant. quod ideo lex duodecim tabularum introduxerat, quia emancipati iura suitatis amiserant: vnde nec bonorum possessionem Vnde agnati accipere potuerũt [q]. Agnationis enim iura, vel minima capitis diminutione tolluntur [*]. Verùm prætor eis hodie bonorum possessionem Vnde liberi pollicetur [r], perindéq; ad successionem admittit, ac si sui essent [s]. Emancipatio enim cùm iuris ciuilis commentum sit [t], non potuit iura filiationis (vt vocant) euertere [t].

§. At hi qui.

Dixerat [v] emancipatos liberos cum suis hæredibus prætoris beneficio admittendos esse: quod eatenus intelligendum esse censet, quatenus in alienam familiam sese non receperunt. Emancipatus enim qui se in adoptionem alicui dederit: is si quidem in adoptiua familia perpetuò manserit, ad intestati patris sui bona admitti non debet, præterquam si is viuo adhuc patre emancipatus sit. tunc enim ad naturalis patris bona reuertitur [x]. Quòd si post mortem patris naturalis huiusmodi emancipatio fiat, propè est vt nec ad eius bona admitti possit, ea scilicet ratione, ne ius quod agnatis acquisitum est [y], ab illis auferatur [z]: itidem ne ex adoptiui patris arbitrio pendeat quosnam velit patri naturali ab intestato succedere [&]. Etenim si adoptiuus pater filium adoptiuum in sua familia perpetuò retineat, agnatis locum dabit [9]: sin emancipet, videretur quodammodo agnatos à successione depellere: quod leges ciuiles reiiciunt [*].

§. Minus ergo.

Cùm igitur emancipatio ab adoptiuo patre facta, omnino extraneum filium faciat [a], consequens est vt multum intersit inter huiusmodi emancipationé, & eam quæ à patre naturali fieri solet [b]. Hæc enim non ita eos alienos reddit, quin ipsi statu non mutato [c] prætoris beneficio iuuentur [d]. Illa verò eos omnino auxilio destituit, ea nimirum ratione, quia adoptio, vt quæ sit iuris ciuilis commentum [e], alio iure ciuili, nimirum emancipatione, facilè tolli potest [f]. At naturales filij emancipati per patrem, licet à successione per legẽ ciuilẽ sint alieni [g], attamen fictitia illa emancipatio filiorum nomen, vt quod eis natura tribuerit [h], tollere non potest [i].

§. Eadem hæc.

Quemadmodum filius emancipatus, si quidem quo tempore pater suus intestatus moriebatur, in adoptiua familia fuerit nihil ex bonis patris sperare potest [k], ita & si in testamento patris hic filius emancipatus qui se arrogandum dederat, præteritus est, bonorum contra tab. possessio illi denegabitur. Prætor enim hãc bonorum possessionem iis solùm indulgere solet, qui moriente eo de cuius bonis quæritur, in alienam familiam non transierunt. Itidem sicut

adoptiuus

i d. l. Titius sub finem.
k l. item prætor. ff. eodem.
l l. 1. §. penul. ff. vnde cogn.
m Aretinus hic post Bal.
n Bart. hic apud Aretinũ.
o §. intestatorũ. sup. eodem.
p §. cæteri. sup. de hæredũ. quals. & diffe.
q l. 1. ff. vnde legitimi.
* §. vlt. sup. de legit. agnato. tutela.
r l. 1. ff. vnde liberi.
s l. iubemus. & l. vlt. C. de emãcipationib⁹ liberorũ. §. præterea. sup. quib. mo. ius pat. potesta. sol.
t arg. §. sed naturalia. sup. de iure nat. arg. §. minus. inf. eodem.
v sup. §. proximo.
x §. adoptiui. sup. de exhæreda. libe.
y infrà titulo prox.
z cont. l. id quod nostrũ est. ff. de reg. iur.
& contra l. illa institutio. & l. siquis Sempronium. & l. captatorias ff. de hæred. instit. & l. captatorias. C de testa. milit. arg. à speciali.
9 l. 1. ff. vnde legitimi.
* d. l. illa institutio. & ll. sup. allegatis.
a l. vnica. §. liberos autem. ff. si tab. testa. nulla extabunt. §. sup. prox. in vers. & conuenienter.
b §. emancipati. sup. eod.
c prater. §. sup. prox. ĩ prin.
d l. 1. ff. vnde liberi.
e l. act⁹ legitimi. ff. de reg. iuris.
f arg. l. nihil tã naturale ff de reg. iur.
g d. § emancipati.
h arg. l. liberorum sub finẽ. ff. de verbo. signif.
i arg. §. sed naturalia. sup. de iur. nat. gen. & ciui.
k §. at ij. sup. eo. in princ.

adoptiuus filius emancipatus nihil ex adoptiui patris bonis ſperare poteſt [l]: ita nec illi bonorum contra tab. poſſeſsio dari debet, ſi quidẽ dum adoptiuus pater teſtamentum faceret, extra ſuam familiam fuerit [m].

§. Admonendi.

Paulò antè dictum eſt [n], eum qui poſt naturalis patris mortem ab adoptiuo patre emancipatus eſt, & quod ad adoptiuum patrem & quod ad naturalem patrem pertinet, omnino extraneum fieri. Iam oſtendit plerunque eos vocari poſſe ad parentis naturalis ſucceſsionem per edictum Vnde cognati, ſi neque liberi ſint [o], aut agnati ſint [p], qui huic adoptiuo filio obſiſtant. In inteſtatorum enim ſucceſsionibus huiuſmodi ordo obſeruari debet, vt primo liberi [q], deinde agnati [r], tertio loco cognati euocentur [s]: quod tamen authenticarum conſtitutionum iure [t] aliquot in locis immutatum eſt, & nos ſuprà aperuimus [v].

§. Sed ea omnia.

Quæ hactenus de adoptiuis filiis dicta ſunt, ea veteri iure obtinuerunt: hodie verò Iuſtiniani conſtitutione [x] receptum eſt, vt ſi filius in adoptionem extraneæ perſonæ detur, (extraneam voco, quæ aſcendentium numero non cõtinetur [y]) nihil omnino iuris in huiuſmodi patrem adoptiuũ tranſeat. Vnde ſi is teſtamentum fecerit, nihil illi relinquere cogitur: vtpote eum hæredem inſtituere non tenetur, cùm eum in poteſtate non habeat [z]: ſicut nec illum exhæredare, cùm non extranea perſona ſit [&]. Immo nec illi alimenta debet [o], niſi in rem patris adoptiui aliquid faciat [a]. licet eum in ius non niſi impetrata à prætore venia vocare debeat [b]. Immo nec quartam quæ Sabiniano [*] Senatuſconſulto huic filio adoptiuo debetur, relinquere cogitur [c]. Ab inteſtato verò nihil prohibet quo minus ad hæreditatem adoptiui patris cum aliis liberis admittatur [d]. Quòd ſi ab aſcendente aliquo hic filius adoptatus ſit, eadẽ propemodum omnia ſeruantur quæ in arrogatione cuſtodiri ſolent [e], vt & eum vel hæredem inſtituere vel exhæredare [f], huic pater adoptiuus teneatur. Ad legitimam quoque ipſius hæreditatem cum aliis omnino vocari debet [g].

§. Item vetuſtas.

Cùm ad decus & dignitatem familiarum pertineat in maſculis hæreditatem conſeruari [h] cúmque ij qui ex filiabus nati ſunt, cognationis vinculo nobis coniungantur, prẹferantur autem agnati cognatis [i]: conſtitutum olim fuerat, vt nepotes vel neptes ex filia, cum nepotibus ex filio non admitterentur. Verùm cùm nepotis vocabulum tam eos qui per virilem quàm qui per fœmininam lineam deſcendunt, contineat [k]: Valentiniani, Theodoſij & Honorij conſtitutione ſancitum eſt [l], vt nepotes nepteſve ex filia, cum aliis maſculis nepotibus cum tertiẹ partis diminutione venirent. vt apud maſculos octo vnciæ eſſent, apud alios verò quatuor: vbi alioqui filia cum filio hæreditatem ex æquo diuidere potuiſſet [m]. Cum agnatis verò admittebãtur cum quartæ partis diminutione [n]. Sed cùm ij qui ex tranſuerſo gradu cognationis nobis iunguntur ad hæreditatem non aliàs quàm ſi deſcendentes deficiant, vocari debeant [o]: Iuſtinianus viſus eſt ſibi non abſurdè facturus, ſi nepotes ex filiabus, vel pronepotes, in filiarum locum cum nepotibus maſculis ad hæreditatem aui admitteret, modò hẹreditatẽ ipſam non in capita ſed in ſtirpes diuiderẽt [p]. quod quo pacto intelligendum ſit, ex ſuperioribus ſatis colligere licet [q].

Titulus, De legitima agnatorum ſucceſsione.

Poſteaquam Iuſtinianus locutus eſt de ſucceſsione legitima quæ liberis tam ſuis quàm emancipatis defertur [r], tranſitum facit ad legitimos, eum ordinem ſecutus, quem lex 12. tab. ſecuta eſt. Etenim ad ſucceſsionem legitimã

l §. minus ſup. eodem.
m Vide §. adoptiuus. ſup. de exhæreda. libero.
n §. at ij in verſ. poſt mortem. & §. minus ſup. eod.
o propter l. 1. §. ſuos hæredes. ff. de ſuis & legiti.
p propter l. capitis diminutione. ff. eodem. & titulum ſeq.
q §. inteſtatorum. ſup. eodẽ.
r inf. tit. prox. in princ.
ſ l. vnica ff. ſi tab. teſta. nulla extabunt. l. 1. ff. quis ordo. in bono poſſ. ſeruetur.
t auth. de hæred. ab inteſt. venien.
v ſup. §. inteſtatorum.
x l. cum in adoptiuis. C. de adoptionibus.
y arg. l. 1. §. accedit. verſic. extraneum. C. de rei vxoriæ actione.
z § adoptiui. ſup. de exhære. libero.
& arg. l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga.
o Faber & Aretinus hic.
a arg. glo. vlt in l. ſicut. ff. de bonis liberto.
b l. adoptiuum. arg. l. quiſq. ſub ſi. iuncta l. ſeq. arg. l. generaliter. ff. de in ius vocan. arg. l. vlt. C. de in ius vocan.
* cuius ſenatuſc. Imperator meminit in l. penul. §. quæ autem de aliis. C. de adoptio. & l. fi. C. de decurio. & hoc §.
c Vide hic omnino Theophilum relicta interpretatione Ferrarij.
d l. ſi te pares C. de ſuis & legit. hæredibus.
e § ſed hodie. & ſeq vbi dixi ſup. de adoptionibus.
f §. adoptiui ſup. de exhæred. liberorum.
g d. l. cùm in adoptiuis. §. ſi verò pater naturalis. C. de adoptionibus.
h §. cæterũ. verſ. quod ideo. infra tit. proximo.
i l. 1. vnde legitimi. infrà tit. proximo.
k, hoc § in verbo. diui. l. liberorũ. ff. de verbo. ſignif.
l ſi defunctus. C. de ſuis & legit. hæred. l. illam circa princ. C. de collationibus.

m Theophilus hic. n hoc textu in verſ. ſed nos. o § inteſtatorum. vbi dixi ſup. eodem. p l. quoties. authen in ſucceſsione C. de ſuis & legit. auth. qua tertia. C. de collationib. q §. cum filius ſup. eo. Theoph. in § hoc etiam. ſuſ. tit prox. r ſup titulo proximo.

in primis liberi vocantur, deinde agnati, tertio loco cognati, quarto vir & vxor [s]. quæ omnia tamen eiusdem Iustiniani recentiore constitutione [t], aliter se habent. quod & suprà indicauimus [v]. Porrò legitimi hæredes vocantur agnati quibus lex 12. tab. successionem legitimam defert [x].

§. Primus.

Si de alicuius intestati successione quæratur, neque adsint sui hęredes, aut ij qui prætorio beneficio suorum nomen emerentur, cuiusmodi sunt emancipati [y]: sicut nec ij qui natalibus per principem restituti [z], aut principum fauore suorum nomen acceperunt [&], tunc ad agnatos proximiores [a] tota redit hæreditas [b]. Hodie tamen ascendentes transuersalibus præponuntur [c].

§. Sunt autem agnati.

Cognationis vocabulum latissimè patet, vt quod in tres species scindatur [d]. ascendentium scilicet, descendentium, & eorum qui ex transuerso gradu nobis coniunguntur [d]. Ascendentes hi sunt qui nos genuerunt, cuiusmodi sunt pater mater, auus auia, & alij superiores. Descendentes sunt, qui à nobis geniti sunt, vtpote filius filia, nepos neptis, & alij inferiores. Transuersales sunt qui neque nos genuerunt, neque à nobis geniti sunt, sed cognationis vinculo seu communione nobis coniunguntur, vt frater soror, patruus amita: auunculus matertera, & sic deinceps. Rursum transuersales in agnatos & cognatos diuiduntur. De agnatis hoc loco dicit, in quorum albo sunt ij qni nobis per virilem lineam coniuncti sunt [e], vt frater & soror patruus, fratris filia duorum fratrum filij, quos consobrinos vocant [f], minus tamen propriè sumpta dictione [g]. sunt enim propriè duarum sororum filij, quasi consororini. Itidem posthumus qui viuente patre cóceptus est [h], agnatus est. Adoptiui quoque liberi, licet impropriè, consanguinei sunt [i]. In his autem omnibus obseruandum erit, vt proximior agnatus vlteriorem excludat [k]: vt si de hæreditate fratris agatur, frater admittatur, cùm is fratri in secundo gradu sit, excluso patruo, qui fratri est in tertio gradu [l]. De cognatis alio loco dictum est [m], & inferius subiungitur [n].

§. Ceterùm.

Circa agnatos masculos multa veteribus temporibus introducta sunt. Media ergo iurisprudentia introduxit vt agnati masculi, etiam si decimo gradu positi essent, agnatis succederent, exclusis fœminis: quæ non nisi germanæ (germanam voco quæ eundem cum fratre patrē habet [o]) ad agnatorum successionem venire poterant, quanuis agnati ad earum legitimas hæreditates vocarentur [p]. Lege autem 12. tab. cautum fuerat, agnatos tam masculini quàm fœminini sexus ad hæreditatem vocandos esse [q]. Cœperunt igitur & prætores mediam hanc iuris prudentiam emendare: constituerúntque, vt tertio ordine, proximitatis scilicet, ad successionem vocarentur [r]. Cæterùm re omni diligenter perpensa Iustinianus operæprecium se facturum existimauit, si legem 12. tab. amplexus fœminas ex æquo cū aliis agnatis ad legitimas successiones admitteret [s].

§. Hoc etiam addendum.

Tantum abest vt fœminas aut fœminarum liberos ab hæreditate legitima semoueamus, vt etiam vterinæ sororis filios cum fratrum filiis ad hæreditatem patrui aut auunculi euocemus [t], si modò nullos fratres is de cuius successione quæritur, habuerit [v]. Hácque in specie hæreditas non in stirpes, sed in capita diuidi debet [x]. Quæ omnia tamen recentiorum imperatorum constitutionibus immutata sunt. Nam & sororis vterinæ filij, sicut est ipsa vterina, non existentibus consanguineis, ad hæreditatem legitimam vocantur [y]: sic & nepotes ex filio vel filia præmortuis ad patrui hæreditatem cum aliis fratribus

s l. 1. ff. quis ordo in bo poss. seruetur.
t authē. de hæred. ab intesta. venien.
v dixi in §. intestatorum.
x arg. l. lege obuenire. ff. de verbo. sig. arg. l. 1. ff. de legit. tutoribus.
y §. emancipati. sup. tit. px.
z § quibus. sup. tit. prox.
& §. sed ea omnia. & §. itē vetustas. sup. tit. prox.
a propter §. si plures. inf. eo.
b l. ad intestati. & l. defunctis. C. de legit. hæred.
c dic. auth. de hæredibus.
d Theophilus hic. idē in §. sunt autem. sup. de legiti. agnat. tute. idem in tit. de successione cognat. infrà.
e l. sunt autem agnati. ff. de legit. tutorib. §. sunt agnati. sup. de legit. agnato. tute. Caius lib. 2. instit. tit. de intestatorum hæred.
f §. quarto gradu. inf. de gradib. cognationum.
g Theophilus hic.
h propter l. Titius ff. de suis & legit. hæredibus.
i vide gl. hic in verbo, per adoptionem.
k §. si plures. & §. proximus. inf. eodem.
l Theophilus in §. 1. sup. eo.
m d. §. sunt autem.
n inf. de successione cognatorum. l. non facile. §. cognati. ff. de gradi. & affini. & nominibus eor.
o Ferrarius hic.
p l. lege 12 tab. in vers. cum & aliam. C. de legit. hæredibus.
q d. l. lege. & l. meminimus. C. eodem.
r titulo, vnde cognati.
s d. l. lege. & l. meminimus.
t d. l. lege 12. tab. §. in his igitur.
v §. si plures. inf. eodem.
x d. l. lege vers. illo procul dubio.
y auth. cessante. C. de. legit. hæred.

tribus admittuntur[z]. Hócque casu in stirpes diuiditur hæreditas: quæ quanuis in collateralibus olim locum non habuerit[*], in ea tamen specie obseruatur qua duorũ fratrum filij cũ patruo hæreditatem patrui præmortui diuidere volunt. Quòd si sine patruo admitterentur, tunc cùm illi proprio iure, vt qui proximiores, veniant, receptum est vt etiam in capita fiat hæreditatis diuisio: atque ita Azo & Salycetus[a], cum aliis non paucis docuerunt: quos Zasius sequitur[*].

z d.auth.cessante. quæ corrigit §. sequentem. & dixi in § cũ filius. sup. de hære. q̃ ab intest. defer.

a in d. auth. cessante.

** Zasius in suis intellectib. singularibus.*

§. Si plures.

Quanuis lege 12. tab. agnati post suos, & eos qui in suorum numerum asscribuntur, hæreditatem iustam sibi vendicare debeant, ita tamen id accipiendum est, vt hæreditas proximo agnato, id est, ei quem nemo antecedit, deferatur[a]. Quòd si plures eiusdem gradus sint, omnibus competit. Nec nos quicquam mouet quòd lex 12. tab. numero vnitatis proximum vocet. proximus enim ex pluribus gradibus intelligitur[b]. Vnde & plerique interpretes[c] argumento huius §. responderunt illis omnibus præmium deberi, qui vnà castrum aut arcem ingressi sunt, cùm lege municipij, vel ab aliquo purpurato Regio (Barones vocant) ei qui primus castrum ingrederetur, præmium constitutum esset[d]. Sic & illud quæritur: moribus multorum populorum receptum est, vt proximior agnatus rem à suo agnato venditam luere possit: nunquid si omnes eiusdem gradus sunt, omnes admittantur. Et plerique consanguineos vterinis præferendos esse existimauerunt[e]. In ea re tamen quid vsus obtineat, dispiciendum est[f].

a l.2. § hæreditas ff. de suis & legitimis.

b hoc textu in versic. & quanuis.

c Odofredus apud Fab. hic.

d arg. l. qui filiabus. §.1. ff. de lega.1.

e arg. d. auth. cessante.

f Faber hic.

§. Proximus autem.

Quemadmodum in testatorum hæreditatibus vendicandis sui hæredes esse dicuntur, qui quo tempore aliquis intestatus moriebatur, in potestate istius intestati erant[g]: aut, si factum sit testamentum, qui destituti testamenti tempore suorum hæredũ numero adscripti erãt: sic & proximior agnatus, quod ad legitimam hæreditatem pertinet, tanquam proximior ad hæreditatem admittitur: qui vbi testamentum corruit, proximior esse repertus est. & ideo qui aliquando tempore testamento remotior erat, procedente tempore esse potest proximior[h]. Quod si nullum factum sit testamentum, tunc is proximior erit, qui moriente eo de cuius bonis quæritur, proximior erat[i].

g §. cum autem quæritur. sup. tit. prox.

h ar. l. Titius ff. de suis & legitimis.

i arg. d. l. Titius.

§. Placebat.

Vt rectius ea quæ hoc loco traduntur percipiamus, animaduertendum est successorium edictum idcirco propositum esse, ne bona hæreditaria vacua sine domino diutius iacerent, & creditoribus longior mora fieret[k]. Ex communi autem doctorum sententia sic definiri solet[l], vt sit edictum quo excluso vno res ad alium transit, qui priore non excluso hæres non fuisset[m]. Differt autem à iure accrescendi: quia hoc omnino necessarium est[n], illud verò voluntarium[o]. Item in iure accrescendi pars cohæredis deficientis transmittitur ad cohæredem: in edicto verò successorio transmittitur ad eum qui nullo modo est cohæres. Solet autem successorium edictum tripartitò considerari: & in primis de capite in caput, vt ipsi vocant, seu de ordine in ordinem. vnde si filius apud acta profiteatur se nolle patris hæreditatem agnoscere, excluso primo capite, liberorum scilicet[p], sequens ordo nempe agnatorum, ad hæreditatem vocabitur[q]. Quòd si nulli agnati superfint, cognatis locus erit: & sic deinceps. Sic & edictum successorium de gradu in gradum vt vocant, consideratur[r]: vt ecce vbi filius hæreditatem patris legitimam repudiar, nepos qui auo in secundo gradu est, admittitur, & alij sequentes. Sed & quandoque successorij edicti ratio habetur de persona ad eandem personam: vt finge, filius qui hæreditatem quæ per vnde liberi sibi deferebatur,

k l. 1. ff. de successorio edicto.

l glos. vlt. in l.1. C. de successorio edicto.

m l.1. C. illo titulo.

n l.1. & 2. ff. de acq. hære.

o l.1. post princ. ff. de succes. edicto.

p l.1. ff. quis or. in bo. pos. seruetur.

q l. 1. §. si quis adita. ff. ad Tertullianum.

r not. in l.1. C. de succes. edict.

repudiauit: is Vnde legitimi edicto, vel Vnde cognati ad successionem redire potest[s]. Igitur pro regula hîc traditum est, successorium edictum in agnatis de ordine in ordinem obseruatum fuisse, ita vt excluso proximiore agnato, cognati qui tertium locum obtinent, vocarentur. Non autem admittebatur de gradu in gradum, siue vt Aretinus hîc voluit, de persona in personã. Hodie tamen Iustinianus istud ipsum emẽdauit constituitque vt proximiore agnato excluso, is qui proximiorem agnatum sequitur admittatur. Etenim cùm id in tutelis seruetur, quę vt plurimum multum incommoditatis habẽt[t]: quid vetat quo minus idem in hæreditatibus obseruemus, cùm legitimæ hæreditates instar tutelarum receptæ sint[v]?

§. Ad legitimam.

Veteri iure pater si filium suum emancipabat, non aliàs ad legitimi filij hæreditatem admittebatur, quàm si contracta fiducia, id est saluo iure succedendi filium emanciparet. Hodie Iustiniani constitutione[x] in hoc itum est, vt semper parens contracta fiducia emancipasse filium censeatur, illa scilicet ratione, qua à parente beneficium habuit bonorum quærendorum[y]. Quippe si filiusfamilias esset, quodcunque sibi acquireret, eius emolumentum patri acquireret[z]. ideo non est alienum vt pater ad filij sui successionem admittatur: quod quatenus sit intelligendũ, Accursius diligẽter alio loco explicuit[*].

Titulus, De senatusconsulto Tertulliano.

In rubricam.

Hactenus visum est quàm summo iure circa legitimas successiones egerit lex duodecim tabularum, dum emancipatos ad hæreditatem non admitteret[a]: deinde cùm ex filia nepotes natos reijceret[b]. Iam & hoc loco aliud quiddam grauius ostẽditur, nimirum id quo lex 12.tab. matrem à filij sui luctuosa successione[c] excludebat: quod Tertulliano senatusconsulto postea immutatum fuit: quod eleganter hoc titulo indicatur[d].

§. Primus.

Lege decemuirali mater à filij sui hæreditate repellebatur, vt quæ cognationis vinculo ipsi filio coniuncta esset[e]. Cognatos autem lex 12.tab. nunquam agnouerat: sed cùm ipsi nudam (vt Vlpianus voluit[f]) prætoris indulgentiam habeant, prætor matri bonorum Vnde cognati possessionem accommodauit: procedẽte autem tempore diuus Claudius matri in solatium liberorum in acie amissorum[g] successionem detulit. Sed cùm istud ipsum ad omnes alias mulieres non protenderetur[h], vltimo loco Tertulliano senatusconsulto commodius ipsis mulieribus est prospectum. Cautum est enim, vt ingenua mater, quæ trium, (sicut & liberta quatuor) liberorum ius haberet, ad filii sui successionem legitimam vocaretur[i], modò si ea cùm adhuc in potestate parentis esset, (neque enim nuptiæ quem à patriæ potestatis nexibus liberãt[k], quanuis in te mariti opus facere debeat[l]) iussu patris filii sui hæreditatem creuisset[m]. quod & Accursius hîc sentit[n].

§. Præferuntur.

Dixerat, matribus filiorum suorum legitimã hæreditatem deberi: id quod ne quis per omnia verum esse existimet, ostẽdit id ipsum non habere locũ in tribus casibus. Primus est quando ii de quorum bonis quæritur, siue virilis sexus siue fœminini, nepotes aliquot reliquerunt, vel suos hæredes[o]. Naturalis enim ratio dictat, filiis parentum suorum deberi hæreditatem[p]. Secundus est, quãdo pater ipsi filio mortuo superest. hic enim matrẽ excludit[q]. quod tamẽ hodie authenticarũ cõstitutionũ iure immutatũ est[r]. Mater etenim cũ patre ad hæreditatẽ filii admittitur. Tertius est, quãdo filius de cuius bonis quæritur,

s l. . §. quibus ff. de success. edicto.
t arg. l. 1. ff. de magistratib. conuenien. arg. l. 1. ff. de tute. & rationib. distrahẽ.
v arg. §. ex eadẽ lege. vers. quia plerumque. sup. à de legit. patro. tutela.
x l. vlt. C. de emãcip. libero.
y l. 1. ff. si quis à parẽte manu. fuer.
z l. placet. ff. item vobis. vbi dixi. sup. per quas personas acq.
* in glo. in verbo patrono. in §. praeterea. sup. quib. mo. ius pa. potest. soluitur.
a §. emancipati. sup. de hæredita. quæ ab intest. defe.
b §. item vetustas. illo tit.
c l. generaliter C. de instit. & substitutionibus.
d Theophilus hic.
e §. vulgò. inf. de successione cognatorum.
f l. 1. ff. vnde cognati.
g ar. §. 1. sup. de excus. tuto.
h arg. §. sed & quod prin. in vers. planè. sup. de iure nat. gen. & ciui. glo. hic in verbo, amissorum.
i l. 1. C. eodem.
k l. si vxor tua. C. de conditionib. inser. l. filia licet. C. de collationib.
l gl. vlt. in l. sicut. ff. de ope. libert.
m l. qui in aliena. ff. de acq. hared.
n gl. hic in verbo, parentis.
o arg. §. intest. sup. de hære. quæ ab intesta. defe.
p l. cum ratio ff. de bo. dãnatorum.
q l. 2. C. eodem.
r auth. defunctio. C. eodem.

quæritur, fratrem consanguineum vel sororem consanguineam reliquerit [f]. mater enim tunc reiicitur. Quòd si sola soror adsit, tunc hæreditaté ex æquo cum matre diuidere solet [t]. Sed quod in fratre diximus, postea aliquã emendationem accepit: quod inferius ostendam [v].

§. Sed nos.

Senatusconsulto Tertulliano matri quæ trium liberorum ius habebat, hæreditas filij deferebatur: quod hodie Iustinianus putat emendãdum esse: constituítque vt ad huiusmodi hæreditatem vocetur, etiam si eum tantùm filium habuerit de cuius bonis quæritur, ea nimirum ratione, quia vt mater tot liberos tollat, in sua manu positum non est, sed potius ex Dei arbitrio pédet: neque humana opera id ipsum videtur præstari posse. vnde cũ casus fortuitus à nemine præstari debeat [x], non alienum fuerit matribus filiorũ suorum hæreditatem deferre, quantumlibet tres liberos non habuerint.

§. Sed cùm antea.

Emendatur hoc responso id quod paulò antè dictũ fuerat [y], frátrem nimirum defuncti matri in successione præferri. Itaque res omnis hodie ita se habet, vt mater legitimis omnibus personis anteponi debeat [z], præterquam quòd ea cum fratre defuncti in capita succedit, cum sororibus verò dimidiã partem mater accipit, aliam filiabus relinquit.

§. Sed quemadmodum.

Cùm secundum naturam sit, cuiusque rei commoda eum sequi, quem sequuntur incommoda [*]: consentaneum fuit vt mater quæ filij sui successione iuuatur, ea quoque id incommodi sentiat, vt illi de tutore prospicere debeat: alioqui ab illius hæreditate repellitur [a]. Debet autem confestim huiusmodi tutor peti [b], hoc est (vt plerique interpretantur [c]) intra annum, ídque huius legis arguméto [d]. Nec enim absurdum est priores leges trahere ad posteriores [e]. Videmus quoque verba quæ alioqui directa sunt in substitutione compendiosa à milite filio impuberi, fauore matris obliquari [f]. Sic & largius tépus bonorum possessionis petendæ parentibus dari consueuit [g]. Huc accedit, quòd & interpretatione mater iuuanda est, ne à filij sui luctuosa hæreditate excludatur [h]. Sic & hoc matri curæ esse debet, vt de tutore idoneo pupillo prospiciat. Perinde enim est datũ tutoré non esse, aut datũ esse, sed minus recte [i]. Sed hæc omnia locũ nõ habét vbi mater viginti quinque annis minor fuerit. huic enim ætati prætor succurrit [k]. Sic & si filius impubes moriatur, tutoris non petiti præscriptio nihil matri officere potest [l].

§. Licet autem.

Mater non tantùm ad filij ex iustis nuptiis procreati, sed & illius qui citra nuptias natus est, legitimam hæreditatem euocatur, nisi si ea illustris fuerit [m].

Titulus, De Orficiano senatusconsulto.

In rubricam.

Dictum est qua ratione lex 12. tab. matres à filiorum successione remouebat, sicut & filios: verùm prætor illis proximitatis nomine bonorum possessionem promittebat. procedente autem tépore cùm senatusconsulto Tertulliano nõ ita matri prospectum est, Iustinianus postea illud ipsum emendauit [n], sicuti suprà latius visum est. Iam ostendit eadem omnino ratione factum fuisse vt ad matris suæ successionem filius vocaretur: id quod Orficiano senatusconsulto accepto ferendum est.

§. Primus.

Senatusconsulto Orficiano filius ad hæreditatem matris legitimam vocatur, siue ea ingenua sit, siue libertina [o]. Idem est & si ancilla sit, cui cùm

p. j.

f hoc textu ver. frater antẽ.
t Theoph. hic hoc textu circa finem.
v in §. sed cũ antea. inf. eo.
x l. dãna. ff. pro socio. l. contractus. ff. de reg. iuris.
y sup. in §. præferuntur. in versi. frater.
z l. vlt. C. eodẽ. l. de emancipatis. C. de legit. hæred.
* & §. cũ autem. inf. de emptione & venditione. & l. secũdũ. ff. de reg. iur. & C. rationi. d. tit. in 6.
a arg. l. cum qui. ff. de iureiurando.
b l. 2. §. confestim. ff. eo.
c doct. hic et ĩ d. §. cõfestim.
d hoc §. in ver. intra annũ. l. sciant. C. de legib.
e l. non est nouum. ff. de legibus.
f l. precib⁹. sub fi. C. de ĩpub. & aliis substitutionib. q̃ limitat. l. centurio. ff. de vulgari.
g l. 1. §. largius. ff. de success. edicto.
h l. generaliter. C. de institutionibus & substit.
i arg. l. 2. ff. de autho. tuto. l. 2. §. sed quod diximus. ff. eodẽ. l. Paul⁹. de verbo. signifi.
k l. 2. C. si aduers⁹ delictũ.
l l. matres. C. eodem.
m l. si qua illustris. C. ad Orficianum.
n §. sed nos. sup. tit. pximo.
o l. 1. in prin. ff. eodem. l. 1. C. eodem.

fideicommissaria libertas relicta esset, hæres eidem præstare diutius distulisset, eáque interim moreretur[p]. Sed & non filii tantùm, immo & nepotes ex filiis vel filiabus ad auiæ successionem vocantur[q], modò hi viuente auia concepti sint[r]: cuius rei semel atque iterum admonuimus[s].

§. Sciendum autem.

Capitis diminutione, senatusconsulto Tertulliano vel Orficiano debitæ hæreditates non perimuntur[t], vt quia ex nouis legibus dentur (nouas autẽ leges vocamus eas omnes quæ post 12. tabulas latæ sunt, cuiusmodi sunt senatusconsulta, principum placita, prætorum edicta, & responsa prudẽtum[v]) non autem legis 12. tabularũ beneficio. Huc quoque pertinet, quòd cùm mater cognationis vinculo, & is inuicem matri deuinctus sit[x], minima capitis diminutio tanta non est, vt illis successionibus impedimentũ aliquod præstare queat: cùm cognatio minima capitis diminutione non interuertatur[y].

§. Nouissimè.

Sicuti ad filii vulgo quæsiti hæreditatẽ mater admittitur, ita & filius vulgo quæsitus à matris successione non repellitur[z], nisi si mater sua illustris fuerit[*], vel alioqui is ex nefario atq; legibus improbato coitu natus sit, quod & suprà indicauimus[x], & Faber alio loco copiosius attingit †.

§. Si ex pluribus.

Quemadmodum in successione testamentaria, cohæredis deficiẽtis portio ad alium cohæredem pertinet[a], ita vt ei vel inuito accrescat[b], ne scilicet ex parte testatus, & pro parte intestatus quis decedat[c], ita & in successionibus legitimis deficientis portio ad alios legitimos hæredes pertinet: quod alioqui accipiendum est vbi legitimus hæres hæreditatem hanc non agnouit, vt quia vel morte vel aliqua alia causa impeditus fuerit, quo minus hæreditas cresceret[d], tunc enim illi regulæ locus esse debet, quæ hæreditatem non aditam ad extraneum transmitti vetat[e]: quod alio loco copiosius attingitur[f].

Titulus, De successione cognatorum.

In rubricam.

Ex his quę hactenus cõmemorauimus, facilè licet colligere, intestatorum ordinem eum esse, vt primo loco sui hæredes vocẽtur: deinde legitimi, quibus & mater & filius ex senatusconsultis connumerantur[g]. Tertio loco vocantur cognati[h]. Habet autem hæc successio nudam (vt Vlpianus vocauit[i]) prætoris indulgentiam: neque ex iure ciuili originem habet. nam eos vocat ad bonorũ possessionem, qui iure ciuili ad successionem admitti non possunt, id est cognatos[k]. Cognati autem ex eo dicti sunt, quòd quasi vnà communitérve nati sunt[l]: hique nobis per fœmininã lineam coniunguntur[m]: quod alio loco copiosius adnotatum est[n].

§. Primus.

Constat capitis diminutione vel minima agnationis iura perimi[o]: quod cùm ita sit, lex 12. tab. agnatos capite minutos, tanquam non legitimos omnino repellebat: prætor verò naturalem æquitatem secutus, illos, vtpote cognatos, ad successionem vocat, cùm scilicet cognationis iura capitis diminutione minima non tollantur[p]. Agnatus igitur capite minutus licet tanquam legitimus ad successionem admitti non possit[q], vt cognatus tamen admitti poterit, præterquam si frater emancipatus sit, qui cum integri iuris fratribus ad fratrum successionem admitti velit. hic enim tanquam legitimus admittitur, cum diminutione tamen tertiæ partis, ita vt apud sui iuris fratrem octo vnciæ, apud emancipatum verò quatuor remaneant[r].

p l. vlt. C. eo. arg. l. cũ Syllanianũ. C. de his quibus vt indignis.
q hoc textu, circa finem.
r l. Titium. ff. de suis & legitimis.
s dixi in §. cum autẽ quæritur. sup. de hæreditatib. quæ ab intest. deferun.
t l. capitis diminutione sub fi. ff. de suis & legit.
v §. cõstat. sup. de iure natu. gl. in verbo, ex nouis in l. tutela. §. ex nouis. ff. de ca. diminutione.
x arg. §. vulgo. inf. de success. cognatorum.
y §. vlt. sup. de legit. agnatute. §. quod autẽ. sup. de cap. diminutione.
z §. vlt. sup. tit. proximo.
* l. si qua illustris. C. eodẽ. & dixi in §. intestatorum. sup. de hæred. q̃ ab intest.
† Faber in §. amotis. inf. de seruili cognatione.
a l. quoties. C. quando non petentiũ par. vbi Decius & Iason annotauerunt. l. re coniuncti. vbi Bar. & alij notãt. ff. de lega. 3. §. si eadẽ res. vbi dixi. sup. de lega.
b l. 1. & 2. ff. de acqui. hær.
c l. ius nostrũ. ff. de reg. iur.
d Theophilus in §. si eadẽ res. sup. de legatis.
e l. quoniã sororẽ. & l. cũ ĩ antiquioribus. C. de iure delibe.
f notatur in §. in extraneis. & in §. item extraneus. sup. de hæred. quali. & diffe.
g sup. tit. de senatusconsul. Tertullia. & senatuscon. sul. Orficia.
h l. 1. ff. quis or. in bo. possess. seruetur. Iul. Paul⁹. li. receptarũ sententiarũ, tit. de intestatorũ successione.
i l. 1. ff. vnde cognati.
k l. 1. et 2. ff. vnde cognati.
l l. nõ facile. §. cognati. ff. de gradib. & affini.
m §. sunt agnati. sup. de legit. agnat. tute.
n d. l. non facile.
o §. quod autem dictũ est. sup. de cap. diminutione.
p l. 1. §. capitis. ff. ad Tertull.
q l. legitim⁹. ff. vnde cogna.
r Theophilus hic.

§. Eos etiam.

Non tantùm agnati capite minuti, sed & ij qui nobis per fœmininam lineam coniunguntur, ad legitimam successionem vocantur. hi enim propriè cognati sunt [s]. Hi quoque qui in adoptiua familia moriente patre permanserunt, licet vnde liberi vel vnde legitimi edictis non admittantur, proximitatis tamen nomine vocantur [t]. quod tamen hodie immutatum est [v].

§. Vulgo quæsitos.

Sic & vulgo quæsiti, cognati sibi sunt [x]: agnati enim sibi esse nequeunt, cùm agnatio à patre sit [y]: hi autem nullum patrem habere intelliguntur [z]. Superest igitur, vt postquam mater semper certa est [&], & à matre cognationis iura proficiscuntur, vt hi sibi cognati sint [*].

§. Hoc loco.

Inter cæteras differentias quæ inter agnatos & cognatos proditæ sunt, hæc vna est, quòd agnati vsque ad decimum gradum admittuntur [a], cognati verò vsque ad sextum tantùm, & ex septimo consobrini consobrinæve filius filia. Verùm cùm Iustiniani constitutione [b] agnationis & cognationis iura per omnia exæquata sint, consequens est vt & hodie cognatos cũ agnatis ad hæreditatem admittamus: quod & Faber hîc sensit.

s d. §. sunt autem.
t §. admonendi sup. de hæred. quæ ab intesta. defe.
v §. sed ea omnia. sup. proximo titu.
x l. 2. vers. itaque etiã. & l. si spuri*. ff. vnde cognati.
y §. sunt autem. sup. de legit. agnato. tutela.
z l. vulgo. ff. de statu hominum.
& l. quique. sub finem. & l. seq. ff. de in ius vocan.
* d. l. si spurius.
a l. octaui gradus. ff. vnde cognati.
b in authen. de hære. ab inte. venientibus.

Titulus, De gradibus cognationum.

In rubricam.

Ne nos diutius doctorum nostrorum commentariis hæreamus, quæ ad huius tituli explicationem multo plus difficultatis afferunt quàm veræ eruditionis, néve ex iuris pontificij ad hunc titulũ concordia, studiosis aliqua difficultas in ipso (vt aiunt) limine ingeratur, operæpreciũ me factur ũ existimaui, si in totum ab huius tituli explicatione abstinerẽ, præsertim cũ omnia sic diligenter Iustinianus exequatur, vt planè actum agere mihi videatur, qui illius scriptis aliquid addere statuerit. Tantùm quædam adnotabimus, quæ maximam lucẽ ad hos gradus percipiendos afferunt, omissis interim doctoribus nostris, cum suis arboribus & truncis, stipitibus & petruciis. hæc enim omnia prætcrquam quòd authoritate carent (sunt enim doctorum nostrorũ commenta, quibus de iure respondendi facultas concessa non est) nec huic nostro titulo satis conueniunt. Verã igitur illorũ graduũ effigiem, quã Græci interpretes adinuenerunt, vtcunq; latinè redditã ex Theophili nostri sententia paucissimis explicabimus, eámq; in imagine sic proponemus, vt vnicuique obuia esse possit. Principiò igitur admonẽdi sumus, iurecõsulto necessariã esse graduũ cognitionẽ, idque multas ob causas: Et in primis, quòd legitimæ hæreditates proximioribus agnatis sicut & cognatis deferãtur [c]. Deinde quòd tutelæ ad proximũ quemq; agnatũ redire soleant [d]. Tum quòd proximiorib⁹ cognatis prætor bonorũ vnde cognati possessionẽ indulgere solet [e]. Vltimò ꝙ lege publicorũ iudiciorũ testimoniũ aduersus eũ qui nobis agnationis vel cognationis vinculo deuinctus est, dicere prohibemur [f]: queadmodũ nec aduocatus aduersus proximũ suũ dicere causam cogendus est [g]. Quæ omnia eò tendunt, vt intelligamus necessariã esse simul & vtilẽ istorum graduum cognitionem. Rursus & illud repetendũ est, (cuius aliquãdo mẽtionẽ fecimus) cognationis nomẽ, cùm sit generale [h], in tres species scindi, in ascẽdẽtes scilicet, descẽdẽtes, & eos qui ex trãsuerso nobis iungũtur: quos vulgus transuersales seu collaterales vocat [i]. Ascẽdentes hi sunt qui nos genuerũt, vt pater, mater, auus, auia, &c. Descẽdẽtes sunt qui à nobis geniti sunt, cuiusmodi sunt filius filia, nepos neptis &c. Transuersales ij sunt qui neq; nos genuerunt, neque à nobis geniti sunt, sed cõmunione quadã & origine seu radice nobiscũ conueniũt. Hi sunt frater, soror, &c. Reperiũtur autẽ transuersales in

c §. repetitis. & §. amotis. inf. de seruili cognatione.
d §. placebat in ver. cũ satis. sup. de legit. agnat. successione.
e sup. tit. prox. & inf. de bonorum possessionibus.
f l. iurisconsultus. post prin. ff. de gradib. affinitatis. l. lege Iulia. ff. de testibus.
g l. petitionẽ. §. 1. C. de aduoca. diuerso. iudiciorũ.
h l. non facile. §. cognationis. ff. de grad. affin.
i diximus. §. sunt autem. sup. de legit. agnat. successione.


duplici differentia. Aut enim agnati sunt, aut cognati: de quibus alio loco diximus[k]. Quilibet autem ordo cognationis varios habet effectus. Quod ad ascendentes & descendentes attinet, facilis est ipsorum cognitio. vnaquæque enim persona gradum facit: & vt crassiore Minerua dicam, quot sunt natiuitates siue generationes, tot sunt gradus[l]: vt ecce si quis roget quoto gradu distat filius à patre suo, sic ratiocinari licet: Pater genuit filium: vna est natiuitas, igitur vnus est gradus, distat ergo vno gradu. Idem in nepote. Etenim pater genuit filium, & filius nepotem, duæ sunt natiuitates: igitur duo sunt gradus, & sic in aliis inferioribus ordinibus faciendum est. Idem quoque in ascendentibus obseruatur: vt si quis velit certò cognoscere quoto gradu distet à patre suo, sic colligat. Pater me genuit: vna est natiuitas: est igitur vnus gradus. Itidem filius distat ab auo duobus gradibus: quod sic ostẽditur. Pater genuit filium, & pater ab auo genitus est. Duæ sunt natiuitates: sunt igitur duo gradus. Idẽ & in matre, in auia, & aliis, siue virilis siue fœminini sexus sint, obseruari debet. Quod ad transuersales attinet, res non modicam habet difficultatem. Oportet enim nos non quidem statim ad eam de qua quæritur personam currere, sed in primis ad patrem seu authorem illius de cuius successione quæritur, confugiendum est, supputando natiuitates. Id simul atque fecerimus, ad eam de qua quæstio est personam confugiemus, omnium natiuitates in vnum veluti calculum congerendo. quod hoc exemplo sic ostenditur. Frater meus distat à me secũdo gradu. quod sic indicatur: in primis pater me genuit: vna est natiuitas. Itidem fratrem meum: alia est natiuitas. sunt igitur duo gradus. Neque nos quicquam mouet quòd idem in multis fratribus videretur dicendum, ita vt gradus pro numero filiorũ multiplicarentur. Nam cùm in plano nullus gradus esse possit[m], & fratres omnes in plano sint, oportet in primis ad ipsum patrem conscendere, & rursum à patre ad filium, ita vt omnes filij reliqui pro vno & eodem cõputentur[n]. Rursus si quis instet quoto gradu distet à te patruus tuus, in primis ad patrẽ tuum conscendes, & sic vnus gradus perficietur: deinde à patre tuo ad auum, qui patri tuo & patruo tuo pater est. sic igitur duo erunt gradus, cùm duæ sint natiuitates. Descende interim ab auo ad patruum, de quo quæstio est: & supputando, vnam natiuitatem inuenies, cùm auus tuus eum genuerit: quem si duabus prioribus natiuitatibus adiunxeris, tres natiuitates conficies, atque ita tres gradus. Quod & in aliis omnibus diligenter obseruandum erit. Et hæc omnia Theophilus non indiligenter prosecutus est: quæ rem alioqui obscuram sic facilem reddunt, vt ea in iure ciuili nihil clarius aut perspectius excogitari possit. Reliquum est vt rem ipsam in imagine discriptam proponamus.


k in tit. de legit. agna. succes. §. sunt autem.

l Theoph. in §. 3. sup. de legit. agna. success.

m l. 1. post principium. ff. de gradib. affinita.

n gl. in §. hoc loco. sup. eo. in versi. à secundo. gl. in verbo, generata. in §. hactenus. hoc titulo.


Tritauus
Tritauia
Atauus
Atauia
Abauus
Abauia
Proauus
Proauia
Auus
Auia
Pater
Mater
Frater
Soror
Filius
Filia
Nepos
Neptis
Pronepos
Proneptis
Abnepos
Abneptis
Aduepos
Adneptis
Trinepos
Trineptis


6
πρὶς πάππος
πρὶς μάμμη
5
δὶς πάππος
δὶς μάμμη
4
ἐπίπαππος
ἐπιμάμμη
3
πρόπαππος
προμάμμη
2
πάππος
μάμμη
1
ἀδελφὸς
πατὴρ
μήτηρ
ἀδελφή
υἱὸς
θυγάτηρ
ἔγγονος
ἐγγόνη

Titulus, De seruili cognatione.

Hunc titulum à superiori noua rubrica distinguendum non esse existimo: id quod & ex paragrapho Repetitis, & seq. responso facilè colligere licet, quæ superiori titulo omnino cohærent: id quod & Ioannes Faber subodoratus est[o], licet is à recepta exemplarium fide digredi non auderet. Sed in illius sententiam vt eam, mouet me in primis Theophili nostri authoritas, qui à superiore titulo hunc non seiunxit: cuius rei argumentum manifestissimum est, quòd is in titulo de exceptionibus, vbi titulum de literarũ obligatione citant, vigesimum primum eum ponit, qui vigesimus secundus erit si vulgatam & hactenus receptam distinctionem sequamur.

o Ioannes Faber in princ. huius tituli.

§. Primus.

Cùm successiones legitimæ, sicut & testamentariæ, à iure ciuili originem habeant[p]: consequens est vt seruus successorem habere nequeat[q]: cùm serui ad ea quę iuris ciuilis sunt, pro nullis habeantur[r]: immo nec prætor illis proximitatis nomine bonorum possessionem promittit. quod alicui fortè mirum videatur, cùm prætor semper naturalem æquitatem in animaduersione habeat[s], secundum quam serui aliis hominibus æquales sunt[t]. Sed prætor non tam naturalem æquitatem considerauit in successionibus legitimis deferendis, quàm etiam incommoditatem quæ ex onere tutelæ ad ipsos cognatos redire deberet[v]: quod onus tutelæ cùm in seruis locum non habeat, (est enim tutela ciuile munus[x]) quid vetat quo minus & is à legitimis hæredibus repellatur. Atque ita plerique omnes docuerunt[y]. Crediderim tamen ideo cognationis nomine hæreditatem ipsi seruo deferri nõ potuisse, quòd cùm is nullos haberet ascendentes, nec etiam transuersales habere potuit, cũ scilicet transuersales ab ascendentibus diducantur[z]. Hodie Iustinianus sua sanctione prætorium ius emendauit, suadens cognationem in personis seruorum qui postea manumittuntur, consistere posse, ita vt ex eis legitimæ hęreditates deferri possint. Et ideo pater manumissus ad filij, sicut & filius ad patris sui successionem vocabitur, excluso interim patrono. Patronus autem in legitima liberti sui hæreditate fratri præponetur, ea scilicet ratione, quia videmus fratrem non nisi turpibus personis institutis de inofficiosi querela actionem mouere[&]: patronum contrà quibuscunque institutis personis pręferri, ita scilicet vt illis portionem suam legitimam semper adimat[9]. Sed hæc quæ de seruis commemorauimus, in successionibus, non item in dignitatibus locum habent[a]. Itidem & is qui aliqua ratione seruus factus est, manumissus nulla vnquam ratione recipit cognationem[b]. quod Accursius hîc sentit[c]: neque quisquam est qui dissentiat.

p §. hactenus. sup. per quas perso. nobis acqui. Alcia. in l. nihil aliud est. ff. de verbo. signif.
q l. seruus. C. communia de successionibus.
r l. quod attinet. l. seruitutẽ. ff. de reg. iuris.
s l. 1. ff. vnde cognati.
t l. quod attinet ff. de reg. iuris.
v §. vnico. sup. de legitima patro. tute. circa finem.
x l. 1. ff. de tutelis. §. inf. sup. de excusationib. tuto.
y doctores hic.
z Theophilus in §. 3. inf. de success. liberto.
& §. 1. sup. de inoffic. testa.
9 §. sed nostra constitutio. inf. tit. prox.
a l. ex libera. C. de suis & legitimis
b l. 11. §. vnde cognati.
c gl. hic in verbo, veniant.

§. Repetitis, cum §. Amotis.

Non est nouum, vt quibusdam specialiter enumeratis, clausula generalis quę specialia cõplectatur, subiiciatur[d]: id quod & Iustinianus hoc loco facere videtur: qui breui quadã transactione paucis aperit quæ hactenus dicta sunt, ostendens eos qui proximiore cognationis gradu iungũtur, non semper esse potiores, immo & plerunque qui remotiore gradu sunt proximioribus anteferuntur. Nam & sui hæredes primo loco vocantur, deinde legitimi, tertio cognati, vbi scilicet neque sui hæredes adsunt, neque alij agnati[e]. quod tamen quatenus hodie obtineat, semel atque iterum discussimus[f].

d l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aquiliã
e §. 1. & §. vlt. sup. de successione cognatorum. l. vnica. ff. si tabula testamenti nulla extabunt.
f dixi in §. intestatorũ. sup. de hær. quæ abintesta. & vide hic Fabr. & auth. de hære. ab intest. veniẽt.

Titulus, De successione libertorum.

Hactenus commemorauit Iustinianus ea quæ ad ingenuorum legitimas hęreditates pertinẽt: nunc de libertorũ hæreditatibus dicere incipit. Principiò igitur meminisse debemus[g], triplicẽ illã cognationis speciẽ, ascẽdentiũ scilicet, descendentium, & trãsuersalium, in successionibus libertorum tantũmodo in descẽdentibus locum habere. Libertus enim ascendentes habere non potest,

cùm

cùm is antea in seruitute vixerit. Itaque nec collaterales, cũ hi ab ascendentibus proficiscátur[g]. Relinquitur ergo vt tantũ descendentes habeat. Patronus autem nonnunquam legitimorum hæredũ vice ad liberti sui successionem vocatur: quod quatenus intelligendum sit, præsenti titulo differetur.

§. Primus.

Liberto intestato mortuo patronus non succedit, siquidem liberos aliquot ipse libertus reliquerit. Prima enim causa ipsorum liberorũ est in successionibus legitimis[a]. Quòd si nullos liberos habeat, patronus in solidum vocabitur. Testamento verò facto patronus à liberti hæreditate sic reiicitur, vt nec querela illi, nec contra tabulas bonorum possessio dari consueuerit. Et hæc quidem lex XII. tab. in successionibus libertorum obseruauit. Postea cùm prætores ad emendanda iura animum adiunxissent[b], istam legis subtilitatem immutauerunt, censentes libertum dimidiam portionem hæreditatis suæ patrono debere relinquere, siue is testatus siue intestatus decessisset: præterquam si is liberos aliquot reliquisset, quibus non exhæredatis[c], portionem aliquam suo testamento reliquisset. quæ omnia prætores introduxerunt. Paulo pòst lex Papia introduxit vt liberti locupletiores, id est qui centum millia sesteriorũ haberent substantiã (sic enim Theophilus locupletiores libertos interpretatur[d]) siue testati siue intestati decederent, relicto vno filio vt patrono dimidia portio hæreditatis deberetur. Quòd si duos filios reliquisset, tertiam partem acciperet: si tres, omnino nulla ad patronũ redire poterat vtilitas. Vltimo loco Iustinianus omnia in luculentam (vt ipse alicubi iactat[e]) consonantiam reducere volens, circa libertorum successionem id obseruandum esse tradit, vt si quidem liberti cùm minorem centum aureis haberent substantiam, testati liberis aliquot relictis decessferint, nihil omnino patronus sperare debeat. Si intestati, neque vlli liberi adsint, patronus in solidum ei succedat. Quòd si maior centenario sit libertus, isque liberos aliquot reliquerit, qui patris hæreditatem non repudiarint[f], patrono nihil relinquitur. Testamento verò facto in quo patronum præteriit, cùm nullos liberos haberet, vel saltem exhæredatos, tunc patronus bonorum contra tabulas possessione accepta, tertiã partem à scriptis hæredibus auocabit: ex eáque omne onus deducetur, idque exemplo legitimę quæ à parentibus filio debetur, receptum est[g]. Plus dico, nec ea legata vel fideicommissa liberis exhæredatis debita præstari debere: licet in aliis contrarium obtineat[h]. Sanè sunt & alia multa quæ ad ius patronatus pertinent: quæ omnia cùm Accursius diligenter adnotauerit[i], consultò omittimus.

§. Multis autem modis.

Quemadmodum in successionibus ingenuorũ is qui gradu proximior est, vlteriorem excludit[k], ita & in successionibus libertorum. vnde si patronus relicto filio & ex eo nepote fortè vel pronepote decesserit, filius in occupanda liberti successione nepoti præferetur. In hoc tamen differunt ingenuorum successiones à successionibus libertorum, quòd ingenui agnati ad decimum, cognati ad sextum vsque gradum admittuntur[l]. At ij qui ex transuerso gradu patrono coniunguntur, si quidem vice patroni deficientibus liberis ad liberti successionem admitti desiderent, vsque ad quintum tantummodo gradum admittuntur, bonorum possessione scilicet impetrata, quæ tanquam ex familia dicitur[m]. Item in successionibus libertorũ, patronorum filij in capita hæreditatem diuidere solent. at in successionibus ingenuorum, filij qui in locum patris sui succedunt, hæreditatem in stirpes diuidunt: quod & suprà admonuimus[n].

g Theophilus hic.

a l.1.ff. vnde liberi.

b §.1.inf.de bon.possess.

c propter l.2.§.sed & si patrum.de coniungen. cum emancip.lib. eius.ff.

d Theophilus hic. Sestertiũ antẽ variè fuit æstimatus.nã primũ valuit duobus assib. et semisse.i.decẽ turonis & obolo. postea verò. i.temporibus legis Papiæ valuit quatuor assibus. Ergo secundũ priorẽ æstimationẽ 100000. sestertiorũ valent aureis coronatis 2500. si coronatum sumas pro 35. assibus siue solidis Gallicis, si verò sumas coronatum pro 45. assibus, quãti nũc valet. 100000. sestertiorum valebunt coronatis 1944. cũ. $\frac{20}{45}$. Verùm si sestertium sumas secundum posteriorẽ æstimationem, tunc 100000. sestertiorum valebunt coronatos 4000. Sestertia valent 25. aureis. ergo 100000. sestertiorum valent 100. sestertia.

e §. quorum sup. in pœmio

f propter l. & si ex nostra §. si filius liberti.ff.de bonis libertorum.

g l. omni modo l. quoniam nonnulla l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. test.

h l.1.ff.de lega.præstan.bo. poss.con.tab.pet.

i gl. hic in verbo, repleatur

k §. repetitis. & §. amotis sup. tit proximo,

l l. post cõsanguineos.ff.de suis & legitimis. §. vlt. sup. de successione cognat.

m Theophilus in §. sunt autem inf. de bon. possess.

n §. cum filius. sup. de hær. quæ ab intestat. defer.

§. Sed hæc.

Quæ de libertorum ſucceſsione hactenus cõmemorauimus, ea in omni genere libertinorũ obſeruari ſolent. Libertini enim quales quales ſint, ſiue Latini ſiue dedititij, ciuitatem Romanam ex manumiſsione conſequuntur[o]. quod & ſuprà attigimus[p].

Titulus, De aſsignatione libertorum.

Dixerat patroni filios ad libertorum ſucceſsionem ex æquo admittendos eſſe[q]: quod eatenus verum eſſe oſtendit, niſi ſi vni ex filiis libertus à patrono aſsignetur. quod quatenus ſit intelligendum, hoc titulo diſſeritur. Porrò aſsignare libertum Modeſtini ſententia nihil aliud eſt quàm teſtari cuius ex liberis libertum eſſe velit[r].

§. Primus.

Libertus vni ex liberis aſsignatus, eum ſolum patronum habebit quem illi patronus aſsignauerit, neque ad huiuſmodi iura patronatus reliqui filii admittentur, niſi ſi is cui aſsignatus eſt, nullos hæredes reliquerit. Diuerſa eſt cauſa in emphyteuſi quam pater ſibi & filiis ſuis ſtipulatus eſt[ſ]. Etenim pater moriens eam vni filiorum aſsignare non poteſt, ea ratione, quia cùm per patris ſtipulationẽ ſit ius ipſis filiis quæſitũ, ab eis inuitis auferri nõ debet[t].

§. Datur autem.

Aſsignare libertum patronus ei poteſt quem habet in poteſtate[v], non item filio emancipato: immo filius in poteſtate, cui aſsignatio facta erit, ſi quidẽ poſtea emãcipetur, huiuſmodi aſsignationẽ euaneſcere ſinit[x]. Nec nos mouet quòd Modeſtinus huic emãcipato filio aſsignari poſſe dicat[y], id enim vt verum ſit, tamen ſtatim euaneſcit huiuſmodi aſsignatio, niſi ſi quis malit illud Modeſtini reſponſum ex huius noſtri reſponſi ſententia interpretari[z], hoc nimirum ſenſu, vt filio in poteſtate conſtituto aſsignare quidem liceat, ſed tamen emancipatione ſequuta huiuſmodi aſsignatio perimatur[&]. Aſsignare autem quis poteſt quibuſcunque verbis, etiam nutu, vel teſtamẽto vel codicillis[•]. Vnde qui ſe fiduciarias poſſeſsiones (rentam vocant) aſsignaturum per fideiuſſores recepit, videtur obligatione ſua fideiuſſores eximere, ſi quidem vel verbo aſsignationem fecerit, vt plerique voluerunt, quibus Faber non ſubſcribit[a], cui hac in re adhæreo. Sic & exhæredato filio aſsignari poteſt: neque nocet nota exhæredationis quæ poſt aſsignationem facta ſit[b]. Porrò nihil refert, filiúſne hic cui aſsignatio facta eſt, natus ſit, an verò naſciturus[c]. Quæ omnia ex latioribus Digeſtorũ libris repetenda ſunt[d].

Titulus, De bonorum poſſeſsionibus.

Quemadmodum iure ciuili ſucceſsiones tam ex teſtamento quàm ab inteſtato nobis acquiruntur[e], ita & iure honorario: id quod bonorum poſſeſſionibus obtingere ſolet. Eſt autem bonorum poſſeſsio (vt Vlpianus definiuit[f]) ius perſequendi retinendíque patrimonii ſiue rei quæ cuiuſque cùm is moritur fuerit. Quæ definitio ex Barto. ſententia[g] apud Alciatum[h] ſic explicatur, vt in primis ius generis locũ teneat. Mortuo enim teſtatore ius fingit omnia defuncti bona in vnum veluti cumulum collecta eſſe, ídque ius vocari.[i] hoc autem ius quæritur nobis vel iure ciuili, vt lege XII. tabularum, vel ſenatuſconſultis, vt ſunt Orficianum, & Tertullianum, vel principũ cõſtitutionibus[k]. Quæritur etiam nobis iure prætorio, vnde iſtud ius ad petendam bonorum poſſeſsionem inductum eſt. Et quanuis quis bona ipſa apprehenderit, non tamen dicetur bonorũ poſſeſsionẽ habere vſquedũ prætorem adierit qui illi huiuſmodi poſſeſsionem decernat[l]. Vnde dicitur ius eſſe perſequendi: quoniã huiuſmodi perſecutio officio iudicis abſoluitur[m]. Additum eſt in definitione retinendi vocabulum. Quamuis enim bona retineamus,

o l. vnica. C. de lati. liberta. tollen.
p dixi in §. libertinorũ. ſup. de libertinis. vbi vide Theophilũ. vide Caium lib. 1 inſtitutionũ. tit. 1.
q §. multis. ſup. tit. prox.
r in l. aſsignare. ff. de verb. ſignif.
ſ Barto. in l. vt iuriſiurãdi. §. ſi liberi. ff. operis libert. per cap. 1 de ſucceſsione feudi.
t arg. l. ſi pactum. ff. de probationibus. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.
v l. 1. ff. de aſsignãd. libertis
x hoc textu in verſ. vnde quærebatur.
y l. vtrum. ff. eodem.
z arg. l. non eſt nouum. ff. de legibus.
& arg. l. nõ diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de recept. arbit.
• l. 1. §. aſsignare. ff. eodem.
a Faber per l. ſi quis argẽtum. §. 1. C. de donationibus, vbi vide eundem.
b l. 3. §. ſed & ſi exhæred. ff. eodem.
c l. vlt. ff. eo. toto tit. de aſsig. libert.
d à titulo de teſtamentis ad tit. Si quis omiſſ. cau. teſt. ab inteſt. vel al.
e titulo de hæredit. quæ ab inteſta. defe. huc vſque.
f l. 3. §. bonorũ. ff. de bo. poſſ.
g in d. §. bonorum.
h lib. 4. paradox. ca. 1.
i Bart. & Alexan. in rub. ff. de acquir. hæred. Alc. in l. nihil aliud eſt ff. de verbo. ſignif.
k l. vl. C. de emãcip. liber.
l Alcia. li. parad. 2. ca. 13.
m l. actionis. l. pecuniæ verbum. ff. de verbo. ſignif.

mus, persequimur tamen vt prætor decernat: licet in hæreditate quod habemus, persequendi ius non sit: & ideo persequendi & retinendi vocabula in definitione bonorum possessionis differentiæ locum sibi vendicant. Idem autem est bonorum possessionis & hæreditatis effectus [n]. Vnde non malè Barto. collegit[o], hæredis appellatione in lege municipij vel consuetudine, bonorum quoque possessorem contineri, licet in plerisque hodie adhuc hæreditas & bonorum possessio inter se differant. Nã & qui in aliena potestate agunt, citra iussum hæreditatẽ adire nequeunt[p], ea nimirũ ratione, ne eos in quorũ potestate sunt, vel inuitos ære alieno obligent[q]. At in bonorum possessione agnoscenda ratihabitionem subsecutam esse sufficiet[r]: Vel quia hęc non tam solenni more sicut hæreditas deferatur[s]: vel quòd huius rei ratio reddi non potest[t], atque ita Decius quandoque docuit[v]. Sic & acquirere bonorum possessionem vel per semetipsum vel per aliũ quis potest[x]: per procuratorem contrà hæreditas adiri nequit[y]. Illud quoque in confesso est, hæreditatem non nisi tutore authore pupillo acquiri[a]: at bonorum possessionem pupillus sine tutoris authoritate apud competentem iudicem amplecti potest[b]. quod ideo est, quia iudex tutoris absentiã emendare videatur[c]. Quin & illud receptum est, hæreditatem solo animo verbis vel ipso facto declarato[d] adiri posse: bonorum possessionem contrà notionem iudicis desiderare, siue decretum[e]: quod vbi semel interpositum est, nullo vnquam modo bonorum possessio repudiari potest[f], illa scilicet ratione, quia iam ex huiusmodi agnitione obligatus esse videatur[g]. Hodie tamen plerique huiusmodi decretum necessarium non esse existimant[h]: de quo tamen nos postea dicemus[i]. Planè bonorum possessioni petendæ vtile tempus præfixum est[k]: at in hæreditatibus triginta annorum spatiũ sufficiet[l]. Alterum etenim honorarij iuris remedium est, alterum iuris ciuilis. Remediũ autem honorarium breuioribus finibus circunscribitur, quàm ciuile remedium[m].

§. Primus.

Bonorum possessio à iure prætorio tres ob causas inuenta est, emendandi scilicet, innouandi & cõfirmandi veteris iuris gratia, idque tam ex testamento quàm ab intestato nobis contingit. Ab intestato enim ius prætorium ciuilia iura emendauit, dum emancipatos iure ciuili incognitos suorum hæredum numero commemorat[n]. Ex testamento, quando & posthumo alieno qui alioqui hæres institui non potest, vtpote cùm huiusmodi institutio incerta esset: incertũ enim erat an iste nasciturus esset[o]) hærede instituto, bonorum secundum tab. possessionem indulget. Impugnat & quandoque ius ciuile prætor, eóque nomine bonorum cõtra tab. possessionem pollicetur, dum patrono, cui alioqui testamento facto libertus nihil relinquere cogebatur[p], dat contra tab. bonorum possessionem[q]. Interdum confirmandi iuris ciuilis gratia bonorum possessionem dare consueuerunt, idque tam ex testamento quàm ab intestato etiam obtingere solet. Ex testamento quidẽ, quando hæredi instituto secundum tab. bonorum possessionem concedit. Ab intestato verò, quando suo hæredi vel agnato bonorũ vnde liberi vel vnde legitimi possessionem tribuit, quibus etiam per legem ciuilem successio cõcedebatur[r]. Sed cùm prętorium auxilium infirmius sit iuris ciuilis subsidio[s], videtur vsque adeò necessaria fuisse hæc bonorum possessio. Ipse crediderim bonorum possessionis vtilitatem in eo esse, quòd iustius longè equiúsve succedat, qui duplici iure succedit, atq; per manus iudicis bona accipit[t]. Vnde & in plerisque locis receptum esse eam ob causam videmus, vt hæres institutus, authoris cui succedere cupit, bona sibi per iudicem decerni desideret[v]. Sic & alibi videmus honorariam actionem aduersus nautas, caupones,

n l. in conditionibus. ff. de conditionib. & demonstratio. l. 2. ff. eodẽ. §. quos autem inf. eo.
o in l. 1. §. bonorũ. ff. ad Trebellianum.
p l. qui in potestate. l. si quis mihi bona. §. iussũ. ff. de acquiren. hære.
q l. vnica. C. vt actiones ab hæredibus. Theophilus in §. ante hæredis. sup. de legatis.
r l. 1. C. qui admitti.
s Bart. in l. 1. C. qui admitti.
t arg. l. non omnium. ff. de legib.
v Decius in d. l. 1. C. qui admitti. colunna. 5. & sexta
x l. 3. §. acquirere. ff. eodem.
y l. per procuratorẽ alias Paulus. ff. de acquir. hære.
a §. neque tamen. sup. de authorita. tuto.
b l. bonorũ C. qui admitti ad bon. posses. pos.
c notatur in d. l. bonorum.
d l. gerit. & l. pro hærede. & vtrobique Bart. & Bal. adnotauerunt. ff. de acqui. hære. dixi in §. itẽ extraneus. sup. de hæred. quali. & differen.
e l. 3. §. causa cognita. ff. de bonorum poss.
f l. 1. §. decretali. ff. de successorio edicto.
g §. hæres. inf. de oblig. quæ ex quasi cõtract. nascun.
h doctores in l. vlt. C. qui admitti.
i in §. vlt. inf. eod.
k l. 2. ff. quis ordo in bon. poss. seruetur. l. 1. §. Largi ff. de successo. edic.
l l. licet. C. de iure delib.
m l. in honorariis. ff. de actionibus. dicam in §. 1. infrà. de perpet. & tẽpo. actio.
n § emancipati. sup. de hær. quæ ab intesta. defe.
o notatur in l. Gallus. ff. de liber. & posthu.
p §. 1. sup. de succes. libertorũ. Theophilus hic.
q §. qua de causa. sup. de succ. liber. Theophil. hic.
r §. intestatorũ. sup. de hær. quæ ab intesta.
s arg. §. 1. inf. de perpe. & tempo. actionib.
t l. iustè possidet. ff. de acquir. possessione. & l. qui authore. ff. de reg. iur.
v Masuer. in tractatu de successionibus.

ſtabularios inductam eſſe, cùm ſupereſſet ciuilis[x],ideo, vt innoteſceret, prætori id curæ eſſe,vt id genus hominum improbitatem reprimeret[y].

§. Nos autem.

Quanuis is qui bonorum poſſeſsionem agnoſcit, eadem omnino iura, quæ hæres ipſe,conſequatur[z],tamen is hæredis loco eſt *. Prætor enim neminé hæredé facere ſolet,ſed leges, plebiſcita, ſenatuſcóſulta, & diuales cóſtitutiones. Ex diuerſo prętor nullum hæredis nomen exuere iubet: ideo ſi filio ſit vulgariter ſubſtitutum[*],de ſuo & neceſſario hæres voluntarius erit. Quamuis enim prętoris beneficio filius hęreditate paterna abſtinere poſsit[•], tamen non continuò hæredis nomen amittit.

§. Adhuc autem.

Lege decemuirali ſucceſsiones omnes anguſtiſsimis quibuſdam finibus continebantur, dum ſuos hæredes & agnatos ad ſucceſsionem vocaret,excluſis interim emácipatis,matribus,& iis qui à filiabus eſſent progeniti. Verú cùm id curæ fuerit ipſi prætori,vt omnes ſucceſſores haberent †, prætor bonorum poſſeſsiones varias excogitauit, de quibus inferius dicemus.

§.Sunt autem.cum §.Sed eas.& quatuor ſequentibus.

Cùm lex XII. tab. ſucceſsionum vias certis quibuſdam finibus coërceret[a] prætor æquitate motus bonorum poſſeſsiones tam ex teſtamento quàm ab inteſtato introduxit. Ex teſtamento quidem,ſecundú tabulas ſcilicet, & contra tabulas. Ab inteſtato verò multas introduxit. Prima eſt quæ vnde liberi dicitur: ſecunda vnde legitimi: tertia vnde decem perſonæ: quarta vnde cognati: quinta tanquam ex familia: ſexta vnde liberi, patroni & patronæ, parentéſque eorú: ſeptima vnde vir & vxor: octaua vnde cognati manumiſſoris. Hę autem bonorum poſſeſsiones aliqua ex parte Iuſtiniani conſtitutione ſublatæ ſunt, ſicuti inferius apparebit. De ſingulis tamen videndum eſt. Et in primis teſtamento facto bonorum poſſeſsio contra tabulas dari cóſueuit, quæ ex eo nomen habet,quòd non aliàs quàm ſi teſtamentú factum ſit, dari ſoleat[b]. Datur autem filio emancipato qui patris ſui teſtamento præteritus eſt[c]. Quod olim etiam citra cauſam parenti facere concedebatur: at hodie ex receptiori ſententia [d] cum cauſæ adiectione huiuſmodi præteritio fieri debet[e]: alioqui ſi ſimpliciter præteritus ſit,quin ius dicendi nullum habeat,dubitari non poteſt[f]. filio quoque ſuo præterito datur hæc bonorum poſſeſſio,licet ei iure ciuili proſpectum ſit,vt ſcilicet ius dicendi teſtamentum nullum habeat[g]. Cuius rei rationem Barto. alicubi commemorauit[h], & nos alio loco attigimus[i]. Quòd ſi is teſtamento exhæredatus eſt,non poteſt ei hæc bonorum poſſeſsio competere[k]. Item & parenti aduerſus filij ſui emancipati teſtamentum datur[l]: ídque patronorum exemplo in parentibus admiſſum eſt. Effectus autem huiuſce bonorum poſſeſsionis contra tabulas hic eſt, vt liberi ea admiſſa ſolis parentibus & liberis legata pręſtare ſecúdum edictum debeant[m]: eaque hodie omnino neceſſaria eſt[n]: cùm ſcilicet his qui omni iuris ciuilis auxilio deſtituti ſunt, opem ferat[o]. Secunda bonorum poſſeſsio quæ ex teſtamento competit,ea eſt quæ ſecundum tab. dicitur,eam ob cauſam introducta, vt latior ſuccedendi facultas ipſis liberis competeret[p]. Ad hoc autem vt detur, multa neceſſariò deſiderantur. Et in primis oportet teſtamentum eſſe ſeptem teſtium ſignis ſignatum[q]. deinde quòd in eo ſint rogati teſtes qui ſe ſubſcribant[r]. Adhæc vt hi idonei ſint,contra quos ſcilicet nihil obiici poſsit[ſ]. Quòd ſi vel lex[t] vel conſuetudo, vel loci ratio minorem teſtium numerorum expoſcat,tunc etiam ex eo teſtamento bonorú ſecundum tab. poſſeſsio dari ſolet, cuiuſmodi eſt in teſtamento facto inter liberos[v]. Idem eſt & ſi hæredes ij inſtituantur, qui ab inteſtato venturi erát[x]. tunc enim quinque teſtes ſufficiunt. Idem in teſtamento militis. Idem in teſtamento

x l.3.§.1.verſi.ſed an ſit. l. licet.ff.nauta.caupo.ſtab. vt recept. reſtit.
y l.1.§.1.dicto nūc titulo.
z dixi ad rubricam. ſup.
* l.prætor.ff.de reg.iur. & Zaſius in tractatu in tit.de vulgari.in ſecūdo effectu vulgaris.
• §.ſui.verſ.ſed his ſuprà. de hæred.qual. & diffe.
† §.licet.verſic.valde. ſup. quib.ex cau.manumittere non licet.
a §.adhuc autē. circa ſi. ſuprà eo.
b arg.l.decē.ff.de verb.obl.
c §.emancipati.ſup.de exhæreda. liberorum.
d Bart.in authen.ex cauſa. C.de libe.præter.doctō in l.certū.C.vnde legitimi. Cōtrà Viglius ad rubricam.ſup.de inofficio.teſt.
e arg.§.aliud in authen.vt cū de appella.cognoſcitur
f doctores in locis modò allega.
g §.1.ſup.de exhæred.liber.
h Bart in l. 2. C.de contra tab.quē ſequitur Viglius in §.1.ſup.de exhæ.liber.
i dixi in d.§.1.
k l.non putauit. §. non quanis.ff.de cōtra tab.
l l.1.§.recte.ff.ſi tab. teſta. nulla extabunt.l.1.ff. ſi quis à parēte.man.fuerit
m l.1.ff.de lega.præſt.in l.1. C.de contra tab.
n doctō in l.certum.C.vnde legitimi.
o d.§. emancipati.
p §.1. ſub fi. ſup.eodem.
q l. bonorū.ff. vnde liberi.
r l.hæres palā §.penu.ff.de teſta.authen.rogati. C.de teſtibus.dixi ſup.in §.ſed cùm paulatim.de teſta.
ſ l.qui teſtamēto. ff. de teſt. dixi.ſup.in §. teſtes.de teſta.
t cap.relatum.& ea.cùm eſſes. ſup.de teſtam.
v l.hac conſultiſsima. §. ex imperfecto.C. de teſta. arg. l. vlt. C. familiæ herciſcundæ.
x d.l.hac conſultiſsima.

stamento quod corã principe factum est[y]. Sic & vt bonorũ possessio secundum tab. detur, oportet eũ qui testamentũ scripsit, capacẽ fuisse duobus temporibus, testamenti facti scilicet, & mortis testatoris tempore[z]. Sed vt demus hæc omnia interuenisse, adhuc tamen videbimus num aliquis sit qui ad bonorum possessionẽ contra tabulas admitti desideret, vt tum secundũ tab. possessio conquiescat[&]. Datur non ex testamento tantùm quod scriptura constat, sed & ex nuncupatiuo testamento: id quod & alij adnotauerunt[•]. Hęc autem bonorũ possessio vsque adeò necessaria non est, cùm iure ciuili succedere nobis liceat, preterquam in aliquot casibus. Primus est quando posthumus præteritus viuo testatore natus decesserit. tunc enim hæres scriptus secundum tabulas bonorum possessionem accipere debet[†]. Secundus est quando filius præteritus qui in potestate erat, bonis se patris abstinuit[*]. Tertius est quando testator post testamentum capite minutus est[ã]. Quartus casus quando sub conditione hæres institutus filius pendente adhuc conditione bonorum possessionẽ petere potest[a]. Sunt & alij plerique casus, quos ij quibus id curæ fuit, diligentissimè adnotauerunt[b]. Et hæc quidem de his bonorum possessionibus quæ testamento facto dari consueuerunt. Ab intestato verò prima bonorum possessio liberis defertur: quæ ideo vnde liberi vocata est. Liberorum autem appellationẽ extendemus ad eos qui sui hæredes sunt, aut suorũ numero continentur[c]: eáque in successione patris locum habet, non autem in successione matris[d]: ea scilicet ratione, quia vnde liberi possessio datur ex successione eius aduersus quem bonorum possessio cõtra tab. locum habere solet. Sed ad testamenta fœminarum edictum contra tab. non pertinere pretor existimauit[e]. Sed nunquid hæc patri datur ad hęreditatem filij consequendam? Et Accursius hîc[f] eum per vnde parentes edictum admitti posse credidit: cuius sententia vulgò improbatur, ea nimirum ratione, quòd id nullo iure cautũ inueniatur[g], sicut nec vtilis vnde liberi bonorum possessio datur, præsertim cũ hæc semper matrem à successione repellat. At mater cum patre ad successionem ex æquo admittitur[h]. Verius est igitur vt pater ad filij sui emancipati successionem tanquã legitimus amitti possit[i]. Secunda bonorum possessio est vnde legitimi, quę agnatis, & iis quibus lex XII. tab. hæreditatem detulit, dari consueuit[k]: de qua superius satis multa dicta sunt[l]. Tertia bonorum possessio est vnde decem personæ: quę ex eo nomen habet, quòd decem personas ascendentium & descendentiũ, quorum numero continebantur duo gradus transuersalium, extraneo manumissori anteponeret. Cuius rationem Theophilus noster sic explicuit. Si filius à me emãcipatus se alicui dedisset in mãcipiũ, isq; postea à suo domino manumitteretur, vt dominus ex huiusmodi manumissione legitima iura cõsequatur. id quod exemplo patroni receptum est[m]. Verùm cùm iniquũ esse existimaret pretor propter exiguam manumissionẽ fictitium hunc patrem naturali patri anteferri, maluit bonorum possessionem decẽ personis accommodare, quas omnes Iustinianus hoc loco cõplectitur.[n] Quarta est bonorũ possessio quæ datur cognatis, qui solam, vt antea docuimus[o], prætoris indulgentiã habent[p]: de qua multa antea docuimus[q]. Quinta est bonorum possessio, quę tanquam ex familia dicitur. Patrono enim sine liberis mortuo succedebant proximiores agnati, híque vicissim ad liberti successionem tanquã ex patroni familia vocabantur[r]. Sexta est quæ vocatur vnde liberi, patroni & patronæ parentésque eorum. Etenim cũ constet vnicuique bonorũ possessioni prefixum esse tẽpus intra quod peti debeat[s]: si patronus tẽpore exclusus ad liberti sui successionẽ venire nequeat, neq; per vnde legitimi edictum, neq; tanquã ex familia. hac bonorũ possessione iuuabitur[t]. Septima est bonorum possessio, quæ vnde vir & vxor nuncupatur. si enim alter ex coniugibus nullis neque liberis neque agnatis aut cognatis relictis deces-

y l. omnium. C. de testam.
z §. non tantum. sup. quib. mo. testa. infirmen.
& l. æquissimum est. ff. de bo. poss. secu. tab. l. posthu. C. de cõtra tab. sub finem.
• docto. in tit. de secundũ ta.
† l. posthumus. ff. de iniusto rupto.
* l. filio præterito. ff. de iniusto rupto.
ã §. non tamẽ. sup. quib. mo. testa. infirmen.
a l. æquissimũ. §. si sub cõditione. ff. de secundũ tab.
b docto. in l. certum. C. vnde legitimi.
c dixi in §. intestatorum.
d l. 1. §. recte. ff. si tab. testa. nulla extabunt.
e l. illud. §. ad testamenta. ff. de bon. poss. contra tab.
f gloss. hic in verbo, vnde liberi.
g arg. auth. de triẽte & semisse. §. consideremus.
h auth. defuncto. C. ad Ter.
i §. vlt. de legitima agnat. successione.
k l. 1. ff. vnde legitimi.
l sup. de legitima agnato. successione.
m sup. de success. libertorũ.
n hoc §. in vers. sunt autem decem personæ.
o sup. de successione cogna.
p l. 1. ff. vnde cognati.
q dixi. sup. ad tit. de gradib. cognationum.
r Theophilus hic. §. multis sup. de success. liberto.
s l. 1. §. largius ff. de successorio edicto. dixi sup. ad rubri. sub finem.
t Theophilus hic.

ſerit, tunc vir ad vxoris, & vxor cōtrà ad viri ſucceſsionem vocabitur[v]. Quod vſque adeò verum eſt, vt fiſco ipſi pręferatur. Si enim ſocius imperialis liberalitatis fiſco anteponitur[x], multo magis vxor ei præferri debet, cùm nullum ſit arctioris neceſsitudinis vinculum, quàm inter coniuges eſſe ſolet[y]. Sic & mulier decuriones excludit[z], nauicularios, fabricenſes[z], & alios id genus homines[&]. Quinimo & in bonis clerici mulier in eccleſia orientali ipſi eccleſiæ antefertur[a]: licet hodie occidentales continentiæ exemplum profeſsi ſint[b]. Hæc autem ſucceſsio à iure honorario tantū profecta eſt: & ideo mulieri ad bonorum poſſeſsionem petendam centum dierum ſpatium pręfixum eſt[c]. Cæterùm in quarta quæ Iuſtiniani conſtitutione mulieri inopi debetur[d], tempus legitimum conſiderandum eſt[e]. Eius autem quartæ conſideratio habetur etiam ſi legitimi liberi ſuperſint: cū ad decus ipſius familiæ pertineat, alterū ex coniugibus inopia non laborare[f]. Immo nec ſi à liberis alimenta recipere poſsit vxor, ei quarta deneganda eſt[g]. Solet autem vt plurimum huiuſce quartæ ratio haberi vbi mulieri nulla dos relicta eſt: alioqui vbi dotē habet, tunc locuples eſſe intelligitur[h]: ſicut nec marito huiuſmodi quarta debetur vbi ille vſumfructum in bonis filiorum haberet[i]. Sed quæ de ſucceſsionibus antiquo iure mulieri delatis diximus, ea locum non habent vbi maritus mulierē occidiſſet, ita vt neque mulieri aliquid imputari poſſet[k]. Nemo etenim ex ſuà malitia commodum reportare debet[l]. Quòd ſi culpa aliqua mulieri aſcribi poſsit, promptius eſt vt huius legis beneficium ad maritum extendatur. Sic hæc bonorū poſſeſsio dari nō poteſt, vbi iniuſtum matrimonium eſſet[m]. Ad eundē modū ſi inter coniuges diuortium factum ſit, hæc bonorum poſſeſsio ceſſat[n]. Qua tamen in re plurimum profuerit vidiſſe vtrius culpa, maritine an vxoris, huiuſmodi diuortium contigerit. Etenim ſi vel viri prodigalitas, vel grauiores alioqui iniuriæ, vel intolerabilis ſæuitia diuortio cauſam dediſſet, mulier à ſucceſsione nō repelleretur: ſicut nec contrà maritus à ſucceſsione non reiicitur quando mulieris culpę aliquid imputari poteſt, vt quando vel propter furtiuos vxoris cōcubitus vel adulteria[o] maritus ab vxore digrederetur. Vltima eſt bonorū poſſeſsio quam cognatis manumiſſoris prętor pollicetur: eáque ſic ſe habet. Si patronus nullis liberis nulliſq; agnatis relictis deceſſerit, ſed tantū cognatos aliquot habeat, prætor eos ad liberti ſucceſsionem hac bonorū poſſeſsione euocare ſolet[p]. Et hæc quidem omnia prętores introduxerunt: verumtamen Iuſtinianus ſolùm has bonorum poſſeſsiones obſeruari pręcipit, ſecundum tabulas ſcilicet, & contra tabulas, idque vbi teſtamentū factum eſſet[q]. Quòd ſiquis inteſtatus deceſſerit, tunc hæ bonorum poſſeſsiones ſolùm habebūt, vnde liberi ſcilicet, vnde legitimi: tertio vnde cognati: poſtremo loco vnde vir & vxor, ſublatis interim aliis quas prætores excogitauerunt, bonorum poſſeſsionibus[r]. Vltimo loco adinuenta eſt bonorum poſſeſsio extraordinaria ſcilicet[ſ], quæ vel ex eo nomen habet, quòd ea, ordinaria bonorum poſſeſsione deſtitutis concedi ſoleat. Ad huiuſmodi autem bonorum poſſeſsionem duo ſunt neceſſaria. Primū eſt quòd noua aliqua lege dicatur bonorum poſſeſsionē dari, neque tamen illa exprimatur[t]. Alterū quòd nulla alia bonorū poſſeſsione ad hæreditatē quis euocetur. Extraordinarium enim remediū nō facilè cū ordinario admittitur[v]. Huiuſce autē bonorū poſſeſsionis non temerè exēpla cōperies. videtur tamen huius exēplum cōmodum protuliſſe Iaſon dū in eis principibus fingit, qui cùm nullū ſuperiorem agnoſcūt, aut in ciuitatibus liberis, quæ ſuis edictis bonorū poſſeſsionem tribuunt[x]. Idem quoque dici poteſt in eo qui apud hoſtes captus eſt[y]. quanquam plerique hac de re addubitent[z]. Interdum extraordinaria poſſeſsio dicitur ea quæ nullum ius tribuit[&], cuiuſmodi eſt Carboniana: item ea qua venter in poſſeſsionem mittitur: & ea quæ litis agnoſcendę nomine dari conſueuit.

v l.1.C. vnde vir & vxor l.1.ff. eodem.
x l.vnica, ſi imperia. liberaſoci⁹ ſine ſucc. C.li.10.
y arg.l.1.ff. rerum amotarū l.ſi cum dotem.§.ſin autē ff. ſolu. matrimonio.
z & ita limitatur l. inteſtatorū. C. de hęr. decurio.
& & ita limitatur l.3. C. de hæred. decurionum.
& vide Alcia. lib.2. prætermiſſorū ad Benedictū Ionium Nouiacomēſem.
a cap. cum aliis. de clericis coniuga. ca. Nicena. ca. quoniā. ca. aliter. 31. diſt.
b d. ca. aliter.
c arg.l.1.§. largius. ff. de ſucceſſ. edic.
d authen. præterea. C. vnde vir & vxor.
e l. licet. C. de iure deliberā.
f arg.l.1 ff. rerū amotarum arg.l. diuo Marco. C. de quæſtionibus.
g notatur in d. authē. præterea.
h d. authen. præterea. in initio.
i doc͡to in d. auth. præterea.
k l.ſi ab hoſtibus.§. vlt. ff. ſoluto matri. arg. l. cum ratio.§. vlt. ff. de bo. dān.
l notatur in l.1. C. de trāſ.
m l. vnica. ff. vnde vir & vxor.
n d.l. vnica. ſub finem.
o ca. tua. de procuratorib.
p Theophilus hic.
q §. ſed eas inf. eo.
r §. quæ autē. §. cūque antea §. aliā. inf. eod.
ſ §. ſeptima. verſic. nouiſſime inf. eod.
t l.1. ff. vt ex legibus & ſenatuſconſultis. arg.l.1. ff. de condictione ex lege.
v arg.l. in cauſa. 2. ff. de minorib.
x notatur in l. certum. C. vnde legitimi.
y l.3.§. dari. verſic. ſed & eius. ff. de bon. poſſ. l. nec nos. C. de captiuis.
z doc͡to in d.§. ſeptima.
& gl. in verbo, & extraordinariū. in d. §. ſeptima

De

De singulis igitur videndum. Et in primis Carbonianum edictū locum habet quādo alicui controuersia mouetur an inter liberos sit. Causa etenim cognita perinde possessio datur, ac si nulla de ea re controuersia esset: & iudiciū in tēpus pubertatis differtur[•]. In primis autē requiritur vt is cui status cōtrouersia mouetur, sit impubes[a]. Ratio autem huius bonorū possessionis hęc est, quòd plerunque cùm huius ætatis infirmū sit & fragile consiliū[b], facilè ij qui defuncto ab intestato successuri erant, controuersiam mouerent, quo bona ad seipsos iure legitimo redirēt: & ideo cōstitutū est, ne fortè impubes in discrimē adduceretur, vt summariè filium se esse probet[c], vt in possessionem bonorū patris sui mittatur. Quòd si vel inopia tanta filius laboret, vt ad litem instruendā ei opes non sufficiant, tunc ex bonis defuncti illi impensa præbebitur[d]. Datur autem hæc filio nato, non nascituro, cū ei per edictū de ventre in possessionem bonorū mittēdo consulatur[e]. Idque aduersus Azonis sententiā procliuius est[f]. Hîc & de bonis ipsius defuncti, simul & de eius statu quæstio moueri debet[g]: vt quia vel is filius esse negetur, vel arrogatus vel seruus esse affirmetur[h]: aut quia is qui decesserit, monachus decessisse dicatur[i]. Quin & hæc bonorum possessio in patris successione locum habet: non item in successione matris[k], cùm ea detur in eorū pręcipuè successionibus quæ contra tabulas bonorum possessionem patiuntur[l]. Ad testamenta autē fœminarum edictum contra tabulas non pertinet[m]. Planè ei qui exhæredatus est, Carboniano edicto non prospicitur[n], cùm iam non de statu, sed de viribus testamenti quæstio fiat[o]. Quinimo & si filius à creditoribus hæreditariis quippiam exegerit, hîque filiū eum esse inficientur, in ea causa est, vt Carboniano edicto illi succurri debeat[p]. Ad eundē modū quæstio status nunquam in pubertatis tempus differenda est, nisi si res pupilli ita suadeat[q]: vt quia probationes in numerato non habeat. Illud quoque erit necessariò obseruandū, vt ex iustis nuptiis procreatus sit, qui sibi hac bonorū possessione consultum esse velit[r]. Oportet & satisdationem de restituendis bonis ab ipso pupillo interpositam esse[s]. Ad extremum illud meminisse conueniet, hanc bonorū possessionem intra annum à die controuersię motę peti debere[t]. Huius autē bonorū possessionis multi sunt effectus. Primus est, quòd is cui mouetur controuersia status, in possessionē bonorū mittitur, eóque modo veram bonorum possessionem nanciscitur[v]. Secundus est, quòd pendēte iudicio, de bonis defuncti illi alimēta pro modo facultatū prębeti cōueniet[x]. In huiusmodi autem alimenta, & ea impensa quæ pręceptoribus dari consueuit, connumerabitur[y]: neque huiusmodi impensæ repetentur, si quidem is in lite succumbat[z]. Tertius effectus est, quòd si nullam satisdationem dederit, in possessionem tamen suæ portionis mittendus est, cū aduersario tamen: aut saltem curator bonis dabitur[&]. Quartus effectus est, quia ex huiusmodi satisdatione nomina debitorum exigere poterit. Quemadmodum autem prętori id curæ fuit, vt filiis iā natis prospiceret, ita & in id semper aduigilauit, vt etiam pòst minorū aliquā ratione haberet[•]. Datur autē hæc ei quę prægnantē se esse asserit, quam citra omnē fucū verè prægnātem esse necesse est[a]. Est & quædā bonorū possessio quæ agnoscendæ litis nomine datur iis qui iure ciuili incogniti erāt, vt emācipatis. filius enim emancipatus si quidē ad querelā admitti vellet, necessariò opus habuit hac bonorū possessione[b]. ad querelā etenim quę iuris ciuilis est, admitti nō potuit is qui à lege ciuili nō dignoscitur[c]. Videntur tamē interpretes hac in re nescio quid humani passi fuisse. Cōstat enim hāc nō esse speciē distinctā ab aliis bonorū possessionib[•] cū huius nullā mentionē hîc fieri videamus. vnde & Faber rectè docuit[c] eam aliorū spatio nō terminari, sed querelę naturā, quę quinquēnio finitur[d], induere. Eodē ptinet quod querela nō minus iuris prętorij est quā iuris ciuilis, vt quę primò populi cōmiseratione, deinde principalib[•] cōstitutionibus in assiduā

• l.1.ff.de Carbo. edicto.
a l.3.§.1.2.respōso.& l.2. ff.de Carbo.edic.
b l.1.ff.de minoribus.
c glo.in l.1.C.quorum bonorum.
d arg.l.si instituta § de inofficioso.ff. de inoff.testa.
e tit.de ventre in possess.mittendo.ff.
f Azō in summa.
g l.de bonis vers.ita demū. ff.de Carbo.edicto.
h l.si impubes. in princ.ff. de Carbo.edic.
i l.1.§.sed & si quis de defuncti statu.ff.de Car.ed.
k gl.in verbo, patris. in l. 1.C.de Carbonia.edic.
l l.1.§.& generaliter.ff.de carbo.edic.
m l.illud.§.testamēta. ff. de bono.poss.cont.tab.
n l.cum fine.ff.de carbo.ed.
o sup.de inoffic. test. per to.
p l.3.§.cū extaret.ff.de carbo.edic.
q l.3.§.duæ causæ. cū duobus §§. sequentib.ff. de Carbo. edic.
r l.vlt.C.de Carbo.edic.
s l.1.C.de Carbo.edic.
t l.3.§.iussum.ff.de carbon. edic.l.vlt. iuncta ibi glo. in verbo, defertur C. de Carbo.edicto.
v l.3.§.iussum.ff.de car.ed.
x d.§.de inofficio.in d.l. si instituta.de inoff.
y l.de bonis.§.nō solum. ff. de Carbo.edi.l.cū plures. §.si tutor.ff. de adm.tuto.
z nota in d.§.nō solū.
& l.sed & si.§.quotiescūque.ff.de Carbo.edicto.
• l.1.ff.de ventre in poss. mittendo.
a d.l.1. vers.prægnantem.
b docto.in l.2.C. de inoffic. testam. iidem in l. Papinianus.§.1.ff.de inoffic.
c §.cæteri.sup. de hered. qualita. & differē.
d Faber in §. vlt.inf.eod.
e l.senatus.§.illud. C.de inofficio.testa.

iurisdictionẽ venerit[f]. Verius itaq; videtur esse quod Greci interpretes apud Viglium[g] annotauerunt, hâc nimirũ bonorũ possessionem ad querelã & litẽ preparandã hodie necessariã esse, si rectè atq; ordine litigare cupiamus. Quẽadmodum enim petitionis hæreditatis iudicium citra aditionẽ ordinari nequit, & bonorum possessoriam actionem bonorum possessio precedere debet[h]: ita & vt querela inofficiosi præparetur, necessaria est hec bonorum possessio: quæ eam ob causam inuenta est, quòd ordinandæ litis nomine impetrari dicatur. Etenim cũ exhæredato iure ciuili propter testamentũ adire nó liceat (filius enim in potestate exhæredari poterat[i], emancipatus præteriri[k]) destituebantur omni iuris ciuilis & prætorij auxilio. Atque ita cùm nullum ius subesset cui niteretur petitio hæreditatis[l], de inofficioso ad similitudinem aditionis vel efficacis bonorum possessionis, hoc possessionis genus extraordinarium excogitatum est, super quo deinde lis inofficiosi testamẽti ordinari possit. Ex his ergo quæ hactenus cõmemorauimus, facilè colligere licet has tres bonorum possessiones, Carbonianã scilicet, de ventre in possessionẽ mittendo, & eam quæ litis nomine agnoscitur, nullum ius tribuere[m]. Nam & in Carboniana iudicium differtur in tempus pubertatis[n]: cautióque exigitur de restituendis omnibus bonis siquidem pupillus in lite vincatur. Sed & vbi venter in possessionem mittitur, licet aliquod ius mulieri adferatur, mulier tamen si quidem prægnans non sit, vel & si sit, partui tamen edito omnia bona restituere cogitur. Idémque in bonorũ possessione quæ litis agnoscẽdæ gratia datur, obtingere solet. Nã vt demus eam maximè concedi, tamen nullũ ius tribuit vsq; dũ prętori vel principi visum fuerit, te scilicet ad ea ad quæ sit præparatio, admittendũ esse. Sanè in vniuersum admonendi sumus, neminem bonorum possessionem, sicut nec hæreditatem, accipere compellendum esse[o]. Quòd si inuitus accipiat, valebit quidẽ, licet ea postea rescindi possit[p]: nisi si fortè fideicommissario desiderante adire cogatur[q].

§. Cum igitur. & §. Siquis ita.

Ne creditoribus longior mora fieret[r], néve hi bona defunctorum iudicis decreto possiderent[s], adinuẽtum est successorium edictum, quo tempus bonorũ possessionẽ agnituris præfixum est[t]. Itaque ascendentibus & descẽdẽtibus in gratiã sanguinis[u], cũ & ipsi ad propria veluti iura vocentur[x], vnius anni spatium prętor indulsit: extraneis verò & aliis id genus personis centũ dierũ spatiũ concessit. Is igitur qui primo gradu est, siquidẽ bonorũ possessionem repudiauit, ei qui proximior, viam ad eandẽ præstruit[y]. Quòd si omnes eiusdem gradus sint tunc deficientis portio aliis eiusdẽ gradus accrescit[z].

§. In petenda.

Duplex bonorũ possessio à doctoribus nostris confingitur[a]: edictalis scilicet, & decretalis. Edictalis ea est, quæ ex edicto prętoris mortui (sic enim doctores nostri loquũtur) profecta est. Decretalis ea est, qua iudex hodie aditus successionem defuncti nobis tradere solet. Quæ sententia licet per manus omnium tradita sit, ab Alciato reiicitur[b]. Etenim edictales hæ Alciato dicuntur, quas ordinarias dicimus, & quæ ius tribuunt. Decretales verò, extraordinariæ, quæ facti sunt, vt Carboniana, & ea quæ ventris nomine datur: sicut & ea quæ agnoscendæ litis nomine suscipitur. Licet enim ordinariæ decretum desiderent, solæ tamen extraordinariæ ideo decretales dictæ sunt, quòd scilicet omnem suam vim à decreto iudicis accipiant. Antequã enim decernantur, nullũ ius tribuunt. At anteriores aliquod ius continent[c], nimirum illud quod defuncti personam representat[d]. Oportuit autem decretũ in ea interpositum fuisse, quod plerique Constantini constitutione[d] sublatũ esse affirmant: neque quisquã est qui hactenus dissenserit, nisi quòd Alciatus[e] hanc sententiã veritati non satis cõuenire existimat, præsertim cùm Constantini constitutio id expresim nó habeat, sed petitionem quæ inanes illas

f dixi ad rub. de inoff. testa. sup.
g in §. tam autem sup. de inoffic. testa.
h toto tit. de petitione hereditatis. ff. toto tit. de possessoria hared. petit.
i l. in suis. ff. de libe. et posth.
k 2. §. emancipati. sup. de exhæred. liberorum.
l l. non putauit. §. non quasi. ff. de bo. pos. cõtra tab.
m gl. in verbo, & extraordinarium in §. septima. inf. eod.
n l. 3. §. duæ causæ. ff. de Carbonia. edic.
o l. 3. §. inuito. ff. de bonorũ possessionibus. l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum act. non detur. l. nec emere. C. de iure delibe.
p d. §. quæ oneranda. toto tit. quod metus causa. ff. & C. arg. l. interpositas. C. de transactionib.
q l. nam quod. §. siquis cõpulsus. ff. ad Trebellianũ.
r l. 1. in prin. ff. de succ. edic.
s inf. de successionib. subla. quæ fiebant bo. per vẽditiones. in princ.
t diximus. sup. de legit. agna. success.
u l. 1. §. largius. ff. de succes. edic.
x d. §. largius. l. in suis. ff. de lib. & posthu. l. nam & si parentib. ff. de inof. test.
y l. 1. C. de successor. edic.
z l. 1. C. quando non peten. par. §. si ex pluribus sup. de senat. Orficia.
a docto. in l. 1. ff. de suc. edic.
b Alciatus in l. delata. ff. de verbo. signifi.
c dixi sup. ad rubricam in princ.
d l. vl. & ibidẽ omnes doctores. C. qui admitti.
e Alcia. lib. 2. paradoxorũ ca. 13.

illas verborum formulas continebat, è medio tollere voluerit: id quod & Iustiniani alia cõstitutione facilè indicatur[f]. Voluit igitur Cõstantinus sufficere qualẽcunque protestationem (sic enim testationis vocabulũ ex Bartoli sentẽtia[g] in lege Cõstantini interpretamur) siue ea scriptura siue sine scriptis cõtineretur. Videtur tamen Theophilo[h] iudicis decretum necessariũ non esse.

Titulus, De acquisitione per arrogationem.

Explicuit hactenus Iustinianus qua ratione successiones omnes, tam ex testamento quàm ab intestato ciuili vel honorario iure ad nos redirent. Iam ostendit alia ratione successiones nobis acquiri, nimirum per arrogationem de qua nos multa suprà diximus[i]. Hæc autem successio neque lege XII. tab. neque prętorio iure, sed communi prudentum consensu introducta est, sicuti Theophilus hoc loco indicauit[k].

§. Primus.

Veteri iure patri arrogatori omnia arrogati filij iura, siue corporalia erãt siue incorporalia, acquirebantur[l]. id quod & sine cessione fieri solet; cum vniuersitate etenim ipsæ actiones transire solent, licet in singularibus rebus cessio desideretur[m]. Quinetiam & huiusmodi arrogatione pater omnia filij arrogati bona statim possidet, etiam citra apprehensionem[n]. quod tamen Faber non admisit[o]: cùm in hærede videamus necessariam esse bonorum apprehensionem, licet dominium rerum hæreditariarũ statim ad eum transeat[p]. Nec nos quicquam mouet quòd Pomponius[q] eum qui adoptauerit, precariò possidere dicat rem quæ ab adoptato filio precariò accepta est. Id enim vt verum sit, tamen cùm apprehensionis mentio nulla fiat, id ex aliis legibus repetendum erit[r]. quæ sententia veritati magis accedit. Hodie tamen is qui in monachorum sodalitium se contulit, omnium bonorum suorum possessionem ad suos sodales statim transfert[s]. Id quod & in eo qui modò omnium canonicorũ assensu episcopus designatus est, obseruari solet: ita vt omnia ecclesiæ bona sine apprehẽsione possideat[t]. Sic & hęreditas huic patri arrogatori per filium acquiritur, adeò vt ei vel inuito filio adire concedatur[v], cùm scilicet patri naturali idem concessum esse videamus[x]. Bonorum tamen possessionem hic arrogatus filius non aliâs arrogatori acquirit, quàm si ante arrogationem eam sibi decerni postulauerit[y]. Nam post arrogationem iam is in numero liberorum esse desiit[z]. Sed hæc non obseruantur in societate. Societas enim ad arrogatorem patrem non transit: ne alioqui inuitus quis socius efficiatur ei cui non vult[&]. Idem obseruandum esse existimo in iis rebus quæ capitis diminutione pereunt, cuiusmodi sunt operæ officiales, quæ ad extraneos non transeunt, ad filios transeunt non mala mẽte exhæredatos[⁊]. At fabriles præteritæ non futuræ omnino transeunt[a]. quod Zasius alicubi eruditè adnotauit[b]: neque Accursius & alij eum sequuti[c] id ipsum satis perceperunt. Sic & agnationis iura cùm capitis diminutione pereant[d], per hanc arrogationem perimuntur. At cùm Iustiniani constitutione agnati cognatis æquiparentur[e], sicut nec cognatio, ita nec agnatio quod ad successiones pertinet, capitis minutione perimetur. quod Faber hîc adnotauit. Ad eundem modum arrogatori patri rem ab eo qui proximitatis nomine filio arrogato coniunctus est diuenditam luere non conceditur[f], cùm ratio retractus cesset, quæ ob id excogitata est, ne res è familia vnquam exiret. Postremò feudum huic arrogatori per filium non acquiritur, cùm illud ad extraneos hæredes nõ transeat tacito iure[g], sed in familia eorum qui acceperunt, remanere debeat: licet ipsi monasterio per monachum feudum acquiri possit[h]. quod Faber vix admittit[i]: cui adhæreo. Cæterùm hodie id in arrogatore patre obseruandum est, vt ad similitudinem patris naturalis vsusfructus aduentitiorum peculiorum ei acquiratur[k]. profectitia

f l. vlt. §. nos autem. C. de curatore furiosi.
g in l. non solum. §. morte. ff. de noui operis nuncia.
h Theophilus hîc.
i sup. tit. de adoptionibus.
k Theophi. hic in titulo.
l notatur in l. si arrogator. ff. de adoptionibus.
m notatur in l. ea verò. ff. pro socio.
n l. si adoptauero. iuncta ibi gl. & ibi Bart. & alij notant. ff. de precario. Aretinus hic.
o Faber hic in vers. sed quid dices de possessione.
p l. cum hæredes in princ. ff. de acquir. possess.
q in d. l. si adoptauero.
r d. l. cum hæredes.
s notatur in authen. ingressi. C. de sacrosan. ecclesiis.
t notatur in l. traditionib. C. de pactis.
t Bart. & docto. in d. l. cum hæredes.
v Faber hic.
x l. cum oportet. §. 1. C. de bonis quæ liberis.
y gl. hic in verbo, ius agnationis.
z l. vlt. ff. vnde liberi. l. 3. §. si emancipatus. ff. de contra tab.
& l. actiones. §. mor. versi. societas. ff. pro socio.
⁊ l. Fabriles. in fi. l. si operarum. ff. de operis libertorum. l. si patronus. §. si quis non mala mente. ff. de bonis libertorum.
a d. l. Fabriles. & l. à duobus. in fi. ff. de operis liber.
b Zasius in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cõdictione indebiti.
c doctores in d. l. libertus.
d §. vlt. sup. de legit. agnatione.
e auth. de hæred. ab intesta. venien.
f Faber hic in vers. Et hæc faciunt ad quæstionem.
g cap. vnico de capitaneo qui curiam vendidit in vsibus feudorum.
h docto. in auth. ingressi. C. de sacrosan. ecclesiis.
i Faber hic per cap. 1. de vasallo milite qui bellica arma deposuerit. in vsib. feudorum.
k hoc textu, sub finem.

etenim pleno iure ad eũ pertinent[l]. Quòd si vsusfructus huic arrogato filio relictus sit, finietur vbi is in cuius gratiam relictus est, rebus humanis exemptus sit[m]. In ambiguo verò vbi nõ satis conuenit an filij an patris gratia huiusmodi vsusfructus concessus est, propè est vt superstiti semper debeatur: quod & in patre & in domino Iustinianus aliquando obseruauit[n].

§. Mortuo.

Filio arrogato in profectitiis arrogator succedere solet. Idem in aduentitiis, nisi si filius liberos aliquot reliquerit aut fratres: quibus nõ extantibus[o] pater arrogator admittitur[p]. Hácque in specie Faber eum naturali patri & legitimo præferendum esse aduersus Accursij sententiam[q] tradidit[r].

§. Sed ex diuerso.

Arrogator, filij arrogati nomine summo iure non tenetur[s], cùm actiones à nostra persona initium accipere debeant[t]. Æquius est tamen vt si post arrogationem in re peculiari contraxerit, patrem arrogatorẽ, de peculio obliget[v]. Quòd si is iussu arrogatoris hæreditatem agnouerit, tunc hæreditariis actionibus is qui arrogauit conueniendus est[x].

Titulus, Deeo cui libertatis causa bona addicuntur.

Est & alia succedendi species, quæ neque XII. tab. neque honorario iure, sed diui Marci constitutione introducta est, qua receptum est, vt iis quibus libertas testamento relicta est, bona defuncti addicantur. Porrò addicere hoc loco adiudicare est (vulgus Gallorum deliberare vocat) quod alio loco Budæus[a] copiosius adnotauit.

§. Primus.

Quamuis ij quibus testamento libertas relicta est, eam non nisi adita hæreditate petere possunt[b], illi tamen repudiante hæreditatem hærede, petere possunt vt illis bona per iudicem addicantur: quod & libertatis fauor suadet[c], itidem & ne facilè bona à creditoribus possideantur[d]. Quod obtinet vbi hi cautionem præstiterint de solido cuique creditorum soluendo[e]. Oportet autem cautionẽ hanc expresis pignoribus fieri, vel fideiussoribus. neque enim omnium bonorum obligationem sufficere Aretinus hîc existimat, cùm lex nostra in pignoribus loquatur, quæ expressam traditionem desiderant[f]. Crediderim tamen iudicem ex bono & æquo habita consideratione personarum quid statuendum sit æstimare debere[g]. Eodem modo & si hi non facilè satisdationem offerre possint, tamen satisdationis onus eis remittendum non erit[h]. quod ideo est, quia contra voluntatem defuncti huiusmodi bonorum addictio fieri solet. Etenim testator eum quem scripserat hæredem sibi esse voluit: aut si is hæreditatem repudiaret, tunc hæredem legitimum euocari voluit. At vbi voluntas suffragaretur, sicut & in legatario cui testator rem aliquam præstari voluit[i], si legatarius satisdationem de eo quod plusquam per legem Falcidiã licet receperit, restituendo, præstare nequeat, satisdationis onere liberabitur[k]. Sufficit autem creditoribus omnibus aut vni, omnium tamen suffragiis constituto, satisdationem hanc promissam esse[l]. Planè hi ex huiusmodi cautione libertatem directã aut etiam fideicommissariã cõsequentur, si quidẽ vel directò vel per fideicommissum libertas relicta est[m]: licet extraneus qui bona addicta sunt (id enim licet[n]) eis operas indicere nequeat[o]. Sed & ij quibus ita libertas relicta est, ad huiusmodi bonorum addictionem arctandi non sunt. Licet enim ciuitatem Romanam nullus seruorum recusare posit[p], tamen propter eorum indeuotionem, si quidem in seruitute manere velint, æquum est vt dominum quandoque plus iusto sæuientem accipiant[q]. Sanè si huiusmodi hæreditas à fisco agnosci non debuerit, procliuius est vt addictio valeat.

l §.1.sup.per quas personas
m §.finitur.sup.de vsufr.
n l.ex libris Sabinianis.C. de vsufructu.
o l.vlt.C.cõmunia de succ.
p hoc textu.
q gl.in verbo, aliq persona. sub si.
r Faber hic arg.l.2.ff.siqs à parente manumiss. fue. iunctis iis qua Paulus libri 3. receptarum sententiarum titulo de lege Fabiana docuit.
s Theophilus hic.
t l.quęcunque diximus.ff. de actionibus & obligat. Theophilus in §.post mortem.ff.de legatis.
v l.in arrogatorem.ff. de peculio.
x Aretinus hic.
a Budæus ad rubr. de in diem addictione.
b l.eam quã.C.de fideicõmissis l.ex testamento.C. illo tit.de fideicommissaria manumissione. l.si nemo.ff.de reg.iur.
c arg.l.inter pares.ff.de re iudica.arg.ca.duobus.de re iudicata.
d §.hoc rescripto.inf.eo.
e l.ergo.§.addici.ff.de fideicommissar.libertatib.
f arg.l.plebs.§.pignus.ff. de verb.sign.
g iuxta notata Alciati lib. 1.de verb.sig.pag.17. cũ aliquot sequentibus.
h Faber hic.
i §.legatũ.sup.de legatis
k l.cũ non facile.ff.si cui plus quàm per le. Falci.
l d.§ addici.ver.creditorib'
m d.l.ergo.§.ij qui ad libertatem.
n l.vlt.C.de testamentaria manumissione.
o l.siquis hac lege.versi. sed nec is quis.ff.de oper. libertorum.
p d.l.vlt.§.fin verò.
q d.§.fin verò.

valeat[r]. Idem & si agnosci debuerit, sed tamen præfectus ærarij eius rei admonitus sit[s]. Licet enim addictio cesset, tamen libertas præstabitur, itidẽ & legata: sicut & quum propter delictum hæredis fiscus hæreditatẽ occupat[t]. tunc enim & legata ab eo præstanda sunt[v]. Nã vbi testatoris delictum fisco locum dedit, nec legata nec aliquid aliud ex testamento præstari debet[x]. & ideo Faber non malè admonuit, valere id de quo agitur, etiam si ineptè fiat. quod exemplo liberti qui sub conditione quam prætor remittit, patronum instituerat, receptum est[y]. Quod obtinet vbi id quod ineptè fit, priuatorum vtilitatem respicit, vt quia pupillus vtiliter immobilia sua citra solẽnitatem à lege præscriptam[z] vendiderit. quod & ad ecclesiam producendum est[&]. Alioqui vbi pro forma aliquid desideraretur, formæ omisśio actũ non vitiat: facitque vt id quod ineptè agitur, effectũ nullum consequi possit. Quod in electione quę inuocatis omnibus canonicis facta est, respõsum est[9]. Planè nihil retulerit libertatem ab intestato relictam esse[*]. Si enim successor nullus inueniatur, tunc addictio locum habet. Certum est autem, nullũ successorem futurum, vt quia vel is qui ab intestato ad hæreditatem vocabatur, eã repudiauerit: vel nullus alius sit qui ad legitimas hæreditates vocari possit[a]. Sed & is qui cùm minor viginti quinque annis esset, hæreditate patris abstinuerit[b], deinde post bonorũ addictionem ex pœnitentia ad hæreditatem redire velit[c], libertatis dationem non reuocat, cùm ex regula iuris communis factum legitimè retractari nequeat[d]. Quin & illud proditum est, nihil omnino referre an serui inter viuos manumissi sint[e]. Licet enim verba constitutionis in eo qui in vltima voluntate seruos suos manumiserit loquantur, tamen fauor libertatis exposcit vt bonorum addictio fiat[f]. Neque scrupulosius disputabimus an in fraudem creditorum libertas seruis relicta sit[g]. Reliqua quæ ad hanc bonorum acquisitionem pertinent, ex Iustiniani constitutione repetenda sunt[h].

r d.l. ergo. §. si bona.
s d.l. ergo. §. planè.
t l. 1. ff. de iure fisci.
v l. non possunt ff. de iure fisci.
x l. cũ filius. §. vlt. ff. de leg. 3.
y l. si libertus sub conditione ff. de bonis libert. iũcta l. conditiones. 1. & 2. & l. plius. ff. de conditionib. institutionum.
z titulo de reb. corũ. ff. toto tit. de prædiis minorũ. C.
& Faber hic.
9 ca. quia ꝓpter. de electiõe.
* §. in primis inf. eodẽ. d.l. ergo. §. is autem cui.
a Aretinus hic.
b §. extraneis. sup. de hære. quali. & diffe.
c l. vlt. C. de repudian. hæreditate.
d cap. factum legitimè. de reg. iur. in 6. l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. cum concordantibus.
e §. hæc constitutio inf. eo.
f §. hoc rescripto. inf. eod.
g §. in fraudẽ. sup. quib. ex cau. manumittere nõ licet.
h l. vlt. C. de testamentaria manumissione. §. sed cum multas. inf. eodem.

Titulus, De venditionibus quæ fiebant per bonorum venditionem, sublatis.

In rubricam.

Antequam bonorum addictio libertatum conseruandarũ causa in vsum Reip. aduenisset, erant & quædam aliæ successiones quæ per bonorum venditiones fieri dicebantur: aliæ quædam senatusconsulto Carboniano ad nos deferebantur: quod hoc loco Iustinianus diligenter explicuit, Theophilus certè multo diligentius, rem omnem ab antiquitate repetens[i].

i Theophilus hic.

§. Primus.

Olim creditoribus permissum fuit, debitorum bona authoritate iudicis possidere, eáque lege bonorum vendendorum impetrata diuendere, ita vt emptor bonorum omnibus actionibus & conuenire & conueniri posset. At hodie bona authoritate iudicis possidenda sunt[k], seruato nimirum ordine qui in primo & secundo decreto necessariò obseruari debet: de quo in præsentia nonnihil dicendum. Constat igitur vnicuique iudici licere iurisdictionem suam pœnali aliquo remedio tueri atque defendere[l]. Aliquando enim mulcta extraordinaria litigatores coërceri debent[m]. plerumque & hi vocatione quæ prehensioni iungitur, constringendi sunt[n]. nonnunquã & illos tanquam indignos non audiet. Ad extremum creditores qui debitorũ absentiam causantur, propter contemptam prætoris maiestatem ex primo decreto in possessionem mitti solent: quod vt interponi possit, multa necessariò desiderãtur. & in primis vt debitores tribus edictis, vel vno peremptorio pro tribus[o] ad iudicium euocentur[p], híque neque adsint, neque defendantur[q]. Deinde vt programmate aliquo omnes admoneantur num huic

k titulo de bonis auth. iudicũ possidẽdis. ff. & C.
l l. vnica, vbi Zasius notat. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit.
m Barto. in d. l. vnica.
n l. consentaneum. vbi notatur. C. quomodo & quando iudex.
o l. cõtumacia. §. contumax. ff. de re iudicata.
p Speculator in tit. de contumacia.
q l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quib. ex causis in possessatur.

abſenti patrocinium præſtare velint[r]. Ad extremum vt iudicium acceptum non ſit[ſ]. Quæ omnia vbi interceſſerint, iudex creditorem in rei petitæ poſſeſsionem, ſiquidem reali agatur, mittere non cunctabitur: eritque is ſolus in poſſeſsione[t]. Sin perſonali agatur, pro modo debiti illi bona adiudicabit[v], eritque in poſſeſsione cum aduerſario: qui vt tædio affectus ad iudicem veniat[x], ſi quidem re ſua liberè vti velit, alter perpetuò illi officiet[y]: Differentiæ ratio in eo eſt, quòd in reali videamur ius aliquod in re habere[z], vnde nó mirum eſt ſi illius iuris nomine ſimus in poſſeſsione: at in perſonali tantùm perſona conſtringitur: id quod & vox ipſa ſatis indicat[&]. In quam quidem perſonam, modò ſit libera, cùm non poſsit fieri miſsio[o], nó enim carceribus claudi nec dari pignori poteſt, ſi quidem cedere bonis velit, propè eſt vt ad res ipſas deueniamus. quæ res in cauſa eſt vt alium in poſſeſsione nobiſcum admittere debeamus. Effectus autem huiuſce primi decreti iſte eſt, quòd dominium nobis acquiritur in reali ſolo lapſu temporis poſt annum: at in perſonali ſecundum decretum interponi debet. quæ omnia latius alij commemorauerunt[*].

§. Vltimus, Erat & ex ſenatuſconſulto.

Senatuſconſulto Claudiano conſtitutum erat, vt ſi libera mulier in aliquem ſeruum deperiret, liceret huic mulieri domini nomine nunciare vt ab huiuſmodi amore abſtineret, idque adhibitis ſeptem teſtibus[a]. Quòd ſi illa ſemel atque iterum admonita, adhuc in eodem amore pergeret, fas erat ipſi domino eam in ſeruitutem euocare, atque omnia mulieris bona principali reſcripto accipere[b]. Quod cùm indignum eſſe ſuis temporibus Iuſtinianus arbitraretur, in totum Claudianum ſenatuſconſultum ſuſtulit[c], voluítque vt ſolùm iure ciuili, vel iure prętorio, aut arrogatione, aut addictione bonorum libertatum conſeruandarum cauſa facta ſuccedere liceret.

Titulus, De obligationibus.

In rubricam.

Inter varias continuationes ab interpretibus relatas vna eſt quæ huic loco maximè conuenit[d], quam etiam Theophilus comprobat[e], poſt perſonatum ſcilicet & rerum iura, de actionibus (quæ tertiam iuris noſtri partem continent[f]) videndum fuiſſe. Verùm cùm actiones ab obligationibus proficiſcantur[g], vix fieri poteſt vt eas quiſquam rectè aſſequatur, niſi ſi illarum fontem àgnouerit. Ita igitur de obligationibus diſſerendo, ſenſim in actionum cognitionem deſcendimus.

§. Primus.

Quo facilius ea quæ hoc loco traduntur percipiamus, animaduertendú eſt obligationum triplicem eſſe ſpeciem. Vna eſt naturalis, ciuilis alia: tertia quæ quòd ex vtraque conficiatur, mixtæ vocabulum ſibi adſciuit[h]. Naturalis obligatio quandoque conſideratur vt quia vel ciuili aliqua vel prætoria confirmetur[i]. quo ſenſu omnes contractus qui iuris gentium ſunt, poſteáq; per legem comprobati, hac naturali contineri poſſunt[k]. Interdum & eam ciuilis lex nec tuetur nec infirmat: & ea duplex eſt. Quędã eſt iure naturæ efficax, actioni tamen pariendæ non ſufficit[l]: cùm ſcilicet actiones à iure ciuili formam ſuam acceperint[m]. Hæc autem ſolo conſenſu qui iuris gentium eſt continetur, habétque nó mediocres effectus. Hæc enim exceptionem parit[n]. Interdum & compenſationis vice fungitur[o]. Nonnunquam & ea nouationé non refugit[p]. Plerumque & in conſtitutum deduci poteſt[q]. Inter patrem quoque & filium conſiſtere poteſt[r], ſicut & inter ſeruum & dominum[ſ], cùm iure naturæ diuerſæ perſonæ eſſe cenſeantur. Habet & eam vim, vt indebiti condictionem impediat[t]: aliáque id genus ſimilia. Alia eſt quæ ad ἀντίδωρα, id eſt,

r Bart. in l. ergo ſciendũ. ff. ex quibus cau. maiores.
ſ nota in l. properandũ. C. de iudiciis. notatur in ca. prout. de do. & cõtuma. cia. notatur in ca. quoniã in aliis. vt lite non conteſtata.
t l. ſi quis ante cõduxit. ver. Itẽ Põponius. ff. de acqui. poſſeßione.
v auth. et qui iurat. C. de bo. author. iudi. poßidea.
x cap. quoniam frequenter §. porro. & §. in aliis. vt lite non conteſtata.
y Panormit. in d. c. quoniã.
z §. omnium. inf. de actionibus. l. actionũ genera. ff. de actionib. & obliga. & d. §. omnium.
o cap. 2. de pignoribus. l. cũ haredes. §. vlt. ff. de acqui. poſſeſ. his adde l. 1. 2. re. ſponſo. C. qui bo. ced. poſ.
* Zaſius & alij in l. ſi ſi nita. §. Iulianus. ff. de dãno infecto. Canoniſtæ ĩ d. cap. quoniam.
a l. ſi liber homo. C. de liberali cauſa.
b Theophilus hic.
c l. vnica. C. de ſenatuſcõſulto Claudiano tollendo.
d gloſ. rubrica hic.
e Theophilus hic.
f §. omne autem ius ſup. de iure naturali.
g l. licet. §. ea obligatio. ff. de procuratoribus.
h cõmuniter docto. hic.
i l. legitima. ff. de pactis.
k Faber hic. Alciatus in l. creditores in verbo, iure ciuili. ff. de verbo. ſignifi. Vide Baldũ & Alexandrum in d. l. legitima.
l l. 1. §. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ff. de pactis.
m l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iuris.
n l. ſi vn⁹. §. pact⁹ ne peteret vbi Zaſi⁹ not. ff. de pactis.
o l. etiã. ff. de cõpenſationib⁹ vide hic omnino Porcũ.
p l. 1. ff. de nouationibus.
q l. 1. §. vlt. ff. de cõſtit. pecu.
r l. frater à fratre vbi Zaſi⁹ not. ff. de cõdictiõe ĩdebiti.
ſ l. ſi id quod dominus ſeruo. ff. de condict. indeb.
t arg. l. fides commiſſam. C. de condictione indeb.

id eſt, remunerationem pertinet [v]. huius autem multi effectus commemorantur. Primus eſt, quòd hæc donationem inducit [x]. Secundus, quòd repetitioni locum facit, vbi alioqui repetitio in totum ceſſaret [y]. Tertius eſt, quòd & donatarium ad alimenta donatori præſtanda conſtringit [z]. Quartus eſt, quòd ea donationẽ ſine inſinuatione cõfirmat [&], ſicut & quòd illa liberis natis non reuocetur [*]. Quintus eſt, quòd aliquãdo eũ furti cõſtringat, qui alioqui furti non teneretur [a]. Súntque ab aliis plerique huiuſce obligationis effectus diligenter pertractati [b]. Eſt & ciuilis obligatio, quæ ſola ciuili lege, nõ naturali cõprobatur [c], cuiuſmodi eſt ea quæ ex chirographo ſpe futuræ numerationis recipitur. hæc enim cùm conſenſum non habeat, naturalem obligationem párere non poteſt. quod plerique non indiligenter aduerſus Petri & Iacobi ſententiam tractauerunt [d]. Cæterùm cùm iure ciuili ſerui pro nullis habeantur [e], cúmque pater & filius eo iure vnius perſonæ vice fungãtur [f], conſequens eſt vt nec inter patrem & filium [g], ſicut nec inter dominum & ſeruum conſiſtere poſsit. Perimitur autem hæc alio ciuili actu, ſicut & naturalis actu naturali: cùm nihil tam naturale ſit, quàm eodem genere diſſoluere quidpiam quo ligatum eſt [h]. Et hæc ſententia cùm ciuili iure introducta ſit, ciuilem obligationẽ extinguere poteſt [i], non autem naturalem. ea etenim adhuc ſupereſt etiam ſi iudicem malè abſoluiſſe conſtiterit [k]. Tertia eſt obligationis ſpecies quam hoc loco Iuſtinianus tanquam efficaciorẽ definiuit. ſuperiores enim imbecilliores ſunt [l]. Ea autem & cõſenſum habet & ius agendi propter iuris ciuilis formam adhibitam: & ideo eã Iuſtinianus ſic definiuit, vt ſit iuris tam ciuilis quàm honorarij vinculum, quo vel inuiti creditoribus noſtris aliquid aut dare aut facere compellimur pro lege quæ inter contrahentes dicta eſt, ſecundum tamen Romanorum leges. Etenim obligationes omnes aut iuris ciuilis ſunt [m], cuiuſmodi eſt legis Aquiliæ formula, quæ à Gallo Aquilio Tribuno plebis inuenta eſt [o]. Item & de pauperie obligatio [p], quam ex Solonis legibus Romani in ſuas leges poſtea tranſtulerunt. Item furti nec manifeſti actio [q]. Aliæ ſunt quas prætores excogitauerunt, cuiuſmodi eſt vi bonorum raptorum obligatio [r]. Furti quoque manifeſti [ſ]. & aliæ id genus obligationes. Et hæc interpretatio, Accurſij [t] & aliorum id genus authorum [v] ſententiam infringit, qui iuris vocabulum hoc loco pro iure vinciente poſitum eſſe exiſtimant: quæ interpretatio iureconſultorum nitori nõ ſatis conuenit, ſicut nec illa qua ipſi vim ac poteſtatẽ in tutelæ definitione [x] pro violenta poteſtate vſurpant. quo tamen in loco ius ex Theophili ſentẽtia legendum eſt [y], etſi omnia exemplaria refragantur. Additum eſt in definitione, quo neceſsitate adſtringimur: quæ verba differẽtiæ loco poſita ſunt, cùm in naturali obligatione ad rem ipſam tradendam non adſtringamur [z], ſicut nec in ciuili [&]. At vbi vtraque adeſt, tunc à nobis vel inuitis exigi pecunia poteſt [a]. nam & tum re vera debitores dicuntur [b]. Subiungitur in definitione rei vocabulum, quod & factum ipſum complectitur [c]. Rei etenim appellatio latiſsimè patet [d]. & ideo Baldus rectè colligit [e], quòd ſi lege municipij pro re qualibet nummus ciuitati pendatur, pro facto ipſo, quod alioqui æſtimationem admittit, pecuniam præſtandam eſſe, ídque ex rei dictione, quæ in ſtatuto poſita eſt. quod & Porcus hìc ſenſit. Poſtremò & illud obligationis definitioni additur, ſoluendæ rei ſecundũ noſtræ ciuitatis iura. Quæ verba eam interpretationem ex Theophili ſententia recipiunt [f], vt non omnis ſolutio nos obligatione eximat, ſed ea quæ ſecundum leges fieri conſueuit, quos citra tutorum authoritatem neq; rectè ſoluere, neque his cõmodè ſolutionẽ facere poſſe certiſsimum eſt [g]. id quod & Accurſius [h] poſt longas ambages, licet ad pupillum id non referat, animaduertit. Etenim ſolutio ſe-

v docto.in l.ex hoc iure.ff. de iuſtitia & iure.
x arg.l.ſi verò nõ remunerãdi.§.Papinian⁹. ff.mã.
y arg.l.idẽq́. §.vlt. iunctis duabus legibus ſequẽtib. ff.mandati.
z glo.in verbo, voluerit.in l.vlt.C.de reuocã.donat.
& glo.in l.Attilius. iuncta l.ſi pater.§.vlt.ff.de donationibus.
* Et ita limitatur.l.ſi vnquã C.de reuocã. donat. per Peruſinũ & Bart.in l.Titia Seio.§.imperator. ff.de lega.2.
a l.ſi pignore.§.1. ff.de fur.
b Porcus hic.
c infra de literarũ obligat.
d Porcus hic & Iaſon in addit.ad eundem.
e l.quod attinet.ff.de re.iur.
f l.vlt.C.de impuberũ & aliis ſubſtitutionibus.
g arg. l.lis nulla.ff.de iudicijs.
h l.nihil tam naturale eſt. & l.fere.ff.de reg.iur.cũ concordan.
i l. Iulianus verũ debitũ. vbi Bart.notat.ff.de condictione indebiti.
k l.index.ff.de cõdictione indebiti.
l gl.hic ĩ verbo, obligatio.
m §.omnium.inf.eodem.
n d.§.omnium.
o inf.de lege Aquilia.Cicero in Orato.Salomonis⁹. in l.Gallus.
p inf.ſi quadrupes pauperiẽ fecis.dica.
q inf.de noxalib. actionib. §.ſunt autem.
r inf.vi bonorũ raptorũ.
ſ inf.de perpet. & tempo. act.§.1.
t glo.hic in verbo, iuris.
v Faber, Aret. & Iaſon.
x ſup.de tutelis in princ.
y Theophil⁹ in §.1.ſup.de tutelis.
z l.iuris gentium.§.ſed cũ nulla.ff.de pactis.
& §.præterea inf.de except.
a l.debitor.ff.de verbo.ſig.
b d.l. debitor. & vide hic Porcum.
c glo.hic in verbo, rei.
d l.1. vbi Socinus notat.ff. & §. at ex contrario. ſup. quibus alienare licet vel non.

f certum petatur.l.rei.ff.de verbo.ſignifi. e Baldus hic. f Theophilus hic. g §.nunc admonendi. h glo.hic in verbo, ſecundum ibi: Vel dic quòd refertur tantum.

cundum leges fieri dicitur, eáque obligatione nos eximit, quando res æquè bona[i] congruo loco & tempore, apud competentes iudices & magistratus redditur[k], & in summa si ea omnia quæ solutioni faciendæ legibus cauta sunt[l], diligentissimè obseruentur.

§. Omnium. cum duobus sequentibus.

Postquam Iustinianus obligationem definiuit, eam in ciuilem & prętoriam distribuit: quod nos modò commemorauimus[m]: rursus & illud ostendit, omnes vel ex contractu oriri[n], vel quasi contractu[o], vel maleficio[p], vel quasi maleficio[q]. Eas autem obligationes quæ ex quasi contractu & ex quasi maleficio nascuntur, iurisconsultus ex variis causarum figuris oriri docuit[r]. Ad extremum cùm de singulis dicturus esset, priùs de his quæ ex contractu proficiscuntur differit, ostendens eas vel re[s] vel verbis[t], literis[v], consensu côtrahi[x]. Porrò contractus ex Vlpiani[a] & Theophili[b] sententia sic finiri solet, vt sit vltro citróque obligatio, quam Græci συνάλλαγμα vocant. Quo fit vt nec stipulatio nec donatio, aut partim gratuiti, vt hæreditatis repudiatio, liberatio, mutuum, lege municipij quæ contractus mentionem facit, côtineantur[c], nisi eò ratio legis nos adigat[d]. Quid enim si mulier lege municipij citra agnatorum consensum contrahere prohibeatur? nunquid donare, aut delatam sibi hæreditatem repudiare poterit? Et non videtur[e]. Ratio etenim legis hæc est, vt mulieris imbecilli consilio succurratur. At maximè illi succurrendum est quando vel repudiatione vel donatione vel liberatione sibi malè prospicere velit[f]. Credidit tamê apud Iasonem Baldus[g], lege municipij vel constitutione regia quæ id quod ex contractu debetur, intra sex menses exigi velit, nisi creditor debito suo priuari velit, eum qui mutuã pecuniam dederit, non contineri. quæ sententia apud me dubia est.

Titulus, Quibus modis re contrahitur obligatio.

Ad rubricam.

Duo sunt quæ in vniuscuiusque tituli initio à nostris professoribus tractari solent. Primùm est vt rationem ordinis, quam ipsi continuationem vocant, explicent: deinde vt singula verba rubricæ interpretentur. Prius illud qui hoc loco quærat, nihil aliud quàm nodum in scirpo quæsisse videatur, cùm illud ex superioris tituli vltimo responso satis colligi possit. Alterum verò in eo consistit, vt fateamur Iustinianum id hoc loco præcipuè agere, vt ostendat quosdam esse contractus ad quorum substantiam rem ipsam accessisse pertineat: hoc enim est re obligationem contrahi[h]. Etenim mutuum sine re, nimirum pecuniæ numeratione, esse nequit[i], id quod & in cômodato, pignore, indebito per errorem soluto, deposito, obseruari solet: sicuti progressus indicabit. Quæ res in causa fuit, vt Accursius[k] existimaret pactum, quod alioqui nudum esset, iustum effici re, id est vt doctores nostri loquuntur, vestitum[l], vt in exemplis modò relatis. Consensus etenim rei interuentu vestitus est: ídque & in stipulatione quæ verbis: literarum obligatione, quæ literis: emptionibus, locationibus quæ consensu vestiútur, obtingere solet. Quæ sententia non ita multum mihi fidei facit, præsertim cùm videamus vestimêtû in pactis accidêtis vice fungi, ita vt ab illis detrahi possit. At hìc in mutuo & aliis eiusmodi speciebus res * omnino ad côtractus substátiã pertinet[m], sicuti & verba in stipulationibus[n], scriptura in literarû obligationibus[o], consensus in emptionibus, locationibus, & aliis id genus contractibus[p]. Huc accedit, quòd cùm huiusmodi contractus nunquam nudi fuerint, vestimento opus non habent. Quòd siquis Accursium sequi malit, ea vestimenta quatuor quæ primò commemorat, vno vestiméto nimirû nominis, coërcere potest. Quod autem ipse subiungit[q] aliquot alia esse pactorû

vesti-

i l.3.§. si reddita. ff. cômodati. l. cû quid. ff. si certum petatur.
k l. quis Romæ ff. de verbo. oblig. l. si soluturus. ff. de solutionib. l. obsignatione. C. de solutionib. l. mora. C. de vsuris.
l toto tit. de solutionibus ff. & C.
m dixi. sup. in explicatione definitionis obligationis.
n inf. tit. proximo vsque ad tit. de obliga. quæ ex quasi contract.
o inf. de obliga. quæ ex quasi contract.
p inf. de obliga. q̃ ex delic.
q inf. de obliga. quę ex quasi malefi.
r l. 1. ff. de actionib. & obligationibus.
s inf. tit. prox.
t inf. de verbo. obliga.
v inf. de literarû oblig.
x inf. de oblig. quæ ex consensu.
a l. Labeo lib. 1. §. côtractû ff. de verb. signifi.
b Theophi. in § pri. hoc tit.
c Iason in §. omniû. numero mihi 35. & 6. Alcia. in d. l. Labeo.
d Alcia. in rubr. C. de pactis.
e Bart. î §. pact. ne peteret. in l. si vnus ff. de pactis.
f arg. l. sũ ii. §. filiusfamilias. ff. de mor. cau. donat.
g Iason in additionib. ad Porcû. sup. ad rubricam.
h l. obligamur. versi. re. ff. de actionib. & obligat.
i d. l. 2. §. mutui datio. & §. appellata. ff. si certum petatur.
k glos. hic in verbo, re. gl. 1. in §. quinimo. in l. iuris gentium. ff. de pactis.
l Alciat. in l. lege obuenire. ff. de verb. signifi. circa medium.
* Res non vestit quosdam contractus, cùm sit ex eorum substantia.
m Theophi. hic î initio rubrica.
n l. 1. in princ. ff de verbo. obligationibus.
o inf. de litera. obliga.
p l. côsensu. ff. de actionib.
q glos. 1. hic ibi, coherentia contractus, &c.

vestimenta, bellè quidem dicit: sed istis omnibus vnicum vestimentum, nimirùm causæ, sufficiet [r]. idque sic ostendi potest [s]. Si enim innominata conuentio inter nos accesserit, vt quia de dando libro meo conuenerit, vt meo nomine profectionem suscipias, nuda est conuentio [t]: iusta autem erit, vbi ego librum dedero: atque ita vestimento causæ vestietur. Idem est & si contractui pactum adiiciatur. Etenim cohærentia contractus, huiusmodi vestimenti causa esse solet [t]. Quod & in eo qui se Reip. opus aliquod facturum pollicitatione nuda receperit, constitutũ est. vbi enim cœptum fuerit ædificium, in eo pergere cogendus est [v]. Idémque in liberto obseruatur, qui cùm patre nudo pacto promissas operas deberet, postea iureiurando præstituturũ se receperit [x]. Súntque alia id genus quàm plurima.

§. Re contrahitur.

Tripartitò mutuum à doctoribus nostris considerari solet. Aut enim naturale est, aut ciuile, aut naturale & ciuile simul, siue ciuile cui natura adminiculũ præbet [y]. Naturale est illud quod numero, pódere vel mẽsura constat: vt si vinum, frumẽtum, oleum mutuum dederis. Ciuile est in chirographo, quãdo re vera numeratio non accesſit, sed pecunia tantùm [z]. Ciuile cui natura fauet, est quando quis pecuniam vel aliam rem numeratam stipulatur sibi reddi [&]. Atque ita Accursius, Bartolus, & alij communiter docuerunt: quibus in mutuo naturali adhæreo: in aliis verò duabus mutui speciebus non consentio, his nimirum rationibus. Constat enim ciuile illud mutuum, mutuum non esse, sed literarum obligationem [&], quæ origine quidem multum differt à mutuo, cùm mutuum sit contractus iuris gentium [a], literarum verò obligatio iuri ciuili asscribatur [b]. Diuersa quoque horum nomina, variam esse horum rationem satis arguunt [c]. Sic & si quis numeratam pecuniam sibi reddi stipuletur, obligatio ex numeratione non nascitur, neque stipulatione nouatur [d], quia vt inquit Pomponius [e], id agitur vt sola stipulatio teneat, & magis stipulationis implendæ gratia numeratio intelligẽda est fieri. Illud quoque communiter per manus omnium traditum est, vbicunque implens & impleta causa inciderint, ex causa impleta non implente agendũ esse [f]. Reliquum est igitur vt mutuum vnius tantùm generis sit, quod ipsi naturale vocauerunt: sícque definiri posse arbitror, vt sit contractus quo rei mutuatæ dominium in accipientem transferimus ea lege, vt nobis non eandem rem, sed aliam eiusdem tamen naturæ & qualitatis restituere compellatur. Quæ definitio sic explicari potest, vt contractus nomen, generis locũ teneat [g]. Deinde rei mutuatæ dominium, mutuum ipsum à commodato & deposito secernat [h]: in quibus etsi res intercedant, non tamen earum dominiũ transferimus [i]. At in mutuo pecuniam & alias res quæ numero, pódere, mẽsura constãt [k] (in his enim solis mutuum consistit [l]) non alio sanctiore proposito dare solemus, quàm vt is qui accipit, in suos vsus conuertat. Et cùm in mutuo dominium transferri debeat [m], consequens est vt is qui mutuat, rei mutuatæ dominus sit. Nemo etenim plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat [n]. Quare & si fur nummos credendi animo dederit, accipientis non facit [o]. Sic & furiosus cùm rei alienandæ potestatem nõ habeat [p], pecuniæ mutuò datæ dominium non transferet [q]. Sic & cùm consensu mutuo res tradi debeant [r], neque error in causa intercedere debeat: requiritur vt hi in eam causam consentiant: alioqui mutuum ab initio non consistet [r]. Veruntamen consumptione condictio postea acquiretur [t], perinde ac si pecunia mutuata vsucapta sit [v]. Nam & si sub conditione pecuniam tibi credidero, ante conditionis euentum, mutuum pendet [x]: at vbi euenerit conditio, mutuum ex pòst facto confirmabitur [y]. Sic & illud receptum est, vt vbi quis

r l. iuris gẽtium. post prin.
s l. ex placito. C. de rerum permutatione.
t l. in bonæ fidei. l. petens. C. de pactis. §. quinimo in vers. dicebã. ff. si certum petatur.
v l. 1. l. pactum. ff. de pollicitationibus.
x l. vt iurisiurandi. ff. de oper. libertorum.
y gl. in verbo, credimus in l. 2. §. vlt. versi. verbis. ff. si cert. petatur. & ibi Bar. gl. in §. item is in verbo, mutuũ. inf. eo.
z l. in cõtractibus. C. de nõ numera. pecunia.
& l. si ita fuero stipulatus. §. vlt. iuncta l. seq. ff. de nouationibus.
& d. l. in contractibus. & tit. de litera. obliga. inf.
a l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.
b glos. in verbo, quibusdã in d. l. ex hoc iure glos. in verbo, pene. in §. nam & vsu. sup. de iure naturali.
c arg. l. si idẽ. C. de codicil.
d contra Paulũ Castrẽsem in l. certi condictio. in §. quoniã. ff. si certũ petatur.
e l. cũ enim. ff. de nouationi.
f notatur in d. §. quoniam notatur in l. petens. C. de pactis.
g §. sequens. & §. pri°. sup. tit. proximo.
h §. item is & §. praeterea. inf. eod.
i l. si pignore. ff. de furtis. l. si i Asia. §. vlt. ff. depositi.
lz l. 2. §. mutui. ff. si certum peta.
l Theoph. hic. Zasius in d. §. mutui.
m hoc textu sub finẽ. d. l. 2. versic. appellata.
n l. traditio. ff. de acquir. rerum dominio.
o l. nam & si fur nũmos. ff. si cert. petatur.
p sup. quib. ex cau. alienare licet vel non.
q l. si à furioso. ff. si certum petatur.
r arg. §. vẽdita. sup. de acquirẽ. rerũ dominio.
s l. si ego pecuniã. ff. si certum petatur.
t d. l. nã & si fur. & d. l. ſego.
v arg. l. Proculus. ff. de iure dotium.
x arg. l. cedere diem. ff. de verbo. signifi.
y l. proinde. ff. si cert. peta.

pecuniam alienam mutuando,eam sibi reddi stipulatus est,vt ei ius obligationis quæsitum esse videatur[z]. Id quod & in aliis speciebus euenire solet[a]. Subiungitur in definitione,nobis non eandem rem,sed aliam,eiusdem tamē naturæ & qualitatis,restituendam esse. Et quanuis is qui vel triticum vel vinum mutuum acceperit, illud idem postea restituat, quòd scilicet illis non egeat,mutuū tamen erit[a]. Satis enim est ab initio eius opinionis contrahentē fuisse,vt idem redderetur[a]. Vnde cùm mutuum esset,ex solutione non mutatur obligationis nomen,sed omnino extinguitur[b]. Alia igitur res eiusdem tamen generis restitui debet[c]. Vnde pro pecunia ad numerum accepta frumentum ad mensuram reddi non potest.frumentum enim à pecunia numerata genere secernitur[d]. Idem erit & si frumentum tibi mutuauero.neque enim æstimationem reddere poteris.oportet enim in mutuo functionem æstimationis in eodem genere esse. Nec nos quicquam mouet quod lex pro vno mutuato,æstimationem quandoque soluēdam esse dicat[e]. Id enim propter moram debitoris fit,qui quanti plurimi res valuit condemnatur:ac nec si partes consentiant vt res alia detur,mutuum subuertetur[f](Illud enim cōstat,contractus substantiam partium verbis non immutari[g])sed magis est vt innominatum contractum do vt des factum esse existimemus[h]. Illud quoque in mutuo exigitur, vt cùm quid mutuum dederimus,etsi non cauerimus vt æquè bonum nobis reddatur, non liceat tamen rem quæ ex eodem genere deterior est,reddere:veluti nouū pro veteri[i]. Et hoc est quod dicimus, rem eiusdem naturæ & qualitatis restituēdam esse. Vltimo loco dictum est, eum cui mutuum datum est, nobis obligatum esse[k]. & hæc particula donationem excludit. In ea enim licet dominium translatū sit[l],nullo tamen obligationis vinculo, præterquam remuneratorio[m], donatarium nobis adstringimus,quod & Theophilus hîc sensit[n]. Sed qua actione id quod mutuū damus repetimus? Et Iustinianus[o] certi cōdictione repeti posse existimat:quod tamen interpretes[p] in certi condictione speciali receptum esse attestantur. Generalis etenim certi condictio non ex mutuo tātùm, sed & ex omni causa competit[q]. Sed hæc disputatio inutilis est, & vt Horatius inquit, de lana caprina[r]. Igitur certi condictione mutuum repetitur ea ratione, quia cùm mutuum in pecunia tam numerata quā non numerata(quæ pecuniæ significatio iuriscon.notissima est per l.pecuniæ.1.2. & 3.& ibi Alciatus.ff.de verb. significatione) semper consistat, hoc est,vt inquit textus noster , in iis rebus quæ pondere, numero vel mensura constant[s],pecunia autem certa est[t],neque facilè potest tempore suam substantiam immutare[v]. In plerisque autem casibus vtilis est certi condictio,in aliis verò necessaria est. Necessaria quidē, quando mutuum repetimus,cùm nulla alia actio nobis detur[x]:sicut & quādo ex æquitate aduersus eum datur qui pecuniam meam sine causa apud se habet[y]. Maximè autem ex Iasonis & Alberici sententia[z] necessaria est quando mutuum consumptione rei conciliatum repetitur. ea etenim in specie omni agendi auxilio destituti esse videmur[a]. Vtilis est, si quis nolit ei contra quem agit, infamiæ notam inurere. cessat enim in condictionibus infamia[a] : illa scilicet ratione, quia in condictionibus ad id quod nobis debetur,agimus[a]. At infamia nunquam nisi ex delicto irrogari potest[b]. Probabiliter autem dubitari potest, nunquid hæc ad id quod nostra intersit dari debeat[c]. Et plerique aduersus Accursij sententiam[d] existimant dari non posse,cùm lex eo nomine certi cōdictionem donet[e]. quod & ex recentioribus quidam[f],& nonnulli veterum secuti sunt[g].

§. Is quoque.

Descendit Iustinianus ad secundam obligationum speciem,quæ re contrahitur,quæ tota in indebiti per errorem soluti[h] repetitione versatur. Indebitum

z l.quāuis.C.si certū peta. & Aretinus hic.

a Sinus,Alexāder,Decius in d.l.2.ff si cert.peta.

a arg.l. sed an vltro.§.1.ff. de negociis gestis.

b inf.quib.mo.tollitur obligat.in princ.

c d.§ mutui.

d l. si ita fideiussorem . ff. de fideiussoribus.

e l.vinum ff. si cert.peta.l. datio.§.cū per venditorē ff.de actionib.empti.

f l.vlt.ff.de præsc..verbis.

g arg.l.insulā.ff.de præsc. verbis.

h d.l.vlt.de præsc.verbis.

i l.cū quid.ff si certū peta.

k d.l.2 ff.si certū petatur.

l sup.tit.de donationibus.

m arg.l.si verò non remunerandi.§.idem Pōponi⁹. ff.mandati.

n Theophilus hic in initio.

o hoc textu circa finem.

p doct.hic,& in l.certi cōdictio.ff. si cert.peta.

q d.l.certi condictio.

r Faber hic in gl. vlt.

s arg. l. talis scriptura. in princ.ff.de lega.1.

t l.nūmus.ff.de ī litē iurādo.

v l.oleo.C.de vsuris.

x d.l certi condictio.

y l si & me & Titiū.ff. si cert peta.

z Ias.colū.5.Alberi.in d. l.certi condictio. & l.nam & si fur nūmos ff.si cert.pet.

a l.cessat.ff.de actionibus.

a arg.§.appellamus.inf.de actionibus.

b Bald.in cap.& si clerici. colū.6 de iudiciis in antiquis.Bart.in l.1.ff.de his qui notā. īfa.ꝑ illū textū.

c gl.vlt.hic,ibi,sed nūquid. notatur in l.vnica. C.de sententiis q̄ p eo quod intereſt.not.ī d.l.certi cōdi.

d in d.l.certi condictio.

e l.vlt.ff.siquis ī ius voca. non ierit.

f Alcia.in d.l.vnica.C.de sententiis. & in d.l.certi condictio.

g Bar.ī d.l.certi condictio.

h propter l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.& l.5. ff.de cōdictione indebiti.

bitum autem [i] sicuti Paulus ait, erit non tantùm quod omnino non debetur, sed & quod alij debetur, si alij soluatur: aut si id quod alius debet, alius quasi ipse debeat soluat. Nam & si quis id quod alius debet, nomine illius soluerit, repetitio cessat [k]. Si verò is existimet se debere, eáq; gratia soluerit, procliuius est vt solutũ ex ea causa repetatur [l]. Igitur regula est, indebitum per errorem solutum repeti posse [m]. Neque quicquam refert, errore iuris an facti id ipsum solutum sit [n], modò naturalis causa non subsit. Nam & tunc licet debitum iure ciuili non consistat, errore tamẽ iuris solutum [o] (non itẽ facti [p]) nunquam repetitur [q]. Sed qua actione id quod indebitè solutum est, repeti potest? Et plerique condictitiam actionem [r] exemplo mutui [s], seu vt iureconsulti loquuntur, indebiti condictionem concedunt. Datur autem instar aliarum condictionum ad dominij translati repetitionem [t]. Nonnunquam & ea possessionem tantùm auocamus [v], præsertim vbi dominiũ transferri non potuit [x]. Et ideo Faber consuluit [y], vt si ecclesia rei quæ citra iuris solennitatem alienata est, possessionẽ auocare velit (ex contractu enim quãtumlibet inutili transfertur possessio [z]) vt indebiti condictione experiatur. Id quod & in republica, minore, & aliis id genus hominibus erit obseruandum [a]. Venit autem in hanc condictitiam actionem id quod rei solutæ accessit [b]: vtputa partus qui ex ancilla natus: & quod per alluuionem fundo adiectum sit. fructus quoque quos is cui solutum est perceperit, hac actione repetuntur [a]. Planè vsuras, & alias id genus ciuiles accessiones indebiti condictione recuperare non possumus [b]. Etenim cùm extrinsecus proueniant [c], non possunt in indebiti condictionem venire, quæ tantùm ea quæ ex re proficiscuntur admittit [d]. Et hæc omnia locum habent vbi quis insciens indebitum receperit. Nam & si prudens & sciens, omnia non tantùm rem ipsam, sed fructus, vsuras, & accessiones id genus ciuiles reddere compellitur [e]. Quinimo & hic furti actione conueniri poterit [f], quod plerique intellexerunt, vbi debitor falso persuasus fuerit à creditore vt solueret [g]: alioqui indebiti condictio tantummodo locum habebit [h]. Illud quoque indebito per errorem soluto, cum mutuo commune est, vt sicut pupillus citra tutoris auctoritatem mutuum accipiendo non obligatur [i], ita nec si quid per errorem solutum sit, obligatione constringitur [k]. Cæterùm quibus in speciebus pupillus ex mutuo obligetur, Accursius [l] & alij plerique [m] diligenter excusserunt: quorum sententia ad hæc duo pronunciata redigi potest: Infans si quid alicui promittat, neque naturaliter neque ciuiliter obligatur [n]. Cuius rei illa est causa, quia nullum animi sui iudicium habet [o]. Idem est & si is proximus pubertati, quod ipsum vt dignoscamus, arbitrio iudicis relinquendũm est, (Decius in l. pupillum. ff. de reg. iur.) tutori suo aliquid promittat, (arg. l. non potest. ff. de autho. tuto.) Etenim cùm lex inter tutorem & pupillum vllum negocium geri vetet, plerique neque naturalem obligationem ea in specie oriri crediderunt, (iuxta notata in l. cum lex. ff. de fideiussoribus. & in l. si non sortem. ff. de condictione indebiti. & in l. non dubium. C. de legib.) Idem existimo esse dicendum & si is alteri tutore authore promittat, modò ea res sit quæ sine decreto vendi non potuit [p]. Cæterùm si is extraneo intercedente tutoris authoritate promittat, quid vetat quo minus vtrinque ortam esse obligationem existimemus? (l. 1. ff. de autho. tutorum.) Quanuis & hoc casu probata læsione, & minori ætate (l. minoribus. 1. & 2. l. si intra ætatem. C. de in integrum restit. mino.) in integrum restitutionẽ impetrare posit [q]. At adultus curatorem habens, si citra curatoris operam contraxerit, contractus est ipso iure nullus [r]. Quòd si curator accessit, procliuius est, vt ei læso & minori restitutio non denegetur [s].

i l. in summa. §. vlt. ff. de condictione indebiti.
k l. repetitio. ff. de condict. indebiti.
l l. si pœna. §. 1. ff. de cõdictione indebiti.
m toto tit. ff. & C. de condictione indebiti.
n Glos. notab. quam omnino vide in l. 1. ff. de condictione indeb. gl. in cap. vlt. de solutionibus.
o l. fideicommissum. C. de condict. indebiti.
p l. error. C. ad le. Falcidiã.
q l. si id quod dominus seruo. l. frater à fratre. ff. de condict. inde.
r hoc §. sub finem.
s Theoph. hic circa mediũ.
t arg. l. vlt. ff. vsufructua. quemad. ca. §. sit itaque. & §. appellamus. inf. de actionibus.
v l. indebiti. §. 1. ff. de condict. inde.
x d. §. 1.
y Faber in explicatione gl. in verbo cõdictitia. Bart. & alij in d. l. indebiti.
z l. 1. §. si vir vxori. de acqui. poss. ff.

& Aretinus hic.
a l. 1. sub finẽ. C. de cõdict. inde. d. l. indebiti.
a d. l. indebiti.
b d. l. 1. C. de condict. inde.
c l. vsura. ff. de verb. sig.
d d. l. indebiti.
e l. in summa. §. si seruum. ff. de condict. indeb.
f l. quoniam. ff. de condict. furtiua.
g Bart. Albericus, Salice. Fulgo. i. d. l. quoniam. idẽ Bar. in l. falsis. ff. de furt.
h Idẽ doct. in d. l. quoniã.
i hoc textu in vers. vnde & sup. de autho. tuto. §. vnde in his.
k Theoph. hic.
l gl. hic in verbo, datione. gl. i. l. 1. ff. de nouationib.
m Bar. in d. l. 1. ff. de nouationib. Faber in §. 1. sup. de auth. tuto. Areti. in §. pupillus inf. de inutilib. stipulationib.
n arg. l. infans. ff. de sicariis arg. l. i. negociu. ff. de reg. iur.

o §. præterea. sup. quib. nõ est permis. face. testa. l. vnica. C. de fal. moneta. p l. si ad resoluendã. C. de prædiis & al. reb. minorũ q l. 1. ff. de minoribus. r l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. minorum. s d. l. si curatorem.

r. j.

§. Item is cui.

Tertia obligationis quæ re contrahitur ſpecies in commodato conſiſtit. Eſt autem commodatum, contractus quo alicuius rei, ſiue mobilis ſiue immobilis ſit, vſus gratis & ſine precibus conceditur, ea lege, vt expleto vſu eadem res ad nos redeat. Etenim apud Vlpianum[t], Labeonis ſententia ideo improbatur, quòd rem mobilem, non etiam ſoli, commodari, vtêdam verò dari etiam rem ſoli aſſeruerit. Nam, vt Vlpianus ait[v], etiam habitatio commodari poteſt. Differt autem à mutuo, cùm in eo dominium in accipientem tranſeat[x], in commodato verò vſus tantùm transfertur: eadémque ratione nobis reſtituenda eſt[y]. Sic & is qui mutuum accepit, caſum fortuitum præſtare debet[z]: Commodatarius contrà exactiſsimam diligentiam, non etiã vim maiorem præſtabit[&]: quod infrà aperiemus. In eo quoque cõmodatum à locatione differt, quòd illud gratis fiat[a], hæc verò ſine mercede eſſe nequeat[a]. Diſsidet & cõmodatũ à precario in eo, quòd nullis precibus opus ſit: at precarium (id quod & vox ipſa ſatis indicat) preces omnino requirit[b]. Itidẽ precariũ poteſt reuocari quando ego mutuero voluntatem[c]. Naturalis etenim æquitas dictat, vt tandiu liberalitate mea quis vtatur quandiu ego velim[d]. At commodatum non aliàs quàm ſi expletus ſit rei commodatæ vſus, reuocari poteſt[e]. Nam intempeſtiuè vſum commodatæ rei auferre, non officium tantùm impedit, ſed & ſuſceptam eſſe inter dantem accipientémque obligationem Paulus credidit[f]. Cæterùm cùm textus noſter leuiſsimam culpam à commodatario exigat, videndum num quando in contractibus dolus & culpa, itẽ & caſus fortuitus præſtari debeant. Quod vt facilius fiat, prius omnium finitiones perſpiciendæ ſunt. Dolũ malum ex Labeonis ſententia Vlpianus ſic definiuit[g], eſſe omnẽ calliditatẽ, fallaciam, machinationẽ, ad circunueniendum, fallendum decipiendúmve alterum adhibitã. Huic dolo malo proxima eſt lata culpa[h]. Immo & eam exceſſu rethorico Celſus dolũ vocauit[i]. Ea autem verſutia eſt, nimirum quando quis verſuto ac verſipelli ingenio in aliorum rebus tractandis negligẽs eſt, in ſuis multo diligentior. At ea quæ ignauiæ eſt, hæc eſt, quando quis ignorat illud ipſum quod omnes intelligunt[k]. Eſt enim ſupina veluti & craſſa negligentia, quæ vel ex naturæ parum perſpicacis vitio, vel mala educatione contracta eſt[l]. Culpa leuis, quæ iureconſultis ſimpliciter culpa vocatur[m], eſt conſueta in propriis negligentia, hoc eſt dum quiſque eadem ſegnitie res alienas atque ſuas pertractat. Leuiſsima culpa eſt, quando quis ea quæ diligentiſsimis hominibus conueniunt, non præſtat[n]. & hæc iureconſultis diligentia vocatur[o]. nonnunquam & exactiſsima diligentia dicitur. Caſus fortuitus, quę vis maior[p], nonnunquam & damnum fatale dicitur[q], cui ſcilicet humana fragilitas obuiare non poteſt, cuiuſmodi ſunt incendia, rapinæ, tumultus, aquarum magnitudines, prædonum impetus, animalium mortes, fugæ ſeruorum qui cuſtodiri non ſolent, & alia id genus ſimilia[r]. hæc omnia cùm ita ſe habeant, videamus num quando quis culpam in contractibus præſtare debeat. Et res omnis quatuor axiomatibus temperari poteſt. In contractibus qui vtriuſque gratia initi ſunt, non dolus tantùm, ſed & culpa lata ſicut & leuis præſtari debet[a]: idque in emptionibus, venditionibus[b], locationibus[c], dote[d], pignore[e], ſocietate, & aliis id genus contractibus regulare eſt, præterquam in duobus caſibus[f]. Primus eſt quando quis columnam tranſportandam conduxerit[g]. nam tunc omnia quæ diligẽtiſsimus quiſque paterfamilias facere ſolet, exigimus. Secundus eſt in ſocietate, in quo negligentior ſocius leuis culpæ nomine nõ dãnatur[h]. In cõtractibus qui dãtis tantùm gratia fiunt, vt in depoſito & commodato (quod contra commodati naturam eſt[i]) ſolus dolus præſtari debet, & meritò, cùm ſcilicet nulla niſi deponẽtis vtilitas verſetur

[t] in l. 1. verſ. inter commodatum. ff. commodati.
[v] d. verſ. inter.
[x] l. 2. § appellata. ff. ſi certũ peta. § 1. ſub fi. ſup. eo.
[y] arg. l. ſi pignore. § 1. de furtis. § placuit infrà. de oblig. quæ ex delic. naſcũ.
[z] arg. l. incendiũ. C. ſi cert. petatur.
[&] arg. l. quæ fortuitis. C. de pignorat. act. l. 1. C. de commodato.
[a] hoc §. ſub finem.
[a] l. ſi tibi poliẽda. ff. de preſcript. verb. § 1. inf. de locato & conduct.
[b] l. 1. ff. de precario.
[c] l. 2. ff. de precario.
[d] d. l. 2. in princ.
[e] l. in commodato. § ſicut. ff. cõmodati. cap. 1. de commodato.
[f] d. § ſicut. iuncta ibi glo. in verbo, non officiũ. quã omnino vide.
[g] l. 1. § dolum. ff. de dolo.
[h] l. quod Nerua. ff. depoſiti.
[i] Zaſi' in d. l. quod Nerua.
[k] l. cedere diẽ. § lata culpa. l. lata culpa. ff. de ver. ſig.
[l] Zaſi' ȝ d. l. quod Nerua.
[m] Decius in l. contractus. numero 19. ff. de reg. iur.
[n] gl. in verbo, debet inf. § proximo.
[o] d. l. contractus.
[p] l. ſi merces. § vis maior. vbi Euda' not. ff. locati.
[q] l. cum duobus. § damna. ff. pro ſocio.
[r] d. l. cõtract'. hoc § i verſi. & is quidem. & d. § vis maior.
[a] l. ſi vt certo. § nunc videndum. ff. commodati.
[b] l. 2. § vlt. iũcta l. ſiquidẽ. ff. de commo. & peric. rei vendita.
[c] l. in iudicio. C. locati.
[d] Decius in d. l. contractus.
[e] § vlt. inf. eo.
[f] Decius in d. l. cõtractus.
[g] d. l. ſi merces. § qui columnam.
[h] § vlt. inf. de ſocietate.
[i] d. l. ſi vt certo § interdũ. vbi vide Eudaum. ff.

fetur[k]. Quin & si conuenerit dolum non esse præstandum, illud probandum non erit[l]. hæc enim conuentio contra bonam fidem contráque bonos mores est[m]. Lata quoque culpa versutiæ[n], non item ignauiæ[o], in deposito venire solet. Sed hæc omnia quibusdam casibus non procedunt[p]. Ecce enim à mandatario plerumque mediocrem diligétiam requirimus, quando id ita res postulat[q]: plerumque & exactissimam[r], vt in procuratore Alexander respondit[s], qui huius artis quam profitetur, peritum se esse asserere videtur. Sic & negociorum gestor culpæ leuis nomine interdum damnatur[t]. Quod & in tutore quoque obseruandum est[v]: præterquam si vel is in pupilli nominibus exigendis cessauerit[x], vel illius hæredes tutelæ iudicio conueniantur[y]. nam & tum culpæ quæ dolo proxima est tantùm rationem reddent. In contractibus qui accipientis nomine fieri solent, dolum & omnem culpam exigimus[z], vt in commodato. plurimum enim refert ne cui officium suú damnosum sit[&]. Idémque in mandati & depositi actionibus contrariis obseruari solet[a]. Quòd si commodatum vtriusque nomine fiat, procliuius est vt dolus, lata culpa, & leuis præstentur[a]. Atqui in precario, quod etiam accipientis gratia fieri solet, latæ culpæ periculum solum subeúdum est[b]. Quod ideo est, quia sibi imputare debet, qui alterius fidem cùm suspectam haberet, precarium non reuocauit[c]. In commodato verò vsum expletum esse oportuit[d]. Casus fortuitus in bonæ fidei iudiciis nunquam exigitur (l. quæ fortuitis. C. de pignoratitia actione) nisi contrahentes se huic subiiciant (d. l. contractus. l. 1. §. sæpe. ff. depositi) vel nisi mora aliqua (l. si in Asia. §. vlt. ff. depositi) vel culpa accesserit. (d. l. in rebus. §. r. & d. l. sit vt certo. §. interdum.) Nàm & tú casum fortuitum huiusmodi contractus non refugiunt. Sed mirabitur quispiam quòd iurisconsultus alicubi incendium inter casus fortuitos referat (l. contractus. hoc §. in versi. & is quidem. ibi, veluti incendio.) cùm vix sine culpa (vt alibi idem ait[e]) fieri posit. Ipse crediderim id ita accipiendú esse, vt incendium culpa oboriri dicatur, si vel per familiares tuos vel aliquam aliam culpam innascatur[f]. Cæterùm si quo fato in nostris ædibus oborlatur, quin id eis casibus quos humana industria præuidere nequit, adscribatur, nulla dubitatio est[g].

§. Præterea.

Sensus huius §. talis est. Depositarius qui ad suum modum, hoc est consueta in rebus propriis negligentia rem depositam curat, fraude caret, sicuti & si is supra humanum modum negligens est. Quòd si fortè in suis rebus paulo diligentior, in aliis plus æquo negligens esse videatur, propè est vt ille sit in dolo[h]. Reliqua quæ ad hoc respósum pertinent, ex his quæ modò commemoraui[i], cognosci possunt. Tantum admonendi sumus, cum sequestro depositi actione sequestraria rectè agi posse: quam & in hæredem eius reddi oportet[k].

§. Creditor.

Dupliciter pignus hoc iure considerari solet. Primo[l], vt nihil omnino ab hypotheca differat, soláque conuentione perficiatur[l]. Altero, vt propriè traditione opus habeat, & in rebus mobilibus consistat: vnde & à pugno nomen accepit[m]. De hoc posteriore pignore in præsentia sermo futurus est. Igitur regula est, creditorem qui pignus acceperit, pignoratitia actione nobis destringi[n]. Venit in pignoratitiam obligationem dolus & lata culpa[o]. Venit & custodia, seu leuis culpa: vis maior non venit. Nam cùm hic contractus tam creditoris quàm debitoris gratia fiat[p], consequens est vt ea tantùm præstet, quæ ad illorum contractuum naturam pertinent[q]. Sed quid si res impignerata casu fortuito perierit, cui incumbit onus probandi?

k d. §. nunc videndum.
l l. 1. §. illud ff. deposit.
m arg. l. cõuenire. ff. de pact. dotal. iuncta l. 1. ff. rerum amotarum.
n d. l. quod Nerua.
o § proximo infrà.
p Alcia. in l. magna negligentia. ff. de verb. sig.
q Decius in d. l. contractus.
r l. à procuratore. C. mandati. vbi Faber notat.
s Alexan. consi. 4. volu. 3. incip. Viso puncto. solú. 2. Dinus in cap. contractus de reg. iur. in 6.
t l. tutori. C. de nego. gest.
v l. quicquid. C. arbit. tute.
x Faber in d. l. quicquid. & l. nomina. C. arbit. tute.
y l. 1. & 2. C. de hæred. tutorũ. Fab. ĩ d. l. quicquid.
z d. §. nunc videãu. Deci in d. l. contractus numero mihi 22.
& l. si seruus communis. §. quod vero. ver. iustißimè ff. de furtis. arg. l. vel negare. ff. quẽad. sab. test. aperiantur.
& textus est singularis secundum Bart. neque alio loco reperitur in d. §. quod vero.
a l. in reb. §. hoc ita. ff. cõmodati.
b l. quæsitũ. §. cum quoque. ff. de precario.
c l. 1. & 2. ff. de precario.
d d. §. sicut.
e l. 3. §. cognoscit. ff. de offi. præfecti vigilum.
f d. §. cognoscit. & l. vendita. ff. de peric. & cõmo. rei vendita.
g d. l. contractus.
h l. quod Nerua. ff. depositi.
i sup. §. p̃xĩo ĩ 2. cõclusione.
k l. si apud quẽ. §. ĩ sequestrũ. ff. deposi. l. si ĩ Asia. §. cũ sequestro. ff. depositi.
l l. 1. ff. de pignorat. actione.
m l. si rem. §. proprie. ff. de pignorat. actione. l. plebs. §. pignus. ff. de verb. sig. l. res hypotheca. §. vlt. ff. de pignorib. §. ité Seruiana. versic. inter pignus. inf. de actionibus.
n toto tit. de pignorat. act. ff. & C.
o l. si cum vendere. §. venit iuncta l. seq. ff. de pignorat. actione.
p hoc textu sub finem.
q l. si vt certo. § nunc videndum. ff. commodati.

Et verius eſt vt creditot id probet perſpicuis documentis[r]. Quòd ſi id fieri nequeat, tunc ad coniecturas eſt cófugiendú[ſ]. Contrà quoque ſi debitor dolo vel lata culpa quidpiam egiſſe creditorem aſſeueret, ei vt id probet neceſsitas eſt[t]. quod Accurſius hic ſenſit[v]. Datur autem in creditorem pignoratitia actio ſoluto tum demú precio, vel alio quouis modo ſatisfacto[x]. Idé eſt & ſi creditot fructus ex re pignorata perceperit. illi enim debiti quantitatem teleuabunt[y]. Sic & ſi non reddita fuerit in re debiti quantitas, ſed tantùm oblata, conſignata & depoſita, ptocliuius eſt vt pignoratitia agi poſsit[z]. Ex diuerſo contraria pignoratitia creditori datur, quando rem vel alienam, vel alij pignoratam, vel in publicum obligatam dedit[*]: quanuis & Stellionatus crimen cómittat[&]. Sic & ſi neceſſatias impenſas in rem quã pignoris cauſa acceperat fecerit quis, non tantùm retentionem, ſed etiam contrariam pignotatitiam habebit[*]. Id quod & in commodatario & depoſitario[†], quos contraria commodati aut depoſiti actione teneri certú eſt, obſeruatur.

r Faber hic.
ſ arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. Faber ĩ l. ſi creditor. per illũ textũ. C. de pignorat. act.
t l. quoties. §. qui dolo. l. in exceptionibus. ff. de prob.
v gl. hic in verbo, fortuito.
x l. ſi rem. §. omnis pecunia. ff. de pigno. act. l. item liberatur. ff. quib. mo. pig. vel hypothe. ſoluitur.
y l. 1. & 2. C. de pignorat. actione.
z l. nec creditores. C. de pignorat. actione.
* l. tutor. §. 1. ff. de pigno. actione.
& l. 3. poſt principiũ. ff. de crimine ſtellionatus.
* l. ſi neceſſarias. ff. de pignoratitia actione.
† d. l. ſi vt certo. §. idẽ denique. l. ei apud quẽ. ĩ prin. ff. depoſiti.

Titulus, De verborum obligationibus.

In rubricam.

Præſens titulus commodè ſuperiotibus connectitur. Intet obligationes quæ ex contractu proficiſcuntur, non tantùm mutuum & reliqui alij contractus qui re petficiuntur, continentur[a], verùm & verbotú obligatio. Cùm igitur de prima copioſe ſatis dictum ſit, non eſt abſurdú vt de ſecunda quoque pertractemus. Porrò verborum obligationem nihil aliud quàm ſtipulationem interpretari lubet[b], ptoptetea quòd ad illius ſubſtantiã verba omnino neceſſatia ſint, ſicuti inferius ſubiungam[c]. In hoc autem differt ſtipulatio à mutuo, depoſito, & aliis id genus contractibus, quòd hi iuris gentium ſint, ſtipulatio verò à iure ciuili profecta eſt, partim quòd neceſsitas, partim quòd vtilitas id deſiderarent[d]. Neceſsitas in eo eſt, nam cùm fideiuſsio ſine ſtipulatione fieri nequeat, conſequens eſt vt hoc loco ſtipulationem neceſſariam eſſe fateamur[e]. Sic & cùm Aquiliana ſtipulatione perfectiſsimè quis liberetur[f], non poteſt quis ea vti niſi prius iuris gentium contractus in ſtipulationem deduxerit[g], atque ita facta nouatione omnis obligatio acceptilatione tollatur. Vtile quoque ſtipulationis inuentum. Etenim ſi contractui innominato ſtipulatio acceſſerit, propè eſt vt contractus ille alioqui infirmus ſtipulatione muniatur[h]. Et cùm in illis innominatis cóuentionibus pœnitere liceat[i], nullus tamen pœnitétiæ locus eſſe poteſt, vbi ſtipulatione firmati ſunt. Videmus quoque condictionem quæ in illis contractibus adeſt[k], ſtipulatione accedente extingui atque euaneſcere[l]. Addit Barto. ex communi tabellionum vſu ſtipulationis vtilitatem cognoſci poſſe, cùm hi ſuis inſtrumentis ſtipulationem perpetuò adiicere ſoleant[m]. Differt & in eo ſtipulatio à reliquis contractuum generibus, quòd illa à iure ciuili nomen ſuum ſortita ſit, reliqui verò contractus ex eo quod ſit, appellationem accipiunt: id quod in commodato, depoſito, mandato, & aliis propemodum omnibus obſeruari ſolet.

a §. 1. ſup. de obligationib⁹.
b docto. in rub. de ver. obligationibus. ff.
c d. §. 1.
d not. in rub. ff. eodem.
e l. blanditus. C. de fideiuſ.
f l. Aquiliana ſtipulatio. l. cũ aquiliana. ff. de trãſactionibus.
g §. præterea. inf. quib. mo. tollitur obligatio.
h l. ex placito. C. de rerum permutatione. l. petens. C. de pactis.
i l. ſi pecuniã. ff. de cõdict. cau. da. cau non ſec.
k d. l. ſi pecuniã. not. in l. vnica. C. de ſentẽtiis quæ pro eo quod intereſt.
l docto. in rub. ff. eodem.
m Iaſon & Alcia. poſt Barto. in l. actione. C. de tranſactionibus.

§. Primus, cum §. ſequenti.

Stipulatio Pomponio authore[n], nihil aliud eſt, quàm verborum conceptio quibus is qui interrogatur, daturum facturúmve ſe id quod interrogatus eſt reſpondet. Cùm igitur dicit ſtipulationem verbotum eſſe conceptionem, id ita accipiendum eſt, vt verba ad ſtipulationis ſubſtantiam omnino pertineant[o]. Stipulatio etenim (vt Vlpianus ait[p]) non poteſt concipi niſi vtroque loquente: & ideo neque mutus[q], neque ſurdus neque infans, ſtipulationes contrahete poſſunt. per ſeruum tamen illis vtiliter ſtipulationes concipere permittitur[r]. Olim autem verba quædam ad eam rem præſcripta eſſe videbantur: at hodie Leonis conſtitutione[ſ], omnes ſtipulationes

n l. ſtipulationum alia. §. ſtipulatio. ff. eodem.
o hoc §. in principio.
p l. 1. ff. eodem.
q §. mutuus. vbi dicã. inf. de inutilib⁹ ſtipulationib⁹.
r d. l. 1. ver. ſi quis igitur.
ſ l. omnes ſtipulatiões. C. de contrahen. & cõmittend. ſtipula.

lationes quibuſcunque verbis conſenſu contrahẽtium compoſitæ ſint, ſuam[t] habent firmitatem. Neque enim quicquam intereſt Græcáne lingua an Aſſyria ſtipulatio concipiatur[v], modò id quo de agitur, intelligatur. Quinimmo & Gallus Germano, & Hiſpanus Italo ſtipulari poterit, modò commodus interpres accedat, qui illis omnia ſua lingua explicet: cui in ea re vel ſoli fidem habebimus[v]. Quòd ſi duo interpretes haberi poſſunt, adhibendi erunt. ſin id minus, vnus, ſicuti dixi, ſufficiet. Qua in re notarius quãdoque, interdum & iudex interpretis munus obibit[x]. Neque temerè verba in ſtipulatione concipienda ſunt, ſed per interrogationem & reſponſionem ſtatim ſubſequutam[y]. Interuallum etenim magnum ſtipulationem vitiat[z], id quod Alciatus[&], & ante eum nonnulli ex veteribus[a] docuerunt. Et hoc eſt quod Papinianus docuit, quando in definienda ſtipulatione diceret, quibus is qui interrogatur, &c. Sed quæ nos de interrogatione & reſponſione diximus, ea omnia in ſtipulatione locum habent. In tacita etenim ſtipulatione, quam lex ſcilicet introduxit, huiuſmodi interrogatio minimè neceſſaria eſt[a]. Subiungitur in definitione, daturum facturúmve &c. Nam & quis ſibi aliquid dari vel fieri ſtipulari poteſt[b]. Dari, vt decem aureos vel decem dolia vini: fieri, vt domum extrui, ſiue inſulam ædificari. Nonnunquam & ſtipulatio id quod in non faciendo eſt continet, veluti ſi per te non fieri quo minus mihi ire agere liceat, ſtipuler[c]. Stipulationum autem duplex eſt conditio, quædam enim certæ ſunt, aliæ incertæ[d]. Certæ ſunt, in quibus ex pronunciatione apparet quid, quale, quantúm ve ſit id quod in ſtipulationem deductum eſt[e], veluti aurei decem, fundus Tuſculanus, homo Stichus, vini Belnenſis optimi dolia centum. Incertæ ſunt, in quibus nnn apparet quid, quale quantúmve ſit: vt ſi quis fundum ſine propria appellatione, vel hominem generaliter, vel id quod in faciendo vel in non faciendo eſt promittat[f]. Ex hac autem ſtipulationum varietate duplex agendi via nobis dari ſolet[g], Nam & id quod ſtipulatione certa continetur, certi condictione petitur, ſiue illam generalem, ſiue ſpecialem vocites: quicquid hoc loco Aretinus & alij eiuſdem farinæ authores docuerint[h]: cui & ipſi accedere dicunt condictionem non minus generalem, quam triticariã vocant[i], qua omnes res præter pecuniam numeratam petimus[k]. Rurſus pro incerta ſtipulatione actio ex ſtipulatu propoſita eſt, cui & alia æquè generalis adiungi poteſt, quæ incerti condictio dicitur[l], ex eo quòd ſemper ad incertũ dari conſueuerit[m]: vnde & plerique ad id quod noſtra intereſt eã dari exiſtimant[n]. Sed quid ſi quis in genere aliquid promittat, nunquid ex ſtipulatu rectè aget[o]? Et plerique omnes fatentur promiſsionem inutilem eſſe, cùm vel oblatione muſcæ ab eo nexu liberatio nobis cõtingeret. quod minimè Zaſius admiſit[p]. Neque enim veriſimile eſt, iuriſconſultos, qui bnni & æqui notitiam profitentur[q], huiuſmodi captiunculas excogitaſſe: id quod & ex iis quæ aliquando in materia legatorum diximus[r], ſatis colligi poteſt.

§. Omnis. cum quatuor ſequentibus.

Stipulationes omnes aut puræ ſunt, aut in diem, aut ſub conditione. De ſingulis igitur videndum. In primis quod ad ſtipulationẽ purã pertinet, regula eſt huiuſmodi: In ſtipulatione pura ſtatim obligatio nata eſt & actio[ſ], licet actionis exercitium ad aliquod tempus ſuſpendatur, pro arbitratu tamen iudicis[t]. Neque enim creditor ſtatim cum ſacco paratus venire debet[v]. In pleriſque tamen caſibus tempori commiſerationis gratia indulto ſpatiũ aliquod præſcripſit[x]. Ecce enim is qui conſtituit ſoluturũ, decem dierũ ſpatium habet[y]. Sic & iudicatis quadrimeſtre tempus ad ſoluendum dari con-

t l. 1. §. vlt. ff. eodem. §. in hac: vbi Theophi. circa medium. inf. eodem.
v arg. l. Theopompus. ff. de dote prælega. gl. vlt. in ca. licet vniuerſis. de teſtib.
x Bald. in §. in hac, numero 2. & 3. inf. eod. ibi Bal. in §. vlt. tit. proximo. ſup. ſub finem. Barto. in l. 1. §. vlt. ff. eodem. Aretinus d. §. in hac.
y d. l. 1. §. qui præſens. ff. eo.
z d. §. qui præſens.
& Alcia. lib. paradox. 1. cap. 3.
a Odofredus & Sin. in l. in bona fidei. C. de pactis.
a l. vnica. C. de rei vxoriæ actione. §. fuerat. inf. de actio.
b hoc §. vbi Theoph. diligenter notat, & §. vlt. inf. eo.
c l. vbi antè nõ apparet. §. qui id quod. ff. eodem.
d l. ſtipulationum quædã. & l. vbi autem. ff. eod.
e l. certũ. ff. ſi certũ pet. d. l. ſtipulationum.
f d. l. vbi autem nõ apparet. in princ. & §. qui id quod. ff. eodem tit.
g hoc textu circa medium.
h dixi in §. 1. ſup. quib. mo. re contrahitur obligatio.
i l. 1. ff. de condictione triticaria.
k Vide Guilelmum de cuno apud Bart. in d. l. 1. ff. de condictione triticaria, quem ſequitur Alciat. in d. l. certi condictio.
l gloſ. hic in verbo, ex ſtipulatu.
m l. ſed ſi me putem. §. 1. ff. de condict. indeb.
n l. vlt. ff. ſi quis in ius vocatus nõ ierit. recẽtiores ad l. vnicam C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. dixi in §. 1. ſup. tit. proximo.
o gl. in verbo, ſi incerta.
p Zaſius in explicatione l. 2. ff. ſi certum peta.
q l. 1. ff. de iuſtitia & iure.
r dixi in §. ſi generaliter. ſup. de legatis.
ſ l. cedere diem. ff. de verb. ſignif.
t arg. l. 2. iũcta ibi doctrina Bar. ff. de iure delib. ran. Bar. in numero 2. Bal. hic in explicatione gloſſæ primæ cõtra Accur.
v arg. l. quod dicim. ff. de ſolut. l. ratum. ff. illo titul.
x Bald. in explicatione gl. primæ. Bart. in 10. quæſt. l. ita ſtipulat. ff. de ver. oblig. at.
y l. promiſſor Stichi. ff. de conſtit. pecu.

sueuit[z]. Sic & dos quæ in mobilibus consistit, post annũ repeti potest[&]. Multum autem referre Bart. existimauit an solutioni tempus miserationis causa adiiciatur[*]. Etenim istud tempus compensationi nihil omnino officere solet[a]. Itidem & qui ante illud tempus, ait, induciarum duplicatarũ pœna non multatur[b]. Quin & licet in contractibus in quibus in diẽ vel sub conditione aliquid debetur, præscriptio statim vbi dies vel conditio venerit, currere incipiat[c], tamen tempus gratia commiserationis consensu hominum præscriptioni impedimẽto esse nequit[d]. & alia id genus similia. In obligatione quæ in diem concepta est, statim quidem & obligatio & actio nata est, licet petitio in tempus differatur, adeò vt nec eo ipso quidẽ die in quem solutio procrastinata est, petitio facienda sit[e]. Causa autem quare & obligatio & actio nascatur, hæc est, quòd cum obligationis substantia temporis adiectione minimè immutetur[f], non debet mirum videri si dies apposita quæ solutionem tantùm respicit[g], obligationem nasci non impediat. Sed hæc omnia quibusdam casibus non procedunt. Nam ei cui vsusfructus in diem relictus est, neque obligatio neque actio acquiritur[h], duplici ratione. Priore, quia vsusfructus antequam dies aduenerit adhuc proprietati coniunctus est, neque vsusfructus esse censetur. Altera, quòd cùm vsusfructus morte finiatur[i], si ante id tempus fructuarius moreretur, superuacanea esset hæc vsusfructus constitutio. Lex autem id curat, ne quid vnquam frustra induxisse videatur. Sic & is cui rem in diem vendicare concessum est, actionem ante diem non habet[k], illa ratione, quia cùm vendicatio ob dominium detur[l], lẽxque dominij executionem seu translationem faciat, non videtur ante diem huiusmodi executionem facere voluisse: id quod & legatarij exemplo manifestissimè comprobatur, cui cùm legata vendicare permittatur[m], si tamen legatum in diem relictum ante diem repudiet, nihil egisse videtur[n], cùm scilicet rei legatæ dominium nondum habuerit. Plerumque & si obligatio nascatur, tamen actio in tempus differtur, idque in iis obligationibus quæ ex legis dispositione tacitum diem habẽt, obseruatur[o]. Idem est & si quis in diem incertam quippiam promittat. ante diem enim quanuis obligatio nata sit, peti tamen res ipsa non poterit. & ideo ei qui ante huiusmodi diem soluerit, indebiti per errorem soluti repetitio non conceditur[p]. Cæterùm si quis incertitudini rem quæ omnino certa est, committat, veluti fructus ex fundo nasciturос, propè est vt huiusmodi incertitudo à conditione nihil differat, vt neque obligatio vlla oriatur[q]. Postremò & si nõ dies solùm sed & obligationis substantia post mortem confertur, verius est vt ab hærede obligatio initium accipiat[r]: quod & Theophilus alicubi diligenter explicuit[s]. Sed quid si dies multiplicandæ obligationis gratia adiiciatur? Et verius est vt & obligatio & actio statim nata sit, veluti si tibi decem aureos nummos à me, quoad viuam, dari stipuleris[t]. Diuersa est causa in legatis annuis, in quibus legatum primi anni purum est, sequentium verò conditionale. nam & hæc conditio inesse videtur, si viuat. Item quanuis vna sit stipulatio: quot sunt tamen præstationes, tot sunt legata. Sed in ratione differentiæ multum ambigitur[v]. Credidit tamen Alciatus[x] id ideo fieri, quòd in legatis præstationes considerari debeant: vnde tot sunt legata, quot præstationes vt testator ordinauit[y]. at in stipulationibus annuis ideo vna est tantùm stipulatio, quòd scilicet verba quæ in stipulationibus maximum momentum habent[z], vt vnum dictum vnámve formam contineant. In obligatione conditionali pro regula traditum est, vt antequam euenerit conditio, neque obligatio neque actio oriatur[&]. Nec nos quicquam mouet quòd lex conditionales creditores creditorum nomine nuncupet. id enim ideo fit, quòd spem habeant vt eis actio quæ nondum competit, sit competitura[*]. Sic & propter hanc spem debitum conditionale in constitutum deduci potest.

z l.2. & vlt. C. de vsu rei iudica.
& l. vnica. §. exactio. C. de rei vxoria actione. notatur in §. fuerat. infrà. de actionibus.
* Bart. in d. l. ita stipulat⁹. numero mihi 36.
a l. si cum mile. §. 1. ff. de cõpensationibus.
b notatur in §. hodie. inf. de exceptionib. not. in §. pl⁹ autẽ inf. de actionib⁹.
c l. cũ notissimi. §. illud antẽ. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.
d l. in reb⁹. C. de iure dotiũ.
e d. l. cedere.
f l. obligationũ fere. §. placet. ff. de actionib. & obligationibus.
g l. ex his verbis do lego. C. quando dies lega. vel fideicom. cedat.
h l. 2. & 3. ff. quãdo dies legatorum cedat.
i § finitur. sup. de vsufru.
k l. Sempronius Attalus. ff. de vsufructu legato.
l l. actionum genera. ff. de actionib. & obligationi.
m § nõ solũ. sup. de legatis.
n l. si ita scriptũ. §. 1. ff. de lega. 2.
o l. interdũ. l. existimo. §. ex hac. l. si ita stipulat⁹ essem abs te. ff. eo. l. si tutor reip. §. si testamẽto. ff. de tutel. & rationibus detrahen.
p l. sub conditione. ff. de cõdict. indebiti.
q l. 1. ff. de conditionib⁹ & demonstrationibus.
r l. 1. C. vt actiones ad hærede &c.
s in §. ante hæredis. & §. post mortẽ sup. de legatis.
t §. at si ita stipuleris ff. eo.
v Bart. & alij interpretes in l. si Stichũ. §. 1. ff. eo. in l. senat⁹. §. vlt. ff. de mortis causa donat. l. in singulos. & l. à vobis. ff. de annuis legatis.
x lib. paradoxorũ. 1. ca. 18.
y d. l. senatus. §. vlt.
z §. 1. sup. eodem.
& d. l. cedere diem.
* l. cõditionales. ff. de verborum significatione.

test[a]. Neque quicquam refert, expressáne sit, an tacita conditio[b], quandiu enim conditio pendet, nihil omnino debetur[c]. Sed id obseruandum erit, vt sit conditio vera, quam scilicet omnino incertum sit extituram[d]. Conditiones enim quæ ad præsens vel pręteritum tempus referũtur, propriè conditiones non sunt[e], cùm hæ ex futuro euentu non dependeant[f]. Planè nihil interest an conditio hæc negatiua fuerit[g]. hæc enim similis est ei obligationi quam quis, cùm morietur, alij promittit. Sicut enim post mortem promissoris peti potest[h], ita & quando quis negatiuè, si scilicet in Capitolium non ascenderit, aliquid sibi dari stipuletur. Nam & post promissoris mortem rectè aget[i]. neque cautio Mutiana hac in parte interponi potest, cùm ea in legatis tantùm, non in contractibus interponi consueuerit[k]. Cuius rei illa est causa, quia cùm id quod sub conditione relinquebatur, summo iure peti non posset[l], Mutius in gratiã testatorũ, vt scilicet eorum voluntates conseruarentur, cautioné introduxit, qua ei, cui sub conditione legatũ debebatur, consuleretur[m]. Cùm igitur constet eam speciali iure introductam esse, ad cõtractus extendi non debet[n]. Sed & illud proditum est, conditionalé stipulationé ad hæredes transmitti[o]: quãuis in legatis aliud obseruari soleat[p]. Differentiæ ratio in eo est, quòd in contractibus is qui stipulatur, non sibi tantũ, sed & hæredi suo stipulatione hac prospectũ voluit[q]. At in legatis tantummodo factum testatoris accessit, cuius voluntas hęc videtur fuisse, vt aliquid legatario propter sua in illum benemerita conferret[r]. Neque videtur de legatarij hærede quicquam sensisse: quod Decius[s] & Porcus[t] & alij plerique existimauerũt. Sed id non obseruatur vbi vel ex volũtate contrahentium aliud nobis constaret. Quid enim si tibi tantum promisero[v]? Quid item si res debita ad hæredem transmitti nequit[x]? Certè hæc ad hæredem non trãseunt: sicut nec si specialiter id actum esset, vt promissor suis operis rem perficeret. nam & tum hæres factum non adimplębit[y], nisi aliud stipulatori videatur[z]. quod Faber hîc rectè docuit[&].

§. Loca etiam inseri stipulationi solent.

Interdum stipulatio pura ex re ipsa dilationem capit[a], ídque vel ratione loci contingit. Nam & qui Lutetiæ dare promittit, non antè conueniri potest, quàm si tantum tempus præterierit, quo Lutetiam venire potuit[b]. nonnunquam & rei quę in stipulationem deducitur qualitas id suadet[c], vt si quis fructus ex fundo nascituros promittat. Plerunque & ex disponentis tacita voluntate in tempus differenda est stipulatio. Vnde pater grauatus fideicommisso, vt scilicet restituat rem aliquam filio, videbitur in id tempus quo sui iuris filius effectus sit, fideicommissum valere[d]. Sanè & si ex qualitate contractus aliud colligi possit, nihil prohibet quo minus obligatio differatur. quod in eo qui mutuum accepit, Bart. aliquãdo receptum esse ostendit[e]. Neque enim mutuum statim rescindẽdum est, sed in vsus rei familiaris expendendum[f]. Idémque in commodato[g], & aliis id genus contractibus præterquam in precario obseruatur[h]. Idem est & si quis puellæ dotem promittat, nam & tacita conditio inesse videtur, cùm scilicet illa nupserit[i]. súntque alia id genus quàm plurima[k].

§. Conditiones.

Paulò antè dictum est obligationem conditionalem eam vim habere, vt omnino obligationem remoretur[l]. Hoc amplius addit, id in ea conditione quæ propria est, quam scilicet incertum est omnino extituram, accipiendum[m]. Etenim cùm ad præsens tẽpus conditio refertur, stipulatio non suspenditur[n]: velut si quis ita dicat, promitto decem si rex Parthorum viuit.

a gl. in verbo, differtur. in §. sub conditione. inf. eod. per l. C. de constit. pecun.
b l. itẽ quia. § 1. ff. de pactis.
c Castrẽs. & alij in d. §. 1.
d Alcia. d. l. cõditionales.
e l. cum ad præsens. cum duabus l. seq. ff. si cert. pe. l. condit. ff. de verb. oblig.
f §. conditiones. inf. eodem.
g si quis ita stipuletur in eo.
h gl. in verbo, cũ morietur. in d. §. si quis ita.
i l. vnica. C. vt act. ab hær.
k Bart in l. fine apud acta C. de transactionib. idem Bart. in l. 1. C. de pactis. & in l. Mutiana. ff. de conditio. & demonst.
l notatur in l. vnica. C. de caducis tollendis.
m d. l. Mutiana.
n arg. l. in singulare. & l. quod nõ ratione. ff. de leg.
o §. ex conditionali. inf. eo.
p l. qua legata mortuis nobis. ff. de reg. iur.
q l. si post diem. ff. quãdo dies legat. cedat.
q l. si pactum. ff. de probatio.
r l. nec adiecit. ff. pro socio.
s Decius in d. l. quæ legata
t Porcus in §. ex conditionali inf. eodem.
v l. Aurelio. l. non solum. §. sale. ff. de liberat. legat.
x l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obliga. d. §. tale.
y l. inter artifices. ff. de solut.
z d. l. inter artifices. sub finẽ & l. veterem. C. de contr. & committen. stipula.
& Faber hic in d. §. ex cõditionali.

a l. interdum ff. eodem.
b l. eum qui. §. quoties. l. cõtinuus actus. §. cũ ita. ff. eodem. l. 3. §. si quis ita. 2. ff. de eo quod certo loco.
c d. l. interdum.
d l. filiam ff. de auro & argento legato.
e Bar. in l. si pœnam. ff. eod.
f Theoph. in §. 1. sup. quib. mo. re cõtrahitur obliga.
g l. in cõmodato. §. sicut. ff. commodati.
h Decius in l. in omnibus. ff. de reg. iur. cõtra Panor. in ca. 2. de precariis. Idem Decius in l. contractus. ff. de reg. iur.
i l. itẽ quia. §. 1. ff. de pactis.
k Porcus in §. omnis. sup. codẽ.
l l. sub conditione. sup. eo. ff. eodem.
m Bart. in l. 1. numero. 3. ff. de conditio. & demonst.
n l. cum ad præsens. ff. si certum peta. l. conditio. ff. eodem.

Idem & si quis ad præteritum tempus referat, veluti, si Titius factus consul fuit[o]. Etenim per rerum naturam sciri certò potest num hæc ita se habeant, & ob id non morantur obligationem, quanuis apud nos incerta sint. Atqui & futura quoque per rerum naturam certa esse possunt[p]. quod verum est vbi omnino euentura sunt, vt quis vel aliquem mori certum sit, vel quã mulierem prægnantem parituram speremus, sed tunc ea vim conditionis non habent[q]. Sed nunquid hæreditatis aditio, tutelæ datio, & alij actus legitimi qui conditiones refugiunt, sub his conditionibus concipi possunt? Et non videtur[r]. Licet enim hæ impropriæ sint conditiones, tamen aliqua in parte conditionum naturam induunt. Etenim inquirendum est paulo altius num ita res se habeat, vsquedum certò sciuerimus rem ita esse. Atque ita Decius[s] aduersus Fabri sententiam[t] docuit.

§. Non solùm res.

Hactenus commemorauit Iustinianus eas obligationes quæ in dando consistunt: nunc de iis in quibus factum versatur, differit. Itaque cùm eiusmodi stipulationes quanti ea res est promissionem habeant, commodius est certam summam comprehendere[v], quoniam plerunque difficilis est probatio quanti cuiusque intersit. Sed cùm hac in parte commodius esse putet Iustinianus vt pœna adiiciatur, ei legi nemo adstringitur nisi is sibi velit cõmodius consultũ esse[x]. Sed qua ratione id quod nostra interest probari potest? Et verius est vt in contractibus vel testibus vel aliquo alio genere probationis probari debeat[y]. Idem est & in delictis quæ in omittendo consistũt[z]. Quòd si aliter constare non possit, tunc iuramento in litem res omnis temperanda est[&]. In his autem delictis quæ in committendo sunt, receptior est opinio, vt vbi delictum probatum sit[*], sacramento eius cui damnum illatum est, credamus[a]. Sed id ab aliis non indiligenter tractatum est.

Titulus, De duobus reis stipulandi & promittendi.

Postquam diximus de stipulationibus, videndum est de duobus reis stipulandi & promittendi[b]: quia plerunque non vna persona tantùm sed duæ vel plures aliquid stipulantur vel promittunt[c]. Porrò reus stipulandi iureconsultis dicitur is qui aliquid stipulatur sibi dari vel fieri[d]. Idem & reus credendi dicitur. Qui verò aliquid promittit, reus promittendi seu debendi dici consueuit[e]. Non negauerim tamen latiorem esse appellationem reorũ & credendi & debendi, quàm reorum stipulandi & promittendi. Hi enim vt vox ipsa satis indicat, ad stipulationem referri possunt, illi cõtrà quibuslibet contractibus interponi consueuerunt[f].

§. Et stipulandi.

Duo rei stipulandi ita commodè fieri possunt, si separatim fiat interrogatio, & responsio ad vtrũque dirigatur. Etenim siquis copulatiua dictione veluti sibi & Titio centum: aut alternatiua, veluti Titio aut Caio centum, vsus, siue aliquid sibi dari vel fieri stipuletur, propè est vt vni tantùm stipulatio acquiratur[g]. Illud autem necessariò exigitur, vt statim interrogationibus respondeatur[h]. Longum enim interuallum temporis, item longus actus qui modò stipulationi contrarius est, impedit quo minus duo rei sint. Ex diuerso modicus actus obligationi minimè aduersus, duorum reorum constitutioni nihil officere solet: vt siquis alterum ex correis credẽdi accersitum eat[i]. Sic & in solidum vtrique promittendũ est[k]: quod inferius aperiemus[l].

§. Duo, pluresue.

Duo rei promittendi ita demum constituuntur, si singuli separatim respondeant[m]. Cuius rei illa est causa, quia si alter solùm respondeat, is solus obligatur[n].

o d.l. cum ad præsens. §. vl. iunctis duabus ll. sequẽt. ff. si certum peta.
p l. sed & si restituatur. §. vlt. ff. de indebit.
q l. si pupillus. §. qui sub cõditione. ff. de nouationib.
r l. eum qui. §. vlt. ff. de acq. hæreditate.
s Deci⁹ in l. actus legitimi. ff. de reg. iuris.
t Faber hic.
v l. vlt. ff. de præto. stipu.
x Not. per docto. in l. legis virtus. ff. de legib. l. diem proferre. §. vlt. & l. non autẽ. ff. de receptis arbitris gl. hic in verbo, quãtitas
y l. vnica. C. de sententiis quæ pro eo quod interest. vbi Faber notat col. pen.
z not. gl. in ca. vlt. de iis q̃ vi metúsve cau. fiunt.
& l. videamus l. in action. & l. 2. ff. de in litem iurando l. 2. C. eodẽ tit.
* Faber hic.
a l. si quis in tãtam. vbi Iason notat. C. vnde vi.
b Theophilus hic.
c glossa rubrica hic.
d l. 1. ff. eodem.
e d. l. 1.
f l. eãdem rem. ff. eodem.
g l. si mihi & Titio. ff. de verbo. obli. §. quòd si quis sibi. inf. de inutil. stipulat.
h l. si ex duobus. ff. eodem. Vide Alc. lib. paradox. 1. cap. 3.
i Faber hic ĩ explicatione glos. in verbo, spondeat.
k l. reos. §. cũ tabulis. ff. eo.
l dicam in §. ex huiusmodi inf. eodem.
m d. l. duos. in princ. ff. eodẽ.
n d. l. duos. in princ. ff. eod.

§. Ex

§. Ex huiusmodi.

Duorum reorum ius est, vt vnusquisque in solidum sit obligatus[o], possitque ab alterutro solidum peti, vtique enim, cú vna obligatio sit, & vna summa est. Sed hæc quidem olim ita se habuerunt[p]: at hodie authenticarum constitutionum iure in exigendo huiusmodi debito, nonnihil innouatú esse Baldus attestatur[q]. Etenim hodie non aliter rei promittendi in solidum exigi possunt, quàm si alter tantùm soluendo sit[r]. Hi enim omnes qui soluendo sunt, diuisionis beneficio vti possunt[s]. Sic & vbi alter præsens est. (Præsentes autem dicimus eos, sicut & in vsucapionibus, qui sunt eiusdem territorij[t]) alter verò absens. Is qui præsens est, in solidum rectè conuenietur: id quod Faber alio loco copiosius adnotauit[v].

§. Ex duobus.

In duobus reis cóstituendis nihil vetat quo minus alter purè, alter verò in diem vel sub conditione promittat[x]. Etenim cùm die vel conditione eueniente obligatio quæ alioqui inæqualis erat, ad æqualitatem redigi possit[y], nihil prohibet quo minus reorum constitutio valeat. Quòd si res eiusmodi esset, quę nulla vnquam ratione ad æqualitatem reduci posset: verius esse videtur, vt nihil actum esse existimemus[z]. Et ideo si quis in deponendo rem apud duos, ab altero dolum paciscatur, ab altero verò non dolum tantùm, sed & culpam, duo rei non erunt, cùm impar suscepta sit obligatio[&]. quod alio loco copiosius attingitur[*].

Titulus, De stipulatione seruorum.

Constat stipulationes eo nomine introductas esse, vt per eas nobis alterú obstringamus[a]. verùm vtilitatis nostræ causa receptum est, vt non tantùm ipsi stipulari possimus, verùm vt ij quoque qui nostro iuri subiecti sunt, si quid sibi aut dari aut fieri stipulentur, nobis per eos stipulatio acquiratur: idque hoc titulo copiosius disputatum est[b].

§. Seruus ex persona.

Cùm stipulatio iure ciuili introducta sit[c], constétque seruos eo iure pro nullis haberi[d]: videbatur seruus stipulari non posse. Sed vtilitatis gratia receptum est vt & is domino suo stipulari possit, sicut & si ille hæres institutus sit[e], vel aliquid illi legatum sit. Id enim domino totum acquirere solet[f]: id qnod & dominica potestas suadet. Idque & in hæreditario seruo obseruatur[g], qui ex stipulatione hæreditati acquirit, illa nim irum ratione, quòd hæreditas defunctum in omnibus propemodum referat[h]: nisi quòd ei furtú fieri nequit[i]: quia possessionem quæ facti est & animi[l], hæreditas non habet[m]. Aliquot tamen casibus id aliter obseruatur. Etenim vbi defunctus rem pignori dedit aut commodauit, aut vsumfructum cóstituit, his casibus Iulianus hæreditariæ rei furtum fieri posse asseruit[n]. Etenim creditor vsufructuarius quoque[o], sicut & is cui res cõmodata est[p], naturaliter saltē possidét.

§. Siue autem.

Dixerat stipulationibus seruorum dominis acquiri: id quod vsque adeò verum esse asserit, vt etiam nihil intersit, sibi, an domino, an conseruo, an verò sine alterutra eorum adiectione (hoc enim impersonaliter est stipulatio) dari stipuletur. id quod non ad filiosfa. tantú[r], sed & ad eos qui monachorum institutum professi sunt, producendum esse Bart. nó semel docuit[t]. Aliquibus tamē casibus serui qui aliquid sibi dari stipulantur, dominis nihil omnino acquirere solent[v]. Ecce enim seruus qui operas à liberto meo sibi dari stipulatur, inutilem stipulationem efficit[x]. Patronus enim tantùm vtiliter operas stipulari consueuit[y]. Sic vbi seruus factum stipulatione sua

o l. 3. §. vbi duo. ff. eodem.
p d. l. reos. §. cum tabulis.
q Baldus sub fine huius ti.
r auth. hoc ita. C. eodem.
s arg. authen. præsente. C. de fideiussoribus.
t Aretinus in §. duo. sup. eod. dixi in tit. de vsucapionibus. §. 1. sup.
v Faber in d. auth. hoc ita.
x l. ex duobus. 1. ff. eodem.
y l. is cui. ff. de actio & obligationibus.
z l. eandem rē. §. 1. ff. eod. & d. §. 1.
* Bart. in l. vl. ff. eodem.
a l. stipulationum aliæ. §. stipulatio. ff. de verb. obli.
b l. 1. & per totú tit. ff. eod.
c dixi ad rubricã de verb. obliga. sup.
d l. quod attinet. ff. de reg. iur.
e l. non minus. ff. de hę. inst.
f l. si mihi et tibi. §. regula ff. de lega. 1.
g §. itē vobis. sup. per quas perso. nob. acquir.
h l. seruus hæreditarius. iuncta l. seq. ff. eod.
i l. non minus. §. hæreditarium seruũ. ff. de hæ. inst.
k l. 1. §. Scæuola. ff. si testamento liber esse iussus.
l Alcia. in repetitione. l. quinque pedum. C. finiũ regundorum.
m d. §. Scæuola.
n l. hæreditaria. iũctis duabus ll. sequentibus. ff. de furtis. l. si homo. ff. de vsucapio.
o l. naturaliter. ff. de acqui. possess.
p l. officium. ff. de rei vend.
q l. 1. in princ. ff. eodem.
r Theoph. hic.
s §. cum autem. inf. quod cum eo.
t Bart. in d. l. 2. Innocentius in ca. cum olim. 2. de priuilegiis.
v gl. hic in verbo, sibi.
x l. si seruus meus à liberto. ff. eodem.
y glos. in verbo inutilem. sub fin. d. l. si seruus. Zasius in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebiti.

complectitur, stipulatori tantùm acquiritur[z], sicuti mox dicam. Sanè cùm seruus vtiliter conseruo suo stipulari soleat, receptius est vt idem quoque in fratre constitutum esse existimemus[&].

z §. sed cum factũ. inf. eod. & arg. l. 1. C. de diuersis rescriptis.

§. Sed cùm factum.

Licet ex stipulatione seruorum domino acquiratur, tamen si factum aliquod in stipulationem deducatur, propè est vt huiusmodi stipulatio soli seruo prosit[a]: quia quæ facti sunt, ad dominum non transeunt[b]. Etenim cùm ea iuris gentium sint[c], eorum quæ illius iuris sunt, serui capaces esse possunt[d]: & ideo si seruus sibi ire vel agere licere stipuletur, hic ea seruitute vti poterit, non etiam dominus eius[e]. Diuersa causa est vbi seruus iter vel viam sibi dari stipulatur. dominus etenim tunc prohiberi non debet: quod Accursius hîc sentit: ídque apud Fabrum videndum relinquo[f].

a l. plenum. §. si vsus. ff. de vsu & habitatione.
b l. qui hæredi. post princ. ff. de conditio. & demonst.
c Alciatus d. l. quing. pedũ
d l. quod attinet. ff. de reg. iur.
e hoc textu circa finem.
f Faber hic.

§. Seruus communis.

Si communis seruus ita stipuletur, dominis meis dare spondes? pro portione dominica stipulari videbitur. Si verò ita, Lucio Titio & Caio Seio: pro virilibus partibus eas acquirit. Idémq; erit & si Lucio Titio & Caio Seio dominis suis dari aliquid spoponderit. Etenim cùm dominorum vocabula pro demonstratione habeantur, rationabilius est stipulationem eis pro parte acquiri[g]. Multum enim refert vtrum nomina propria an appellatiua (vt doctores nostri loquuntur) seruus ipse expresserit. Hincque infertur, rescriptum quo princeps præfecto vrbis rescripsit, vel summus pontifex officiali, ad successorem transire, cùm is dignitatis nomen expresserit. Quòd si proprio nomine eum compellarit, morte illius huiusmodi rescriptum extinguetur[h]. Sed quæ de communi seruo diximus, locum non habent vbi iussu vnius ex dominis seruus ipse stipulatus est: iubenti enim soli acquirit. Idé erit & si vni nominatim stipulatus est, vt illi soli acquirat[i]. Sed quid si seruus iussu vnius ex dominis aliquid stipulari cogatur, tamen is nominatim alij dari stipuletur[k]? Et veteres crediderunt tum demum ei qui iusserit, acquiri, si quidem ex re iubentis aliquid sibi dari stipuletur[l]. sin id minus, receptius est vt ei qui nominatus est, ex huiusmodi stipulatione quæratur[m].

g d. l. si communis seruus. versic. sed cum nomina. l. ita. §. 1. ff. de statuliberis.
h cap. quoniam abbas. & ibi Canonistæ. de offi. delegati. Porcus hic.
i hoc textu circa finem.
k glossa hic vltima.
l l. vlt. iuncta ibi gl. prima C. per quas perso. nobis.
m l. proinde. §. vl. ff. eodem.

§. Quòd seruus.

Seruus communis ita demum dominis pro portione dominica acquirere potest, si quidem vtrique acquiri possit. si verò vni tantùm, ei solidum acquiritur. Et ideo si seruitutem ad fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sempronij erat, ei soli acquirit[n]. Eodem modo & si huic seruo dos promittatur[o], cùm vnus ex dominis vxorem ducturus esset. Eadem ratione is qui rem quæ vnius ex dominis erat stipulatur, ei soli acquirit cuius non fuit[p]. Cuius rei illa est causa, quia quod meum est, amplius meum fieri non potest[q]. Planè si quid ex re vnius sit stipulatus[r], vtrique acquiritur: sed is cuius res erat, rectè cõmuni diuidundo aut societatis iudicio experiri poterit.

n d. l. proinde. §. vlt.
o l. item si alter. ff. eodem.
p l. item si seruus. ff. eodem.
q §. sic itaque. inf. de actio.
r l. si ex re. §. 1. ff. eodem.

Titulus, De diuisione stipulationum.

Non est absurdum, postquam multa de stipulationibus dicta sunt, de earum quoque diuisione disputare[s]. Videtur autem Iustinianus hac gratia separatim de his tractatum fecisse, vt iuuentuti cuius nomine has institutiones conscripsit, bene consuleret, nimirum ne illa cõfusanea atque tumultuaria discendi obrueretur ratione. Hoc autem loco admonendi sumus, Iustinianum stipulationum originem non fuisse perscrutatum[t], vt vulgus doctorum existimat[v], sed exercitium tantùm, corã quo videlicet proponatur, perpendi: se idque cũ multis argumentis Alciatus ostẽdit[x], cum eo maximè, quòd Vlpianus[y] cautionem de persequendo seruo qui in fuga est, quam hoc loco Tribonianus inter iudiciales cõmemorat, ex prætoris edicto originem

habere

s Theoph. hic in initio.
t quemadmodum in l. 1. ff. de prætoriis stipulationib.
v docto. in l. stipulationum aliæ. ff. de verborũ oblig.
x Alcia. lib. 3. paradoxorũ cap. 1.
y l. si cum exceptione. §. quatenus. vers. quòd si homo. ff. quod met. causa.

habere asserit: idque & in cautione quæ propter dolum interponitur, videre licet[z]. Igitur stipulationũ hæc est summa diuisio, quòd iudiciales sint, prætoriæ conuentionales, & communes: hoc est, vt Theophilus & Iustinianus interpretantur, tam prætoriæ quàm iudiciales. Iudiciales sunt quæ coram iudicibus, duumuiris, magistratibus municipalibus, iudicibus delegatis expeditionem nãciscebantur. Eius generis est cautio de dolo, quam Theophilus[&], præter aliorum sententiam sic explicuit, si cùm intenderem te mihi debere seruum ex stipulatu, viderésque tibi tradendæ rei necessitatem incumbere[o], cúmque mihi tradideris, si quidem ego conquerar à te venenum ei datum, propterea quòd is apud me statim perierit, debebis repromittere huiusmodi seruum dolo tuo non periisse. Addit Accursius[a] huiusmodi cautionem doli in creditore quoque apud quem res impignerata periit, locum habere[b]. Eiusdem notæ est cautio illa quæ de persequendo seruo qui in fuga est, interponi consueuit: cuius rationem Theophilus expressit in hanc propemodũ sententiam: Si quis à non domino, quem dominum esse credebat, seruum vel aliquid aliud quod mobilium numero est[c], bona fide emerit, eíque ante vsucapionẽ perfectã fortè sub finem anni tertij quæstio moueatur, hic quidem etiam accepto iudicio ante sententiam tamen seruum vsucapere potest[d]. Hic ergo seruus vsucaptus si quidem fugerit, neque quicquã sit quod bonæ fidei domino imputari posit, quia iniquũ esset eum condemnari, hic apud iudicem cautionem interponet, qua cauebit se aduersus quoslibet serui possessores in rem actione acturum[e], deinde quòd is recuperatum eum vero domino restituet, aut saltem illius æstimationem[f]. Ad eundem modum si quis redhibitoria agere velit, seruus autem in fuga sit, nihilominus venditor condemnari debet[g]. Cauebit autem emptor se venditori seruum restituturum, si in suam potestatem postea redigatur. Idque & in eo qui ex pœnitentia pecuniam quam in seruum emendum dederat, repetere volebat, obseruatum fuisse Vlpianus ostendit[h]. Prætoriæ stipulationes sunt, quæ solùm prætoriæ iurisdictioni relinquuntur, neque aliquis alius est qui earum notionem habeat: cuiusmodi est dãni infecti cautio[i]. Ea autem sic se habet. Si vicini mei domus minetur ruinam, neque hic velit cauere quòd si damnum aliquod ex suarum ędium ruina mihi oboriatur, id totum resarciet: prętor me in possessionem eius rei cuius nomine vt caueat postulatur, ire iubebit. Hæc autem ideo damni infecti dicitur, quòd scilicet cauere debeat quis ne suarũ ædium causa aliquid detrimenti vicino suo accidat[k]. Ad huiusmodi cautionem pertinet & legatorum cautio[l]. Etenim si mihi in diem vel sub conditione legatum relinquatur, constat ante diem vel conditionem legatum peti non posse[m]. Hic si periculum sit ne hæres rem omnem prodigat, fideiussoribus datis vel pignoribus promittet se vbi vel dies vel conditio euenerit, rem legatam daturum. Quòd si is cautionem hanc præstare detrectet, non in possessionem rei legatę tantùm, sed & omnium bonorum mittendus sum, quod Theophilus hîc sensit[n]. Eiusmodi erit & in illa cautio quæ ab hærede qui in sinistram apud creditores opinionem venit interponi debet[o]. Id quod & in debito conditionali regulare est[p]. Ad prætorias stipulationes pertinent ædilitiæ quoque cautiones. Nam & ædilium curulium edicta, honorarij iuris portio est[q]. Illis autem locus est quando quis inter vendendum iumentum cautionem ædilitiam interponit, qua duplum se promittere recipit, si quidem morbus in eo latens inueniatur[r]. Conuentionales stipulationes sunt, sicuti vox ipsa satis indicat, quæ ex cõuentione partium vim suam accipiũt: quarum exempla vnicuique obuia esse possunt. Communes sunt stipulationes, quæ promiscuè & apud prętorem & apud iudicem disceptarentur. Ad has autem redigi potest cautio qua rem pupilli vel adolescentis saluam fore tutor vel curator promittit[s]. Prætor enim, sicuti priore libro dictum est,

z l.1.& totũ tit. de dolo. ff.

& Theoph. hic post princ.

o l. stipulationum quædam ff. de verb. obli. l. sicut. C. de actionib.

a gloss. hic in verbo, de dolo.

b l. creditor. ff. de pignorat. actione. l. si creditor. l. si nulla culpa. C. eodem tit.

c l. mouentiũ. ff. de verb. sig.

d l. si post acceptũ. ff. de rei vendica. Iason in §. pœnales inst. de action. not. in l. vl. de eo ꝑ quẽ fact. erit.

e iuxta l. actionum genera ff. de actionibus.

f arg. l. si procuratorem. §. vlt. ff. mandati.

g l. redhibere. §. vlt. ff. de ædilitio edicto.

h l. si pecuniam. §. si seruũ. versic. item si quis dederit ff. de condict. cau. da.

i l. prætor ait. §. de eo. vers. eũ cui. ff. de dãno infecto.

k Theop. hic citra mediũ.

l l.1. & per totũ titulũ. ff. vt legatorũ seu fideicõ. seruan. caus. caueа.

m l. si post diem. ff. quando dies lega. ced. l. cedere diem. ff. de verb. sig.

n Vide ea quæ dixi ad tit. de successionibus subla tis sup.

o l. si creditores. ff. de priuileg. creditorum.

p notat Bart. in l. in omnibus. ff. de iudiciis.

q §. prætorum. de iure naturali. sup.

r l. si venditor et l. itaque. ff. de ædili. edic. Theo. hîc

s l.1. & per tot. tit. ff. rem pupilli vel adolescentis sal. fo.

tutorem ligitimum, non item testamentarium aut cum inquisitione datum promittere iubet sarta tecta omnia pupillo fore[t], eóque nomine cautionem fideiussoriam interponere[v]. Eodem pertinet & cautio rati, quæ à procuratore tam rei[v] quàm actoris interponi consueuit vbicunque dubium est num illi negocium dominus mandauerit[x]. quod Barto. & Faber alio loco copiosius adnotauerunt[y].

Titulus, De inutilibus stipulationibus.

Stipulationes omnes aut vtiles sunt, aut inutiles. Earum quæ vtiles sunt, maximus est numerus: quæ verò inutiles sunt, certis quibusdam finibus coërcentur[z]. Dicendum est igitur de inutilibus stipulationibus. ita enim facilè intelligemus quęnam sint vtiles stipulationes[*]. Inutilis autem stipulatio varias ob causas esse potest: & in primis propter rem quę in stipulationem deducitur[a]. Deinde quia forma stipulationis omittitur[a]. Ad hæc quia persona à qua stipulamur, ius stipulandi non habet[b]. Sic & impossibilis conditio stipulationi adiecta inutilem stipulationem efficit[c]. Vltimo & turpis causa quę stipulationi interponitur[d], sicuti inferius patebit. Ex huiusmodi autem inutili stipulatione receptum est, nec naturalem obligationem oriri[e]. quæ sententia receptissima est[f].

§. Primus.

Inutilis est stipulatio eius rei quæ in rerum natura non est, neque esse potest. Et ideo hominem mortuum in stipulationem inutiliter deducimus[g], adeò vt nec pœna huic promissioni adiecta peti possit[h]. Aliquibus tamē casibus vtiliter rem quæ decessit stipulamur, vt à fure, itémque & ab eo qui moram admisit[i]. Nam & in illius odium res ipsa perpetuò viuere intelligitur, eáque & petitur, & in eam condemnatio fit[k], licet postea in executione rei iudicatæ æstimationem præstando liberetur. Sic & cùm Hippocentaurus ex Palephati sententia[l] nunquam in rerum natura esse possit, quod & Lucanus attestatur[m], consequens est vt inutiliter in stipulatum deducatur.

§. Idem iuris est.

Aliquando res deducta in stipulationem, inutilem stipulationem facit[n]: ídque hoc loco Iustinianus multis exemplis exequitur. Et in primis in re sacra, religiosa & aliquot aliis. Licet enim earum vēditio ignoranti facta teneat, earum tamen stipulatio inefficax est. Cuius rei illa est causa, quòd qui rem vendit, necesse non habet rem emptoris facere[o], sicut is qui stipulatus est, sed solam possessionem transtulisse sufficiet. at liber homo, res sacra, religiosa ab ignorante possideri possunt[p]. Et hac ex ratione infertur, eum qui rem sacram tradi stipulatus est, vtiliter stipulatum fuisse videri.[q] Vnde & lex nostra in stipulatione quæ in dando consistit, locum habet: atque ita Cumanus quandoque docuit[r], licet plerique dissentiant[s]. Sic & huiusmodi ratio facit vt in re aliena pignus constitui nequeat, cùm ius aliquot in creditorem transferendum sit[t], licet & aliena res vendi possit[v], quod Accursius hoc loco satis diligenter exequitur[x]. Sic & res religiosa inutiliter in stipulatum deducitur[y], præterquam quòd ea stipulationi maioris partis accedere potest[z]. Qua ratione & rem publicis vsibus destinatam sibi dari quis inutiliter stipulatur[*]. sed tamen si ea publicæ vtilitati non seruiat, quin illa stipulatio valeat nulla dubitatio est[*]. Ad eundem modum cùm liberi hominis nullum sit cōmercium. (l. si in emptione. §. omnium. ff. de contrahenda emptione.) eius quoque promissio non valebit. Neque distinguendum erit ignorauerintve cōtrahentes eum liberum an seruum fuisse. Vtroque enim modo inutilis est stipulatio. Ac nec in id tēpus concipi poterit, quo is liber homo seruus efficiatur[*]. Luctuosum etenim casum & aduersam fortunam expectare

non

t sup. de satisdatione tutorum. Theophilus hic.
v l. non solū. §. si status §. est & alius l. Pomponi°. §. sed & si ff. de procur.
x l. 1. C. de procuratorib.
y Barto. & Faber in d. l. 1. Idē in l. vnica. C. de satisdando.
z Theoph. hic. & l. qui accusare. ff. de accusationibus.
* hoc princip. & §. sequēti. l. inter stipulantem. § sacrā. ff. de verb. obligatio.
a §. item inutilis inf. eodem
b §. pupillus inf. eodem.
c §. si impossibilis. inf. eodē.
d §. quod turpi. inf. eo. l. generaliter. ff. de verb. obli.
e l. si impossibili. ff. de fideiussoribus. l. impossibiliū vbi Decius notat. ff de reg. iur.
f Bart. ī l. si sub impossibili Dinus in ca. nemo potest post glo. de reg. iur. lib. 6.
g l. liber homo. 1. ff. eodem.
h l. si homo mortuus. ff. eodē
i l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. eodem.
k l. si seruū. §. effect°. iūcta ibi gl. in verbo, possit. & ibi doct. ff. eodem.
l Palephatus in libello de non credendis poetarum fabulis.
m Lucanus in libris Pharsalia. §. 1. sup. eodem.
n l. & liberi. l. quia. l. sed Celsus. ff. de contrah. emp.
o l. ex empto. ff. de actio. empti. l. si ita. §. vlt. ff. de contrah. empt.
p l. liber homo. ff. de acq. rer. do. not in §. vl. l. cū hæredes. ff. de acq. possess.
q l. si rem tradi. ff. eodem.
r Raphael Cumanus in l. liber homo. 1. ff. eodem.
s Bart. & alij cōmuniter in d. l. liber homo.
t l. qui filios. C. quæ res pignori obliga. poss.
v l. rē alienā. ff. de cōt. emp.
x glossa. 1. hic.
y l. inter stipulantem. §. sacram. ff. eodem.
z l. in modicū. ff. de cōtrah. empt. Vide Barto. in l. hāc legem. ff. illo titulo, & Decium in c. 1. quanto. de iudiciis. & gl. hic in verbo, vsibus. & d. §. sacram.
* l. pacta. §. vl. ff. de contrah. emp., ad. §. sacram. vers. & casum.

non debemus. id quod non in libero tantùm, sed in aliis rebus nimirum sacris & religiosis obseruandū erit[b], vt si postea priuati iuris efficiantur,[c] quæ tamen ab initio inutilis fuit stipulatio, tractu temporis non potest conualescere[d]. In summa igitur res omnes quæ exemptæ sunt hominum commercio, id est quæ venditionibus vel aliquot aliis modis in nostra iura venire nequeunt[e], in stipulatum deduci non possunt. quod quemadmodum accipiendum sit, in legatorum ratione commemoratum est satis & super[f]. Quid quòd nec rem suam alicui stipulari conceditur[g]? Etenim id quod nostrum est, nulla amplius ratione nostrum esse potest[h]. Plerunque tamen rei nostræ quæ apud alium est possessionem nobis dari vtiliter stipulamur[i]. Sic & in eum casum quo amplius nostra non erit vtiliter stipulationem concipiemus[k]. Cæterùm quæ hactenus diximus, stipulationis commercium vsque adeò refugiunt, vt etiam existimemus nec tum stipulatione promissionem obstringi, si postea sine sua culpa res illæ quæ alioqui priuati iuris erant, postea publici iuris esse cœperint[l]. Quamuis enim ab initio stipulatio valuerit, quia tamen iam in ea causa esse cœpit, vt promitti nequeat, lex huic stipulationi in totum aduersatur[m]. Diuersa est causa in legato liberationis summæ quæ in diem vel sub conditione alicui debebatur. Licet enim viuente adhuc testatore dies vel conditio euenerit, vtile tamen esse legatum Papinianus respondit[n], cùm huiusmodi legatum ab initio constiterit, neque ei postea vllum impedimentum per legem adferatur. Cæterùm probabiliter dubitari potest, nunquid rem hostium stipulari possimus[o]. Et verius est, vt si quidem res huiusmodi aliquando nostræ fuerint, eas rectè stipulari possimus. Idem est & si nunquam in nostrum commercium peruenerint, modò sub ea conditione stipulemur, si scilicet ad manus nostras aliquando perueniant[p]. simpliciter etenim stipulantes nihil omnino agere videmur. Si tamen huiusmodi res quæ apud hostes est, aliquo pacto emi potest, rectè quoque promitti poterit[q].

§. Si quis alium.

Nemo alienum factum promittendo obligatur[r]: adeò vt nec in id quod stipulatoris interest rectè conueniatur is qui alienum factum promittit[s]. vnde consequens est vt qui alium facturum daturúmve promiserit, inutiliter promisisse videatur: cùm stipulatio ad id inuenta sit, vt per eam vnusquisque sibi acquirat[t]. Sed tamen hoc pronunciatum quibusdam casibus non procedit[v]. Etenim si quis effecturum se vt alius det vel faciat spoponderit, rectè promisisse censebitur[x]. Idem & si id ipsum subintelligatur. nam & tunc vtilis erit promissio[y]. Eodem modo vbi quis sacramento suo asseruerit alium daturum[z]. nam & ex vi iuramenti obligatur. Eadem ratione & si quis pœnam stipulationi adiiciat: vel pœnam ipsam præstare, vel alium ad faciendum adigere est compellendus[&]. Vitabitur autem pœna, si per eum non steterit quo minus id fieret quod alium facturum receperat. id quod nō absimili specie Barto. respondit[9]. Ad eundem modum & si ex natura contractus sit vt etiam factū omnium præstare quis debeat, propè est vt stipulatio qua quis alium habere licere stipulatur, aduersus promittentem dari debeat[a]. Quod & Aretinus hîc sentit, & antea Barto. Castrensis & Alexander docuerunt[b], licet Iason dissentiat[c].

§. Si quis alij.

Illud pro regula traditum est, alteri stipulari neminem posse[d], cùm ad id inuenta sit stipulatio, vt per eam stipulatori acquiratur[e]. Quod eò maxime obseruandum erit, si & obligationis verba & executionis in

b hoc §. vers. nec in pendēti.
c l. cū loca. ff. de religio. & sumptib. fune.
d d. l. quæ ab initio l. quod initio ff. de reg. iur. cap. nō firmatur. de reg. iur. in 6.
e Theop. hic.
f dixi in §. non solum. sup. de lega. vide Barto. in l. multum interest. ff. de verb. oblig.
g arg. l. sua rei. ff. de cōtrahenda emptione.
h §. sic itaque. inf. de actio.
i d. l. si in emptione. §. item si emptor. vers. Rei sua ff. de contrahen. emptione.
k l. si rem meam. vbi Castrensis notat. & l. existimo. ff. eo.
l hoc §. versic. item contra.
m arg. l. non dubium. C. de legibus.
n §. ex cōtrario. sup. de leg.
o Barto. in l. liber homo. 1. ff. de verb. obliga.
p cap. abbate. De re iudica. in 6.
q l. ab omnibus. §. etiam. ff. de lega. 1.
r l. stipulatio ista habere licere. in princ. ff. eodem.
s arg. l. petitor. ff. de liberatione legata. Faber hic.
t §. alteri. inf. eodem.
v Imola & Perusinus in d. l. stipulatio ista.
x hoc textu sub fi. gl. in l. sicut reus. ff. de fideiussor. l. qui autem. §. 1. vers. sed & si quis. ff. de const. pecu.
y l. quoties quis. ff. de verb. oblig.
z l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2.
& §. Vice versa. inf. eodem
9 Bar. consilio 139. Decius consilio 2. Aret. cōs. 144.
a l. emptorem. §. qui autem. ff. de actionib. empti.
b Bart. Paulus, Alexāder in l. inter stipulantem. ff. de verb. oblig.
c Iason in d. l. inter stipul.
d d. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verb. oblig.
e d. §. alteri. notatur. in l. certi. ff. si certum peta.

extraneam personam conferantur[f], præterquam quòd tutor vel curator, actor quoque municipum, filius, & seruus, pupillo, adolescenti, municipibus, patri, & domino ita commodè stipulari possunt[g]. Quin & illud proditum est, stipulationis verba quæ promissorem respiciunt, nihil obstare quo minus alteri stipulatio facta esse censeatur, quando solutionis seu executionis verba ad alium protenduntur, nisi fortè stipulatoris intersit[h], vt quia vel tutor sit, vel procurator, vel is qui negocia alterius gerit[i], vel quia ei cui stipulatur, obligetur[k]. Planè & si quis non impersonaliter stipuletur, sed eum cui solutio fieri debet, exprimat, inutilis erit stipulatio. ei etenim cui soluendum esse voluit, stipulatus creditur[l]. Ex diuerso siue quis impersonaliter sibi dari aliquid stipuletur, vt quia quis dari decem stipulatus sit[m], sicut & si verba quæ & promissionem & executionem arguunt, in eum qui stipuletur, alterius tamen nomine referantur, receptum est stipulationem consistere: id quod in procuratore & negociorum gestore traditum est[n]. Sed hæc quæ diximus, non obseruantur in his qui alterius iuri subiecti sunt: & ideo filius patri, seruus domino, monachus monasterio, sacerdos sacerditio rectè stipulantur[o]. Id quod & in aliis omnibus personis per quas nobis acquiritur, regulare est[p]. Sic & vbi iuramentum stipulationi huic, quæ alteri fit, accesserit, ex Pontificiorum sententia[q] huiusmodi stipulationem valere receptissimum est. idque & Baldo non displicet[r].

§. Planè solutio.

Licet extraneo stipulari nemo possit[f], tamen hic solutioni obligationis adiici potest[t]. & hoc est quod dicimus adiectæ personæ solui posse. quod tamen aliquibus casibus non obseruatur. Ecce enim si mihi aut Titio dari decē stipulatus sim, deinde petam, amplius solui Titio non potest: quāuis ante litem contestatam ei solui posit[v]. Iam enim ex præoccupatione ius stipulatori acquisitum est[x]. Adiecto quoque qui in eodē statu non manet, solui nō potest[y]. id quod & in eo qui peregre profecturus procuratorē reliquit cui rerum suarum administrationem commiserat, traditum est[z]. huic enim procuratori tandiu rectè soluitur, quandiu statum suum non mutauerit[&]. Quòd si ab initio perditæ vitæ fuerit huiusmodi procurator, idque in constituentis ignoratione versabatur, propè est vt debitor qui sciens huic soluerit, non liberetur[•]. quod Faber hic sensit, & Barto. sequitur[*]. Demum & si quis sibi aut Titio Lutetiæ dari stipulatus sit: si alibi Titio soluatur, rectè debitor in id quod stipulatoris intereſt conuenietur[†]. Hinc fit vt si huic adiecto reprobi nummi dati sint, debitori liberatio non contingat[ā]. Sanè quanuis huic rectè soluatur, illi tamen actio ad rem persequendam non competit[a]: sicut nec hæredi suo rectè solui potest[b]. Cæterùm si huic adiecto solutum sit, mandati tamen actione id repetetur[c]. idque eò maximè vbi eo præsente obligatio concepta est[d]. alioqui vbi eo absente stipulatio concepta est, tunc ad repetitionem negociorum gestorum actionem stipulatori dabimus[e]. quod omnes hîc sentiunt[f].

§. Quòd si quis.

Qui sibi & Titio cuius in potestate non est, decem stipulatur, non tota decem sed sola quinque ex stipulatione acquirit[g]. Etenim stipulatio quæ alteri inutiliter facta est, non auget meam partem. Diuersa est causa in emptoribus. nam & qui sibi & Titio fundum emit, totius fundi emptio ad se pertinebit[h], illa scilicet ratione, quòd venditoris interſit fundum totum venditum esse: & in stipulationibus promissoris interest stipulationem tantùm pro parte valere, vt Franciscus Aretinus & Baldus hic voluerunt.

f l. quacunque gerimus. ff. de actio. & obligat. glo. in §. si stipuler. in d. l. stipulatio ista.
g l. cum qui. §. si actori. ff. de constituta pecu.
h §. alteri. inf. eodem.
i d. §. si actori.
k l. si insulā. ff. de verbo. obligat.
l l. si ita stipulatus fuero. §. chrysogonus. ff. de ver. obli.
m d. §. chrysogonus. & hîc in vers. sequēt. stipulatio impersonaliter dicitur fieri stipulatio, vbi nominis adiectio non est.
n Bart. in d. l. stipulatio ista § si stipuler. Bal. hic.
o Faber hic, docto. ad rubr.
p sup. per quas perso. nobis acquir.
q in ca. cum contingat. de iureiurando. Canonistæ sentiunt, idem. in ca. quāuis de iureiurā. lib. 6. & in cap. licet pactum. de pactis. lib. 6.
r Bal. hic sub finem sui cōmentarij.
f sup. §. proximo.
t l. cum quis. ff. de ver. obl.
v l. si quis stipulatus fuerit ff. de solutionibus in fine.
x Porcus hic.
y l. cum quis. ff. de solut.
z Petrus de bella pertica hic.
& arg. l. pater. §. vlt. ff. de testamenta. tute.
• arg. l. vtilitatem. ff. de cōfirman. tutore.
* Bar. in l. si cum Corneliō. ff. de solutionibus.
† l. 3. §. item Iulianus ff. de eo quod certo loco. glos. hic in verbo contingat.
ā Faber hic.
a l. sed & si filiofa. in fine ff. de constituta pecu.
b l. cum quis. ff. eodem. & ibi notatur.
c l. Iulianus. §. vlt. ff. de verb. obligat.
d l. qui fidem. ff. mandati.
e §. 1. inf. de obligationib. quæ ex quasi contra. nasc.
f glo. in verbo, mandati. quam communiter docto. sequuntur.
g l. si mihi. ff. de verb. oblig.
h l. fundus ille. de contrahen. emptione.

luerunt[i]. Sanè cùm hoc loco ſtipulationem pro parte tantùm valere dicamus, colligimus vtile per inutile non vitiari. Quæ res ſic terminari poteſt, vt in diuiduis & iis rebus quæ commodam ſeparationem admittunt, obtineat[k]: in indiuiduis autem contrà obſeruatur[l]. Indiuidua autem multis modis conſiderantur[m]. Natura, vt ſeruitutes[n]: Voluntate contrahentium, vt ſi quis in duos arbitros compromiſerit[o]: Forma, vt in fideiuſsione quæ in duriorem cauſam quàm ſit principalis obligatio, concipi nequit[p]: Acceſsione, vt ſi quis fundum cum colonis Chriſtianus Iudæo vendat. Coloni etenim à fundo ſemoueri non poſſunt[q].

§. Ei verò.

Quemadmodum filius ſtipulando patri acquirit, ita & pater ſi aliquid filio ſtipuletur ſecundum quod leges permittunt, ſibi acquirit[r]: id quod & in domino & ſeruo per omnia receptum eſt. Sed nunquid pater ſtipulando filio aliquid acquirit? Et verius eſt vt emancipato filio, ſicut & extraneo ſtipulari nequeat[ſ]. Filio verò familias ex ſtipulatione quæ ad liberandum tendit, per patrem acquiritur[t]. quæ omnia à Fabro[v] & Barto.[x] latius tractata repetenda ſunt.

§. Præterea.

Cùm in ſtipulationibus verba neceſſaria ſint, eáque per interrogationem & reſponſionem concipi debeant[y]: conſequens eſt vt niſi commodè interrogationi reſpondeatur, ſtipulatio ſit inutilis. & ideo ſiquis purè interrogatus ſub conditione reſpondeat, inutilem ſtipulationem facit[z]. Illud autem receptum eſt, vt quotieſcunque in qualitate ſtipulationis diuerſitas conſiſtat, vt ſi quis non obligetur. non enim, inquit Vlpianus[&], ſic reſpondit vti interrogatus eſt. Sed hæc omnia locum non habent vbi ſtipulatori diuerſitas in continenti placuerit[ɔ]. tunc enim alia ſtipulatio contracta eſſe videtur[a]. Idem erit & ſi quis in diē vel ſub conditione rogatus ſimpliciter promittat[b]. valebit etenim ſtipulatio. quæ enim in præfationibus dicta ſunt, in contractibus repetita eſſe intelliguntur[c]. Et ideo ſi rex ſuo reſcripto ſubiiciat ſibi placere quod dictum eſt, videtur omnibus quæ ſuperius deſcripta ſunt ſubſcripſiſſe[d]. Idémque in teſtibus interrogatis Baldus reſpondit[e]: nec Bartolo diſplicet[f]. ſicut & cum poſitionibus aduerſarij quis poſt multas interrogationes reſponderit[g]. hic enim in omnium quæ dicta ſunt, ſententiam iuiſſe vel negaſſe intelligendus eſt. Sed quid ſi diuerſitas in quantitate conſiſtat? Et plerique idem quod in qualitatibus receptum eſſe tradiderunt[h]. quorum ſententia recepta non eſt. nam & Vlpianus dixit[i] eum qui viginti promitteret ei qui decem ſtipularetur, aut contrà, rectè ſtipulatum videri. licet enim congruere ſummam oporteat, attamen manifeſtum eſt & decem in viginti ineſſe. Nec nos quicquam mouet hoc noſtrum reſpōſum[k], quo huiuſmodi ſtipulationē vitiari traditum eſt. Nam cùm non ſit nouum vt leges poſteriores ad priores trahantur[l], hic noſter §. ad illud Vlpiani quod modò citauimus pronunciatum referri debet[m]. Minus quoque mouemur eo quod Pōponius dicat[n], nihil agi quoties quis fundū ſuum ſe locare decē exiſtimet, conductor autem quinque ſe cōducere opinetur. id enim ex Bartoli ſentētia[o] ideo receptū eſt, quòd de locatoris incōmodo ageretur: qua in ſpecie maior ſumma minorē non continet: niſi ſiquis cum Baldo dicere[p],

i Franciſcus Aretinus hic in deciſione caſus. Baldus in explicatione gl. vltima.

k l. 1. §. ſi mihi. ff. eodem. l. filius. § ſequens. ff. ad leg. Corneliam de falſis.

l l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quotidiana & æſtiua.

m Bart. in l. Græcè. § illud. ff. de fideiuſſoribus. Aretinus hic & Porcius.

n d. §. item quæritur.

o l. parui refert. aliàs Paulus. §. 1. ff. de arbitris. l. ſi fiſtulas. §. qui fundum. ff. de contrah. emp. ca. cum ſuper. abbatis. de offic. delegati.

p d. l. Græce. § illud.

q l. quemadmodum. C. de agricolis lib. 11.

r l. dominus ſeruo. ff. eodem l. 2. C. de contrahen. & committen. ſtip.

ſ l. ſi genero. C. de iure dotiū

t l. qui iuraſſe. §. 1. ff. de iureiurando.

v Faber hic. idem in l. 2. C. de contrahē. & committ. ſtipulatione. idem in l. pactum. C. de pact. conuentis.

x Bart. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblg.

y §. 1. ſup. de verbo. oblig.

z l. 1. §. ſiquis ſimpliciter. ff. de verb. obligat.

& in d. l. §. ſiquis ſimplici.

ɔ d. §. ſiquis ſimpliciter. verſic. cùm adiicitur. vbi Alexander notat.

a d. verſic. cum adiicitur.

b hoc §. ſub finem.

c l. ~~filio~~. §. idem reſpondit. 1. ff. eod. item quia. §. vlt. & ibi vide Caſtrenſem. ff. de pactis.

d Baldus in l. 2. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam.

e Baldus hic ſub finem.

f Bart. in d. §. ſiquis ſimpliciter.

g not. Bart. in l. 2. §. 3. C. de iureiurando propter calumn. dando.

h Porcius hic in explicatione gloſ. Franciſc. Areti. & Angelus in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti mihi. ff. eodem. i in d. §. ſi ſtipulanti. l. in eo quod plus eſt. & ibi Decius notat. de reg. iuris. k hoc textu in princ. l l. non eſt nouū. iunctis duabus ll. ſequentib. ff. de legib. m d. §. ſi ſtipulanti. n l. ſi decem. ff. locati. o Bart. in d. §. ſi ſtipulāti. p Bal. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de recept. arb. ſed aliter veteres allegabant. l. ſi cū dies qua eſt in §. Papinia. lib. 3. quæſt. ait in d. l. quid tamen, qua eſt l. 21.

hoc ideo fieri, quòd summa non simpliciter sed relatione ad aliud, nimirum pensione facta referretur. Cæterùm si quis simpliciter de vna specie interrogatus, de alia respondet, inutilem esse stipulationem est certissimum. Neque enim vt in summis vna species aliam complectitur, idque aduersus Bartoli sententiam ab Imola proditum est[q]. Idem erit & si quis alternatiuè respondeat, vt quia Stichum vel Pamphilum interroganti dare promiserit. Iam enim in rem consensum esse non videtur. nam si ego Stichum mihi dari velim, posis vel Stichi vel Pamphili solutione te obligatione mea eximere[r]. Diuersa est causa vbi quis stipulanti Stichum, Pāphilum & Stichum promiserit. Pamphili enim adiectio pro superuacuo habebitur: quod ad Stichum verò pertinet, valebit stipulatio, cùm in illum contrahentes consensisse videantur.

§. Item inutilis.

Nonnunquam patria potestas, item & dominica inutilem stipulationem reddunt: vnde pater à filio aut dominus à seruo stipulari nequit aut contrà. Cuius rei illa est causa, quia cùm stipulatione nobis alium obstringamus[t], hic sibi ipsi obligaretur, cùm pater filij[v], dominus serui vicem obeant[x]. Cæterùm quæ de filio dicimus, ea in plerisque casibus locum sibi non vendicant[y]. Quid enim si quid sibi dari ex castrensi vel quasi castrensi peculiis pater stipuletur? Et cùm in illis pro patrefamilias habeatur, obligationem valere receptius est[a]. Sed quid in aduentitiis? Et Faber non malè existimauit idem receptum esse in iis præsertim casibus in quibus vsusfructus[b] patri non quæritur[c]. Sed quæ hactenus diximus, ea in filiis familias locum habent[d]. Emancipatus enim à patre sibi aliquid dari, sicut & quilibet extraneus, stipulari potest[e]. Sanè quod ad stipulationes pertinet, longa est & lata inter filios & seruos differentia. hi enim non domino tantùm, sed nec vlli alii obligari possunt[f]. illi contrà tam ex contractibus quàm ex delictis in solidum rectè conueniri[g] (præterquam aliquot casibus[h]) poterunt, siue hi filii familias sint, siue patresfamilias, ita tamen, vt vbi filiifamilias sunt, patris authoritas intercedat[i]. qui si id ipsum facere detrectet, per iudicem cogendus est, idque captis pignoribus.[k] Hic igitur filius si quidem æri alieno soluendo non est, in vinculis ius dicet[l], nisi quòd ille cedendo bonis liberabitur[m]. Planè aliquot casibus ex contractu filiusfa. non obligabitur, vt si ei pecunia mutuata sit[n]. illi etenim senatusconsulto Macedoniano prospicitur[o]. Ad eundem modum nec voto sine patris authoritate obligabitur[p]: quod plerique[q] in voto reali intellexerunt, quo nimirum aliquis Reip. vel ciuitati opus aliquod se facturum vouerit. Illud enim constat, voto personali filium obligari posse[r]: cuiusmodi est illud quo ipse monachorum institutum profitetur. nam & in ea re pontifices patris authoritatem negligendam esse existimauerunt[s].

§. Mutum.

Cùm stipulatio nō nisi vtroque loquētē concipi posit[t], consequēs est vt mutus alteri obligari ex stipulatione non posit[v]. etenim hic loqui non potest[x]. Sic & testimonij dictionem non habebit, cùm testes oporteat sui dicti causam subnectere[y]. quod & Faber rectè hîc animaduertisse videtur, licet Aretinus contrà sentiat[z]. In reliquis verò aliis casibus qui solo consensu perficiuntur, in his etiam surdus & mutus interuenire potest[•]. Et ideo cùm nuptias consensus non concubitus faciat[&], rectè hic matrimonio iungi poterit. Licet enim verba in matrimoniis pontificū iure desiderētur[a], id tamē in his qui loqui possunt, intelligendum est[b]. Omitto quòd nec ea ad matri-

monij

q Ioan. Imolen. in d. §. si quis simpliciter contra Bart. eo loco.
r arg. l. plerūque. §. vt. ff. de iure dotium.
ſ l. 1. §. sed mihi Pamphilum ff. eodem.
t l. stipulationum alia. §. stipulatio ff. de verb. obli.
v l. vlt. C. de impuberum.
x l. dominus seruo. ff. eodem
y glossa hic.
a l. 2. ff. ad Macedonian. l. 1. § nec castrense. ff. de collatione bonorum.
b gl. in verbo, vsumfructū & ibi Aretinus in §. igitur. sup. per quas pers. no. acquir.
c arg. l. imperator. sub finē. ff. ad Trebellianum.
d l. lis nulla. ff. de iudiciis.
e l. pactum dotale. C. de pactis conuentis. vbi Faber
f hoc §. in vers. sed seruus.
g l. tam ex contractibus. ff. de iudiciis.
h l. 3. ff. quod cum eo.
i l. cum non solum. §. 1. C. de bonis quæ libe.
k Aretinus hic.
l Bar. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minoribus. idem in l. si dubitet. §. filiusfa. ff. de fideiussoribus.
m l. pen. C. qui bo. cede. pos.
n C. ne filius pro patre.
o toto tit. ad Macedonianū ff. & C.
p l. 2. §. voto. ff. de pollicitationibus.
q Faber, Aretinus, & Porcius hic.
r l. vlt. § hoc etiam cognitum. C. de episco. & cler.
ſ notatur in tit. de statu monachorum.
t l. 1. ff. eodem.
v l. 1. §. mutū. ff. de actionibus & oblig.
x l. discretis. C. qui testam. facere possunt.
y l. solam. C. de testibus.
z Aretinus hic post Bar in l. mutum. numero 3. ff. de acquiren. hæredita. qui hoc non dicit.
• l. in quibuscunque ff. de actionib.
& l. nuptias. ff. de reg. iuris.
a cap. tua. de sponsalib. & matrimoniis. b d. cap. tua. & ca. cum apud. de sponsalibus & matrimo.

monij substantiam sed ad probationem tantùm pertinent atque ita plerique docuerunt[c]. In huiusmodi autem matrimoniis, sicut & reliquis aliis contractibus, parentes, & ij qui necessitudinis vinculo ipsi muto iunguntur, adesse debent, vt huiusmodi contractus finem faciant: quod alio loco Bartolus copiosius exequitur[d].

§. Furiosus.

Qui furore correptus est, hic non stipulationem tantùm, sed nec vllum alium contractum facere poterit[e]. Cuius rei illa est causa, quia hi mente carent[f]. At in stipulationibus sicut & in aliis contractuum generibus, oportet vt contrahentes sese intelligant[g]. furioso namque similis est prodigus, cui bonis per iudicem interdictum est[h]. hic enim alij promittere nequit: immo nec si iuramentum promissioni accesserit, huic contractui standum esse Bartolus author est[i]: sed æquitatis rationi satis congruit[k]. In eo autem à furioso discrepat, quòd alium sibi stipulatione deuincire potest: in furioso contrà obseruatur[l].

§. Pupillus.

Pupillorum ætas tripartita consideratur[m]. Quidam enim sunt infantes, qui adhuc nutricis lac imbibere solent. Alij infantiæ proximi, qui vtcunque articulatè loqui didicerunt, cuiusmodi sunt ij qui septem aut octo annos nati sunt[n]. Alij sunt quos pubertati proximos esse dicimus, quales sunt hi qui nondum pubertatem attigerunt[o]. Eos autem esse Accursius credidit[p], qui decimum annum cum dimidio compleuissent. quæ sententia non immeritò quibusdam displicuit[q]. Nam & in pueris videmus quosdam esse præcociore intellectu siue ætate, alios contrà tardiore[r]. Hi quoque qui in vrbibus habitant, rusticis vt plurimum sunt astutiores. Huc accedit, quòd nec vlla lege id ipsum cautum sit[s]. Satius itaque fuerit id ipsum sicut & pleraque alia expresßim lege non decisa arbitrio iudicis relinquere[t]: quod & Faber hîc rectè docuit, & Decius cum aliis permultis id probat[v]. Igitur regula hîc tradita est, pupillum qui proximus sit pubertati, si citra tutoris authoritatem contrahat, inutilem stipulationem facere: cum tutoris autem authoritate alium obligatione sibi obstringere posse[x]. Quod ideo est, quia lex eum non aliàs conditionem suam deteriorem facere voluit, quàm si tutoris sui authoritas accederet: at vt meliorem etiam tutoris authoritate neglecta faciat, illi conceditur[y]. Sed quid in proximo infantiæ? Et hic quidem summo iure stipulari nequit[z]: at benigna iuris interpretatione huic etiã stipulationem facere conceditur[*]. At qui infans est, hic sicut nec sibi stipulari, ita nec alij promittere rectè potest, idque furiosi exemplo receptum est[&], cui stipulationis contrahendæ facultas lege adimitur[a]. Per omnia enim exæquata esse videtur infantis & furiosi conditio: vterque enim hæreditatem non aditam ad patrem transmittit[b], non autem ad tutorem vel curatorem. id quod aduersus Accursii sententiam[c] procliuius esse Iason attestatur[d]. Et hæc omnia in impuberibus quorum ætas tutoris consilio regitur, locum habent. alioqui impuberes qui in potestate patris agunt, nec authore quidem patre obligantur[e]. cuius rei illa est causa, quòd si quid damni ex huiusmodi obligatione ad filium rediisset, id ab ipso patre sarciendum non esset[f]. At si quid vel non fecerit tutor cùm facere deberet, vel illud omiserit quod alioqui faciendum erat, tutelæ iudicio conuenietur[g]. Huc pertinet quòd tutor eo nomine adhibitus esse censetur, vt videat ne quid detrimenti ipsi pupillo accedat: sed omnia quæ à pupillo geruntur, si quidem ex re pupilli sint, laudet ac comprobet[h]. Patria autem potestas in eo vel maximè consistit, vt filium bonis disciplinis & moribus mancipandum curet[i]. Sed tamen hac in re distinguendos esse tres casus arbitror[k]. Primus est

c notatur in d. cap. tua.
d Barto. in d. l. mutum. numero mihi tertio.
e l. 1. §. furiosum. ff. de obl.
f l. 5. negocijs. ff. de reg. iuris.
g notatur in rubr. de verb. oblig. ff. nota in §. item verborum. inf. eod.
h l. is cui bonis. & ibi Bart. diligenter notat. ff. eodẽ.
i Barto. in d. l. is cui.
k Iason, Alexan. & Castrensis & alij cõmenta. d. l. is cui.
l d. l. is cui. in principio.
m Theophilus circa mediũ.
n Alciat. in l. pueri. ff. de verborum signif.
o l. excipiuntur. ff. de senatusconsulto Syllaniano.
p glos. hic in verbo, infantia. proximus. glos. in l. pupillus. ff. de reg. iur. Bar. in l. 1. ff. de nouationibus.
q Faber hic.
r glos. in l. sequitur. de vsucapionibus. ff.
s Baldus hic.
t arg. l. 1. iuncta ibi doctrina Bar. ff. de iure deliber.
v Decius in l. pupillum. ff. de reg. iur.
x l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pactis. l. in negociis. ff. de reg. iuris.
y §. 1. sup. de autho. tutorũ.
z hoc textu circa medium.
* l. seruũ pupilli. ff. rem pupilli saluam fore. Baldus in l. donatarũ. C. de acq. possess.
& l. 1. post princ. ff. eodem.
a §. furiosus sup. eodem.
b gl. in l. si infanti. in princ. C. de iure deliberandi.
c gl. hic in verbo, nõ multũ
d Iason in additionibus ad Porcum.
e l. vlt. §. pupillus. ff. eodem.
f l. vlt. §. sui antẽ. C. de bo. quæ liberis.
g l. 1. ff. de tute. & rationib. distrahendis.
h sup. de authoritate tut.
i Plutarchus in libello de educatione liberorum.
k Bartol. in d. l. vlt. §. pupillus. ff. eodem.

vt vbi pupillus omnino obligaretur (quod ipsum euenire solet vel stipulatione, vel mutui datione) huic nostro responso locus sit[m]. Secundus est vbi is alium sibi deuinciret, eóque nomine meliorem suam causam faceret. nã & tũm id illi soli neglecta patris sui authoritate facere conceditur. Tertius est vbi causa ipsa & lucrum & damnum continet[n], cuiusmodi est hæreditatis aditio. nam & cùm vsusfructus patri acquiratur, authoritatem quoque suam rectè huic negocio patet adhibebit. quod omnes hîc probant[o].

§. Si impossibilis.

Conditionum duo sunt genera[p]. Aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis est quæ per rerum naturam admitti potest: impossibilis, quę non potest. Impossibilis igitur conditio stipulationem vitiat[q]. id quod & in aliis ferè contractibus omnibus receptum est[r], illa ratione, quia cùm voluntas in contractibus maximè attendenda sit[s], videtur contrahentium voluntas abfuisse dũ hi conditionem eam adiiciunt, quam sciant esse impossibilem[t]. Diuersum obseruatur in testamentis[v]. in his enim pleraque pro nó scriptis haberi receptissimum est[x]. Ea autem conditio vel maximè stipulationem vitiat, quæ per rerum naturam existere nequit, veluti si aquam maris ebibero, dare spondes[y]. vel cœlum digito tetigero. Sed quid si ea conditio contra leges vel decreta principum vel bonos mores stipulationi adiiciatur? Et idem esse fatendum est[z]. Nam quæ facta lędunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est[&]. Illud quæritur, nunquid idem erit in ea conditione quæ perpetuam verborum inuolutionem seu reciprocationem habet? Et id quidem verius esse aduersus Accursij sententiam crediderim[•]. Nec nos mouet quòd si Titius & Seius separatim ita stipulati essent, fundum illum si illi non dederis, mihi dare spondes? stipulatio vtilis Pomponio videatur[a]. Nam & nulla est (vt cum doctoribus nostris loquar) perplexitas, seu verborum inuolutio, cùm alterum esse posit, facilliméque huiusmodi implicatio dissoluatur. quod Barto. aliquando docuit, & alij omnes sequuntur[b]. Planè si quod ob huiusmodi stipulationes impossibiles datum fuerit, id stipulatore rectè condicetur[c]. Illud constat, dif ficultatem quæ in stipulationibus & reliquis aliis stricti iuris contractibus expressa sit, stipulationem vitiare[d], omissam verò non nocere[e], sicut & si ea bonæ fidei iudiciis insereretur[f]. nam ea reiecta res tota arbitratu boni viri terminari debet: quod Baldus hîc rectè adnotauit[g]. Cæterùm si quis huiusmodi stipulationes negatiua oratione concipiat, propè est vt hic vtiliter stipulatus fuisse videatur[h]. Perinde enim erit ac si purè dari stipulatus esset: quod & hoc nostro responso satis colligitur[i].

§. Item verborum.

Verborum obligatio si inter absentes contrahatur, inutilis est[k]: quia necesse est vt is qui aliquid redditurum se promittit, ad creditoris interrogata respondeat[l]. Dubium autem in hac lege faciebat, quòd conuentionis vocabulum cùm adeò generale sit, vt etiam stipulationem contineat[m], conuentionem tamen inter absentes fieri posse iureconsulti responderint[n]. Adde quòd sponsalia, quę tamen per stipulationem concipiuntur[o], etiam inter absentes fieri possunt[p]. Sed tamen aliud Iustiniano visum est. Nam & cùm ad sponsalia constituenda nudus consensus sufficiat[q]. non debet mirum videri si exemplo conuentionum quæ consensu constant, inter absentes fieri posint[r]. Sed stipulatio præter eum quem desiderat consensum, adhuc verba per interrogationem & responsionem statim subsequutá emissa desi-

l arg. l. Labeo. §. contractũ. ff. de verbo. sig.
m hoc §. sub finem. & d. §. pupillus.
n §. neque. sup. de auth. tut.
o notat in cap. vl. de iudiciis lib. 6.
p Iulius Paulus libro 3 receptarum sententiarũ tit. de eo cui moribus interdicitur.
q l. impossibilis. ff. eodem.
r l. non solum. ff. de actio.
s l. in conuentionibus. ff. de verb. signif. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.
t d. l. non solum. sub finem.
v l. 1. ff. de conditione institutionum. §. impossibilis. vbi dixi. sup. de hæred. instituendis.
x Iulius Paulus tit. modo allegato l. vnicã. C. de caducis tollendis.
y Theoph. hic.
z l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. eodẽ. l. ex eo instrumento. C. eodem.
& l. conditiones. 1. & 2. & l. filius fa. ff. de conditionibus institutionum.
• glos. hic in verbo, cui natura.
a l. si Titius & Seius. ff. eodem.
b Bart. in l. 1. & l. si Titius ff. de conditionibus institutionum. Faber hic. idem Bart. & Bal. in §. impossibilis. sup. de hær. instituendis.
c l. si inutilem. C. de cõdict. ob causam datorum.
d l. non vtique. §. si quis ita stipuletur. 2. de eo quod certo loco, §. loca. de verb. obligationibus, sup.
e l. 2. § ex his. l. continui actus. § illud. ff. eo.
f l. insulam. §. 1. ff. locati. l. si mihi & tibi. §. Proculus ait. ff. de leg. 1.
g Baldus hic per quatuor oppositiones.
h l. in illa stipulatione. ff. eodem.
i hoc. §. sub finem.
k l. vt inter absentes. C. eodem.
l Iulius Paulus libri tertij receptarũ sententiarũ titulo de oblig. m l. 1. § cõuentionis & §. vl. ff. de pact. n l. Labeo. ff. de pactis.
o l. 1. ff. de sponsalibus. p l. sufficit. sub finem. ff. de sponsalibus. q d. l. sufficit. r d. l. Labeo.

derat[s]. quæ omnia vbi interceſſerint, nihil prohibet qno minus eius rei abſentem per literas iterum admoneamus[t]. Abſentes auté hoc loco accipimus, qui ſe inuicem audire nequeunt[v]. Neque iſtud ſatis erit, ſed & eos abſentes dicimus, qui licet præſentes ſint, ſeſe tamen non intelligunt: ſiquidé vt Epicharmus philoſophus aiebat, mens eſt quæ videt, non oculi[x]. Vnde & Bart. monet tabelliones vt in ſuis documentis inſerãt, rem omnem coram talibus intelligentibus actã fuiſſe. alioqui vix eſt vt illi inſtrumento fides fiat[y]. Cæterùm ſi inſtrumento comprehenſum ſit vtraque parte præſente ſtipulationem contractam fuiſſe, ei fides habebitur[z], niſi is qui promiſit, rem aliter ſe habere docuerit. Quid enim ſi eo die quo inſtrumentum deſcriptũ eſſe proponitur, contrahentes conſcriptum eſſe negent, vel ſe alio loco fuiſſe proponant? Nam & tum inſtrumenti fides eleuabitur. Sed quî fieri iſtud poterit, cùm ſine die & conſule inſtrumenta edenda ſint[*], ne quid fraudis excogitetur. Quod verum eſt vbi quis inſtrumenta quibus vtitur, per iudicé edere compellitur[*], aut vbi quis illis vti nolit. ſed tamen æquitatis ratio illum ad æditionem compellit[*]. Alioqui vbi quis inſtrumentum falſi arguere velit, cum die & conſule edendum eſt, modò ſi is pœnæ talionis ſeſe ſubſcripſerit[b]. atque ita Barto. & Faber ſentiunt, nec quiſquam eſt qui diſſentiat[c]. Sed nunquid quodlibet inſtrumentum improbari poteſt? Et ſiquidem conſtet communi contrahentium aſſenſu deſcriptum fuiſſe, tunc improbari nõ poteſt. neque enim ferendũ eſt vnumquemque proprio teſtimonio reſiſtere[d]. Si tamen quis errorem aliquem prætexere velit, ei vtique obtemperandum eſt, quantumlibet inſtrumentum ſua voluntate conſcriptum fuiſſe conſtiterit. Quid enim ſi is homo à fuco alienus ſit, qui ea quæ inſtrumento deſcripta ſunt, intelligere non potuerit[e], vt quia paulo accuratius quàm pro ſuæ linguæ inſtituto omnia deſcriberentur? Quid item ſi ei omnia pro ſuo arbitratu deſcripta fuiſſe quis falſo aſſeruerit, aut is fortè notarij fidem ſequutus omnia comprobauerit etiam citra recitationem? Et vtique ei ſuffragandum erit[f]. Ad eundem modum vbi de partium conſenſu non conſtaret, nihil vetat quo minus inſtrumentũ falſi inſimulemus: neque continuò quis ea de re conſtare exiſtimet quòd id notarius ſuo documento inſeruerit. alioqui via fraudibus aperietur. quod eruditè Faber hîc ſenſit[g]. Planè ad improbationẽ inſtrumenti vnus teſtis ſufficiet, modò is ex eorum numero ſit qui inſtrumento fidem ſuam accõmodauerit[h]. Neque quicquam obſtat quòd alij omnes teſtes præter hunc mortui ſint, aut quòd vnus cum tabellione verum eſſe inſtrumẽtum confiteatur: quanquam tamen illius improbatio nihil ipſi inſtrumento officere poſſe videatur[i]. Et hæc quidem omnia in teſtibus neceſſariis locum habent[k]. ſupernumerariis etenim tanta fides haberi non debet, vt illis inſtrumentum retractare ſtatim concedatur. Sed quid in teſtibus extrinſecis quos vocant? Et crediderim duos ſufficere[l], niſi perſonarum ratio vel facti qualitas aliud ſuaderet. Quid enim ſi hi ſint deploratiſsimæ vitæ? Quid item ſi eo ingenio ſint, vt vel fruſto panis ad mentiendum conduci poſsint, notarius contrà & teſtes inſtrumento adſcripti excellenti dignitate ſplendeant? Quid item ſi de negocio multis abhinc annis deſignato agatur, cui teſtes ipſos nunquam interfuiſſe veriſimile ſit[m]? Nam & tunc quid ſtatuendum ſit, iudicantis religio perſpiciet. quæ omnia recepta ſunt vbi & notarius & teſtes mortui ſunt. Nam ſi adhuc viuant, maior teſtiũ numerus exigi debet[n]. Quæ omnia à Fabro copioſius pertractata repetere licet[o].

Tales ſcripturas.

Magna igitur vis eſt inſtrumenti publici[p]. Sed quid ſi priuata ſcriptura ſit, continuóne illi hærendum eſt? Et verius eſt vt ſcribenti nihil proſit, ſi quidem de illius vtilitate agatur. Ei verò ſemper officere poteſt, modò cau-

s l.1.§.ſiquis ſimpliciter.ff. eodem.
t l.eaque.ff.de donat.inter vi.& vxo.
v gl.hic primaĩ principio.
x Eraſmus in adagio, præſens abeſt.
y Bart.in l.diẽ proferre.§.coram.ff.de arbitris. idẽ in l.1.ff.de adminiſtra.tutorum. idẽ in l.corã.ff.de verb.ſig. Idẽ in tractatu teſtimoniorũ numero 17.
z l.optimã.C.de cõtrahen.& cõmittẽda ſtipulatiõe.& l.1.§.edenda ſunt omnia.ff.de adendo.
a l.2.§.diem aut.vbi Bart.notat.ff.quemadmodum teſta.aperiantur.
a l.vlt.C.de adendo.
b l.vlt.C.de fide inſtrumẽtorum.
c Faber hic idem, & Bar.in d.l.vlt.Bar. & Bal.in d.§.edenda.
d l.generaliter.C.de nõ numerata pecunia.
e l.nec ignorans.C.de donationibus.
f l.ſiquis taliter.ff.eodem.
g Faber hic per l.antiqua C.ad Velleianum. & l.vlt.C.arbitrium tutelæ.
h Faber in l.in exercendis.C.de fide inſtrumentorũ.
i arg.l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de recep.arbit.
k arg.l.1 §.vlt.ff quẽad.modũ teſta.aperiantur.
l l.vbi numer°.ff.de teſtib°.
m l.ſi arbiter.ff de probationibus.ca.ad audiẽtiã.de præſumptionibus.
n l.ob carmẽ.§.vlt.ff.de teſtib.vide hic Fabrum.& in d.l.in exercendis.
o l.cum precib°.C.de probationibus.
p l.generaliter.C.de nõ numerata pecunia.

ſam aliquam habeat [q]. Idémque exiſtimo eſſe dicendum vbi hæc ſcriptura priuata trium vel amplius virorum ſubſcriptiones continet [r]. Sed id alio loco copioſius tractatum eſt [ſ].

§. Poſt mortem.

Quemadmodum in legatis [t], ſic & in ſtipulationibus erat receptũ, vt poſt ſtipulatoris vel promiſſoris mortem concipi non poſſent. At poſtquã actiones ab hæredibus & contra hæredes incipere poſſunt [v], conſtitutum eſt, vt ſiue poſt mortem, ſiue cùm moriatur [x], vel pridie quàm moriatur quis ſtipulatus ſit, huiuſmodi ſtipulationes omnino valeant [y].

§. Item ſi quis ita ſtipuletur.

Præpoſtera ſtipulatio olim inutilis erat: at poſtquã Leonis cõſtitutione [z], ea in dotibus admiſſa eſt, æquum viſum fuit vt etiam ſtipulationibus inſeri poſſit. Præpoſtera autem ſtipulatio hæc eſt [&] ſi quis ita dicat, Si Titius cras conſul deſignetur, hodie dare ſpondes? Oportet enim dationem poſtquam conditio euenerit, vires obtinere: at hîc datio conditionem præcedit. Solet autem vulgo quæri, num ordinis omiſſio rem de qua agitur vitiet [°]. Quæ res ſic finiri poteſt, vt ſi quidem ordo neceſſarius ſit, omitti nequeat: cuiuſmodi eſt ille quem lex obſeruandũ eſſe præcipit, vtpote quòd interrogatio reſpõſionem in ſtipulationibus præcedat [a], & vt præiudicialis actio prius terminetur [b]. Similis eſt ordo iudiciarius [c]. Sin voluntarius ſit, ille ordo impune omitti poterit [d].

§. Si ſcriptum.

Tanta eſt fides inſtrumentorum, vt etiam verbum promittendi, quod alioqui ambiguum eſt [e], ſi quidem eo comprehendatur, vt pro ſtipulatione vſurpatum eſſe credamus [f]. nam & promittere reſpondere eſt. quod in teſtimoniis contrà obſeruatur [g]. Nam & tum pacti nudi vim habet [h]. Differentiæ ratio hæc eſt, quòd inſtrumenta vt plurimum à notariis peritis conſcribi ſoleant: at teſtes nonnunquam imperitiores ſunt quàm qui ad hanc verborum proprietatem animum aduertant. Adde quòd cùm promittendi vocabulum ambiguum ſit [i], æquius eſt vt ſi à teſte proferatur, in mitiorem partem accipiamus. Fauorabilior autem ea eſt interpretatio quæ ad pactum nudum refertur. atque ita Sinus quandoque docuit [k], licet Salycetus diſſentiat [l]. Credidit tamen Fortunius [m] promittendi vocabulum ex ſubiectæ rei argumento accipiendum eſſe [n]. quæ ſententia vtcunque tolerabilis eſt.

§. Quotiens.

Qui de pluribus rebus ſimul interrogatus, ſimpliciter ſe promittere reſpondet, hic omnibus ſubſcripſiſſe intelligitur. Si autem vni rei, vel aliquot aliis reſpõdeat, propter omnes non tenebitur [o]. Erit autem vnus contractus, etiam ſi plures res ſtipulatione contineantur: neque mediocris erit huiuſce rei effectus. Etenim ſi vna ſtipulatio ſit, quæ tamen multa corpora continet, vnius ſpeciei nomine, quo ad omnia, reſolui poterit. Propter vnius enim corporis vitium, omnia redhiberi debent. maximè cùm manifeſtum erit aliquem non niſi ſpecies omnes vel corpora empturum vel vẽditurum fuiſſe, quod in ſpeciebus paribus, veluti comœdis, quadrigis, mulis, choris & ſimilibus accidit, quas niſi omnes habeas, habere non expediret [p]. Eodem modo nec ſolutio pro parte fieri tunc poterit [q]. Sic & vbi vnus eſt contractus, inſinuationem vnã interceſsiſſe ſufficiet [r]. Licet enim multa corpora ſint, vnius tamen contractus vice funguntur. Poſtremò & ſi plures res in contractum deductæ ſunt, de ſingulis agi poteſt [ſ]. Hincque infertur, eum cui centum debebantur, cùm quinquaginta petiiſſet, petitione ſubmouendum non eſſe [t]: ſicut nec ſi is centum petens, quinquaginta tantùm ſibi deberi cõprobaſſet.

Quod

q l. ſcripturas. C. qui potiores in pignore habeãtur.
r Vide late Bart. in l. nuda ratio. ff. de donat.
ſ §. poſt mortẽ, ſup. de lega.
t Caius lib. 2. inſtitutionũ. tit. de obligationibus.
v l. vnica. C. vt actiones ab hæredibus.
x §. ita autem, inf. eodem.
y l. ſcrupuloſam. C. de contrahen. & cõmitten. ſtipulatione. Theophil° in §. mortem, ſup. de legatis.
z l. præpoſteri. C. de teſtamentis.
& Theophilus hic.
° glo. hic in verbo, cõceptio ſub finem.
a §. 1. ſup. de verbo. obliga.
b l. 1. C. de ordine iudiciorũ.
c l. prolatã. vbi Bar. notat. C. de ſententiis & interlocutio. om. iudicũ. l. 1. C. de executione rei iudica. Ioãnis Pla. & Ange. hic.
d l. debitores. C. de pignoribus. vide Barte. in l. 2. §. prim. ff. de vulgari.
e l. ſciẽdum. §. dictũ. ff. de ædilitio edicto.
f l. ſciendum. ff. de verborum obligationibus.
g l. 1. C. de vſuris. iuncta ibi glo.
h Martinus de Fano hic in gloſſa.
i d. l. ſciendum. §. dictũ. ff. de ædilitio edicto.
k Sinus ĩ l. 1. C. de vſuris.
l Salycetus in d. l. 1.
m Fortuni° Garſia in tractatu pactorum.
n l. 3. C. de poſtulando.
o l. ſcire debem°. ff. de verborum obligationibus.
p l. eũ eiuſdẽ generis. ff. de ædilitio edicto.
q l. tutor. §. Lucius. ff. de vſuris. Bartolus in l. quidã exiſtimauerũt. ff. ſi certũ petatur.
r Bar. in l. Modeſtin°. ff. de donationibus.
ſ l. & ſi vno. ff. de actionib. empti.
t arg. l. apud Celſum. §. itẽ quæritur. ff. de doli exceptione arg. l. 1. C. ſi aduerſus rẽ iudicatã. arg. l. licet. C. de iudiciis.

Quod ius & ad creditorem quoque producendum est. Nã & si cùm illi centum & quinquaginta deberent, centum petierit, verius est vt de superfluo agere possit [v], nisi is taxatiua dictione vteretur. Qua in re tamen crediderim eum adhuc audiendum esse, si quidem is errorem aliquem proposuerit [x].

§. Alteri stipulari.

Suprà dictum fuit, stipulationem in alterius gratiã fieri non posse [y], cuius rei hoc loco causam subiungit, quòd scilicet eo nomine stipulationes inductas esse constet, vt vnusquisque acquirat quod sua interest [z]. Hic autem exceptio quædam traditur qua alteri stipulatio facta valet, nimirum si stipulationi pœna adiiciatur. Nam & tum quanti cuiusque intersit non disquiritur, sed solius pœnę rationẽ habemus. quod in pœna conuentionali omnino obseruandum est [a]. Pœna etenim nunquam à iudice infligitur nisi aduersarij interfuisse constiterit [b]. Ad eũdem modum petetur ista pœna etiamsi nostra nihil interest, modò quis id faciat quod recta via stipulationi aduersatur. nam si id per obliquum (vt loquuntur) quis faciat, id quod stipulationi obsistere solet, ei ignoscendum est, vt non aliàs pœnam persoluere cogatur, quàm si alicuius intersit [c]. Sed nunquid pœna hæc in infinitum abire poterit [d]? Et hac in re non mediocriter altercatum est: verior est tamẽ eorum sententia [e] qui existimant huiusmodi pœnam conuentionalẽ pro arbitratu cõtrahentium constitui posse, si quidem certæ rei adiiciatur [f]. Nam & vbi rei incertæ adiungitur, vltra duplum aut quadruplum ad summum exemplo pœnæ quæ à lege alicui infligitur [g], protendi non potest. Differentiæ ratio in eo est, quòd vbi rei incertæ pœna adiicitur, si ea in infinitum abiret, contingeret contrahentes suprà quàm est cogitatum obligari [h]. at vbi certæ rei adiicitur, potuerunt facilè contrahentes, cùm hi certæ alicui rei sese obstrictos esse intelligerẽt, de pœna ipsa dispicere. Cæterùm nemo existimet hoc genus stipulationis vim suã ab huiusmodi pœna accipere, sed hoc cogitet, metu pœnæ stipulationẽ istam obseruari [i]: id quod & in iis qui in arbitros cõpromiserunt, videre licet [k]. Postremò obseruandum erit, vt hæc pœna stipulatione nobis promittatur. neq; enim nudo pacto sicut nec vsura promitti potest [l].

§. Sed & si quis.

Dixerat stipulationes ad id adinuentas esse, vt per eas vnusquisque consequeretur quanti sua interest. Quod cùm ita sit, consequens est vt si quis alteri stipuletur, modò sua intersit, stipulatio valeat [m]. quod hoc loco Iustinianus tribus exemplis exequitur: quæ Theophilus diligenter explicuit [n].

§. Versa vice.

Qui alienum factum stipulatur, nunquam aliàs stipulationem rectè concepisse videbitur, nisi pœnam aliquam adiecerit: quod superioribus respõsis quæ de alieni facti promissione loquuntur [o], additum oportuit.

§. Item nemo.

Si quis rẽ quæ sibi sub conditione legata erat, sub eadem conditione dari sibi stipuletur, inutilem stipulationem facit [p]. Quemadmodum enim rei quæ ab initio mea fuit, & nunc quoque mea est, stipulatio est inutilis [q], ita & si quis rem suam in eum casum quo sua futura sit stipulatur, nihil agit: atque ita Theophilus hoc loco docuit [r]. Cuius sententiam vetustissimus iuris nostri interpres Martinus apud Accursium agnouisse videtur [s]. Aliquando tamen rem meam mihi restitui stipulari possum, vtpote si ab auo possideatur. hácque in specie vtilem esse stipulationem Castrensis docuit [t].

§. Si de alia re.

Cùm in stipulationibus interrogationi congruè respondendum sit [v], & ex vtriusque partis consensu perficiantur [x], consentaneum est, vt si in re sti-

v l. siquidẽ vbi gl. & Bar. C. de transactionibus.
x Alciatus in d. l. siquidẽ.
y §. siquis alij. sup. eo. vbi dixi.
z l. stipulatio. §. vlt. ff. de verb. obligat.
a l. cũ pœna. ff. de arbitris.
b l. 2. §. vlt. ff. siquis in ius voca. non ie. vbi Bart. notat, Petr⁹ de bella pertica, Nicola⁹ Neapolitan⁹ & Ioannes Plateanus hic.
c l. aduersus. sub finẽ. ff. de arbitris. Bartol. hic. vide Bar. in l. 2. §. itẽ si ĩ facto. & Plateanũ. ff. de verbo oblig. & Alexan.
d glossa hic in verbo, q̃ sit.
e Bart. in d. §. alteri. & in l. vnica. C. de sententiis q̃ pro eo quod interest. Iason in §. omnes. infrà de actionibus.
f l. si dictum. ff. de euictionibus.
g d. § omnes.
h l. filius. cũ l. sequen. ff. de actionibus empti.
i l. stipulatio ista, habere licere. §. si stipuler. versi. si quis vsufructum.
k Alcia. in l. illa verba, arbitratu. ff. de ver. sig.
l vide Iasonem in d. l. stipulatio ista. §. alteri. & in d. l. 2. §. vlt. ff. eo. & glo. hic in verbo, pœnam.
m l. vlt. C. eodem.
n Vide hic omnino Theophilum.
o §. siquis aliũ. sup. eo. d. l. stipulatio ista, habere licere post princ.
p l. nemo rem suam. ff. de verborũ oblig. vbi Iason.
q l. si rem meam. & l. existimo. ff. eodem.
r Theophilus hic.
s Martinus de Fano in d. l. nemo. in gl. circa mediũ.
t Castrensis in d. l. nemo.
v § præterea. sup. eodem.
x l. continuus actus. §. 1. ff. de verb. obligat.

pulator & promissor dissentiant, omnino nihil actum esse existimemus[y]. Quod obtinet vbi id nobis exploratissimum est[z]. In ambiguo verò tunc secundum promissorem interpretatio facienda est[&]. & ideo qui ex pluribus fundis vnum fundum sine vlla nota nominis stipulatur, eum fundum dari sibi stipulari videtur, quem promissor voluerit: iſque quem promissor elegerit, omnium minimus esse censebitur[a]. Diuersa est causa in iudiciis. iudiciũ etenim in inuitum redditur: & ideo potius actori credendum est, eique intentionem suam dubiam explicare concedendũ[a]. alioqui semper negabit reus se consensisse[b]. Sed id alio loco latius attingitur[c].

§. Quod turpi.

Omnes stipulationes quæ turpitudinem habent, sunt inutiles[d]: veluti si quis homicidium, adulterium vel sacrilegium se facturum promittat. hæc enim stipulatio per legem impossibilis esse intelligitur[e]. Quæ sententia in eo quoque procedit, qui ob maleficium iam admissum aliquid promittit[f]. Illud constat, pecuniæ quæ eo nomine data est, nullam esse repetitionem, cùm vtriusque turpitudo versetur[g]: sicut & si quis iudici pecuniam vt malè iudicaret dedisset[h]. Nam cùm quis pecuniam iudici dedit vt in bona causa secundum se iudicaret, hic licet pecuniã condicere posit, totius tamen causæ damno mulctari debet[i]. id quod olim obtinuit: at hodie authenticarum constitutionum iure, siue quis bona instantia veniat ad contradicendum vel agendum, siue mala, si iudici aliquid dedit, huic tantùm abest vt eius pecuniæ nomine condictio detur, vt etiam grauissima pœna cum iudice puniri debeat[k]. Planè si turpiter stipulatio facta sit, vt quia vel dolus vel metus accesserit, stipulationem quidem valere certissimum est[l], licet ea vel metus vel doli exceptione retractari posit[m].

§. Cùm quis.

Quotiescunque stipulatio sub conditione concipitur, ea ad hæredes tam ꝓmissoris quàm stipulatoris trãsmitti cõsueuit[n]: quod alio loco attigimus[o].

§. Qui hoc anno.

Ex communi interpretum nostrorum sententia hoc rescriptũ sic in epitomen redigi potest. Quotiescunque differendæ solutionis gratia tempus obligationi adijcitur, non aliàs quàm si finitum tempus fuerit, peti poterit quod obligatione comprehensum est[p]. Et ideo qui hoc anno vel hoc mense aliquid sibi dari stipulatur, finito mense rectè agere poterit. Nam & id tempus promissoris gratia adiectum esse censetur[q]. Sed finge tempus istud multiplicandæ obligationis causa adiectum fuisse. Et Bartol. respondit[r], initio cuiusque anni exigendi facultatem nobis competere, siue de testamentis agatur[s], siue de contractibus[t]. Verisimile enim est id tempus stipulatoris aut legatarij nomine insertum fuisse. Sed vbi causa aliqua aliud suadet, id minimè obseruandum esse censuerim. Quid enim si quis fructus suos quotannis alicui legauerit? Et vbi fructus maturuerint, rectè peti posunt[v]. Quid item si in habitationem vel disciplinam aliquid annuum legetur? Et vbi necesitas id suadebit, rectè agi poterit[x]. Adde quòd si hoc tempus executioni obligationis adiiciatur, vt si die huiusmodi non solueris, quotannis dabis mihi centum, finem quoque anni expectandum esse existimauerim[y]. Cæterùm si tempus demonstrandæ[z] aut finiendæ obligationis gratia stipulationi inferitur, statim quidem peti potest[&]: licet iudex pro sua æquitate tempus aliquod solutioni faciendæ præfigere debeat †.

§. Si fundum.

Qui rem aliquam simpliciter promittit, hic non vtique statim conueniri potest, sed ei tempus aliquod, pro arbitratu tamen iudicis[a], indulgeri debet, intra quod soluat. nam creditor statim cum sacco paratus venire nõ debet[b].

Neque

y d.§.1.
z l.inter stipulãtẽ.§.1.ff.eo. & l.qui ex plurib⁹.ff.eod.
& l.idẽ Iulianus. §. scio ex facto tractatũ.ff.de leg.1.
a l.si quis intentione ambigua.ff.de iudiciis.
b d.l.inter stipulãtem. §.1.
c docto in d.l. si quis intẽtione. & nominatim Bar.
d l.generaliter. & l.veluti. ff.eodem.
e l.conditiones.1.& 2.ff.de cõditionibus institutionũ.
f l.si plagij.ff.eodem.
g Barto. Castrensis & Salicet⁹ in l.2. C.quod metus causa.
h l.3. sub finem. ff.de condictione ob turpẽ vel iniust.causam.
i l.2. sub finem. ff.de condictione ob turpem.
k auth. vt litigantes iurẽt in principio litis.coll.6.
l l.dolo.C.de inutil.stipula.
m Alciatus in l.interpositarũ.C.de transactionib⁹. Deci⁹ in l.in omnib⁹ causis. ff.de reg.iuris.
n l.qua legat.ff.de reg.iur.
o dixi in §.omnes.in tertia cõclusione.sup. de verbo. obliga.
p l.qui hoc anno.l.cum qui certarũ. ff.de ver.obliga.
q l.cũ tẽpus. ff.de reg.iuris l.si in annos.ff.de conditionib. & demonstrat.
r Bar.in d.l.qui hoc anno.
s l.1. ff.quando dies legatorũ ce.l.cũ qui ita.ff.eo.
t Bart.in d.l.qui hoc anno.
v l.Firmio Heliodoro.§.pater annua.ff.quando dies lega.ce.
x l.nec semel.§.si ĩ habitationẽ.ff.quãdo dies leg.ce.
y Salicet⁹ in d.l.1.C.quãdo dies legatorum cedat. per l.lecta.si certũ peta.
z l.liber homo.2. §.decem. ff.eodem.
& l.eum qui ita.§. qui ita. ff.eodem. & §. & si ita stipuleris. sup.de ver.obligationib⁹.
† arg.§.vlt.inf. eodem.
a arg. l.ratũ.ff.de solutionib⁹. arg. l.quo enim.§.1. ff.rem ratam haberi.
b l.quod dicim⁹.ff.de solut.

Neque quicquam refert, ſpeciéſne an quantitas ſit promiſsa. quod omnes hîc aduerſus Accurſij ſententiam exiſtimant [c].

Titulus, De fideiuſſoribus.

Qui obligantur, aut proprio nomine aut alieno obligantur [d]. Proprio nomine obligantur rei debendi, & alij quorum præcipuè cauſa obligatio [e] contrahitur. Qui autem alieno nomine obligantur, hi fideiuſſores vocari [f] conſueuerunt, ex eo nomen habentes, quòd fidem ſuam rogati deſpódeant. Etenim qui de probitate reorum diffidunt, vt quod in obligationem deduxerunt, illis tutius ſit, fideiuſſores accipere ſolent. Cúmque hi per ſtipulationem ſemper obligari ſoleant [g], non eſt mirum ſi eorum rationem Iuſtinianus inter verborum obligationes commemorauerit. Porrò variis nominibus cenſentur ij qui fidem ſuã alieno nomine interponunt. Aut enim fideiuſſores ſunt, aut mandatores, aut conſtitutores, ſponſores, & expromiſſores: quorum omnium rationes iuris noſtri interpretes [f] tam diligẽter excuſſerunt, vt planè mihi contra vetus iureconſultorum prouerbium actum agere videatur, qui illorum commentariis aliquid addere ſtatuerit.

§. Primus.

Fideiuſſoris obligatio eo nomine adinuenta eſt, vt magis in tuto creditũ ſit [g]. Etenim ei qui alios ſibi pro debitore obligat, id vel maximè curæ eſt, vt cùm facultatibus lapſus fuerit debitor, poſsit ab iis quos pro eo obligauit, ſuum conſequi [h]. Vnde & lex huiuſmodi cautionem fideiuſſoriam vel pignoratitiam deſiderat quotieſcunque cauendum eſſe dicit [i]: ſicut & quotieſcunque prætor in ſuo edicto cautionis mentionem facit [k]. alioqui vbi ab homine cautionis verbum effertur, id pro nuda cautione accipiendum eſt [l], niſi ex adiunctis verbis aliud colligi poſsit, vt quia aliquis cautionem idoneam ſufficientem vel plenam exigi mandauerit [m]. quod alio loco interpretes noſtri copioſius adnotauerunt [n].

§. In omnibus.

Fideiuſſor quibuſlibet obligationibus accedere poteſt [o]: & ideo obligationi quæ ex maleficio deſcendit, adiici poteſt [p], nõ tantùm ei quæ re, verbis, vel literis, aut conſenſu perficitur. Cuius rei illa eſt cauſa, quia cùm is qui delinquit, pœnæ ſe adſtringere videatur [q], huic obligationi rectè quoque fideiuſſorem accedere perſpicuum eſt. Sic & pro eo qui ciuiliter obligatur, fideiuſſor rectè intercedit [r]. Quod plerique in ea ciuili obligatione, quæ & actionem habet, & indebiti per errorem ſoluti repetitionem impedit, cuiuſmodi eſt iudicati actio, intellexerunt [ſ]. quod & Theophilus hîc ſequitur. Alioqui vbi ſolutum condicere liceret, cuiuſmodi eſt in obligatione quæ ex chirographo oritur, quanuis fideiuſſor rectè obligatus ſit [t], fideiuſſori tamen vel inuito non numeratæ pecuniæ conſulitur exceptione [v]. Solet enim ex communi iuris regula tradi, exceptiones ipſi reo cópetentes, fideiuſſoribus quoque non denegari [x]. quod inferius attingam [y]. Eodem modo & naturali obligationi fideiuſſor rectè adiungitur [z]. Vnde & ſi filius patri [&], vel ſeruus domino [a] naturaliter obligatus fideiuſſorem aliquem dederit, hic & ciuiliter & naturaliter obligabitur [b]. Neque quiſquam exiſtimet ea ratione duriorem eſſe ipſius fideiuſſoris códitionem [c], ſed tamèn firmiorem. Ex diuerſo ſi dominus quidpiam ſeruó debeat vel pater filio [d], hic ſimiliter ei fideiuſſorem aliquem dabit, illa ſcilicet ratione, quòd nemo poteſt pro eodem eidem eſſe obligatus. Cæterùm nihil referre exiſtimo, principaliſne, an acceſſoria ſit obligatio cui fideiuſſor accedit [e]. Sanè vbi lex obligationibus occurrit, fideiuſſor quoque non obligatur [f]. Et ideo neque pro dote conſeruanda [g], neque itidem reſtituenda [h] fideiuſſor dari poteſt, cùm expreſsim lege deciſum ſit

c docto. hic cõtra gloſſam ĩ verbo, fieri, ſub finem.
d l. 1. §. verbis. cũ §. ſeq. ff. de actionibus & obligat.
e l. blanditus. C. eodem.
f glõ auth. de fideiuſſorib. in verbo, fideiuſſorẽ. col. 1. gl. in verbo, rectiſsimè. §. ſi poſt creditãs in l. ſi verò non remunerandi. ff. mandati. Platea. & Iaſon ad Porcũ ĩ §. 1. inf. eo.
g l. 1. verſ. ſed aut pprio. ff. de actionibus.
h §. vlt. ĩf. de replicationib.
i l. 1. ff. qui ſatiſ. cogãtur.
k l. prætoria. vlt. ff. de prætoriis ſtipulationibus.
l l. ſancimus. C. de ver. ſig.
m l. ſi mãdato Titij. §. Paulus reſpondit. ff. mandati.
n Vide hic Fabrũ. & in d. l. ſancimus. cum Paulo Caſtrenſi.
o l. 1. & 2. ff. eodem.
p l. græce. § ſed & ſi ex delicto. l. ſi quis pro eo. § pro furti. l. ſi à reo. §. vlt. ff. eodem. Barto. in d. l. 1.
q Socin. ad rubri. ff. ſi certũ peta. Alcia. in l. ſi cui. ff. de verbo. ſig.
r gl. hic in verbo, ciuilis.
ſ l. 4. §. ſi ex cõuentione. ff. de re iudicata. Bar. in l. 1. numero 6. ff. eo. Faber & Aretin. hic per l. Iulian. verũ debitorẽ. ff. de cõdictione indebiti.
t l. ſi ſtipulatus eſſes à me. ff. eodem.
v d. l. ſi ſtipulat. eſſes à me ff. eodem.
x l. exceptiones quæ pſonæ. ff. de exceptionibus. l. vlt. ff de pactis. Baldus hic.
y dicam in §. vlt. inf. de replicationibus.
z l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor accipi. ff. eo.
& l. frater à fratre. ff. de condictione indebiti.
a l. ſi id quod domin. ſeruo. ff. de condictione indebiti.
b Theoph. hic circa mediũ.
c contra §. fideiuſſores ita. inf. eo.
d l. ſi quis pro eo. § itẽ ſi filius. ff. eodẽ. l. Vranis. ff. eo.
e l. græce. § vlt. l. ſi plures. § vlt ff. eodem.
f l. cũ lex. vbi Bar. ff. eod.
g l. 1. C. ne fideiuſ. do. dẽtur.
h Bart. ĩ l. ſi conſtãte. § quoties. ff. ſoluto matrim. Innocẽti. ĩ ca. p veſtras de donatiõ inter vi. & vxorẽ.

ne fideiussores dotium dentur. Itidem & pro maleficio designando fideiussor non rectè obligatur[i], atque ita plerisque visum est.

§. Fideiussor non tantùm.

Fideiussoris quidem hæres exemplo rei principalis tenetur non creditori tantùm, sed etiam hæredibus eius[k]. Quod in iis obligationibus quę ad hæredes transeunt, locum habet, cuiusmodi sunt hæ quæ ex contractu vel quasi oriuntur[l]. Nam & vbi ex delicto descendunt, neque hæredibus competunt, neque in hæredes dantur[m], cùm crimina omnia morte extinguátur[n]: hácque in specie nec fideiussorem teneri certißimum est[o], præterquam si delicti nomine pœnam promisisset[p]. Stipulationes etenim pœnales quæ ab ipsis principalibus reis initium acceperunt, aduersus hæredes competunt[q].

§. Fideiussor & præcedere.

Fideiussoris obligatio in futurum concipi potest[r], modò id (ex Fabri sententia) exprimatur. Vt, fide mea recipio quod tu huic credideris. Post obligationem quoque fideiubere possumus: quæ res facit vt à mádato differat, quod obligationem perpetuò præcedit, nunquam autẽ sequitur[s]. quod alio loco Accursius diligenter exequitur[t].

§. Si plures.

Regula est iuris ciuilis, eos qui pro aliis fideiusserunt, insolidum teneri. quod & in omnibus aliis qui nomine alieno obligantur, obseruari consueuit[v], etiãsi expresßim eos in solidũ teneri dictum non est, licet in duobus reis cõstituendis, tã veteri (l. reos promittẽdi. §. cũ tabulis. ff. de duobus reis cõstituẽdis.) quàm nouo iure (auth. hoc ita si pactũ. C. de duobus reis) aliud cõstitutũ fuerit. Oportuit enim perpetuò eorũ obligationem in solidũ cõtractam fuisse. alioqui virilẽ partẽ singuli promittere videbãtur[x]. Differẽtię ratio est, quia cùm fideiussores vicẽ reorum obtineãt, cùmq; hi vt nobis tutius prospectũ sit, adhibeantur[y], nõ debet mirũ videri si quemadmodũ à reo, ita & ab ipsis solidum petere nobis cõcedatur. At cùm rei debendi suo nomine obligentur[z], æquũ est vt ab eis solidũ peti nequeat, nisi nominatim ea de re inter contrahentes conuenerit[&]. Ex æquitate tamen diuus Adrianus[a] fideiussoribus succurrendum esse putauit, indulto scilicet illis diuisionis beneficio. Eo enim receptum est, vt si quidem omnes iudicij accepti tempore soluendo fuerint[a], hi partes viriles tantùm soluere compellantur[b]: licet in pluribus tutoribus tempus finiti officij tantummodo spectari debeat[c]. Cuius rei illam esse causam Petrus Perticensis apud Bartolum comminiscitur[d], quòd cùm tutoris officium sit omnino necessarium, ita vt id vel inuiti suscipere cogantur[e], mitius cùm illis agendum fuerit[f]. At fideiussores suapte sponte intercedere solent. sibi igitur imputent quòd ad illud Delphici Appollinis oraculum, Sponde, noxa præstò est: non animaduerterint[g]. Vsque adeò autem huius epistolæ beneficio ipsis fideiussoribus consulitur, vt etiam illis ante condemnationem proponere liceat[h]: immo & vbi sequuta est sententia, quæ tamen appellatione rescinditur[i]. Nam hæc exceptio diuisionis magis peremptoriarum quàm dilatoriarũ exceptionum naturã induere videtur: atque ita Barto. cum aliis plerisque docuit[k], licet nonnulli dissentiant. Sed quid si fideiussores omnes soluendo sint, creditor tamen dolo accipere iudiciũ refugiat, expectans nimirum vt hi facultatibus labantur? Et Castrensis respondit[l] eis officio iudicis succurrendum esse. Curabit autem iudex cuius de ea re notio erit, ne vnquam eo nomine fideiussor impetatur[m]. Quod exemplo testium ferè receptum est, qui etiam lite non contestata audiri possunt[n], pręsertim vbi vel mortis vel alicuius alterius rei causa id suadet[o]. Illud constat, eum fideiussorem qui diuisionis neglecto beneficio totum exoluerit, nec ei cessæ sint actiones, aduersus fideiussores agere non posse[p]: neque ei lex

vtilem

i l. generaliter. cũ l. seq. ff. de verborũ oblig. arg. §. illud. inf. de mandato.
k l. potest. §. vlt. ff. eodem.
l l. ex cõtractib[9]. ff. de actionibus & obligationib[9].
m l. vnica. C. ex delictis defunctorũ & l. 1. ff. de priuatis delictis. vbi Bartol. notat. l. ex publicorũ iudiciorũ. ff. de accusationi.
n l. is qui in reatu decedit. ff. ad leg. Iul. maiesta.
o glo. Dinus & Bar. in d. l. ex publicorũ iudiciorum.
p arg. l. ad diẽ. ff. de verbo. obliga.
q not. Bart. in l. cũ filiusfa. §. pen. ff. de verb. obliga.
r l. stipulatus sum à reo. §. adhiberi. ff. eo. l. nõ quemadmodum. ff. de iudiciis.
s l. si verò nõ remunerãdi. §. si post creditã. ff. mãda.
t gl. in verbo, rectißimè. in d. §. si post creditam.
v l. vlt. ff. quod iussu & l. creditor. §. duob[9]. ff. mãda.
x hoc ipso §. si plures.
y sup. §. primo.
z titu. de duobus reis. §. ex huiusmodi.
& Faber hic.
a l. inter fideiussores. & l. seq. ff. eo. l. vlt. C. de consti. pecu.
a l. inter eos. ff. de fideiuss.
b l. ex persona. C. de probationibus. l. 1. C. de diuidenda tutela.
c dictis ll. modo allegatis.
d Bart. in d. l. ex persona.
e l. munus publicum. ff. de verbo. sig. §. 2. sup. de excusa. tuto.
f arg. l. si fideiussor. §. si necessaria. iuncta ibi Bart. doct. ff. qui satisd. cogan.
g Vide Erasmũ in adagio, Nosce teipsum.
h l. fideiussor. sub finẽ. C. eo.
i Bar. in l. si dubitet ff. eod.
k Bar. in d. l. si dubitet speculator in titu. de renunciatione. §. 1. versi. in primis. & versic. sicut.
l Paulus Castrensis in l. si contendat. per illũ textũ & glo. ff. eo.
m arg. l. Aurelius[9]. §. cẽtum. ff. de liberatione legata.
n ca. 1. vt lite nõ cõtestata.
o Innocẽtius in cap. abbate. de re iudicata lib. 6.
p l. vt fideiussor. ff. eodem.

vtilem actionem concedit: licet in contutore pro alio soluēte aliud receptū fit [q]. Ratio differentiæ est, quòd cùm fideiussor soluēdo id agat, vt reū principalē liberet [r], meritò aduersus confideiussores nō aget, quibus in quandā cōsequētiam liberatio cōtingit. At tutor vel reus debendi principaliter id agit vt contutorē suū vel correū liberet. Adde ꝙ tutoribus ideo magis succurrimus, quòd eorū munus necessariū sit [f], fideiussorū verò voluntariū. Iā pro regula traditū est, ei fauendū non esse, qui temerè se in necessitatē coniecerit [t]. Sed hoc diui Adriani beneficiū in plerisq; casibus locū non habet: vt ecce qui rem pupilli saluā fore fide sua esse iusserūt, hoc beneficio priuātur [v], ne ex vna causa plures variæque quęstiones apud diuersos iudices cōstituātur [x]. Tutores contrà ab huiusmodi priuilegio non reiciuntur, cùm hi apud eūdē iudicē ratione tutelæ vocari possint [y]. Amplius censuit Vlpianus [z] fideiussoribus diuisionis beneficiū non esse indulgēdum quando illi fideiussores se esse inficiantur, posteáq; mēdacij cōuincūtur. Idque exēplo sociorū receptū est, qui si socios se esse negent, cōuicti, nō in id quod facere possunt, sed in solidū debent condēnari [&]. Quod tamen Bartolus intelligēdum esse credidit [&] vbi quis nominatim fideiussorē sese nō esse aut sociū apud acta professus est. Qui enim se negare ea quæ ab aduersario narrantur profitetur, hic propter hæc verba alioqui generalia beneficio priuari non debet. Sed finge huic beneficio renunciatū fuisse. Et cùm id in fideiussorū gratiam præcipuè introductum sit, propè est vt huiusmodi renunciatio valeat, cùm ex regula iuris cōmunis [a] cuilibet fauori pro se introducto renunciare sit liberum. Sic & si fideiussor fuerit principalis, & fideiussor fideiussoris, inter eos huic beneficio locus esse non potest [b]. fideiussor enim, principalis rei loco est. Reus autē petere non potest vt inter se & fideiussorem obligatio diuidatur. Planè qui diuersarum stipulationum fideiussores sunt, cùm hi fideiussores non sint, diuisione opus nō habēt [c]. Præter hoc beneficiū diuisionis est & aliud quoddam quod iure nouo introductum est [d], idq; ordinis siue excussionis (vt alij maluerunt) beneficium dicitur [e]. Eius autem ratio sic se habet, vt loco primo cōueniantur rei debendi, excutiantúrque omnes eorū facultates. quod vbi factum erit, ad fideiussores venire permissum est [f]. quanuis olim pro creditoris arbitratu fideiussor primo loco conueniri posset [g]: quod ius hodie quoque obseruatur vbi fideiussor præsens est, reus verò debendi abest [h]. Præsentes autem quo pacto accipere debeamus, semel atque iterum monuimus [i].

§. Fideiussores ita.

Cùm fideiussores aliorū nomine fidem suā interponant [k], eorúmq; obligatio sit accessoria [l], & accessorium principalis causæ naturam induere debeat [m]: consentaneum est vt hi in duriorem cāusam accipi non possint, ne illorum officium illis noceat [n], néve accessorium sine principali consistat. Et hoc est quod dicimus in plus obligari non posse, quàm reus principalis debeat. In plus autem obligatur, si ille plus re promittat, vt si pro decem aureis viginti spondeat: adeò vt nec in decem quoque eum rectè promisisse plerique omnes existimauerint [o]. quod tamen Decius improbat [p], ea nimirum ratione, quòd pro eo qui centum debet, ducenta cōstituere possumus [q]. Nemo tamen inficiabitur, eum qui se soluturum constituit, alieno nomine obligari [r]. Quòd si ea causa durior esse censeretur, generalius æquo dixisset iurisconsultus [f] illud in omnibus qui pro aliis obligantur, receptum esse, vt si fuerint in duriorem causam adhibiti, hi nullo modo obligentur. Adde quòd nec ea durior cāusa esse intelligitur, quando in eam summā quam reus principalis promisit, eum fideiussisse interpretamur. Nā & in stipulationibus videmus eū qui decem aureos interrogatus, viginti promiserit, decē promisisse videri [t]: quanuis interrogationi congruè respōdeti debeat [v]. Col-

q l. ex facto. ff. de nego. gestis. vide Lācelotū, Deciū in l. 1. C. de trāsactionib⁹.
r gl. in d. l. ex facto.
f Baldus hic.
t l. si fideiussor. §. si necessaria. vbi Bart. notat. ff. qui satisd. cogantur.
v l. vlt. ff. rem pupil. saluā fore.
x d. l. vlt. sub finem, iuncta ibi gl. vltima.
y l. 1. iuncta ibi doctrina Bart. ff. de quibus reb. ad eundem iud. eatur.
z l. si dubitet. §. 1. ff. eodem.
& l. si. vnus ex socijs sub fi. ff. pro socio l. sed hoc ita. §. vlt. ff. de re iudica.
& Barto. in d. l. si dubitet. Bart. in l. etiam. §. licet. ff. solu. matri.
a l. si quis in cōscribēdo. C. de episco. & cle. l. pactū. ff. de pactis l. cerdonē. ff. de oper. liberto.
b l. si plures. §. vlt. ff eodē.
c l. si à Titio. ff. eodem.
d auth. præsente. C. eod.
e Iacob⁹ Aretin⁹ in libello de excusionibus.
f l. 1. C. de conueniendis fisci debitorib. lib. 10. vbi omnino vide Bar. sub fi. l. 1. C. de decurionib. lib. 10.
g l. iure nostro. C. eodem.
h d. authen præsente.
i dixi suprà de vsucapionib⁹ ī prin. vide Aret. in §. duo. sup. de duob⁹ reis.
k l. 1. § sed aut proximo. ff. de actionib. & oblig.
l gl. 1. in §. 1. sup. eodem.
m l. cū principalis. ff de reg. iur. cap. accessoriū. de reg. iur. in 6.
n Cōtra l. si pignore. vers. iustißimè. ff de furtis.
o Bart in d. § illud. Petrus Petricēsis. hic, Faber, Plateau⁹, Aret. & alij oēs.
p Deci⁹ in l. in eo quod pl⁹ est. numero 12. & 13. ff. de reg. iur.
q l. hactenus. sub fi. ff. de cōstit. pecu.
r dixi. sup. ad rubricā.
f in d. § illud.
t l. 1. § si stipulāti mihi decē. ff. de verb. oblig. dixi in §. præterea. sup. in proxi.
v d. §. præterea. & d. l. 1. si quis simpliciter.

ligendum est igitur, fideiussorem qui viginti aureos promiserit, decem promisisse videri. Quæ sententia apud me dubia est[x]. Quomodo igitur fideiussorem in plus re obligatum esse dicemus? Et si quidem ille pro frumento vinum promittat, plus re obligatur[y]. Nec nos quicquam mouet quòd is qui obligationi adiicitur, in duriorem causam accipi potest[z]. Quid enim adiecti interest, cùm nulla neque cõmoditas neque incommoditas ad eum redeat? Nam & quod illi solutum est, actione mandati restituere compellitur[&]. fideiussoris autem maximè interest, ne plus ipse soluere cogatur: eiúsque obligatio cũ accessoria sit, nihil diuersum à priore obligatione continere debet[&]. In accessione etenim plus potest esse[a], non item in accessoria obligatione[b]. Sic & cùm plus tempore solui dicatur[c], non poterit ita fideiussor accipi, vt plus tẽpore debeat. Etenim qui citius soluit, plus: sicut & qui tardius soluit, minus soluere dicitur[d]. Et ideo reo accepto sub conditione, fideiussor purè accipi non potest, cùm ab eo iam statim exigi posset pecunia[e]. Illud certum est, eum nec alio loco promittere posse, quàm reus principalis promittat[f]. loco enim plus obligamur[g]. Quod & ad eum qui plus causa fideiusserit (causam hoc loco electionem interpretamur[h]) producendum est. Et ideo si qui hominem aut decem dari stipulatus fuerat, ita fideiussorem acceperit, hominem, aut decem, vtrum velim: non obligabit eum[i]. Sed si vtrum velis dicat, rectè obligasse eum censebitur. semper enim leuiorem fideiussoris conditionem facere possumus, non item deteriorem[k]. Quod Barto[l]. & alij alio loco copiosius adnotauerunt. Planè meminisse debemus, fideiussorem nonnũquam firmius ipso reo obligari[m]. quod multis exemplis indicari potest. Quid enim si simpliciter reus promiserit, fideiussor autẽ præter hoc vel iuramentum vel hypothecam bonorum constituat[n]? Quid item si cùm reus quanti interesset creditoris promitteret, hic verò præter hoc iuramento creditoris qui tanti sua referre asseruerit, se staturum receperit[o]? Neque enim idcirco pluris obligationem esse opinamur, sed paulo validiorem[p]: sicut & si is ex sua mora pœnam aliquam promisisset[q]. Censuit Barto[r]. fideiussorem eo instrumento quod lege municipij executionem in promptu habet, obligari posse, quanuis reus non eodem instrumenti genere colligetur.

§. Siquid autem.

Fideiussor qui debitoris nomine soluerit, eum mandati actione sibi obligatum habet[s]. Videtur enim illi tacitè mandatũ vt soluat[t]. Neque quicquã refert an ille à iudice admonitus, an verò vltro & sponte soluerit[v]. Bonam etenim fidem eũ agnoscere oportet. Nonnunquam & si is nõdum soluerit, agere tamẽ potest vt liberetur[x]: vt si fortè is pro quo fideiussit, ad inopiã postea vergere incipiat[y]. Nam si quo tẽpore fideiubebat, debitor egenus fuerit, fideiussor suæ facilitati expẽsum ferre debet, quòd pro eo qui minus idoneus erat, fideiusserit[z]. Eadẽ ratione & si propter eius qui petebat ætatẽ fideiussor pecuniam sine dolo obsignauerit, hic statim mandati iudicio eã cõsequuturus est: sicut & si fortè diutius æquo reus in solutione cessauerit[&]: aut si fideiussor condemnatus sit[a]. Qua ratione & Barto[b]. censuit fideiussorem qui eo instrumento quod lege municipij executionem in promptu habebat, tanquam condemnatum ante solutionem agere posse. Et hæc omnia locum habent vbi pro eo qui præsens erat fideiusserat: alioqui pro absente fideiussio facta, negociorum gestorum actionem parit[c]. Cæterùm in plerisque casibus quod à fideiussore solutum est, nullam habet repetitionem. Quid enim si pro te præsente & vetante fideiusserit quis? Et huic ne vtilem quidem mãdati actionem dandam esse Paulus respondit[d]. Quid item si animo fortè donandi fideiusserit[e]: aut si is sciens & prudens exceptionem quam ex rei principalis persona sibi competere sciebat, omiserit[f]? Certè tum illa dissoluta negligentia quæ dolo non caret, illi officere debet. quod & Accursius hic sensit.

x Vide hic omnino Fabrũ.
y l. si ita fideiussorem accepero ff. eodem.
z l. qui res. §. mihi decem. §. qui stipulatur. §. mihi Romæ. ff. de solutionibus.
• l. Iulianum. §. qui fundũ. ff. de ver. obligationibus.
& d. l. si ita fideiussorem accepero.
a §. si tamen alienam sup. de rerum diuisione l. si in emptione. ff. de contrahẽ. emptione.
b gl. hic in verbo, nec plus.
c l. si cui. §. vlt. ff. de ver. sig. l. solidũ. ff de solutionibus.
d §. plus autem inf. de act.
e §. omnis. sup. de ver. oblig.
f l. si testamẽto. §. vlt. ff. eo.
g d. §. plus.
h §. huic autem inf. de act.
i l. græce. §. idem Iulianus ait. ff. eodem.
k l. græce. §. si quis Stichũ. & §. idem Iulianus l. si fideiussor obligari. l. si à reo l. hi qui. ff. eo.
l in d. l. hi qui.
m Theoph. in. §. in omnibus inf. eod.
n Bar. in d. l. si quis pro eo.
o Faber hic numero 8.
p arg. l. 1. ff. de in litem iurando.
q l. mora. ff. de ver. obliga.
r Barto. in d. l. hi qui.
s l. indebitũ. ff. de condict. indebiti.
t Bald. in d. l. indebitum.
v l. idemque. §. fideiussores. ff. mandati.
x l. Lucius. sub fi. ff. mãda.
y l. si pro ea. C. mandati.
z arg. l. si is à quo. §. si semel. ff. vt in possess. leg. gl. 2. in d. l. si pro ea. & Faber hic.
• l. qui mutuam §. fideius. ff. mandati.
& d. l. Lucius. sub finem.
a d. l. si pro ea. arg. à cõtrario sensu.
b Bar. in l. si quis pro eo. ff. eo.
c l. ex mandato. sub finem. ff. mandati.
d l. si pro te præsente. ff. mandati l. si remunerãdi. §. si passus ff. mãdati. arg. l. vlt. C. de nego. gest.
e d. §. si passus.
f l. si fideiussor. ff. mandati.

ſenſit [g]. Quod autem is poſtea ſubiungit, fideiuſſorem qui aliquid ex cauſa non obligatoria ſoluerit: id minimè verũ puto [h]. Nam vbi nulla obligatio adeſt, ibi nec fideiuſſorem intercedere poſſe certum eſt [i].

§. In ſtipulationibus.

Quemadmodum in ſtipulationibus interrogationem & reſponſionem ſubſecutam eſſe dicimus ſi inſtrumento comprehenſum fuerit aliquẽ promiſiſſe [k], ita & in fideiuſſoribus idem dicẽdum eſſe Iuſtinianus exiſtimauit: vt ſi quidem vel priuata quæ trium teſtium ſubſcriptionẽ continet [l], vel publica ſcriptura aliquem fideiuſsiſſe dicatur, vt & ſtipulationem quæ in fideiuſſoribus omnino neceſſaria eſt [m], acceſsiſſe exiſtimemus. hincq; adnotarũt interpretes ſolennitatem internam præſumi, non item externam: quod Bart. docuit [n] & alij quibus id curæ fuit, diligenter perſcripſerunt: ad quorum lucubrationes vos relegandos duco [o].

Tit. De literarum obligationibus.

In rubricam.

Poſtquam Iuſtinianus diſſeruit de obligationibus quæ re & verbis contraherentur, deſcendit iã ad eas obligationes quæ quòd literis conficiantur, literarũ nomen acceperunt, ſicut Theophilus hoc loco docuit [p]. Eius autem ratio ſic ſe habet, vt qui pecuniam aliquam accepiſſe ſe cautione aliqua teſtatus eſt, hic literarum obligatione conſtringatur, déque pecunia minimè numerata intra bienniũ excipere nequeat [q]. Nihil autẽ referre an hæc cautio à priuata, an verò à publica perſona conſcribatur [r], vt cõmuniter omnes voluerunt [s]: illa ſcilicet ratione, quòd & publica ſcriptura priuatæ in totũ præponẽda ſit [t]. Multũ autẽ referre Bartolus exiſtimauit [v] quibus verbis notarius inſtrumentũ conſcriberet. Etenim ſi is profiteatur Titiũ confiteri ſe accepiſſe centum ex cauſa mutui, exceptio non numeratę pecuniæ locũ habebit. Sed ſi dicat Titiũ accepiſſe, neque vllã confeſsionis mentionẽ faciat, procliuius eſt vt primo loco inſtrumentũ falſi conuincatur, deinde vt pecuniæ non numeratæ exceptionẽ obiiciamus [x]. Cui ſententiæ vix eſt vt accedere audeã. Nã & vbi inſtrumentũ falſo conſcriptũ fuiſſe probatũ fuerit, iã vix vlla alia exceptio nobis cõpetit, cùm in totũ inſtrumẽti fides corruerit [y]. Huc accedit quòd & Theophilus hîc oſtẽdit debitoris manu huiuſmodi cautionẽ fieri debuiſſe: & vix vllã aliã mentionem in legibus quæ de huiuſmodi literarũ obligatione loquuntur præterquã cautionis priuatę inuenies [z]. Oſtendit & hoc loco Iuſtinianus, dum is initio dicat eum qui ſe debere aliquid ſcripſerit [*]. Nec nos quicquã mouent ea quæ de publicis inſtrumentis adducũtur [a]. Licet enim in alijs maximã vim obtineãt, tamẽ quod ad literarũ obligationes pertinet, priuata ſcriptura publicà potior eſſe videtur, illa ratione, ꝙ nõ facilè admittẽdũ ſit vt quis ab eo quod dilucidè proteſtatus eſt, facilè diſcedat [a]. Quod rectè mihi videtur animaduertiſſe Petrus Perticenſis [b]: quãquã is ſibi diſſentiat [c]. Sed quibus verbis huiuſmodi literarũ obligatio cõcipietur? Et nihil referre crediderim quibus verbis id ipſum fiat, modò tamen cõmodiſsimè mens noſtra explicetur. quod aduerſus veterũ quorũdã ſententiã ꝓcliuius eſſe exiſtimo [d]. Alioqui ſi tã ſcrupuloſe huiuſmodi obligationis cõcipiendæ modum cõſectemur, fateamur neceſſe eſt legẽ hanc verbis nõ autẽ rebus impoſitam fuiſſe [e]. Quæ autẽ in oppoſitũ argumenta adducuntur [f], frigidiora ſunt quàm quæ hîc recenſeri debeant. Illud autem in hac literarum obligatione exigimus, vt pecunia minimè numerata ſit [g]. alioqui non iam literarum ſed mutui obligatio contraheretur [h]. neque ſtipulatio vlla intercedere debet [i]: alioqui iam verborum obligationi locus erit, ídque aduerſus quorumdam interpretum noſtrorum receptam ſentẽtiam mihi verius eſſe videtur. Nam & Theophilus hîc oſtendit cautionẽ hanc apud veteres abſente creditore fieri

g gl. hic in verbo, ſoluerit.
h arg. l. generaliter. & ſequentib. ff. de ver. obliga.
i arg. §. 1. ſup. eodem.
k §. ſi ſcriptum. vbi dixi. ſup. tit. proximo.
l l. ſcripturas. C. qui potiores in pigno. hab.
m l. blanditus. C. eodem.
n Bar. in l. ſecundum. ff. de verbo. oblig.
o Vide Bar. in §. ſi ſcriptũ. ſup. de inutilib. ſtipulat. & Fabrũ in l. 1. de contrahen. & cõmitten. ſtipula. eundẽ hic, & Platanum.
p Petrus & Sinus apud Baldum hic.
q hoc textu. & in l. in contractibus. C. de nõ nu. pe.
r gl. hic in verbo. ſi quis.
s Faber, Platea & Aretinus hic, Bart. Bal. & Salicetus in l. ſi ex cautione. C. eodem.
t l. optimã. C. de contrahẽ. & cõmittẽ. ſtipula. §. itẽ verborũ. tit. ſup. 2. de inutilib. ſtipula.
v Bart. & Faber in d. l. ſi ex cautione.
x Fab. hic numero 2. & 3.
y d. §. item verborum.
z l. 1. & 2. & l. ſi ex cautione. C. eodem.
* hoc textu poſt principiũ. & d. l. optimam.
a l. generaliter. C. eodem.
b Petrus apud Salicetũ in d. l. ſi ex cautione.
c Petrus de bella pertica hic.
d Faber hic numero 5. contra gl. hic in verbo debere. & nota caute.
e contra l. 2. C. communia. de legatis.
f de l. ſi ſub ſpecie. C. de poſtulan. pro cuius intellectu vide Fortuniũ Garſiam i tractatu pactorũ.
g Faber hic numero 4.
h §. 1. ſup. quib. mo. re contrahi. obliga. Theophilus hic circa medium.
i hoc textu i verbo. ceſſante ſcilicet verborum obligatione ſancta ibi gloſſa. contra Fabrũ hic numero 8. verſi. oppoſitam.

debuisse: ne si is præsens esset, stipulationẽ aliquam adesse existimaremus[k]. Sed vt demus eorum sentẽtiam veriorem esse, fateamur tamen necessum est, non statim conturbandas esse has obligationũ species quas Iustinianus tam superstitiose separauit[l]. Huc pertinet, quòd & plerique[m] non numeratæ pecuniæ, sed in factum exceptionem dicant vbi ex stipulatione aliquid petatur quod promissor ipse non præstiterit[n]. Ex huiusmodi autẽ scriptura ciuilem obligationem oriri receptum est[o], & ex ea actionẽ. Nã & cùm huiusmodi scriptura à lege cõprobetur, quid vetat quo minus legitimarũ cõuentionum exemplo actionem quoque pariat[p]? Neq; quisquã tamen, vt pleriq; voluerunt[q], naturalẽ obligationẽ hîc adfuisse existimet. Etenim cũ ea ex cõsensu oriatur[r], nemo sanus dixerit eum cõsensisse videri, qui creditori se adstringere nõ aliàs voluerit, quàm si spes aliqua pecuniæ recipiẽdę adfuisset[s]. & ab hac sententia, quã & ego suprà secutus sum, vix est vt discedere audeã[t]; præsertim cùm ea communiter ab omnibus cõprobari consueuerit[v]. Ex hac igitur obligatione cõdictio ex lege Iustiniani datur[x]. Nã & cũ obligationis nomen expressum sit, neque tamen forma agendi prodita: æquius est nobis condictionẽ dari[y]. Datur autẽ hæc actio creditori: sed ille intra bienniũ exceptione nõ numeratæ pecuniæ repelli poterit. Debebit autẽ probare pecuniã numeratã fuisse creditor, si quidem ille causa sua cadere nolit[z]. Quòd si creditor fortè petitionẽ differat, debitori cautionem hanc cõdicere permittitur[&]. Sed nũquid post bienniũ huiusmodi exceptio proponi poterit? Et hic articulus maximè controuersi iuris est[&]: magis tamẽ placet Fabri nostri sententia[a], existimãtis eã biennio circũscribi, idq; huius legis argumento[b], quæ post biennium exceptionẽ hanc extendi noluit. quod & Iustiniani cõstitutione apertè ostenditur, dũ ait elapso eo tẽpore nullo modo querelã nõ numeratæ pecuniæ proponi posse[c]. Huc pertinet & Alexandri imperatoris rescriptũ[d], quo is post bienniũ hęredẽ eius qui hanc pecuniæ nõ numeratæ exceptionem neglexit, ad solutionem eius, etiã si hic pupillus sit, compelli. Accedit his Diocletiani & Maximiani constitutio[e], qua exceptio solutionis ab hac exceptione differre ostenditur hac nota, quòd illa sit perpetua, hæc verò biennio circumscribatur. Plus dico, doli generalis exceptionem, quam cum huiusmodi obligatione cõcurrere aiunt[f], etiã biennio finiri, cùm ea huiusce exceptionis naturã induat[g]. quæ sententia ratione nõ caret. Nã si permittamus doli exceptionem post bienniũ obiici posse, superuacanea videretur Iustiniani prouidẽtia, qua is creditoribus hoc biennio succursum esse voluit[h]. possent enim & alia via repelli. Vnde verius esse existimo, vt nec numeratæ pecuniæ nec doli exceptio post bienniũ obiici possit: licet in eo foro quod cõscientiæ vocant, aliud receptum esse Dinus voluerit[i]: sicut & si quis obiter seu per obliquum vt vocãt, de huiusmodi numeratione excipere velit. nã & post bienniũ æquius est debitorem admitti[k]. Quid enim si is dicat, fateor ea quæ hac cautione asseruntur, vera esse: sed ego pecuniã mihi numeratã fuisse inficior. Etenim id tum agebã, vt obligatio debitè contraheretur, ne ego ab amicis solicitatus aliquãdo illorum gratia fidem meã interponerem. Vel id egimus, vt post biennium aut quadriennium mihi pecunia adnumeretur. Cæterùm huiusmodi exceptio aliquot casibus etiã intra biẽnium locum nõ habet. Ecce enim qui huic renunciauit, ad eã pòst minimè admitti poterit[l]. Nã cum ea nõ tam creditoris quàm debitoris vtilitatẽ cõtineat[m], quid vetat quo minus ei rei quæ in meã gratiam introducta est, mihi renunciare liceat[n]? Videmus quoq; eũ qui cautionis fidẽ secutus, debiti aliquã portionẽ persoluerit, pecuniæ non numeratæ beneficio vti nõ posse[o]. hoc ideo, quod is suæ exceptioni tacitè renunciasse videatur. At cùm maior sit expressa quàm tacita renũciatio[p], quid vetat quo minus huiusmodi renunciationem valere dicamus?

k l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. oblig.
l §. sequens. sup. de oblig.
m Fab. & Castrẽsis ĩ l. cũ vltra. C. eod. Frãcisc. Cursius ĩ l. lecta. in versiculo cautio. ff. si certũ petatur.
n Fab. in d. l. cũ vltra. qui ita. § idẽ iuris. inf. de exceptionibus intelligit.
o doct. hîc præter Fabrũ & ĩ §. 1. inf. de oblig. Bar. ĩ l. cũ quis. numero 22. C. de iuris & fac. ignorã. Idẽ Bar. in l. ĩ cõtractib. C. eo.
p arg. l. legitima. ff. de pact.
q Vide Porciũ in §. 1. sup. de obligat. & Fabrum hic numero 6.
r Dixi. sup. in tit. de oblig. in princ.
s arg. l. cum de indebito. ff. de probationibus.
t dixi sup. ĩ tit. de obli. ĩ pri.
v Bart. in d. l. cum quis.
x d. l. in contractibus.
y arg. l. 1. vbi Bar. ff. de cõdictione ex lege.
z l. 1. & ibi Bart. notat. & l. si ex cautione. C. eodem.
& arg. l. qui se debere. ff. de cõdict. causa data. Fab. hic numero 11. ver. iam redeo ad doctores.
& Doctores in d. l. in contractib. Aretin. in §. idẽ iuris inf. de exceptionib.
a Faber hic numero 9. vers. quæritur octauo.
b hoc textu circa finem.
c d. l. ĩ cõtractib. post princ.
d in l. si intra. C. eodem.
e l. asseueratio. C. eodem.
f l. 2. §. circa vers. inde. ff. de doli exceptione. d. l. si ex cautione. Frãcisc. Curs. in l. quod te. ff. si cert. pet.
g arg. l. quoties. §. qui doli. ff. de probationib. iuncta d. l. si ex cautione.
h hoc textu in versi. sed ne creditores.
i Dinus in ca. locupletari. sub finẽ de reg. iur. in 6. doctores in l. qui pecuniã. ff. si certum peta.
k Fab. hic numero 8. vers. quid si indirectè.
l Faber hic numero 14. cõtra Hostiensem in ca. vlt. de solutionibus.
m hoc textu circa finem.
n arg. l. si quis ĩ cõscribẽdo. C. de pactis.
o l. cũ fidem. C. eo.
p arg. l. vlt. C. si mater indemnitatem promisit. arg. l. vlt. C. quãdo mulier tute. offi. fungi po. notatur in l. nunquid. ff. si certum petatur.

mus? Nec obstat quòd etiam si iuramentum appositum sit, huiusmodi tamé renunciatio non valeat [q]. Id enim verum est si eo tempore huiusmodi sacramétum præstetur, quo cautio exigitur. Qua enim facilitate quis cautionem emittit, eadem quoque iuramentũ hoc interposuisse diceretur. atq; eo sensu Iustiniani constitutionem accipiendam existimo [r]. Verũ vbi post cõtractam obligationem renunciatio iureiurando vallata est, huiusmodi sacramentum seruari debet [f]. Planè qui exceptionem hanc à se abiecerit, is in factum exceptioni renunciasse non videtur [t], cùm ea stipulationi tantùm obiici soleat, vt eleganter Cursius docuit [v]. Sed quin doli exceptioni renunciatũ sit, nulla dubitatio est. Sed demus hanc cautionem in testamento factam fuisse: continuóne hac exceptione iuuabimur [y]? Et eam non cõpetere certum est. Cùm [z] enim hæc exceptio ideo locum habeat, quòd quilibet & dicturus & facturus [a] est omnia, modò sibi pecunia mutua detur, in testamentis huiusmodi præsumptio cessat [y], cùm is mortis potius quàm pecuniæ mutuandæ solicitus esse videatur. Sic & Antonini cõstitutione qui partem debiti persoluerit, hic debitum ipsum agnouisse censendus est [z], sicut & si semel atque iterum cautionem hanc emittat [a]. Illud certum est, eũ qui huiusce cautionis nomine ad iudicium euocatus debitum professus est, hac exceptione iuuari nó debere [b]. Vltronea enim confessio quantumlibet apud acta iudicis fiat, eam tamen vim habere non existimatur. Sanè in vniuersum admonendi sumus, creditorem qui se recepisse pecuniam asserat, post triginta dies petere debitũ non posse [c]. Neque enim verisimile est eum debitoré liberare voluisse quin prius pecuniam debitam recepisset. quod Baldus sensit.

Titulus, De obligationibus ex consensu.

Inter obligationes quæ ex contractu descendunt, cómemoratur ea obligatio quæ ex consensu proficiscitur [h]: cuius rationé Iustinianus hoc loco diligenter explicuit, paulò post separatis quibusdam titulis de singulis huiusce obligationis speciebus dicturus [i]. Cómemorat auté hoc loco species efficaciores. Nam quáuis & pacta consensu perficiantur [d], & in contractibus innominatis consensum desideremus [e], hæc tamé omnia infirmiora sunt quàm vt ob solum consensum actiones pariant [f]: quod in huiusmodi contractuũ speciebus aliter obseruari existimo. atq; ita Faber hîc docuit [g]. Principiò igitur ostendit qua nota hæ obligationes à reliquis aliis obligationum speciebus de quibus suprà dictum est, dissideant. Primum discrimé est, quòd mutuũ, cómodatũ, depositũ, & pignoratitia obligatio, ré ipsam accessisse desiderát [h]: stipulatio itidé verba requirit [i]: obligatio literarũ scripturã [k]: hi verò contractus solo consensu perficiuntur [l]: & ideo neq; verba desiderát. quapropter & mutus (cui stipulationis contrahendæ facultas adempta est [m]) huiusmodi contractus perficere poterit [n]. Sic & inter absentes per nunciũ vel epistolá fieri possunt. Vnde à plerisque nó malè respõsum est [o], emptioné illá nullá esse, in qua quis alicui mádauerat se illi domũ suá decem aureis vẽdere velle, cùm ante literas acceptas venditor cõtrariæ volũtatis contestationé interposuisset [p]. Dissensus etenim vẽditoris huiusmodi vẽditioné vitiat. Idémq; in donatione quæ absenti facta est, propemodũ per omnia obseruatur [q], vt si ea antequã accepta sit reuocetur, huiusmodi donatione nihil actum esse existimemus [r]. Quod tamé in sacerdotio quod alicui absenti episcopus cõtulerit, non obseruatur [f], cùm in huiusmodi spiritualibus rebus incõstátia & varietas fugienda sit [t]. Secũda differétia est, quòd in hisce contractuũ generibus vterq; contrahentium obligatur [v], multáq; ex bono & æquo interpretationem accipere solent [x], vt quia in illis bona fides exuberet. vnde & vsuras statim post moram deberi certissimum est [y]? multáque de quibus aut dictum aut cogitatum non est, in istis contractuum speciebus venire solent: in aliis verò

q l. vlt. C. eodem.
r d. l. vlt. C. eodé. Faber hic & ibi.
f arg. c. a. cum cõting. et. De iureiurando.
t Faber hic numero 15. sub finem.
v Cursi° ĩ l. lecta. ff. si cert. petatur. Castrẽsis & Faber in l. cũ vltra. C. eod.
v Faber hic numero 13.
y Bald° hic, & alij omnes.
z l. qui fidem. C. eodem.
a arg. l. si mulier. 2. C. ad Velleianũ. arg. notatorũ per docto. in l. petens. C. de pactis.
& Bald° hic. docto. in d. l. qui pecuniam.
a d. l. in contractibus §. super cæteris & §. sed quoniam.
b §. sequens. sup. de obliga.
c inf. de emptione & vend. vsque ad tit. de obligat. q̃ ex quasi contra.
d l. 2. ff. de pactis.
e l. iurisgentiũ. ff. de pact.
f l. ex placito. C. de rerum permutatione.
g Fab. hic numero 2. & 3.
h sup. quib. mo. re contrahitur obligatio.
i l. 1. ff. de verbo. oblig. §. 1. eo. tit. sup.
k sup. titulo proximo.
l l. cõsensu. ff. de actionibus & obligationibus.
m l. 1. ff. de verb. obligationibus. §. mutuum. sup. de inutilib. stipulatio.
n l. in quibuscunque. ff. de actionib. & obligationibus. l. vbi non voce. ff. de reg. iur.
o Faber hic numero 40. & Platoanus.
p arg. cap. vlt. de procura. lib. 6.
q l. absenti. ff. de donatio.
r Faber in l. nec ambigi. C. de donationib.
f ca. si tibi absenti. de præbendis in sexto.
t Clementina vnica de renunciatione.
v l. Labeo. § contractũ ff. de verbo. sig. notatur in §. actionũ. inf. de actionib°.
x notatur in §. actionum infrà de actio.
y l. Iulianus. §. ex vẽdito. ff. de actionibus empti.

contractibus alter tantùm obligatur [z]. Nam & in mutuo is cui numeratum est, solus obligatur: in stipulationibus is qui promittit [*]: in literarũ verò obligationibus is qui cautionem aliquam emisit [*]: in eísque, cùm stricti iuris sint, verba omnia strictißimè accipienda esse censuerim [*].

Titulus, De emptione & venditione.

In rubricam.

Inter species obligationum quæ consensu fiunt, priore loco est emptio & venditio. est enim omniũ nobilissima & perfectissima. Origo autẽ emendi vendẽdíque à permutatione initium habuit. sola enim permutatio olim in vsu fuerat: túmque tẽpora fœlicissima fuisse plures attestãtur [a]. Sed cùm sæpe eueniret vt non semper haberes quod ego desiderarem, neque ego inuicem haberem quod tu accipere velles, inuenta est alia via qua huic necessitati occursum est: éstque tũ in hominum vsum recepta emptio & venditio. Et cũ non aliud merx, aliud precium esset, factum est tamen postea vt inter se distinguerentur: quod eruditè iurisconsultus Paulus alicubi prosequitur [b].

§. Emptio & venditio.

Emptionis & venditionis duo sunt genera. Vnũ est quod scriptura, aliud quod sine scriptura concipitur [c]. De vtroque igitur videndum. Emptio quæ scripturam minimè requirit, perficitur simul atque de precio inter contrahentes conuenerit [d]. Neque quicquam refert quòd arræ nomine aliquid datum fuerit. Arra enim, siue, vt alij loquũtur, arrabones sunt tantùm symbolũ & argumentum perfecti cõtractus [e]. Nam cùm hic contractus iuris gentium sit [f], solũ consensum qui iuris gentium est desiderat. Quin & illud asseuerim, etiã si res nondum tradita est, venditionem tamen huiusmodi perfectã esse [*]. Nec nos quicquam mouet quòd leges traditionem quandoque desiderant [g]. hoc enim ideo fit, quòd nihil aliud velint quàm contractum ad effectum deducendũ esse. Idémque in stipulationibus obseruari videmus, quæ simul atque interrogationi congruè responsum est, perfectionẽ accipiunt [h]. Aliquando tamen lex stipulationem adimplendam esse ait: quæ verba effectum ipsum tantummodo respiciunt: quemadmodum & hæredem dicimus testamentum adimplere debere, quanuis à testatore perfectum sit: alioquin ex eo tanquã imperfecto hæc hæreditas nec à principio adiri potuisset [i]. Qui igitur rẽ venditã tradiderit, contractum adimpleuisse videtur: quanuis & vt res emptoris periculo fiat [k], vel ne à contractu discedere liceat, traditionem hanc minimè necessariam esse existimemus. Non negauerim tamẽ traditionem quandoque habere plurimum momẽti [l]. Quo fit vt cùm moribus Gallorum introductum fit vt proximior agnatus rem ab eo qui illi proximitatis nomine coniungitur venditam redimere posit, non continuò tamen id illi permittendum putemus, vt rem venditam quæ tamen nondũ tradita est, redimere posit, præsertim cùm res adhuc sit integra [m], & mutuo consensu ab emptione nobis discedere liceat. etenim causa huiusce consuetudinis cessat, quæ eam ob eam causam recepta esse videtur, ne res è familia discedat. Sic & cùm ei qui prædia sua in censum dederit, pecunia quædam (quam ipsi ventam, seu, vt alij, laudimium vocant) detur: si quis huiusmodi prædia inconsulto domino vendiderit, neque tamen tradiderit, propè est vt huius venditionis nomine ipsi domino nihil debeatur vsq; dum res ipsa tradita fuerit [n]. Sed quid in emptione quæ scriptura perficitur? Et verius est, si quidem ad huius contractus substantiã scriptura necessaria esset, quãdo initio contrahẽtes id egerunt [o], nõ aliàs huiusmodi emptionẽ valere debere quàm si scriptura aliqua facta fuerit [p]. Colligetur autem contrahentiũ voluntas vel confessione ipsorum, vel aliquot aliis modis. quod Faber hoc loco rectè animaduertisse videtur [q]. Nihil autem prohibet quo minus hæc scriptura vel ab vtroque ex

z contra glos. hic in verbo, item in his.
* d. l. Labeo in prin. & Theoph. hic sub finem.
* l. quicquid adstringẽda. ff. de ver. obliga. l. veteribus. ff. de pactis.
a Plin. li. 33. ca. 3. Fueruntq; hæc tempora Troianorũ, teste Homero li. 7. Iliad. circa fin. & lib. 1. Odiß.
b l. 1. ff. eodem.
c hoc textu in princ.
d l. 2. §. vlt. ff. eo. §. vendita. sup. de rerum diuisione.
e l. quod sæpe. in princ.
f l. iuris gẽtiũ. ff. de pactis.
* arg. l. 1. C. de in. emphy. l. nemo. pro socio. l. 1. de fun. dot. ff. cum l. alienatum. ff. de verb. sign.
g l. qui tibi hæreditatem. C. de hæred. vel act. vend. l. si traditio. C. de actionibus empti.
h l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obliga.
i §. ex eo. suprà quib. mod. testa. infirmen.
k l. necessario. ff. de peric. & commodo rei vẽdita.
l l. traditionib⁹. C. de pact.
m arg. l. 1. C. quando liceat ab emptione discedere.
n arg. l. ex hoc edicto. §. si quis alienauerit. ff. de aliena. iud. mutã. cau. fa. Faber in d. l. 1. C. quando liceat ab emptione discedere.
o l. contract⁹. C. de fide instrumentorum.
p Bart. & Faber in d. l. cõtractus.
q Faber hic numero 2.

ex contrahétibus vel ab alio sit descripta, modò hi se obligationi subiiciát[r]. Parem etenim vsum habent scriptura propria & ad alienam subscriptio[s]. Sed si eá venditionem tabellio publico instrumento complexus est, operæprecium non est vt contrahentes signacula sua adiungant[t]: sed sufficiet huiusce instrumenti recitationem factam fuisse. Quæ omnia si quidem obseruata non sint, nihil prohibet quo minus sine pœna à contractu nobis recedere liceat[v]. Quod intelligendum esse censeo vbi nihil arræ nomine datum fuerit. Nam si arræ datæ sint, si quidem emptor in causa fuerit quo minus contractus ipse perficiatur, arrarum iactura mulctabitur. Sin venditor, duplicatas arras restituet. Quin & illud receptum est, vt præter duplum arrarum, etiam id quod nostra interest resarcire debeat, vt Ioannes & Bulgarus voluerunt[x], licet Martinus cum Azone dissentiat: quorum sententia recepta non est[y]. Cæterùm quibus actionibus arras ipsas repetere nobis concedatur, non satis inter iuris nostri interpretes conuenit. Probabilius esse videtur, quod Salicetus prodidit[z], vt in huius nostri responsi specie condictione ex lege Iustiniani ad arras duplicatas nobis agere liceat: ídque obtinet vbi per venditorem stetisse constiterit quo minus contractus perficiatur[*]. Sed si vtrique aliquid asscribi potest, vterque condictione sine causa, quod dedit, rectè petiturus est. Quòd si contractus omnino perfectus est, secutáque est traditio, si quidem pecunia arræ nomine data fuerit, frustra repetetur, cùm ea iam in precium versa sit. vbi verò aliquid aliud præter pecuniam datum est, tum ex empto actione, aut condictione sine causa id quod datum est repeti poterit[*]. Ad eundem modum condictio ista datur vbi contractus quidem perfectus est, sed nondum suum effectum habet, vt quia per venditorem steterit quo minus res ipsa traderetur. Nam si vtriusque culpæ aliquid asscribi potest, Iulianus vtilem esse ex empto actionem asseruit[†].

§. Precium.

Recenset hoc loco Iustinianus ea quæ ad emptionis & venditionis substantiam pertinent, iudicans in emptionibus precium omnino necessarium esse[a]. sine precio etenim venditio nulla est. Sic & certum precium esse debet, vt appareat quid, quale & quantum sit[b]. Neque enim satis esse Faber existimat quòd tabellionis instrumento rem aliquam certo pretio venditam esse contineatur, nisi etiam quantitas pretii nominatim expressa sit[c]. Poterit tamen aliquando pretium alieno arbitrio permitti, modò certa quædam persona designetur[d], ita vt quanti ille rem æstimauerit[e], tanti quoque empta esse intelligatur. Neque tamen hîc arbitrari omnino cogendus est nisi huiusce rei prouinciam nominatim susceperit[f]. Poterit ergo emptionis substantia extranei (non item contrahentium[g]) permitti arbitrio: quanuis ex regula iuris communis vix ab arbitrio recedere liceat. hic tamen si iniquè arbitratus sit (quod ipsum religioni iudicátis relinquendum puto[h]) verius est vt ad arbitrium boni viri nobis liceat recurrere[i]. Si igitur certum precium emptioni & venditioni sit prefixum, aut si dum ex alterius arbitrio precium penderet, æstimatio facta sit, tunc omnino tradendæ rei necessitas venditori incumbet. Quod ipsum in venditionibus omnibus regulariter obseruatur, vt si quidem in manu venditoris sit rem ipsam tradere, vt eam omnino præstare compellatur. alioqui vbi traditio fieri nequit, procliuius est, vt venditor, eius quod nostra interest præstatione liberetur. quod cómuniter omnes sentiunt[k], nisi quòd Alciatus existimat[l] citra distinctionem venditorem liberari, modò id quod nostra interest præstiterit[m]. Cæterùm probabiliter dubitari potest núquid venditor rem ipsam emptoris facere cogatur. Et verius est vt rem ipsam traditam fuisse sufficiat[n]. Emptor autem nummos venditoris facere cogitur. cuius rei communiter ratio hæc asscribi consueuit, quòd cùm emptor in eo iuuetur, vt neque hanc neque illam pecuniam, sed

r d.l.contractus.
s Plateanus hic.
t Faber hic numero 3.
v hoc textu in versi.ita tamen.
x gl.hic in verbo, compellitur sibi, dicunt enim, quã sequitur Bar.in l.prædia. ff.de actio.empt.idẽ Bar. in l.1.§.vnde quæritur. ff.de publicanis. Sinus & Baldus in d.l.contractus.
y docto.hic & in d.l.cõtr.
z Salicetus in d.l.cõtract[u].
* hoc textu circa finem.
& l.ex empto.§.is qui vina.vers.Ego illud quæro. ff.de actionib.empt.
† d.l.is qui vina.
a l.2.versi.sine precio.eod. l.empti fides.C.eodem.
b l.vlt.C.eodem.l.certũ.1. ff.si certum petatur.
c arg.l. per diuersas.C. mandati.
d l.si merces in princ.ff. locati.
e l.vlt.C.eodem.
f docto.hic contra glo.in d. l.vlt.
g l.in vẽdentis.C.eodẽ.l. quodsæpe.§.1.ff. eodem.
h arg.l.8.ff.de iure delibe.
i l.si libertus ita iurauerit. ff.de operis libert.l.si coita sit societas.ff.pro socio.
k Barto.numero 39. & Iason in l.stipulationes non diuiduntur. ff.de verb.oblig.Idem Bart.in l.3.numero 32.ff.de actio. empti.Bal. & Castrensis in l.si traditio.C.de actionibus empti.
l Alcia.in l.habere. ff. de verb.sig.idem in l.vnica. C.de sententiis quæ pro eo quod interest.
m l.3.ff.de actionib.empti. l.si traditio.C.illo titulo. l.qui tibi hæredita.C. de hær. vel actione vẽdita.
n l.ex empto.ff. de actionibus empti.

eam quæ nec consuetudini nec vsui regionis repugnet, præstare debeat: in eo grauari debet, vt in venditorem nummorum dominium transferat. At venditor cùm in eo grauetur, vt id quod venditum est, omnino præstare debeat: in eo quoque iuuandus est, & eum rem ipsam tradidisse sufficiat [o]. Illud certum est, ea quæ de venditione dicta sunt, ad locationem quoque producenda esse, cùm ea iisdem iuris regulis quibus ipsa venditio, nitatur. quod infrà latius aperiemus [p].

Pro nihilo.

In emptionibus igitur regulare est, vt si quidem is cuius arbitrio venditæ rei precium cõmissum est, arbitrari aut noluerit, aut nõ potuerit, emptio omnino fit inutilis [q]. At fauor vltimæ voluntatis facit vt etiam res alicui legata ea conditione, vt si quidem Titius arbitretur, legatarij sit, vt omnino valeat quantumlibet Titius non arbitretur [r]. quod alio loco Barto. & Salicetus copiosius attigerunt [s].

§. Item precium.

Dixerat suprà, ad emptionis substantiam precium certum pertinere [t]. hoc amplius addit, vt in pecunia numerata precium sit, necessarium esse [v]. Nam si pro ea re quæ venit, res alia detur, iam permutatio erit, quam ab emptionibus distinctam esse Proculiani asseruerũt: quorum sententia receptior est [x]. Oportet autem pecuniã minimè reprobam esse, sed publica forma percussam [y]. Et quamuis ab initio precium quod pecunia numerata continetur, desideremus, postea tamen volente venditore ei aliud pretij nomine solui poterit [z]. idque mutui exemplo receptum est [*]. Neque enim pretij numeratio, sed de pretio conuentio emptionem ipsam perficit [&]. Illud adhuc apud nostros interpretes in controuerso est, num permutatio contractibus nominatis, an innominatis connumeretur [a]. Et verior mihi videtur recentiorum sententia [b] existimantium permutationem contractum nominatum esse, sicut & donationem, constitutum, & alia eiusmodi contractuum genera, quæ ex generali nomine conuentionis in aliud nomen demigrarunt [c]. At quoties cõuenit vt res aliqua permutaretur, certum est ante rei traditionem pactum de permutando fuisse: id quod & in pacto de donando obseruandum esse Salicetus rectissimè docuit [d]: vt tum permutatio, itidem & donatio contractibus innominatis asscribatur. idque aduersus Accursij, Plateani, Aretini sententiam verius esse existimo [e].

Græco poëta Homero.

Quæ ad huius loci interpretationẽ pertinent, tam ab Alciato [f] quàm à Budæo repetenda sunt. Hoc in summa admonendi sumus, poëtarum & historiographorũ dicta in iure ciuili negligenda nõ esse: quod hoc loco Faber obiter attingit, & Bart. copiosius exequitur [g].

§. Cùm autem.

Perfecta emptione periculum & commodum ad emptorem respicit [h]. Perfecta autem emptio esse intelligitur, quando id quod venit, apparet quid, quale, quantúmve sit, & pretiũ, & purè venit [i]. Nam si sub conditione, antequam conditio euenerit, non est quòd quis perfectam esse emptionem existimet [k]. Eueniente autem conditione emptio esse perfecta intelligitur [l]. Sed nostrum pronunciatum quibusdam casibus non procedit. Et in primis quoties res quæ in specie vendita est, potest ex venditoris parte variationem accipere, vtpote si Stichus aut Pamphilus venierint. nam cùm in venditoris sit potestate quem velit tradere [m], vno mortuo, qui superest dandus est [n]. & ideo prioris periculum ad venditorem, posterioris ad emptorem pertinet. Eodem modo & si fundus quem mihi venundedisti, citra tuam culpam priusquam vacuus traderetur publicatus est, vẽditor ipse precium restituere tenebitur [o].

Quòd si

o communiter docto. in d.l. ex empto. vide tamẽ Decium in l.2. ff. si certum petatur.
p §. 1. inf. de locato. vbi Theophilus notat.
q arg. l. si coita sit. ff. pro socio.
r l. vlt. §. sed & si quis. C. communia de legatis.
s Bar. in d. §. sed & si quis Salicetus in l. vl. C. eodẽ.
t §. sup. proximo.
v l. 1. §. sed an sine nummis ff. de contrah. empt.
x hoc §. ibi, diuersa schola.
y Faber hic numero 3.
z l. precij causa. C. de rescindenda venditione.
* notatur in l. 2. §. mutui. ff. si certum petatur.
& l. 2. sub finem. ff. eodem.
a gl. hic in verbo, speciem. docto. in l. 1. ff. de rerũ permutatione docto. in l. ex placito. C. de rerũ permu.
b moderni in l. iuris gentiũ ff. de pactis. iidem in l. legem. C. de pactis.
c d. l. iuris gentium.
d Salicetus in l. dedi. ff. de condictione causa data.
e contra glos. hic in verbo, speciem. & ibi doctores.
f Alcia. li. 2. prętermissorũ Budæus in l. 1. ff. de contr. emptione.
g Bar. in l. 1. ff. si certũ pet.
h l. id quod. l. necessario. ff. de periculo & commodo rei vendita. l. 1. l. cũ inter l. mortis. C. de peric. & commo. rei vendita.
i d. l. necessario.
k arg. l. cedere diem. ff. de verb. signif.
l arg. notatorũ per Bart. in l. qui balneum. & in l. potior. ff. qui potiores in pig. habeãtur.
m arg. l. promittendo. §. vl. ff. de iure dotium.
n l. si in emptione. §. si empt. ff. eodem.
o l. si fundus. ff. locati.

Quòd si venditoris delicto ager publicatus sit, non pecuniam tantùm, sed & id quod emptoris interest restituere debet[p]. Sic & si quis rē in genere vendiderit, promptius est vt ante traditionem res emptoris periculo nō fit[q], illa scilicet ratione, quòd genus, sicut nec æs alienum, perire non soleat[r]. Et ideo is qui vinum in genere emit, nō aliâs vini periculum sustinebit, quàm si admensum atque degustatum fuerit. Idémque propemodum in omnibus rebus quæ pondere, numero mensuráve constant, obseruari consueuit[s]. Et hæc quidem eò maximè obseruari conuenier, quando in singulas amphoras aut singulos modios aut singulas libras venditio facta est. Perficietur enim tūc emptio, cùm omnia appensa adnumeratáve fuerint, quasi sub hac cōditione videatur fieri vt in singulas amphoras aut singulas libras quas appenderis, venditio consistat. Quòd si vinum in specie venierit, tum exemplo aliarum specierum emptoris statim periculum erit, nisi fortè venditor custodiam vsque ad degustationē receperit[t]. Quòd si nullum tempus adiectum sit, in id tempus periculum sustinebit, quoad vinum degustetur. Cæterùm si adueniēte tēpore emptor vinū tollere nolit, vinū vēditori effundere liberū est: humanius tamen facturus est, qui doliorum precium acceperit[v]. Quin & illud proditum est, venditorem qui pactione aliqua periculum rei venditæ in se receperit, conuentioni stare debere, siue is nominatim siue generaliter casum fortuitum susceperit[x]. Postremò & si culpæ venditoris aliquid imputari potest, vt qui in mora fuerit, periculum omne ad eum redire solet. Neque quicquam refert an res vendita apud emptorē perirura fuisset. Idque in omnibus aliis personalibus actionibus quæ ex maleficio descendunt, regulariter obseruari consueuit[y]. Admonendi autem sumus, rei furtiuæ nomine quæ sine culpa venditoris surrepta est, furti actionem, itidem & condictionem venditori cōpetere, præsertim cùm is ante traditionem dominus remanserit[z]. Sed is emptori huiusmodi actiones cedere debet[*]. quod communiter omnes hîc sentiunt[&].

§. Emptio.

Quæ ad huius §. explicationem pertinent, satis & super ex his quæ suprà diximus[a], intelligi possunt: tantùm id admonuisse non pigebit, matrimonium ita contrahi non posse, vt si quidem intra certum tempus vxor nobis non placeat, illi nuncium remittere nobis concedatur[b], hoc enim contra matrimonij substantiam esse pontifices admonuerunt[c].

§. Loca.

Qui rem sacram aut religiosam aut publicis vsibus destinatam insciens emit à malę fidei venditore, non precium tantùm, sed & id quod sua interest repetere potest[d]. Quòd si venditor bonæ fidei homo fuerit, procliuius est vt illi sua bona fides eam vtilitatem afferat, vt nihil pręter preciū restituere compellatur. Sed finge emptorem sciuisse[e] quòd res sacra vel religiosa esset, eúmque, cùm is per leges non interdictam esse alienationē existimaret, rem eiusmodi emisse. Et verius est vt tum nobis succurratur[e], cùm iuris ignorantia nemini in damnis vitandis nocere soleat[f]. Sanè probabiliter dubitari potest, nūquid si cōtractui prohibito euinctionis nomine stipulatio accesserit, ea actione nobis bene consultum sit, vt id quod nostra interest cōsequamur[g]. Et res omnis ex Fabri sententia sic finiri potest[g], vt si quidem lex expressim precium quanti (lege potius empti, vel, euicti) dicat, vt etiam stipulatio adiecta nihil nobis commodare possit[h], ne fraus legi fiat. Idémque existimandum esse vbi quis cum eo contraxit cuius nomine contractus iste prohibitus est: vt[i] si quis fundum dotalem contra legem Iuliam[k] ab vxore mercatus in causam euictionis stipulationem interposuerit. non idem erit si cum marito quis contrahat, cùm legis Iuliæ prohibitio, solius vxoris non mariti fauorem re-

p glo. 1. in d. l. si fundus. & gl. magna in l. itē si verberatum. ff. de rei vendicatione. Plateanus hic.

q l. quòd si neg. §. materia empta. ff. de periculo rei vendita.

r l. incendium. C. si certum petatur.

s l. quod sæpe. §. in his. ff. eo.

t l. 1. ff. de peric. & commo. rei vendita.

v d. l. 1. §. licet autē vēditori

x l. quod sæpe. §. si res. ff. eo.

y l. vlt. §. de conditione furtiua. Bar. in l. quod te. ff. si certum petatur. glos. magna in d. l. itē si verberatum. ff. de rei vendic.

z l. traditionibus. C. de pactis. § per traditionē. vbi dixi. sup. de rer. diuisione

* notatur in l. eum fundus. §. seruum tuum. ff. si certum petatur.

& Platea. hic numero 19.

a sup. in §. precium.

b l. 2. ff. de diuortiis.

c l. vlt. de conditionibus appositis. Porcus hic, & Iason ad eum.

d l. & liberi. iunctis duab. ll. sequentib. ff. eodem.

e glos. in verbo, & emptor circa mediū in l. quēadmodum. C. de agrico. & censitis. lib. 11.

f l. iuris ignorantia. ff. de iuris & facti ignorātia. Faber hic sub finem.

g Faber hic numero 2. idē in l. si fundum. C. de euict.

h arg. l. quemadmodum. C. de agrico. & censitis lib. 11. l. nemo. C. de fundis rei priuatæ. lib. 11.

i arg. l. fraus. ff. de legi. arg. l. non dubiū. C. de legib.

k l. lege Iulia. ff. de fundo dotali.

ſpiciat[l]. Nam & maritus habere licere promittere poteſt. Idémque in tutoribus & curatoribus qui res minorum citra decretum vendunt, per omnia propè receptum eſt. Hi etenim rectè euictionis nomine obligabuntur. Cæterùm ſi lex precium recuperari poſſe dicat, nulla dubitatio eſt quin is qui contractum huiuſmodi alioqui prohibitum contraxit, venditorem de euictione quæ per ſtipulationem repromiſſa eſt, obligatum habeat[m]. quod alio loco Barto. attingit[n].

Tit. De locatione & conductione.

§. primus, cùm ſequenti.

Locatio & conductio ſimilis eſt emptioni & venditioni[o]. quemadmodum enim in venditionibus precium certum eſſe debet[p], ita & in locationibus merces certa omnino intercedere debet, quæ etiam in pecunia numerata cóſiſtat[q]. Et ideo cùm colonus partiarius quaſi ſocietatis iure & dãnum & lucrum cũ domino fundi partiatur[r], is non ex conducto ſed pro ſocio actione agere debet: ſicut & is qui frumentum aut aliquam aliam rem penſionis nomine perſoluit, præſcriptis verbis actione experiri poteſt[ſ]. Cenſuit tamen Bart.[t] libellum in quo aduerſus huiuſmodi colonum dominus ex locato ſe agere profitetur, non inutilem eſſe. Nam & verbum locationis pro conceſſione impropriè vſurpabimus. Solus autem colonus qui ad numeratam pecuniam conduxit, locati iudicio rectè conuenietur. Cùm ergo merces in locationibus adeſſe debeat, conſequens eſt vt ſi tibi polienda veſtimenta mea dedero certa mercede accepta, vt locati & conducti actio inter nos oriatur[v]. Quòd ſi gratis hanc operã me mandante ſuſceperis, mãdati erit actio[x]. Quòd ſi negocium hoc eo animo geſſeris, vt poſtea tantum mercedis nomine daretur, quantum inter ſtatum ſit, præſcriptis verbis actionem dari Caius reſpõdit[y]. Et cùm huiuſmodi merces in pecunia numerata conſiſtere debeat, cõſequens vt in ſpecie eſſe non poſſit. Et ideò ſi inter agricolas conuenerit vt bos vnius apud aliũ opus faceret, & viciſsim bos alterius alteri operaretur, potius eſt vt præſcriptis verbis actionem demus, hæc enim regulariter in innominatis contractibus locum habet, præterquam in facio vt des. cuius rei rationem Alciatus ſemel atque iterum explicuit[z]. Locatio quoque exemplo venditionis alieno arbitrio permitti poteſt[&]. Vnde & illud quæritur, ſi Titius domum ſuam Caio elocauerit ita, vt quanti Sempronius poſt annum arbitratus fuerit, tanti domus locata eſſe intelligatur, deinde procedente tempore Sempronius in gratiam Caij arbitrari nolit (ita enim corruet locatio tanquam merces ab initio conſtituta non eſſet[a]) nũquid aliqua actione locatori proſpicitur cùm Caium per annum in ſuis ædibus habitare permiſerit? Et Petrus Perticenſis reſpondit[b] locatori condictione ſiue cauſa ſuccurrendum eſſe[b]. In locatione quoque receptum eſt, vt vltra iuſti precij dimidiam decepto ſuccurri debeat, exemplo venditionis[c], id quod in omnibus bonæ fidei iudiciis regulariter obſeruari debere Accurſius & Bartolus docuerunt[d], & alij non pauci ſequuntur[e].

§. Adeò.

Magnopere dubitatum fuit, num emphyteoticus contractus locationis, an verò venditionis iure cenſeri deberet. Et dubitationis cauſa hæc fuit, quòd & emphiteoſis ſicut & venditio ad hæredes tranſmitti poſſet[f]. Et cùm in ea quotannis merces perſolui debeat, videbatur eam ob rem locationum naturam induere[g], ſicuti Theophilus hoc loco indicauit[h]. At cùm is certis quibuſdam notis ab emptione diſtinguatur, alio iure cenſeri debet. nam emphyteota vtile tantùm dominium accipit[i], emptor contrà directum[k]: neque vnquam ab eo res per venditorem auocari poteſt[l], neque quicquam penſionis nomine ſoluere debet. At contrà emphyteota & penſionem ſoluit, & ab eo

l §.1. ſup. quib. alienare licet vel non.
m l. vnica. C. non licere habitatorib. metrocomiæ loca ſua ad extraneos transferre lib. 11.
n Bar. in l. cũ lex. ff. de fide iuſſo. idẽ in l. nõ dubium. C. de legib.
o l. 2. ff. eodem.
p l. 2. ff. de contrahẽ empt. §. precium cum ſequenti. ſup. tit. prox.
q l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti l. naturalis §. at cũ do. ff. de præſcript. verbis.
r l. ſi merces. §. vis maior. vbi vide Budæũ. ff. locati
ſ d. l. naturalis. §. at cũ do.
t Bar. in l. ſi olei. per illum textum. C. eodem.
v l. ſi tibi polienda ff. de præſcrip. verb.
x §. vlt. inſ. mandati.
y d. l. ſi tibi polienda.
z Alciat. li. paradoxorũ 5. cap. 7. idẽ in l. cũ amota. C. de tranſactionib. idem in l. Labeo lib. 1. in verſ. contractum. ff. de verbo. ſignif. per textũ in l. naturalis. §. quòd ſi faciam. & l. cũ proponas. C. de do.
& §. precium. ſub finem. ſup. tit. prox. & arg. l. vlt. C. de contrah. empt.
a Petr.[9] de bella pertica & Bart.
b arg. l. ſi non fortẽ. §. libert.[9] ff. de cõdictione indebiti.
c l. rem maioris precij. C. de reſcin. emptione. vbi Bar. not. numero 40. Faber in l. ſi olei. C. eodem. idem hic in princ.
d gl. in l. maioribus. C. cõmunia vtriuſque iudicij. Bart. in d. l. rem maioris precij.
e Baldus & Salicetus in d. l. rem maioris.
f hoc textu in verſ. vt ecce.
g l. ſi merces. ff. locati.
h Theophilus hic circa medium textus noſtri.
i l. 1. ff. ſi ager vectiga. vel emphyteoticarius.
k §. vendita. ſup. de rerũ diuiſione.
l l. inciuile. C. de rei vẽdic.

ab eo res ipsa auocari potest, si quidem is toto triennio canonem soluere desierit [m]. Licet in emphyteota ecclesiæ biennium tantùm expectari debeat [n]. Sic & cùm à locatione certis quibusdam discriminibus differat, locationi nó asscribetur. Nam & emphyteota fructuarij exemplo naturaliter possidet [o]. Et in immobilibus solú emphyteosis constitui potest, eiúsque rei nomine pensionem in specie persoluere possumus: conductor contrà neque possidet [p], & in pecunia numerata mercedem persoluit [q], & in mobilibus, non tátùm immobilibus locú sibi vendicare potest. Huc pertinet, quòd cùm in locationibus omnino scriptura desideretur [r], hîc tamen scriptura necessariò interponi debet, vt rectè Salicetus docuit [f]: licet plerique dissentiant, quorum sententia improbata est. Etenim cùm scriptura fiat, vt per eam facilius probari possit quod actum est, nemo negauerit hîc supra modum necessariam esse: alioqui cùm in perpetuum emphyteosis vt plurimum cócipiatur [t], non difficulter existerent qui se eius rei dominos assererent: quorum sententia facillimè scriptura refelletur. Quæ omnia cùm ita se haberent, Zenonis constitutione bene factum arbitror, vt hoc genus contractus ab emptionis & locationis societate separatum, tertiam quandam speciem constitueret, ísque emphyteuticus contractus diceretur [v]. Sic autem definiri potest, vt sit contractus iuris ciuilis quo res immobilis alicui vtenda fruendáve conceditur ea lege, vt quandiu canon siue pensio soluatur, neque ab eo qui accepit, neque à suis successoribus auocari possit, sed ei naturaliter possidere liceat, dominio directo penes eum à quo primùm profecta est, remanente. Etenim hic contractus est iuris ciuilis [x], cùm reliqui alij penè omnes contractus à iure gentium profluxerint [y]. natura autem huiusce contractus hæc est, vt in perpetuum concedatur, interdum & ad certum aliquod tempus pro arbitratu contrahentium [z]. Sic & ecclesia res alioqui inutiles communi clericorum assensu [*] in perpetuum concedere potest [&], interdum & ad tertiam (vt ipsi loquuntur) generationem [a]. Canon quoque seu reditus ab emphyteota exigitur: in quo persoluendo si is paulo diutius cessauerit, neque moræ purgandæ nomine celerem satisfationem præstiterit [b], post triennium iure suo cadere videtur, sicuti pauló antè docuimus. Et cùm emphiteota vtile dominium habeat (l.1.ff. si ager vectigalis) consequens est vt etiam ius suum in alium transferre possit, modò si, vt venditio fiat domini assensus desideretur [c], cui liberum est rem ipsam soluto precio sibi adseruare, licet in donatione illius iussus minimè expectari debeat [d]. Differentiæ ratio in eo est, quòd vendendo videatur voluisse precium ab emptore consequi. At nihil refert vndénam habeat, ab alióne, an à vero domino consequatur. At cùm amor in omnes non sit æqualis, cúmque donatio ob bene merita fieri soleat [e], fieri potest quòd prouocatus alterius officiis fundum suum alteri donare malit. Neque quicquam me mouet Iasonis sententia [f] existimantis dominum huiusce donationis admonendum fuisse, vtpote cùm is perpetuò ignorare possit quisnam sit suæ rei possessor. Hoc enim minimè verum esse crediderim, cùm hic secundus emphyteota à vero domino in possessioné mitti debeat, eiúsque rei nomine nummum pendere soleat. Præterea cùm denunciatio cú effectu facienda sit, ita vt domino vel ipsum fundum accipere vel recusare liberum sit, quorsum in donationibus huiusmodi attestationem requireremus, cùm ea propemodum esset inutilis? Nam & fieri potest vt etiam alij vel gratis donare, quàm à domino ingentem pecuniam accipere malit [g]. Sic & emphyteota ecclesiæ ex eadem ratione sua emphytheomata alteri concedere potest: idque aduersus Bartoli [h] & aliorum sententiam procliuius est [i]. Quod ius & ad beneficiarium clientem (vasallum vocant) producendú esse Faber hoc loco rectè existimauit. Poterit autem & hic emphyteota rem védicare si quando is cui concessit, in solutione diutius cessauerit: cùm is à pri-

m l.2.§.fin anté. C. de iure emphyteotico.
n cap. potuit. de locato.
o arg. l. naturalis. ff. de acq. possess.
p l.1. C. cómunia de vsucapionib[9]. vbi Faber notat.
q §.1. sup. eodem.
r l. contrahitur. ff. de pign.
f l.2. C. de iure emphyteotico contra Bartolum.
t hoc §. ibi. ecce de prædiis.
v l.1. C. de iure emphyteotico.
x gl. in verbo, pene. in §. nã & vsu sup. de iure naturali.
y l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.
z arg. l.2. C. de iure emphyteotico. arg. l.1. §. si conuenerit. ff. depositi.
* canone, sine exceptione. 12.q.2.
& §. licentiam in anthen. de alienatione & emphyteo. coll. 9.
a anthen. de non alienan. aut permutan. reb. ecclesiast. §. emphyteosin, iúcta doctrina Bartoli. in §. alienationis. colla. 2. Vide Fabrú in anthen. perpetua. C. de sacrosanct. ecclesiis.
b cap. potuit iuncta ibi gl. in verbo, celeri. circa finem de locato.
c l.3. C. de iure emphyteotico
d l.1. C. de fundis patrimonialib. l. 11. arg. l. si dom[9]. §. vlt. de lega. 1.
e l. nec adiecit. ff. pro socio.
f Iason hic ĩ addictionib. ad Porcum.
g Vide Baldum, Salicetum & alios in d. l. vlt. C. de iure emphyteo. & Ioãné Andr. in ca. potuit. iúcta gl. de locato.
h Bart. in d. l. si domus. §. vlt. ff. de lega. 1.
i Ioannes Andr. in d. ca. potuit.

oris domini iure sese nondum liberauerit[k]: nisi eius consensu rem ipsam tradiderit[l]. Cæterùm si res in emphyteosin data in totum perierit, illi rectè pensio remittetur[m]. Vbi verò ex re ipsa aliquid superest, id ipsum canonem non diminuit[n]. Licet enim conductori propter sterilitatem pensio remittatur[o], tamen in emphyteota id ipsum minimè obseruatur. Cuius rei ratio vulgò prodita est, quòd emphyteota exiguam pensionem in argumentum superioris dominij tantùm præstare soleat: atqui is qui conducit, mercedem nonnunquam quæ commoditati quam percipit, respondere potest, dependere consueuit. Qua ratione plerique censuerunt & rei emphyteoticæ quæ ab hostibus occupata esset, etiam pensionem deberi. Nã cùm iure nostro à re ad tempus argumentatio recepta sit[p], videmus & in incõmoditate particulari, quæ rei accesserit, nihilominus pensionem persolui. quare nec pro eo tempore quo apud hostes res est, ipse liberari debet, modò spes aliqua rei recipiendæ affulserit. nam vbi certum est rem ipsam nos nunquam recuperare posse, perinde est, ac si in totum res ipsa periisset. idque & Cumanus cum aliis non paucis quandoque docuit[q].

§. Item quæritur.

Ex ea familiaritate quæ venditioni & locationi inesse solet, alia dubitatio nascitur[r]. Nam si Titius ex aurificis materia, sibi aliquot annulos fieri voluerit, si quidem decem eius rei nomine promittat, non locatio, sed emptio erit. nulla etenim locatio esse potest vbi corpus ipsum non datur ab eo cui id fieret[s]. Et ideo materia etiam si demonstrata sit antequam annuli fierent, si quidem illa pereat, venditori perit. nam annulus ipse, non item materia, venditus esse intelligitur[t]. Cæterùm vbi ego aurum dedero mercede pro opera constituta, locatio & conductio erit[v].

§. Conductor.

Cùm conductio & locatio bonæ fidei iudiciis connumeretur[x], consequẽs est vt ea conductor præstare debeat, quę bonę fidei iudiciis congruunt. Cõgruit autem conductionis iudicio, vt si is diutius pensionem persoluere differat, vsurarum etiam nomine nobis teneatur[y]. Quæ licet prohibitæ sint[z], loco tamen eius quod nostra interest, nobis debebuntur[*]. Ex diuerso locator conductori tenetur quando ostia fenestrásve nimium corruptas non restituit: sicut & si vicino ædificante ædes conductæ obscurentur[*]. Sic vbi conductor aliquid ad viarum muniendarum collationem, aut tributorum solutionem persoluit, hic rectè in summa mercedis eam pecuniam computabit †. quod rectè Plateanus hîc animaduertit.

§. Qui pro vsu.

Conductor, doli & culpæ nomine condemnari debet, cùm huiusmodi contractus vtriusque gratia fieri soleat[a]: diligentia verò ab eo non exigitur, nisi res locata fragilis sit[b], sicuti suprà latius dictum est[c].

§. Mortuo.

Siue conductio perpetua sit, siue temporalis, modò conductor quis intra tempora conductionis moriatur, hæredes in conductionibus succedere debent[d]. idémque dicendum esse cẽseo vbi quis vsufructuarius vsumfructum suum locauerit. non enim eius qui conduxerit, sed locatoris morte huiusmodi vsusfructus extinguetur[e]. Quòd si quis à domino proprietatis fundũ vsumfructum conduxerit, tunc cõductoris morte huiusmodi vsumfructum finiri certissimum est[f]. eadem omnino ratione scholasticus qui alioqui cœnaculariam facere consueuerat, poterit discedens alium in suum locũ substituere. geritur enim negocium locationis inter scolasticum & eum qui locauit: licet quod ad conuictores pertinet, societatis negocium contractum esse videatur. vnde & illis inuitis conuiuere non poterit[g]. Quæ res facit, vt si aliquis

k notatur in d.l.vlt.C.de iure emphyteotico.
l Faber hic & Aretinus.
m hoc textu in versiculo, sin autem nihil.
n l.1.sub fi. C. de iure emphyteotico. & ibi Faber, Baldus. Alberius Rosat' Salicetus & Iason.
o cap. propter sterilitatem. de locato.
p l.miles ita.§.1.ff. de militari testamento.
q Raphael Cumanus & Albericus apud Aretinum hic.
r l.3.§.adeò.ff.eodem.
s l.sabinus.& l. conuenit mihi tecũ.ff.de emptione
t arg.l.si conuenerit.2.§. siquis sic cauerit.ff. de pignorat.actio.
v d.§.adeo.d.l.cõuenit mihi tecum.sub finem.
x §.actionum.inf.de actio.
y l.preces.C.eodem
z gls.in ca. conquestus. de vsuris notatur i authẽ.ad hac.C.de vsuris.
* Bart.in l.Iulianus.§.idẽ Papinian'.ff.de act.emp.
* & l.si merces.§.si vicinum. & l.ex conducto.ff.eodẽ.
† arg.l.in summa.C.de pignoribus.
a l. vt si certo.§. nunc videndum.ff.commodati.
b l.si merces.§.qui colũnã.ff.eodem.
c dixi in §.item is qui sup. quib.mo.re contrah.obli.
d l.viam veritatis.C.eodẽ.
e l.necessario.§.vlt.ff.de periculo & cõmo.rei vend.
f l.si domina (quę ita à Saliceto intelligitur) C.de vsufructu.d.l. necessario §. vlt.
g Petr' de bella pertica hic & Bartolus.

aliquis sit ex eorum albo qui se studiis manciparunt, qui domum conductam elocare soleat, vt is in locum eius qui absuturus est, alium recipere non cogatur. neque enim conductio inter eos tantùm est, sed & societas, quæ ad hæredes transmitti nequit[h]. quod Petrus Perucensis hîc docuit[i]: neque quisquam est qui dissentiat[k].

Titulus, De societate.

In rubricam.

Tertia obligationis quæ consensu perficitur species, in societate cōsistit[l]. Est autem societas duorum pluriúmve conuentio honestè contracta ad vberiorem quæstum, & commodiorem vsum[m]. Oporteret enim societatem honestè contractam esse, cùm rerum inhonestarum nulla sit societas[n]. Delictorum etenim, vt Papinianus voluit, fœda atque turpis est cōmunio[o]. Et ideò quòd ex furto vel ex alio maleficio quæsitum est, in societatem conferri nō debet: & quod in alea aut in adulterio perdiderit socius, nō est ex medio, hoc est, ex rebus communibus laturus[p].

§. Primus societatem.

Societas multis modis contrahitur[q], aut omnium bonorum, aut certè alicuius negociationis. Contrahitur autem societas omnium bonorū si quidem nominatim dictum fuerit[r]. Alioqui si simpliciter coita sit, videntur tātùm quæ ex quæstu id est opera cuiusque descendunt, communicanda esse[s], cuiusmodi sunt ea quæ emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus nobis acquiruntur. Legata verò, & donationes siue mortis causa, siue non mortis causa, quæ ad nos veniunt, ideo conferri non debent, quòd non sine causa id est ob benemeritum nobis adiungantur[t]. Nonnunquam & re ipsa societatem contrahi dicimus, vt si fortè duo vel plures fratres mutuò conuixerint, & pro suo more tam lucra quàm etiam damna partiantur. Huiusmodi enim fratrum mutuus conuictus in causa est, vt societatem contractam esse existimemus: & ideo quod alicui ex fratribus accessit, id huic societati imputandum esse plerique censuerunt[v], modò ea de re perspicuis iudiciis constare posit[x]. In societate autem istud ipsum obseruari debet, vt si partes aliquot expressæ sint, (modò in leoninam societatem non vergant[y]) eas omnino obseruemus[z]. Quòd si nullæ partes expressæ sint, æquales esse omnino intelligi debet[*]. idque exemplo testatoris receptum est, qui si nullas partes in hæredibus instituendis expresserit, hæredes ex æquo instituisse censebitur[*]. Quæ res ita intelligi debet, modò æqualiter ab omnibus sociis collatum fuerit. alioqui iudicem adeundum esse censuerim, qui ex æquitate æstimabit an plus pecuniæ ab vno, an verò ab alio plus operæ & industriæ collatum sit †.

§. De illa.

Disputatum fuit inter Q. Mutium & Seruium Sulpitium[a], qui principē locum in vrbe Roma in causis peragendis à Cicerone tenuit[b], nunquid huiusmodi pactum in societate obseruandum esset, vt ad vnum ex sociis duæ partes lucri, damni tertia: ad alium verò duę partes damni, lucri tertia rediret. Et aduersus Q. Mutij sententiā pro Seruio Sulpitio hanc societatem valere asserente pronunciatum est, his rationibus, cùm societas valeat in qua vnus pecuniam, alter verò operam tantùm præstet[c]. Præterea videmus societatem eam valere, in qua vnus partem lucri ferat, de damno verò non teneatur[d], modò sic ratio ineatur, vt interim damnum omnes è medio subducamus[e]. Quemadmodum enim bona intelliguntur quæ deducto ære alieno supersunt[f], sic & lucrum deducto damno prius æstimari debet. Ex diuerso damnū non nisi omni lucro deducto intelligitur[g].

h arg. l. verum. §. in hæredem. ff. pro socio.
i arg. quoties ff. de iure dotium. & d. §. in hæredē.
k Faber, Aretinus, Plateanus & Porcius hic.
l §. vnico. sup. de obliga. ex consensu.
m gl. rubrica hic ex sententia Ciceronis.
n l. nec prætermittendum. ff. pro socio.
o l. quod autem. ff. eodem.
p l. adeo. §. vlt. ff. eodem.
q l. societas cōtrahitur. ff. eo.
r l. 3. & l. societatem coire. ff. eodem.
s l. coiri. iunctis septem sequentibus. ff. pro socio. cū l. nec adiecit. ff. eodem.
t arg. l. plane. 2. ff. eod. Bar. in l. si fratres. §. idem Papinianus. ff. eodem. Bart. in l. Titium & Meuium §. altero. ff. de administra. tutorum.
v Baldus in tractatu de duobus fratrib[9]. Salicet[9] in l. si patruus. C. communia vtriusque iudicij.
x Aretinus hic.
y l. si nō fuerint. §. Aristo. ff. pro socio. vide Aesopū in suo apologu.
z arg. l. 1. §. si conuenerit. ff. depositi.
* l. si non fuerint. ff. eodem. & l. quoties. § hæredes. ff. de hæredibus instituendis.
† l. si societatem mecum. l. si non fuerint. ff. eod. cum l. Mutius. eod. ff.
a d. l. Mutius. ff. eodem.
b l. 2. §. Seruius autē Sulp. ff. de orig. iuris.
c hoc §. vers. nā & ita.
d hoc §. sub finem.
e Theop. hic circa finem.
f l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum signif.
g d. l. Mutius.

Nam & ita.

Solet vulgò quæri, nunquid si vno pecuniam, altero verò operam tantū conferente[h] societas dissoluta sit, nunquid alteri capitale saluum esse debeat, an verò communicetur. Et Iacobus Arenarius[i] aduersus Accursij sententiā existimauit capitale ad eum qui dederit, redire debere[k]: adeò vt si huiusmodi pecunia ante operam à socio nobis præstitam depereat, communi periculo periisse videatur[l]: alioqui vbi operam suam iam nobis præstitit, tanquam societate dissoluta ipsius pecuniæ interitu[m], nullum detrimentum ad eum cuius industriam delegimus, redire debet[n]. Sed nunquid hic socius operā suam communibus impensis accommodare tenetur? Et verius est vt debeat nisi aliquid aliud inter contrahentes dictum fuerit[o].

§. Illud.

Quæ de lucro in coëunda societate dicta sunt, eadem quoque in damno repetita esse intelliguntur, cùm contrariorum eadem esse disciplinā cōstet[p]: idque & negocij natura, & rationis similitudo suadet. Societas enim ea natura est, vt æqualitate commendetur, cùm ea fraternitatis iure censeatur[q]. Rationis quoque similitudo dictat vt qui lucrum sentit, pro modo ipsius lucri vicissim quoque incommoditatem subeat[r]. quæ ratio facit vt vbi quis propter suam culpam damnū patitur, culpæ ratione ad lucrum pertendere nequeat[s], cùm ex culpa sua nemo commoditatem ferre debeat. Sic & testator qui in vnum casum sibi prospexit, de omisso cogitasse non censetur[t].

§. Manet, cum §. Soluitur.

Quemadmodum societas mutuo consensu contrahitur[v], ita & dissensu mutuo dissoluitur[x]. Soluitur autē multis modis[y]. & in primis renunciatione, cùm nemo in societate vel communione compellatur inuitus retineri[z], cū rerum communio discordias soleat excitare[*]. Renunciatur autem societati vel expressè, vel tacitè. Tacitè quidem, vt cùm separatim socij agere cœperint[a]. Expressè, quando societati citra vllam captionem renunciatur. Quòd si dolus aliquis intercesserit, tunc socios à se liberat, se autem ab illis non liberat[b]. Hæc autem renunciatio absenti fieri non potest: alioqui detrimentum solius erit qui renunciauit[c]. quod enim is acquisiuit, in commune redigere debebit. sed quod absens lucri facit, illius solius erit, detrimentum verò cōmune esse debet[d]. Ad eundem modum curandum est ne intempestiuè societati renunciemus[e]: alioqui si eo tēpore quo societatis interest, renuncietur, huiusmodi renunciatio nō valebit. Generaliter enim illud probandū est, intēpestiuè societati renunciatē videri, cū aut ante tēpus, aut quo tempore non expedit, renunciatur, nisi quis pacta cōuenta non obseruet[f]: aut alioqui socius is sit, qui facilè ferri non potest[g], vt quia vel rixosus sit, vel damnum aliquod nobis afferat. nam & eo casu eiusdem studij homines eum quem ipsi in suam societatem adsciuerunt, repellere possunt[h]. ídque à plerisque responsum extat[i]. Morte vnius socii soluitur societas etiam si plures socii sint, & vnus ex socis moriatur[k]: nisi aliter inter cōtrahentes cōuenerit. id quod tam in morte ciuili quàm naturali obseruandum erit[l]: adeò vt nec ab initio pacisci possimus vt hæres succedat societati[m]: licet negocium quod à defuncto cœptum est, ab hærede præstari debeat[n]. Cuius rei illa est causa, quòd in societatibus coëundis industriam personæ consideremus[o]. at fieri potest vt eiusmodi industriam in hęrede desideres. Interdū tamen fauor Reip. postulat, vt societas vectigaliū ad hęredes transmittatur, vbi de eo nominatim cōuenerit[p]. Idéque obseruandū esse censuerim vbi iuramentū accesserit[q]: vt rectè à Fabro hîc traditū est. Illud quoq; ambiguū nō est, societatē quę in rē certā emendā cōdu-

h l.1.C.eodem.
i in d.l.1.contra gl.eiusdem legis, quem sequitur hic Bal. & Plateanus.
k arg.l.si fratres.§.1. & l.cū duobus.§.dāna.vers. quidā sagariā.ff.pro soc.
l arg.l.id quod.ff.de peric. & cōmo.rei ven.Salicet. in d.l.1.
m arg.l.verum est.§.vlt. vers.interest.ff.pro socio.
n Petr.[9] Pertice.in l.1.C.eo.
o arg.l.cū duobus.§.si in coeunda.ff.eodem.
p not.in rubrica de acquir. poss.C.Bar.in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.oblig. Decius in l. secūdū naturā.ff.de re.iu.
q l.verū est.§.vlt.ff.eodem.
r l.secundum naturam.ff. de reg.iuris.
s l.ea lege.ff.locati.l.si quis negocia aliena.ff.de nego. gest.
t l.commodissimè. & ibi Franciscus Aretinus & Alexander.ff.de lib. & posth. vide docto.in l.vl. C.de liberis & posthu.
v l.consensu.ff.de actionib.
x l.sancimus.C.eodem.
y l.verum est.§.societas soluitur. iunctis duabus ll. sequentibus.ff.pro socio.
z l.vl.C.cōmuni diuidūdo
* l.cum pater.§.dulcissimis ff.de lega.2.
a l.itaque cū separatim.ff. pro soc.eod.
b l.actione.§.diximus.
c l.sed & soci[9].§.si absenti ff.eodem.
d d.§.si absenti.
e d.l.actione.§.dixim[9].ver. Labeo.& l.sed & soci[9] §.vlt.ff.eodem.
f arg.l.quæro.§.inter locationem.ff.locati.
g l.idémque ff.eodem.
h not.in.§.vlt.sup.de locato
i Alcia.lib.1.de verb.sig. l.si cōuenerit.§.vl.iūctis aliquot ll.seq.ff.eodem.
k d.l.actione.§.morte.
l l.verū est.§.societas soluitur.versic.intereunt.ff.eo. vide omnino Barto.consi. 35 incipiēte, Prima frōte.
m l.adeo ff.eodem.
n l.hæres socij.ff.eodē.arg. l.1.ff.de fideiussorib.tutorum.
o arg.§.de illa.versic.nam & ita.sup.eod.
p d.§.in heredem.
q arg.cap.cum cōtingat.de iureiurando in antiquis.

cendámve

cendámve coita est, terminato negocio finiri[r]. Cæterū si vniuersa socij bona publicentur, tunc distractam esse societatem cóstat[s], cùm hic iam fiscum successorem habeat[t], aduersus quem creditores actiones suas mouere non prohibētur. licet quod ad alias successiones pertinet, quæ post publicationē bonorum ipsi publicato deferuntur, fiscus hæres esse non possit. vnde & legitima hæreditas quæ post publicationem illi delata est, filij, nó autem fisci cómodis applicari debet[v]. Et cùm fiscus bona publicata occupet, cúmque hic socius ciuitatem amittat[x], consequens est vt & societas in quam operam tantummodo contulit, huiusmodi publicatione terminetur[y]. ídque aduersus Fabri sententiam receptius est[z]. Sed quid si bonis suis socius iste cesserit? Et hæc ignominiosa bonorum cessio, quæ id emolumenti debitoribus afferre solet, ne in vinculis publicis contineantur[a], societatem quoque dissoluit[&]. Perimitur item societas quando res aut nullæ relinquūtur, aut conditionē mutauerint: cùm eius rei quæ nulla est, societas esse nequeat: sicut nec si illa res aut religiosa aut publica esse cœperit[a]. Postremò actione societas distrahitur[b], cùm aut stipulatione quæ animo nouandi facta est, aut litis contestatione causa societatis immutatur[c]. quæ omnia ex iurisconsultorum commentariis petenda sunt[d]. Profuerit autem meminisse, vnumquemque ex sociis posse repetere quod dedit: & secundum legem societati dictam tam lucra quàm etiam damna omnia partienda esse[e].

§. Socius socio verum eo nomine tantùm.

Soluta societate vt plurimum pro socio actio institui debet[f]. In eam autem, quæ vtrinque directa & bonæ fidei est[g], veniet dolus & culpa[h]. quam tamen non ita præfractè desideramus, sed consuetam vt in rebus propriis diligentiam[i]. Nam & eam diligentiam quam ab initio præstabat, perpetuò pręstare debet: adeò vt & si inita societate remissior esse cœperit, vix culpa carere videatur. Immo & si nobis ab initio diligentior visus est, postea tamē negligentior appareat, propè est vt eam ob causam societati renunciare nobis liberum sit[k]. licet in deposito consueto in rebus propriis vel etiam insolita negligentia depositarium excuset[l]. Differentiæ ratio est, quòd in societate industria personæ vt plurimum inspicitur[m], cuius nomine verisimile est societatem contractam fuisse. At in deposito fidem eius apud quem deponimus, sequi videmur, ita vt tantùm futuram eius diligentiam perspiciamus[n]: quæ si paulo remissior esse cœperit, est quod sibi ascribat is qui negligenti homini rem suam commiserit[o]: sicut & in societate euenire videmus. Qui enim societatem cum eo qui negligentior est coit, hic suæ facilitati imputare debet[p]: quemadmodum & is qui damnosum socium, cuius perspectissimos mores habebat, sibi accersiuit. quod Petrus Perticensis apud Fabrum diligēter exequitur. Latius autē ea quæ ad huiusce tituli vberiorē explicationem pertinent, ab iis qui ex professo ea de re commentarios ediderunt, cuiusmodi sunt Bartol.[q] & Baldus, repetenda esse censeo.

Titulus, De mandato. Ad Rubricam.

Vltima obligationis species quæ consensu perficitur, in mandato consistit[r]. Mandatum autem gratuitum esse debet[s]: alioqui si merces intercedat, locatio erit: sin id minus, cōtractus innominatus orietur[t]. Fit autem his verbis, mando, volo, siue alio quocunque verbo[v], modò huiusmodi verba commendandi gratia non fiant[a], aut à proxeneta faciendi nominis gratia non efferantur[b]. Similiter nec is qui aliquid faciendum mandat ei qui id facere debebat, mandatoris opera fungitur[c]. idque & Accursius sensit[d], & Plateanus sequitur[e].

r §. soluitur. inf. eodem. d. l. actione. §. 1.
s d. l. actione §. morte. vers. publicatione.
t Theop. hic.
u Plateanus hic.
v l. si qua pœna. & ibi Bar. expressim annotauit, & Alexāder sequitur. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.
x tit. de bonis dānatorū. ff. tit. de cap. diminut. sup.
y gl. hic in verbo. habetur.
z Areti. hic contra Fabrū
& l. 1. C. qui bonis cedere poss. sunt. & toto tit. ff. de cessio. bonorum. §. cū eo. vbi dicam inf. de actionibus. & d. l. actione. §. 1.
a d. l. verum. §. vlt. vers. intereunt.
b d. l. actione in princ.
c l. aliā ff. de nouat. vide gl. vl. in l. 1. C. de iudicio.
d d. l. verū. & l. itaque. & l. actione. ff. pro socio.
e Aretinus hic sub finem.
f propter l. actione. §. si cōmunis. versic. nonnunquā ff. eo. l. tandiu. c. eodem.
g l. ex quibusdā. inf. de pœnate.. litigan. Bart. in l. consensu ff. de actionibus §. actionū. inf. de action.
h l. cū duobus §. venit. l. socius socio ff. eodem.
i d. l. socius. gl. hic in verbo, solet. & Faber ad eam.
k arg. l. si cū Cornelius. ff. de solutionibus arg. l. in confirmando. & l. vtilitatem. ff. de confir. tuto.
l §. præterea. sup. quib. modis re contrahitur obligatio.
m arg. §. de illa. in vers. nā & ita sup. eod.
n arg. l. quod Nerua. ff. deposi.
o d. §. præterea. sub finem.
p d. l. socius socio. ff. eodem.
q Barto. in tractatu de duobus fratribus & Baldus in eiusdem argumenti opusculo. Idem Bar. in l. 1. §. nec castrense ff. de collatione bonorum.
r §. 1. de obligationibus quę ex consensu.
s l. 1. §. mandatum. ff. eod. §. vlt. inf. eodem.

s l. si tibi polliceda. ff. de præscriptis verbis. v l. 1. vers. sitē fine rogo. ff. eo. a l. si vero nō remunerandi. §. cum quidam. ff. eodem. b l. 2. post princ. ff. de proxenetu. vide Budaeum in commentariis linguæ Græcę. c gl. vlt. sub finem in l. 1. C. de edendo. & ibi Bar. notat. d gl. 1. in d. l. 1. ff. eodem. e Plateanus in §. 1. inf. eodem.

§. Primus cum duobus sequentibus.

Mandatum multis modis interponi consueuit [f]. aliquando enim mandātis nomine mandatum intercedere potest, quando aliquis negocia sua gerenda alicui committit. nam ex huiusmodi officio sponte prestito, non ex eo quod gesserit, mandati actione illi obstringitur [g]. Tua & mandāńs gratia mandatum interponitur, quando tibi pecuniam sub vsuris credendam ei qui mihi opus facturus est, mandauero. Etenim cùm vsura hæc ex stipulatione tibi debeatur [h], ad lucrum respicit. Quòd si ob moram vsura deberetur, tunc cùm loco eius quod nostra interest, subrogetur, lucrum non sapit [i]. Itidem & mea interest, pecuniam creditam fuisse, vt mihi opus fiat [k]. Aliud huiusce mandati exemplum proferri potest in fideiussore, quē iure veteri [l] etiam reo debendi nondum excusso nobis conuenire licebat: à quo si pecuniam petas, ísque mandauerit vt suo periculo sub hypotheca forte à debitore exigas, mandati actione tibi obstringetur [m], si modò hoc mandatum animo nouandi accesserit [n]. & si à debitore pecuniam cōsequi nequeas, à fideiussore repetere licebit. Atque in his mandatarij vtilitas versatur: mandantis verò vtilitas in eo est, vt presentem actionem effugiat. Est & alia huiusce mādati species in eo debitore qui alium sibi vice sua suóque periculo delegauerit [o], à quo pecuniam tibi reddi stipulatus est: vnde & ex stipulatione tibi actio acquiritur aduersus hunc debitorem: me verò mandati iudicio obstrictum habebis, próque vno debitore iam tibi duos parauerís [p]: licebit autem mihi actionem præsentē effugere. Quod ad reliquas mandati species attinet, Iustinianus ipse omnia tam diligenter exequitur, vt illi vel verbum addere nefas esse existimem. Tantùm admonendi sumus, mandatum quod solam mandatarij vtilitatem continet, obligatorium non esse, cùm non tam mandatū quàm concilium dici consueuerit [q]. Illud autem in confesso est, ex consilio neminē teneri [r]. Qua tamen in re contractus à delictis distinguendos arbitror: vt in cōtractibus id quidem obtineat [s], nisi quis aliquem ad contrahendum dolo pellexerit [t]. nam consilij fraudulenti nomine tum obligari eum certissimum est: quemadmodum & si eum qui alioqui contracturus non erat, ad contrahendum dolo suo induxisset. Si enim nullus dolus adesset, siue ille contracturus esset, vel etiam non contracturus, procliuius est vt illi mandati actio quęratur [v]. In delictis autē tam is qui mandat, quàm cui mandatur [x], sicut is qui persuadet [y] aut consulit, tenetur [z]: neque distinguemus an alioqui facturus esset nécne. sufficit enim eo authore alterius malitiam adaugeri [*]: adeò vt & in grauioribus delictis, maleficio etiam nondum designato, extraordinaria poena coërceri debeat [&]. In minoribus verò vbi maleficium non est secutum, ignoscendum est [a]. Censuit quoque Barto. [b] eum cui mandatum erat vt alicubi homicidium faceret, eo loci quo homicidium admissum est, puniendū esse. quòd si eo loco non inueniatur, sufficiet vt in eo quo mandatum erat puniatur [c]. Idémque in mandante per omnia receptum est.

§. Illud.

Mandatum rei turpis non est obligatorium [d], cùm illud pro impossibili stipulationis exemplo habeatur [e]: adeò vt etiam si iuramento vallatum sit, omnino tamen non confirmetur [f]. Illud enim receptum est, conuentiones omnes quæ vel turpitudinis vel vtilitatis publicæ causa improbatæ sunt, iuramento confirmari non posse [g]. Non idem est si vel in odium creditorum, vt in pactis legis cōmissorię, in pignorib⁹ improbādis [h], & in Macedoniano [i], vel si ꝑpter minorē ætatē [k], aut quia principaliter alicuius interest, licet in cōsequentiā vtilitas ad Rēp. redeat, vt in dotibus [l], lex huiusmodi conuentiones improbet. nā hæ iuramento cōfirmari possunt [m]. Quin & illud receptū est, vt si mau-

f l.2.ff.eodem.
g l.si remunerandi.§.1.ff.eo.
h l.quamuis.C.de vsuris.
i l.cū.quidā.§.pupillo.in fi. ff.de vsuris.
k Theophilus hic.
l l.iure nostro.C.de fideiuss.
m Theo. hic circa medium
n l.si mandato meo.sub fi. ff.eodem.
o l.delegare.ff.de nouatio.
p Theophilus hic eleganter
q §.tua tantum gratia.
r l.consilij.ff. de reg. iur. cap.nullus.de reg.iu.in 6.
s l.2.§.vlt.ff.eo.§.sua.circa medium.inf.eodem.
t l.eleganter.§.vlt. iūcta l. sequenti.ff.de dolo.
v l.3.§.vlt.iuncta. l.seq.ff. de nego.gest.in l.si remunerādi.§.plane.ff.mandati.
x l.nō solū autē.§.si mādata.ff.de iniuriis.cū l.si quis id.§.hoc vero edicto.ff.de iurisd.om.iudic.
y l.1.§.persuadere.ff.de seruo corrupto.
z Dinus in d.cap.nullus
* d.§.persuadere.
& l.1.ff.de extraordinariis criminibus.
a l.apud Labeonē.§.si curauerit.ff.de iniuriis.
b Barto.in l.& si amicis.ff. de adulteriis. idem Bar. in tractatu de iurisdictionibus numero 7.
c arg.l.contraxisse.ff.de actionibus & obligat.
d l.si remunerādi.§.rei turpis.et l.si vero non remunerādi.§.si adolescens.et l.si mādauero tibi.§.qui adem sacrā.ff.eodem.
e l.conditiones.1.& 2.ff.de conditionib⁹ institutionū
f l.generaliter & l.veluti ff.de verborū obligat.
g cap.nō est obligatoriū.de reg.iuris in 6.l.iuris gentium.§.si paciscar.ff.de pactis.
h l.vlt.vbi Faber notat.C. de pactis pignorum.
i toto titulo ad Macedonianum.ff.
k l.1.iuncta authen.sacramenta. C.si aduersus venditionem.
l notant docto.in l.1.ff.soluto matrimonio.§.1.sup. quibus alienare licet vel non. m cap.cū contingat.de iureiurando.ca. significante.de pignorib. vbi Panormitan⁹ notat. Bar. in l.Seius & Augerinus.ff.ad legem Falcidiā.idē Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideiussoribus. Faber in l. non dubium.C. de legib. l.filius in fine.ff.de conditionibus institutionū iuncta l. si remunerandi.§.plane.ff.eod.

ſi mandatarius pœnam huiuſmodi delicti nomine præſtiterit, nec ab eo qui illi id mandauerat, recuperare poſsit. Lex enim ciuilis fingit iam tua nihil intereſſe: & damnũ quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, nõ aliis adſcribere debet[n]. Et ideo is qui mandauerit id negocij alicui, vt armatus ad ſe veniret iuuandi maleficij gratia, non debet arma deperdita ipſi mandatorio præſtare. (Faber hîc per hunc textum.) Ac nec is qui huiuſmodi arma aut locauerit aut commodauerit iis quos iam aliquid ſiniſtri in alium molituros intelligeret recuperandi habet facultatem[o]. Similiter procurator pœnam quam ex ſuo delicto præſtitit, à domino recuperare non poteſt. (l. qui pro ſocio. §. item. ff. de procuratoribus.) Cæterùm quanuis nulla mandatori aduerſum mandatariũ competit actio, tamen ſi aliquid incommoditatis ex huiuſmodi mandato ad alium redeat, quin vtrunque ſibi obligatum habeat, nulla dubitatio eſt: (l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniuriis) quod modò aperuimus.

§. Is qui exequitur.

Diligenter fines mandati ſeruandi ſunt[p]: alioqui nunquam mandati actio locum habebit: immo & (vt plerique veteres voluerunt)[q] nec negociorum actio ad id quod vtiliter geſtum eſt locum habebit: quod tamen nonnulli bene intellexerunt[r] in eo qui impenſam voluptuariam, aut quæ alioqui irreparabilis eſſet feciſſet. Nam vbi ea res vtilitatem attulit, tunc Martini opinioni hærendum eſſe cenſuerim[ſ]. Etenim æquitas dictat neminem alterius detrimento locupletari debere[t]. Nec me quicquam mouet Iuſtiniani conſtitutio quæ ei qui contra alterius denunciationem ad negocia aliena acceſſerit, nec vtilem quidem negociorum geſtorum actionem concedit[v]. id autem propter prohibitionem quæ nominatim facta fuit, receptum eſt[x]. Tunc autẽ vel maximè mandati fines cuſtodiendi ſunt, quando illud ipſum quod mandatur, in alterius detrimentũ vergit: vt in mandato ad ſacerdotia quod à ſummo pontifice conceſſum, in epiſcopi detrimentũ redit reſponſum eſt[y]. Nonnunquam tamen mãdati fines negligere poſſum, ídque vel maximè in cauſis piis obtinet: adeò vt ſi prohibente hærede teſtatorẽ funerauero, verius eſt tamen funerariã actionem mihi dari[a]. quod & in cauſa alimentorum per omnia obſeruandum eſt[b]. Sic & vbi error aliquis acceſsit, vt quia mandaſti mihi vt decem à debitore tuo peterem cùm viginti tibi deberentur, poſſum à mandato impune recedere[c]. Et generaliter quoties mandatum vberius atque plenius perfici poteſt, à mandati forma diſcedemus[d]: ſatiſque fuerit vel quod mandatum eſt, vel quod mandato vicinum eſt[e], vel quod illi antecedens[f] vel connexum eſt[g], vel conſequens ſeu acceſſorium, factũ fuiſſe: quod alio loco Alciatus ex Iaſone[h] obiter attingit.

§. Rectè.

Licet ex regula iuris communis à contractu inito altera parte inuita recedere non liceat[i], mandatíque obligatio ſolo conſenſu perficiatur[k]: tamẽ in ea, exemplo ſocietatis[l], precarij[m], & aliorũ id genus contractuũ[n], receptũ eſt vt re adhuc integra mãdatũ nobis reuocare liceat[o]. quod ea ratione introductũ eſt, quia cũ mãdati actio eius quod noſtra intereſt nomine dari ſoleat[p], licet obligatio ſolo conſenſu in id nata ſit, vt mandatariũ ad ea quæ ſuſceperit peragenda cogere nobis liceat, tamen cũ is nondũ culpæ reus ſit, iam nihil noſtra intereſt: vnde expectandũ fuit vſq; dum noſtra intereſſet[q]. At in aliis contractuum ſpeciebus, vt in emptionibus, locationibus, ab initio ſtatim noſtra intereſſe cœpit: & ob eã cauſam nunquã licet altera parte nolente ab huiuſmodi cõtractibus diſcedere[r]. Mandatũ ergo expreſſe vel tacitè re adhuc integra reuocari poteſt. mandatario etiam inuito, cùm nondũ noſtra interſit, reuocari poteſt[ſ]. Sed quomodo res integra eſſe dignoſcitur? Et id quidem intelligemus ſi cognouerimus quando res integra eſſe deſinat[t]. In procurato-

n l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iuris.
o Faber in l. quoniam. C. ad leg. Iuliam de vi publica
p l. diligenter. ff. mãdati
q Bulgarus & Ioannes hic in glo. mandati.
r Faber hic in princ.
ſ Martinus hic in eadẽ gl.
t l. naturæ. ff. de reg. iur.
v l. vl. C. de negociis geſtis.
x l. ſi pro te præſente ff. eodẽ
y cap. cũ de non ſacerdotali de præbendis. in 6.
a l. at ſi quis. § idem Labeo ait. ff. de relig. & ſump. funerum.
b Faber hic.
c arg. l. vl. C. de canone largitionaliũ tribut. lib. 10.
d d. l. vl. §. vlt. ff. eodem.
e l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione. 2. ff. iudicatum ſolui.
f l. ad legatã. ff. de procura.
g l. ad rẽ mobilẽ. ff. de procu.
h lib. 3. de verborũ ſignif. in l. ſi procurator. C. de pcur.
i l. ſicut. C. de actionib. & obligationibus. l. in commodato §. ſicut. ff. cõmo.
k ſup. de oblig. quæ ex cõſenſu.
l l. actione. §. diximus ff. pro ſocio.
m l. cum precario aliquid. ff. de precario.
n l. ſi pecuniam ff. de condictione cauſa data.
o l. mandatum. C. mandati
p l. ſi procuratorem. § mãdati actio & l. ſi remunerandi. §. plane. ff. eodem
q Faber hic numero 2.
r d. l. ſicut.
ſ d. l. mandatum ff. eodem.
t arg. l. qui accuſare. ff. de accuſationibus.

re igitur ad negocia, qui & mandatarius dicitur[v], res integra esse definit vbi cœptum est aliquid quod ad mandatum perficiendum omnino pertinet[x]: vtpote quia iam calcem, lapides, cementa, trabes ad domum quæ tibi mandata erat extruendam paraueris[y]. Quòd si meo mandato profectionem aliquò adornare debeas, & in eam penulam, calceamenta, & alia id genus tibi comparaueris, res tamen adhuc integra esse intelligitur[z]. Diuersa est causa in procuratore ad iudicia. Cùm enim ante litem cōtestatam reuocari possit, post contestationē tamen non potest, quòd ad eum pertinet res, quæ iam integra esse desierit[*]. Sic & iudex cui causa delegata est, post citationem quæ vel verbo & vel prehensioni iungitur[a], facit rem non videri integram: idque & omnibus tam iuris ciuilis interpretum[b] quàm pontificiorum calculis (Panormitanus in d.cap.gratum) comprobatum est. Nec nos quicquam mouet, quòd in decretalibus epistolis aliquando litis contestationem exigi traditum sit.(cap.relatum.de offi.delegati.) Id enim ex quadam alia epistola quæ proximè sequitur,(d.cap.gratum.) interpretationem accipit, in hanc nimirum sententiam, vt non litis contestatione solùm, sed etiam citatione rem adhuc integram non esse sciamus.(cap. licet. de officio delegati. cap.vlt.de officio legati.) Ideóque plerique dictionem maximè, addendam esse ad eam epistolam quæ contestationem desiderat(d.cap.relatū, & ibi Panormitanus) censuerunt. Quæ interpretatio hoc tollerabilior est, quòd ea correctio legū euitetur.(cap.cùm expediat.de electione in 6.arg.l. pręcipimus. C. de appellationibus.) Nam & communiter traditum est, legibus aliquid addendum potius esse, quàm vt statim correctionem agnoscamus[c]. Sed quid si procurator iste ad negocia, reuocationem hanc ignoret[d]? Et si quidem ea de re agatur quæ non ita desiderat voluntatem domini, id quod à procuratore ignorante factum erit, valebit[e]. Sed vbi res ipsa domini assensu omnino perfici debet[f], aut vbi quis nuncium sibi delegerit quem constat omnia ex domini voluntate facere[g], & esse vt vulgus doctorum loquitur, organum domini, ita vt quod loquitur, dominus loquatur: tunc nihil referre existimo an reuocationem hanc intellexerit, nécne. nihil enim valet quod post huiusmodi reuocationem à procuratore etiam ignorante factum est: cùm do mini contraria voluntas quæ negocium perficiebat, huic rei aduersetur. Nónnunquam etiam mandatum tacitè reuocari videtur, id quod morte vel mãdantis vel mandatarij contingere solet[h]. Etenim si tibi mandauero vt mihi domum emas, deinde re integra alteri nostrûm mors obtigerit, mandatum reuocatum esse censetur[i]. Quod & in ea morte quæ quòd nobis maxima vel media capitis diminutione contingat, ciuilis dicitur, obseruari solet[k]. Immo & quoquo modo de tacita mandatoris mente constet, vt quia mandatarius malę frugis homo esse cœperit, reuocatum mandatum intelligitur[l]. quæ sententia tamen quibusdam casibus non procedit. Et in primis fauore libertatis receptum est, mandatum morte non finiri[m], sicut nec in causa pietatis[n] aut dotis[o], aut in eo mandato quod faciendę pacis mentionem continet[p]. Sic & si quid post mortem faciendum mandetur, mandatum morte non terminatur: vt quia sepulchrum sibi fieri mandet[q], vel quia ex verbis mandãtis colligi possit aliquid à mandatoris morte fieri posse[r]. Eadem ratione dominus qui procuratoris sui personam apud acta firmauerit satisdationibus pro eo pręstitis[s], hic morte sua procuratorem reuocasse non censetur. Sed quid in mandato vniuersali, vtpote quia aliquis tabernæ suæ institorem præfecerit: continuóne hic institutor domini morte reuocatus esse censebitur? Et id quidem mihi non videtur: sed palàm & expresſim reuocari debet[t], nisi ille statum suum commutauerit, vt quia ex seruo factus est libertus[v]: vel quia is ad malam frugem peruenerit[x]. Quapropter si vel pontifex max. vel Cæsar sub nomine dignitatis aliquid alij mandet, non cõ-

tinuò

---

v gl. rubrica. ff. de procur.
x Baldus hic, & docto. in l. mandatum.
y arg. l. si pecuniam. sũcta ibi doctrina Bar. ff. de cõdictione causa data.
z l. ante litem. ff. de procur.
* l. post litem. ff. de procur. l. procuratoribus institutis. & l. nulla dubitatio. C. de procuratorib.
& cap. gratū. de officio & pot. iud. delegati. C. et quia ff. de iurisdictione om. iu.
a Ioãnes Andr. in cap. 1. de obligatis ad ratiocinia.
b Barto. in d. l. & quia idẽ in tractatu de iurisdictione numero 17. Iason in l. more maiorum columna 11. ff. de iurisdictione om. iudicum.
c Panormita. in d. cap. gratū. per cap. inter dilectos §. 2. de fide instrumentorũ
d docto. hic.
e l. si mandassem. ff. eodem.
f cap. vlt. de procuratorib. lib. 1. iuncta l. nuptias. ff. de reg. iuris.
g l. si pater. ff. de manumissis vindicta in princ. Porcus & Faber hic.
h l. inter causas. ff. eodem.
i Theophilus hic.
k arg. l. verum §. societas soluitur. ff. pro socio vers. intereũt. arg. l. si quis mihi bona. §. vlt. ff. de acq. hæredita.
l arg. notatorũ in §. planè. vbi dixi sup. de inutilib. stipulationib.
m l. si pater. ff. de manumissis vindicta.
n Clementina, exiui. de verb. signif.
o l. si ego. §. si res. ff. de iure dotium.
p Baldus in additionibus ad Speculũ tit. de homici.
q l. si non remunerandi. §. vlt. ff. eodem.
r cap. si delegatus. de offic. delegati in 6.
s inf. de satisdationibus l. vnica. C. de satisdando.
t l. si quis. §. si impubes. ff. de institor. actio.
v l. eius qui in prouĩcia. ff. si cer. peta.
x arg. l. vtilitatem. ff. de cõfirmando tutore.

tinuò per mortem vel pontificis vel Cæsaris mandatum expirat [y]. idque & complures ex pontificiis adnotauerunt [z].

y cap. si gratiose de rescriptis lib. 6.
z notatur in cap. quoniam abbas. de officio delegati.

§. Mandatum non suscipere.

Qui mandatum suscepit, si potest, id explere debet. deserere autem promissum non debet [a]. alioqui quanti mandatoris intersit damnabitur. Quòd si huic negocio imparem se esse intellexerit, statim renunciare debet. alioqui si cùm posset denunciare cessauerit, mandati iudicio tenebitur, nisi aliquid causæ substiterit quare is renunciare tempore nequiuerit [&]. Quid enim si vel Reip. vel principis gratia legationem suscipere debeat? Et hic quidem quantumlibet intépestiuè renunciauerit, venia dignus esse intelligitur [a]. Cæterùm quid diligentiæ mandatarius præstare debeat, alio loco docuimus [b].

a l. si quis alieni. §. qui susceperit. ff. eodem.
& l. si mãdauero tibi. §. sicut, sũlt[?] 4. ll. sequẽ. ff. eo.
a Theoph. hic sub finem.
b dixi ĩ § itẽ is cui res. sup. quib. mo. re. cõtrah. oblig. vide omnino Bart. in l. eũ qui. §. epistola. ff. de furtis.

§. In summa.

Cùm mandatum ex officio atque amicitia originem contrahat [c]: nisi illud gratuitum sit, nullum est. Etenim cùm officio merces contraria sit, consequens est vt si merces interueniat, iam locatio fit [d]. In hoc enim à locatione mandatum discrepat: quandoque tamen remunerandi officij gratia honorarium intercedit: sed id mandati constitutionem non vitiat [e]. Sanè probabiliter dubitari potest, nunquid salarium ab eo qui ex mandato negocia nostra administrat, peti possit [f]. Et si quidem nihil promissum fuerit, nihil peti potest, cùm is videatur voluisse nobis gratificari: nisi ex qualitate personæ aliud coniectaremus, vt quia is lucri auidus sit, neque cuiquam temerè citra mercedem, operam suam impartiri soleat. In ambiguo verò vbi de ea re non satis conuenit, ad coniecturas confugiemus, propendemúsque num is gratis operam suam impensurus fuerit: quod ipsum ex actissimæ necessitudinis vinculo colligi poterit [g]. Quòd si maior sit in eo homine habendi cupiditas, nihil prohibet quo minus petere possit. Sed quid si promissum sit? Et si quidem omnino incertum est, quod honorarij nomine promittitur, mandati actione peti non potest [h]: immo nec extra ordinem, officio scilicet iudicis rectè petetur [i]: idque aduersus Saliceti [k] & Aretini [l] sententiam receptius esse videtur. Quòd si stipulatione salarium licitum & certum promittatur [m], tunc ea actione exigi poterit, quæ stipulationis nomine datur [n]. Sed si pacto nudo incontinenti adiecto contractui promissum sit: verius est vt actione ex mãdato informata, siue propter pactũ incótinenti contractui adiectum, mãdati actione peti possit. atque ita Accursius hîc sensit [o]: licet cómunis doctorum calculus dissentiat [p]. Sed aduersariorum argumenta nihil nos mouent. quod enim hi videntur voluisse in pacto iuxta mandatum apposito salariũ deduci non posse, ita vt mandati actio non competat, cùm illud in contractum mandati deduci nequeat [q], id ex communi interpretum errore originem habet. existimant enim [r] nihil aliud in pacto cótineri posse, quàm quod in principalem contractum venire potest. Sed hæc sententia iampridem ab his qui verius de iurisprudentia sentiunt, confutata est [s]. Sed si ex interuallo pactum adiiciatur, ad officij iudicis implorationé proderit: neque quisquam est qui controuertat.

c l. 1. §. mandatũ. ff. eodem.
d l. si tibi poliẽda. ff. de præscript. verbis.
e l. si remunerandi. ff. eodẽ.
f Salicetus & Baldus in l. 5. C. eodem.
g notatur ĩ l. salariũ. ff. eo.
h d. l. salarium.
i l. qui mutuã. §. salariũ. ff. eodem.
k Salicetus ĩ d. l. 1. C. eodẽ. & Iacobus de arenis.
l Aretinus hic.
m propter l. si remunerãdi §. Maurus Paulus. & l. salarium. ff. eodem.
n §. 1. sup. de verb. obliga.
o gl. hic in verbo, mercede. circa finem.
p Faber & Aretinus hic contra glossam.
q d. l. 1. §. mandatum.
r cõmuniter doct. in l. lecta. ff. si certum peta. & in l. iurisgentiũ. §. quinimmo. ff. de pactis.
s arg. l. exempto. §. is qui vina. ff. de actionib. emp. & l. sed Celsus. §. 1. ff. de contrahen. emp. recentiores in d. l. iuris gẽtium. §. quinimo.

Tit. De obligationibus quæ ex quasi contractu.

Cùm omnis obligatio vel ex contractu aut quasi, maleficio vel quasi descendat [t], & de obligationibus quæ ex contractu proficiscuntur, dictum fuerit [v], non abs re est priusquam Iustinianus ad maleficiorum obligationem progrediatur, de secunda obligationum specie disserere. Eius autem generis obligationes ex quasi cótractu nuncupãtur, cùm nullus contractus accesserit: ex æquitate tamen aliquis perinde obligatur ac si contractus accessisset: quod multis exemplis Iustinianus exequitur [x].

t §. sequens. sup. de obliga.
v sup. à titulo quib. mo. re contrah. oblig. huc vsque.
x inf. per totum titulum.

§. Igitur cùm quis.

Ex negociis gestis duæ oriuntur actiones, quæ ex quasi contractu descēdunt: vna directa, contraria alia. Directa datur ei cuius negocia gesta sunt: contraria verò ei qui gesserit [y]. Dantur autem etiamsi vnū tantùm negociū quis gesserit [z]. In edicto enim prætoris quod de negociis gestis propositum erat negocium accipere debemus siue vnum siue plura. Oportet autem sine mandato eius cuius negocia gerimus, ad negociorum administrationem accedere: alioqui iam ex contractu obligatio, vtpote mandati, dabitur [&]. Ex hac autem negociorum administratione dominus in solidum obligatur: sufficiétque vtiliter gestum fuisse negocium, etsi effectum non habuerit, vt quia insula quam fulsit, postea exusta est, vel seruus quem ipse curauit, postea decesserit [&]. quanquā tamen plerumque dominus quatenus factus est locupletior, eatenus obligatur, vtpote si is pupilli negocia gesserit [a]. nam & tum pupillus obligabitur, si modò non sit factus pauperior [b]. Súntque aliquot alij casus quos ab Accursio repetere quilibet potest [c]. Et cùm huius officium sit voluntarium [d], ab eo dolum & culpam exigimus: interdum & diligentiam, vt si quis alius vir diligens negocia mea gesturus fuerit [e]. nonnunquam dolū solum: vtpote si is affectione coactus, ne bona mea distraherentur, negociis meis se obtulerit [f]. Quandoque & casum præstat, vt in aliquot exemplis ab Accursio commemoratis [g]. Aliquot tamen casibus, qui negocia aliena gessit, eius quod impenderit repetendi facultatem non habet. Finge enim quem testatò admonitum fuisse ne se meis negociis gerendis immisceret. & huic ne vtilem quidem negociorum gestorum actioné dandam esse Iustinianus respondit [h]: ídque & ex vi protestationis receptum est, quæ etsi generalis sit, ea tamen sufficiet [i]. alioqui si in partem eum prohibere velim, res ipsa nominatim exprimi debebit [k]. Illud certum est, maritum quod in vxorem ægram impenderit, repetere non posse [l]: sed id affectioni suæ imputare debere: nisi fortè nullam dotem accepisset, vel impensa dotem excederet, aut aliqua alia bona vxor haberet. Verisimile enim est tunc id negocij repetēdi animo gestum fuisse [m]. Illud quoque per manus omnium traditum est, vitricum qui paterno affectu priuignos aluerit, si neque protestatione sibi consuluerit [n], neque aliquid aliud bonorum ipsi priuigno superfit, repetendi facultaté non habere [o]. Nec obstat quòd pater propria pecunia filiā dotasse censeatur, etiā si bona aliquot filiæ supersint [p]. hoc enim ideo est, quòd pater vel inuitus filiæ dotem cōstituere cogatur, atque illum alteri in matrimonium tradere [q]. At vbi pater aliquid impensæ filij nomine fecerit, de suo erogasse non censetur, præsertim cùm aliquot bona habeat [r]. Vel vbi pater id in suos libros rationum retulisset [s]. Postremò mater sumptus quos in remouendo tutore suspecto filij sui nomine fecerit, repetere non potest [t], cùm pietatis nomine omnes huiusmodi sumptus fecisse censeatur. ídque & alio loco copiosius adnotatum est [v].

§. Tutores.

Quemadmodum aduersus eum qui negocia nostra gesserit, directa negociorum gestorū actio datur [x], sicut & ipsi negociorū gestori actio cōtraria [y], ita & pupillo aduersus suum tutorem finita tutela [z] actio datur. Ex diuerso tutores si quid in rem pupilli impenderint, illis contraria tutelę actione repetere conceditur [&]. Vtraque autem actio ex quasi contractu descendit. nam inter tutorem & pupillum vllum cōtractum fieri lex prohibet [&]. Item cùm pupillus infans aut infantiæ proximus sit, vix est vt ille possit obligari [a]. Et cùm tutor administrando tutelam nullo modo delinquat, relinquitur obligationem inter eos ex quasi contractu oriri: sicut & actio de rebus distrahendis quę aduersus ipsum tutorem datur pro rebus quas ipse sine dolo sub-

traxit

y l.1. & 2. & p tot. titulū ff. de negocijs gestis. Bart. in l. curato. C. de neg. ge.
z l.3. §. negocia. vbi vide Bar. ff. de nego. gest. l.2. §. doli mali. versi. vlt. ff. vi bonorum raptorum.
& l. mandato. C. eodem.
& l. sed an vltro §.1. ff. de nego. gest.
a l. si pupilli in princ. ff. eo.
b arg. l. in pupillo. ff. de solutionibus.
c gl. hic in verbo, obligatū.
d l. tutor. C. eodem.
e l. si pupilli. §. vlt. ff. eod.
f l.3. §. interdum. ff. eod.
g gl. hic in verbo, obligatū.
h l. vlt. C. eodem.
i l. de pupillo. §. qui nūciat. ff. de noui opus nūciatiōe.
k l. aut qui aliter. §.1. ff. quod vi aut clā. Vide Bar. in d. l. vlt. circa finem.
l l. quod in vxorē. vbi Bar. notat. C. eodem.
m Bar. in l. si cū dotem. §. si autem. ff. soluto matri.
n l. Nesennius. ff. eodem.
o propter l. vlt. ff. de petit. hæreditatis.
p l. vlt. C. de dotis pmissiōe.
q l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum.
r d. l. vlt. ff. de petitione hæreditatis.
s d. l. Nesennius.
t l.1. C. eodem.
v Vide doctores d. l.1. & in l. alimēta. C. eodē. doctores in d. l. Nesennius. & in l. non solū. §. morte. ff. de noui operis nunciatione.
x l. actio. ff. de neg. gest. Bar. in l. curat. C. de neg. gest.
y sup. §. proximo.
z §. vlt. sup. de Attiliano tutore.
& l.2. ff. de cōtraria actione tutelæ.
& l. pupillus. ff. de authoritate tutorum.
a Theoph. in §. pupill°. sup. de inutilib°. stipulationib°.

traxit[b], ex quasi contractu originem habet. Eadem propemodũ recepta sunt in actione negociorum gestorum, quæ post annum vigesimum quintum adulto aduersus suum curatorem conceditur[c]. Curator quoque adultũ negociorum gestorum actione contraria conuenire potest. Exẽplo tutelæ datur & aduersus eum qui pro tutore negocia gesserit[d], pro tutelę actio directa: quæ etiam durante tutela intentari potest[e], cùm hic tutor non sit. Idémque in procuratore per omnia ferme receptum est, vt etiam non finito munere conueniri posit[f].

§. Item si inter aliquos.

Communi diuidundo actio iis datur, quibus res donata aut legata est: eáque ex quasi contractu oritur[g]. Datur autem aduersus eum qui solus fructus ex communi perceperit: sicut & ei qui solus in rem communem impendia fecerit[h]. Nihil autem refert an res communis cum societate an citra fuerit[i], nisi quòd vbi societas intercedit, pro socio actio est, quæ ex cõtractu proficiscitur[k]. Est & alia actio, quæ quòd pro diuidenda hæreditate dari soleat, familiæ hercisćũdæ dicitur actio. Veteres enim familiã hęreditaté appellauerunt[l]: & herciscere diuidere est. In eam auté veniunt quæ cohæres solus perceperit, aut in hæreditatem fecerit. Et ideo si vnus ex fratribus in fratris sui studia aliquid impensæ contulerit, ei hac actione consulitur[m]. Est & alia actio quæ quòd de finibus diuidendis proponitur, finium regundorum dici cõsueuit. Fines enim regere nihil aliud quàm diuidere est[n]. Quæ maxima in parte cum diuidendæ hæreditatis iudicio conuenire solet[o]. Sed quia hic locus semel atque iterum in cognitionem recidet, infrà quid nobis sententiæ sit aperiemus[p].

§. Hæres.

Legatariis ad petendum legatum triplex actio, nimirum realis, hypothecaria & personalis conceditur[q]. Quæ auté ex testamento datur, ex quasi contractu oriri solet. hæres enim adeundo hæreditatem quasi contrahere videtur[r]. Idémque in hypothecaria dicendum esse censuerim[f]. nam cùm ea accessoria sit[t], & ex conuentione oriatur[v], vix est vt ea aliunde quàm ex quasi contractu descendat. Non idem erit in vendicatione quæ legati nominę datur. hæc enim ex communi sententia[x] nullam præsupponit obligationem: licet Alciatus dissentiat[y]. Eiusdem notæ est petitio hæreditatis, quæ omnino in rem est[z]: quod omnes hîc probant.

§. Item is cui, cum §. sequenti.

Is cui quid per erroré solutũ est, indebiti condictione nobis obligatus esse censetur[*]. Hæc autem quanuis ex re substantiá capiat, (§. is quoque sup. quibus modis re contrahitur obligatio) tamen ex quasi cõtractu descendit, hoc textu: datúrque ad dominij quod iam translatum est repetitioné, (arg. l. vlt. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat.) Illud enim receptum est, dominiú transferri, etiam siquis in causa erret, modò vterque contrahentium in eadé errauerit: id quod in indebiti per errorem soluti obligatione animaduertere licet[&]. Idémque propemodum in errore qualitatis obseruatur, vt si quis tradat seruum ex peculio serui mei emptum bonæ fidei possessori, quem ipse dominum esse existimet[a]. Verùm error qui circa personæ substantiam est[b], aut error dominij, dominium rei transferri prohibet[c]. Sunt tamen aliquot casus in quibus indebitum per errorem solutum non repetitur. (§. ex quibusdam. inf. eodé.) Etenim ea quæ ab ignoráte in causa legis Aquiliæ quæ per inficiationem crescit (l. contra negantem. C. de lege Aquilia) soluta sunt, quantumlibet indebita repeti non possunt. (l. ea quæ. C. de condictione indebiti.) Cuius rei illa est causa, quòd cùm damnum ab aliquo datum esse oporteat, alioqui legis Aquiliæ formula intendi non posset (l. inde Neratius. §. vlt. iun-

b l. actione. ff. de tutelis & rationibus distrahendis.
c l. 2. & l. rationes. C. de administ. tutorũ. l. actio. ff. illo titulo.
d l. 1. ff. de eo qui pro tutore negotia gessit.
e d. l. 1. §. cum eo.
f doctores hic.
g l. 3. communi diuidundo. ff. l. actione. §. morte. vers. si post distractã. & l. vt sit pro socio. ff. pro socio.
h inf. de off. iudicis in §. si familia. & in §. eadem interueniunt.
i l. 2. ff. cõmuni diuidundo. doct. hic cõtra glossam 1.
k sup. de societate.
l l. pronũciatio. §. familia appellatio. ff. de verb. sig.
m arg. l. licet indiuisa. C. de decurionibus. lib. 10. l. filia cuius. C. familia hercis.
n Cicero in Topicis.
o toto titulo finium regundorum. ff. & C.
p dicam in § quædam inf. de actionib. & in tit. de officio iudicis.
q l. 1. C. cõmunia de leg. dixi in § nostra. sup. de legat.
r l. apud Iulianum. & l. sequẽ. ff. quibus ex cau. in possess. eatur.
f Faber hic contra gl. ibi, idẽ scilicet quod in rei.
t glo. rub. ff. de pigno.
v l. si tibi decẽ milia. §. de pignore. ff. de pactis.
x doctores in § omniũ. inf. de actionibus.
y Alcia. in l. creditores. 2. ff. de verbo. sig.
z l. sed & si lege. §. petitio. ff. de petitio. hæredit. vbi Bart. notat.
* l. nemo per errorem. ff. de reg. iuris.
& Faber hic.
a l. cũ fundus. §. seruũ suũ. ff. si certum petatur. l. ex empto. §. 2. ff. de actio. empti & venditi.
b l. si quis vxori. §. cũ Titio. l. si is qui rem. §. si tu Titium. ff. de furtis.
c l. 3. §. subtilis. ff. de cõdict. ob causam. l. & si cõsensum. §. si rem meam. ff. de cõtrahenda emptione & l. si procurator. ff. de acquiren. re. do.

ctis duabus ll.sequentib. ff. ad le. Aquiliam) nihil mirum videri debet si ab eo qui suum receperit,repetitionem nullam esse fateamur. (l.repetitio.ff.de condictione indebiti.) Quanuis igitur is qui soluit, damnum non dederit, satis est tamen ab alio damnum datum fuisse [d]. Neque quicquam refert an error iuris vel facti huic solutioni causam præbuerit. Verius est enim vt semper repetitio denegetur [e]. Sed quod in lege Aquilia diximus, obseruabitur quoque in legato,quod cùm certum esset, per damnationem tamẽ relictum erat [f],vt si testator diceret,Hæres meus damnas esto centum dare Titio. Si enim is à quo relictum non erat, conuentus negaret à se quicquam relictum esse,postea tamen metuens ne ipse mendacij conuictus in duplum inferre cogatur,legatum præstiterit,repetere postea non potest [g].Sed cùm Iustiniani constitutione legata per omnia adæquata sint fideicommissis [h], & omnium legatorum vna sit & eadem natura [i],Iustinianus id tantùm in legato quod alicui pio loco factum esset,obseruari voluit [k], modò tamen ab alio relictum fuisse constet : ne ecclesia cum alterius iactura & detrimento locupletetur [l]: ídque instar actionis quæ propter inficiationem duplicatur, cõstitui potest: neque pietatis causa tanti facienda est,vt etiam in illius gratiam aliũ suis facultatibus exuere velimus [m]. Sed quid in aliis legatis quæ non piis locis relicta sunt? nunquid & ea per errorem soluta repetentur? Et si quidem omni iure indebita sunt,procliuius est vt repetantur,modò tamen per errorẽ facti soluta sint. Idem est & si ciuili iure non debeantur,modò tamen quis per errorem iuris nõ soluat [n]. Sunt & aliquot alij casus in quibus id quod indebitè solutum est,non repetitur:quos ab Accursio cuilibet repetere liberum est [o].

Tit. Per quas personas nobis obligatio acquiritur.

In rubricam.

Quemadmodum in toto propemodum iure ciuili constitutum esse videmus,vt per eos quos nostri iuri subiectos habemus,rerum dominia acquirere possimus [p],ita & per eos obligationes nobis acquirere conceditur. Neque hîc tantùm de stipulationibus quæ per eos nobis acquiri possunt,tractatur [q], verùm & de omnibus omnium obligationum generibus:vnde & hic titulus ad superiores obligationes omnino pertinet.

§. Primus.

Hi quos in potestate habemus , obligationes sicut & reliqua alia nobis acquirunt [r].etenim seruus obligationem domino quærit,adeò vt per hanc etiam fugitiuũ quãdiu apprehensus non est, nobis quoque acquirere concedatur [s]. Immo nec si is pro libero se gesserit,sibi quærit.nam ante decennium omnia nobis per eum quęruntur [t]. Filius quoque familias quicquid extra castrensis aut quasi castrẽsis peculij causam est [v],id vniuersum patri acquirit [x]: at in aduentitiis proprietas ad ipsum filium pertinet. Commoditas autem siue vsufructus in totum patri acquiritur ; ita vt ei eam ob causam actiones mouere concedatur [y]. Per procuratorem quoque in eisdem causis iudiciũ accipere potest [z]: ídque aduersus Accursij sentẽtiam receptius esse Bartolus cõtendit [&]: neque filiũ assensus aliter desideratur quàm si is extra eam ætatem sit quæ consilio omni destituitur [&]. Contrà verò filius citra patris sui iussum actiones mouere non potest, nisi longius spatium intercedat quo minus pater euocari posit [a],aut quia pater præsens consentire nolit [b]. ídque & communiter ab omnibus traditum extat.

§. Item per liberos.

Liber homo qui nobis fide seruit,vt quia ego eum seruum,& meum esse existimo (etenim qui suum non esse,aut liberum esse intelligit, hic cùm bonam fidem non habeat,per eum nihil sibi acquirit [c])obligationes ex duabus causis nobis acquirere solet si quid ex re nostra [d] vel operis suis acquisierit: quod

---

d gl. vlt in §. vlt l. elegantem.ff.de cõdictione indeb.
e gl.hic ĩ verb.ex l. Aquilia.per l.ea lege.C.de cõdict.indebiti.
f Caius lib.2.institutionũ, tit.de leg.Theoph.in §.sed olim.sup.de legatis.
g Theophilus hic.
h l.2.C.Communia de leg.
i d.§.sed olim.cũ §.seq.
k hoc textu circa finem.
l Faber hic.
m Faber hic.
n l.error C. ad l. Falcidiã. l.fideicommissi.C.de condictione indebiti.
o Vide glã verbo,iudicati. C.de condictione indebiti. vide glos. in verbo,quod per errorem hic.
p toto titulo.sup. per quas personas nobis acquiritur.
q titulo de stipulatione seruorum. sup.
r §.item vobis. sup p quas personas nobis acquiritur l.etiã inuito.ff de acquirẽ. re.dominio, & l. seruum vẽtũ è domino.ff.de ver. obligatio.
s l.1.§.per seruũ. ff.de acquiren.possessione.
t Bar.in d.§.per seruum.
v l.cum oportet §.secundo. C.de bonis quæ liberis.
x sup p quas pso.no.acquir. in §.igitur circa mediũ.
y l.1.C.de bonis maternis.l. vlt.§.vbi autẽ. C.de bo. quæ liberis.
z d.l.1. C.de bo.maternis. circa medium.
& Bar.in d.l.1.contra glos. in verbo,procuratorem.
& d.l.vlt.§.vi autem.
a l.longius. §.si filiusfa. ff. de iudiciis.
b l.vlt.§.fin autẽ in secũda ætate.C.de bo.quæ libe.
c l.1.§.sed & per eum.ff. de acquiren. possess.
d Vide glos.in §. igitur. in versic.ex re sup.per quas perso.nobis acquiritur.

quod ius & ad seruum producendum est[e]. Idémque in vsuario seruo propemodum obseruatur: nisi quòd eius operas alteri locare non possumus[f].

§. Communem seruum.

Communis seruus tamdiu pro dominica portione dominis suis acquirit, quamdiu vnius domini iussu aliquid sibi dari stipulatus non fuerit. Nam & non stipulando tantùm, sed per traditionem accipiendo & deponendo commodandóque ei soli acquirit qui eum contrahere iusserit[g]: adeò vt nihil intersit an is simpliciter, vel sibi aut domino cuius iussu contrahit, dari sibi aliquid stipuletur[h]. quod Accursius hîc sentit[i].

Tit. Quibus modis tollitur obligatio.
In rubricam.

Ferè quibus modis obligatio cõtrahitur, iisdem propemodum omnibus dissoluitur[k]. Et ideo contractus qui re perficitur, re dissolui potest[l]. Sic & verborum obligatio contrariis verbis vt pote acceptilatione dissoluitur[m]. Interdum & re stipulatio dissoluitur: vt si quis rem promissam persoluat[n]. Ad eundem modum obligatio quæ consensu perficitur, contrario consensu euertitur[o]. Postquam ergo Iustinianus multa de obligationibus contrahendis docuit, de iisdem quoque dissoluendis impræsentiarum tractat. Dissoluitur autẽ obligatio solutione[p], acceptilatione[q], nouatione, & delegatione[r], & aliquot aliis modis[s]. Et hunc ordinem pro suo more Iustinianus perpetuò secutus est, vt ferè semper post alicuius diligentem constitutionem, quibus modis res ipsa euerteretur, differeret[t].

§. Tollitur.

Solutionis verbum generale est[a], ita vt & liberationem[b], satisdationem[c], satisfactionem[d], & acceptilationem[e] quandoque contineat. strictè tamẽ acceptilationem non comprehendit, ídque eo maximè quãdo pecunia in solutione desideratur[f]. Nam & acceptilatio sine pecunia fieri solet[g]. Plerumq; & satisdatio aut satisfactio solutione nõ comprehenditur[h]. Propriè etenim soluere dicimur, si ei cui adstricti eramus, soluamus. & hoc est quod dicunt realiter & de facto[i]. Et ideo si procuratori à te solutionẽ exigẽdam mandauero, non videberis solutione liberatus si vel fideiussores vel pignora dederis. atque ita Alexander ex facto consultus respondit[k]. Igitur pro regula hîc traditum est[l], solutione eius quod debetur, obligationes omnes extingui[m]. Et cùm lex nostra generaliter loquatur, non ad contractus tantùm, sed ad delicta quoque produci debebit[n]: quod plerique bene intellexerunt in ea obligatione quæ priuatam tantùm vtilitatem respicit: alioqui si Reip. intersit facinus istud publicè vindicari[o], tantum abest vt ipse solutione huiusmodi obligationem perimat, vt etiã crimen fateri videatur[p]. Quare & si quis pœnali stipulatione Titio promiserit se eum non offensurum: si postea tamen in exiliũ coniiciatur, impunè lædi poterit[q], cùm lege municipij is qui propter delictum exulare cogitur, impunè offendi possit: neque enim ius publicum remittere potuit[r]. Nihil autem interest an naturalis obligatio adsit[s], an verò ciuilis[t]. Et ideo qui perpetua exceptione se tueri potest, vtpote pacti de non petendo[v], hic si quidem sciens soluat, obligatione ciuili qua obligatus erat, sese censetur eximere: vt rectè à Fabro hîc traditum extat[x]. Illud tenendum est, solutionem huiusmodi perfectè & secundum leges faciendam esse, ita vt neque res ipsa quæ soluitur, à nobis auocari possit (l. si rem meam. ff. de solutionibus. l. Iuliano. §. qui fundũ. ff. de verbo. obliga.) neque ius ali-

e §. idem placet. sup. p quas perso. nobis acquiritur.
f l. per seruũ. in prin. ff. de vsu & habitatione.
g l. si seru⁹ communis. §. vlt. iunctis duab⁹ ll. sequẽtib. ff. de stipulatione seruorũ.
h §. vlt. suprà de stipulat. seruorum.
i gl. hic in verbo, stipulat⁹.
k l. fere l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.
l l. prout quisque. ff. de solu.
m l. 1. ff. de appellationib⁹.
n d. l. prout quisque. versic. verbis.
o l. 1. C. quãdo lic. ab empt. discedere. l. ab emptione. ff. de pactis.
p §. 1. inf. eo. & tit. de solutio. ff. & C. per totum.
q §. item per acceptilationẽ. inf. eo. & de acceptilationibus. ff. & C.
r §. præterea. inf. eodem. & tit. de noua. & delega. ff. & C.
s §. vlt. inf. eodem.
t sup. de testamen. ordinan. & quib. mo. test. infir. & sup. tit. de patria potesta. iuncto titul. quib. mo. ius pat. pote. soluitur.
a l. solutionis verbũ. ff. de solutio.
b l. liberationis. ff. de ver. sig.
c l. solutionis verbũ. ff. de verb. signifi.
d hoc §. versi. nec interest.
e l. 4. §. pen. versic. soluisse. ff. de re iudicata.
f l. solutam pecuniam. ff. de solut.
g §. sequenti. inf. eo.
h l. 4. §. aut prætor. ff. de re iudicata.
i d. l. solutam.
k Alexander consilio 19. lib. 3.
l l. qui res. §. areã. ff. de solutionib⁹. & li. 2. institutionum tit. quib. mo. tollitur obligatio.
m glo. hic in verbo, omnis obligatio.
n communiter docto. hic.
n l. ita vulneratus. ff. ad le. Aquiliam.
p l. athletas. in fine, iũcta l. seq. ff. de his qui notã. infa. Porcius & alij hic.
q arg. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.
r l. nec ex prætorio. ff. de reg. iuris. l. publicũ. ff. de pactis.
s l. si pupillus. in princ. ff. ad legem Falcidiam.
t l. fideicommissum. ff. de condictione indebiti.
v l. exceptiones aut perpetuæ. ff. de exceptionibus.
x Faber hic numero 1. limitando l. qui hominem. §. vlt. ff. de solutionibus.

quod ipsi rei desit (d.§.qui fundum.) vel quia res non reddatur deterior [y], aut quia solutio à debitore pupilli, cùm is debitorẽ se non aperuisset, duráte tutela facta fuerit. (auth.minoris.C.qui dare tuto.) Sed quid si debitor soluere nolit? Et si quidẽ alius suo nomine ad solutionẽ pergat, hic eũ vel nolentem liberabit [a]. Licet enim in inuitum beneficium conferri nõ posit [b], tamen vbi alterius interest vt inuito beneficium detur, tunc alius etiam nolens beneficium agnoscere cõpellitur [c], vt in proposita specie: creditoris enim interest, non tantùm debitoris, vt illi soluatur. Sic & si Reip. interesset, etiam in inuitum beneficium rectè conferretur [d]. Et ideo libertas rectè seruo nolenti dari potest [e]. Meminerimus tamen, eum qui pro nolente soluerit, eius pecuniæ repetitionẽ non habere [f], cùm ipse testato admonitus ad huiusmodi solutionẽ processerit. Quòd si hic debitore ignorante soluat, solutum ei repetere conceditur [g]. Idẽmque propemodum dicendum est in eo debitore qui creditori creditoris pecuniam inscio creditore soluerit: vt ille doli exceptione liberetur [h]. Quòd si hic per creditorẽ, ne soluat, fit admonitus, nihil profuerit huic debitori huiusmodi solutio [i]. Et quamuis id quod debetur, soluendum sit, tamen aliud pro alio volente creditore solui poterit [k]. quod inferius attingam.

Quemadmodum autem solutio à debitore facta eam vtilitatem affert, vt eos qui pro eo intercesserunt, cuiusmodi sunt mandatores constituentes & fideiussores, obligatione liberet [l], ita & solutio quæ à fideiussore facta est, reo liberationem parit [m], siue is fideiussorio nomine soluerit (nam & reo doli exceptione succurritur, túmque aduersus debitorem actiones fideiussori cedendæ sunt [n]) siue is rei nomine soluat: quo casu frustra actiones præstarentur, cùm reus iam plenisimam liberationem hac solutione cõsecutus sit [o]. Id autem quod à fideiussore pro reo solutum est, ab eo mandati actione recuperari poterit [p]: quod alio loco adnotauimus [q].

CREDITORE consentiẽte aliud pro alio solui potest.) Regulariter igitur traditum est, aliud pro alio inuito creditore solui non posse [r]. quod tamẽ in plerisque casibus non procedit. Nam vbi propter difficultatem res ipsa præstari nequit, vel quia ad æstimationem litis omnino confugiendum est: tunc siue in rem [s], siue in personam agatur [t], æstimationem præstãdo liberabimur. quod & ad eum qui rei alienæ legato oneratus est produci debebit: vt si quidem dominus eam rem nimio vendere, vel etiam nolit, vt æstimatione liberetur [v]. Quod exemplo eius qui alienàm domum bona fide emptam locauerat, receptum est. Nam & locator æquè commodam domum præstando liberabitur [x]. Idem existimo censendum esse vbi rei necessitas nos alio adigit [y], vt quia res debita præstari non potest: quod in ecclesia [z] & eo creditore qui rei legatæ capax non est, per omnia receptũ est [•]. Sic & si res moratoris culpa perierit, tunc necessariò res alia præstari debet [&]. Idem propter coniunctionẽ sanguinis receptum est, ne sibi charissimos à se abdicare compellatur [a]. Cæterùm etsi cui pars bonorum legata est, æstimatio arbitratu hæredis rectè solui poterit [b]. Sed plerique [c] negant tum aliud pro alio solui, quia appellatione bonorum æstimationẽ contineri placet [d], propterea quòd ea nos beet, id est diuites faciat. (l.bonorum.ff. de verbo.significa.) Præterea testator hæredem contra suam voluntatem ad huiusmodi solutionem compellere non videtur, (arg.l.generali.§.vlt.ff. de vsufruc.lega.) Illud quoque in eorum gratiam qui fisco soluunt, constitutum est, vt hi quandoque aliud pro alio præstent. (l.vnica.C.de argenti precio quod thesauris infertur.lib.10.l.vnica.C.de collatione æris.lib.10.) quod & fauore munificentiæ etiam in plerisque locum habet. (l.siquis argentum.in princ.& §.sin autẽ donator.C.de donationibus) Hoc quoque minimè controuersum est, partium conuentione vel expressa [e]

y l.3.§.si reddita.ff.commodati.l.Seia.ff.de auro & arg.leg.l.Iulian⁹.§.si quis re.ff.ad exhibendũ.
a l.soluẽdo.ff.de nego.gest. l.si Stichũ.vlt.ff.de nouationibus.
b l.inuito.ff.de reg.iur.
c Deci⁹ in d.l.inuito.Bart. in d.l.soluendo.
d arg.l.non solũ.ff.de appellationibus.
e arg.l.vlt.C.de testamentaria manumissione.
f arg.l.vlt.C.de nego.gest.
g Bald⁹ hic, & alij omnes.
h l.si opera.ff.de doli mali & metus exceptione.
i arg.l.si ꝑ te præsente.ff.mandati arg.d.l.vlt.C.de nego.gest.
k arg.§.nostri.arg.l.2.§.mutui datio.sub fi.à contrario sensu.ff.si cert.pet.
l arg.l.oẽs.ff.de exceptioni. arg.l.vlt.ff.de pactis.
m hoc §.circa finem.
n l.Stichũ aut Pamphilũ.§.si mandato meo.ff.de solutionibus.l.Papinian⁹.ff.mandati.
o d.l.soluendo.l.si Stichũ.in fine.ff.de nouationib⁹.
p l.indebitam.ff.de condict.indebiti.
q dixi in §.si quid autem, suprà de fideiussoribus.
r l.2.§.mutui autẽ datio.ff.si certum petatur.
s l.qui restituere.ff.de rei vendicatione.
t l.vinum.ff.si certũ peta.
v l.non dubiũ.in fine.ff.de legatis.3.
x l.siquis domũ.in princ.ff.locati.
y authen.hoc nisi debitor.iuncta.l.præcedenti.C.de solutionibus.
z §.si vero.auth.de alienatione & emphyteosi.Ias.on in d.l.2.§ mutui autẽ datio.ff.si cert.peta.
• l.filiusfa.§.si quid alicui.ff.de leg.1.l.Titio Seio.in princ.de lega.2.
& l.si quis seruũ.§.vlt.ff.de verb.oblig.
a l.si domus.§.qui confitetur.ff.de lega.1.
b l.nõ ãpli⁹.§ vlt ff.de leg.1.

c Petrus Perticẽsis, Reneri⁹, Baldus, Albericus, Raphael Comensis in d.l.non amplius. d l.2.in verbo, vel æstimatio rerum.C.quãdo & quib⁹ quar.pars deb.lib.10. e l.siquis stipulatus fuerit decem in melle.ff.de solutio.

vel

vel tacita, vt quia cùm fideiussorem dare promisisset, pignora dedit[f], aliud pro alio solui posse. Addunt nonnulli[g] procuratorem qui fundum domini mandato emptū diutius possederit, fructus ex eo fundo perceptos in preciū reputare debere[h]. quod Baldus intellexit[i], si domini nomine fundū emerit. nā si suo nomine fundū cōparauerit, fructus omnes suos facit, cū iā dominiū ante restitutionē precij cedere nō tenebatur[k]. Crediderim tamē, etiā si suo nomine emerit, modò is statim interpellauerit, fructus suos facere[l]. Cū enim dominus ex huiusmodi interpellatione in mora cōstitut[us] esse videatur, puto fructus vsurarū loco apud ꝓcuratorē ipsū vice ei[us] quod sua interest, esse debere.

Item per acceptilationem.

Quemadmodū solutione obligationē perimi certū est, ita & acceptilatione[m]. Multis tamen notis inter se dissident. Ecce enim in pecunia aut re alia quæ expressim traditur, solutio fieri solet[n]. at acceptilatio tantū vmbrā solutionis obtinet. & hoc est quod iurisсōsulti docuerūt[o], acceptilationē imaginariā esse solutionē. Accepto enim ferre nihil aliud est quàm scribere se accepisse, & in acceptorū paginā referre[p]. In eo quoque acceptilationi cū solutione nō satis cōuenit, quòd hæc omnē omnino obligationē[q], illa verò solū verborū obligationē perimit[r]. Cū enim stipulatio verbis cōcipiatur[s], cōtrariis verbis dissolui potest[t]. Et cū stipulatio iure ciuili inducta sit[v], alio quoq; iuris ciuilis cōmento, nimirū acceptilatione[x], rectè immutatur[y], adeò vt nec reliqui alij cōtractus qui iure ciuili introducti sunt, cuiusmodi est ἐμφύτευσις, literarū obligatio, cū aliis paucis[z], multo minus & ii qui à iure gentiū originem habent, acceptilatione tolli possunt. Quāuis tamen acceptilatio quæ his contractibus accessit, omnino inutilis sit, tacita tamen pactione id actū videtur, ne petatur[*]. quod plerique omnes intelligunt[*], vbi in materia acceptilationis peccatū est, vt quia aliis contractibus quàm stipulationibus inserta fit. Quòd si in forma aliquid vitii admissum sit, vt quia vel inter absentes, vel citra interrogationē facta est[a], omnino inutilis erit, quēadmodū & stipulatio (acceptilatio enim eodē iure quo stipulatio nititur[b]) adeò vt nec cōuētionis vim obtineat[c]. Differētiæ ratio in eo est, ꝙ vitiū formæ, cōtrahētiū cōsensum circumscribit, adeò vt nec pacti vim obtinere possit. Etenim cū hic sciens & prudens intelligat nullius esse momēti acceptilationē quā cōcipit, quis dubitat nō inesse pactum, cùm paciscendi cōsensum non habeat? At huiusmodi error qui in materia est, hic non ita cōtrahētiū cōsensum tollit, quin in illo locum habeat tritissima iuris nostri regula, In pactis liberatoriis si non valet quod ago vt ago, valeat tamen vt valere potest. Qui tamē volet omnes alios contractus iuris gentium acceptilationis iure perimere, hic vt eos prius in stipulationē deducat necessitas est[c]. Ita enim prior obligatio in hanc posteriorem, stipulationem scilicet, trāsfunditur. quæ trāsfusio hoc facilius toleratur, quòd ea quoq; vicissim ad obligādum tendat. idq; suis locis ab interpretibus tractatū est[f]. Vnde ob eā causam introducta esse videtur Aquilianā stipulatio, qua constitutū est vt omnes contractus, ex quacūque causa fierent, in huiusmodi stipulationes deducerētur, deinde accepto ferrentur. Ita enim contractuū transfusio fit. Stipulatio enim Aquiliana omnes obligationes præcedentes nouat[g], in eámque id quod vel personali actione vel rei vēdicatione (modò tamen res ipsa prius æstimetur[h]) vel officio iudicis nobis debetur[i], trāsfunditur. Hoc autem solutioni & acceptilationi cōmune est, quòd vtraq; pro parte debiti fieri potest[k]. Quod tamen in solutione aliqua ex parte distinctionem recipit, vt si quidem obligationes ex diuersis causis oriantur, id quidem obtineat[l]: quia cùm vna aliam non respiciat, id actum esse non videtur, vt vna & eadem solutione omnes tollantur. Sic cùm ego abs te centum peterem, id est per litis contestationem[m], túque quinquaginta

f Bart. in l. 1. numero 2. ff. qui satisda. cogan.
g Iason in d. l. 2. §. mutui autem. ff. si certum peta.
h l. idémque. ff. mādati. arg. l. 1. & 2. C. de pignor. act.
i Bald. ī rubri. de cōtrahē. emptione. C. quæstione 15.
k l. 4. ff. de manumiss.
l l. cū debitor. & ibi Salicet[us] not. ff. in quib[us] causis pignus vel hypotheca.
m l. 1. ff. de acceptilationib[us].
n l. solutā. ff. de solutionib[us].
o hoc textu, in verbo, est autem acceptilatio.
p Budaeus in l. si prior. ff. qui potiores ī pig. vel hypothe. habeantur.
q §. 1. sup. eodem.
r hoc textu, in versic. quo genere sūcta gl. in verbo, catera.
s l. 1. ff. de verbo. obliga.
t l. nihil tā naturale. ff. de reg. iur.
v Bal. Nouell[us] ī repetitione rubri. ff. de verb. oblig.
x l. actus legit. ff. de reg. iur.
y arg. §. sed naturalia sup. de iure naturali.
z gl. in verbo, pene in § ius autem gentium.
* l. si vn[us]. §. vlt. ff. de pact. l. emptio. & l. cum empt. ff. de rescindenda venditione.
& Bart. in l. an inutilis. ff. de acceptilationib[us]. docto. in d. §. vlt. d. l. si vnus.
a arg. § stē verb. oblig. sup. de inutilib. stipula.
b d. l. an inutilis. §. vlt.
c d. l. an inutilis in princ.
d notat. in d. l. si vn[us]. §. vlt. vide Alciatū li. 1. paradoxorū ca. 6. & in l. vbi pact. post. Bar. C. de transactionibus.
e hoc textu in versi. sed & id quod ex alia.
f notat. in l. Aquiliana stipulatio. iuncta l. seq. ff. de transactionibus.
g l. & vno. §. ei[us] rei stipulatio. ff. de acceptilationib. l. vlt. C. eo. titu. docto. in l. actiōe. C. de trāsactionib.
h l. eius rei. ff. de rei vendicatione. glo. hic in verbo, stipulatus.
i docto. in d. l. Aquiliana.

k l. pro parte. ff. de acceptilationibus. l l. vlt. ff. quib[us] mo. ius vel hypothe. soluitur. m l. amplius. ff. rem ratam haberi.

tantùm quæ te debere dicis offeras, officio iudicis huiusmodi pecuniam recipere cogendus sum[n]. Extra hos casus & aliquot alios alicubi dilige̅ter cógestos[o] quod datum est, particulatim recipere nemo cogitur[p], cùm plerumque incommoda sit minutatim facta solutio[q].

§. Præterea nouatione tollitur obligatio.

Nouatione prior obligatio perimitur[r]: idque illi cũ solutione & acceptilatione cómune est. Nihil autem aliud est nouatio, sicuti & vox ipsa satis indicat (nouatio enim à nouo dicta est, siue à noua obligatione[s]) quàm prioris debiti in aliam obligationem vel ciuilem vel naturalem transfusio atque translatio[t]. Hæc autem ex communi interpretum sententia bipartitò considerat. Quædam est enim nouatio voluntaria, alia necessaria[v]. Voluntaria est, quæ voluntate partium fieri solet. Necessaria autem vel litis contestatione vel sententia perficitur. Litis contestatione, vt si cùm mihi iniuriarum vel qualibet alia temporali actione teneris, litem super huiusmodi actione cótestatus sim. Videtur enim iam perpetua esse actio[x]. Sed hæc non tam nouatio dici potest quàm immutatio siue alteratio. Immutatur enim natura actionis temporalis[y], eáque perpetua efficitur: vnde & eam plerique impropriã nouationem dixerunt[z]. Crediderim tamen nouationem litis contestatione rectius fieri posse, quando aliquis nostro nomine, animo tamen nouandi, iudicium accipit: vt si quis nouandæ obligationis gratia meo nomine litem quæ mihi intendebatur agnosceret[a]. Fit & nouatio per sententiam, quæ non tam nouatio quàm accumulatio dici potest. Ecce enim is secundum quem iudex sententiam tulit, veteri suæ actioni aliam, nimirum iudicati actionem adiunctam habet[b]. In concipienda autem nouatione aliud nouo iure, aliud veteri iure receptum est. Fiebat enim olim vbi noua persona obligationi accedebat[c]. Nihil autem referebat obligationem posteriorem inutilẽ esse[d]. semper enim interuentu personę noua obligatio oritur: quo fit vt cùm pupillus sine tutoris authoritate rectè obligari nequeat[e]: si quis id quod sibi Sempronius debet, à pupillo sine tutore dari stipulatus sit, vt hic à sua obligatione recessisse videatur, neque tamen interim pupillum sibi obligatum habeat. Quid quòd nec creditor in veterem debitorem restitui potest[f]? Semper enim tum restituitur, quãdo minor circumuentus in integrum restitutionem impetrauit[e]. At hic pupillus in huiusce nostri responsi specie restitutione non eget, cùm is iure communi tutus sit[f]. Stipulatio enim quæ citra tutotis authoritatem cócipitur, omnino inutilis est[g]. Nec nos quicquam mouet, quòd si quis à seruo id quod sibi Titius debet, dari stipuletur: quanuis id inutiliter faciat, quòd tamen prior obligatio duret[h]. Diuersa enim est causa serui, & pupilli. Etenim cùm creditor potuerit & ciuiliter & naturaliter pupillũ sibi adstringere authore tutore[i], est quod sibi asscribat. Item nouatio citra stipulationẽ fieri non potest[k], adhibita autem non est tutoris authoritas, quæ hanc stipulationem à pupillo factam confirmaret. At seruus nec naturaliter quidem inscio domino præterquam in causa peculiari obligari potest[l], vt cómuniter omnes sentiunt. Sed vt demus eũ naturaliter obligatũ esse, quod mihi verius videtur[m], tamen oportet in huiusmodi nouationibus personam aliquam subesse[n]. at seruus hoc iure non ἀπρόσωπος esse censetur[o]. Et hæc quidem omnia vetustissimo iure locum habuerunt[p]. At vbi digestorum iure iam vti cœpimus, rediit etiam in vsum forensem alia nouationis conficiendæ forma. Etenim si quis à suo debitore nouationis causa rem sibi dari stipuletur, neque rem quæ in priorem contractum deducta est, augeat (minuere enim non potest[q]) non videtur in nouam obligationem itum fuisse. Ex diuerso si res ipsa augeretur, vel quantitas obligationi aut adiiceretur aut detraheretur, tunc nouatio semper facta esse intelligebatur[r]. Et hæc quidem omnia

n l. quidã existimauerunt. ff. si certum petatur.
o doctores in d.l. quidam.
p l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur.
q l. plane. ff. familiæ hercis.
r tit. de notationib. ff. & C.
s l. 1. ff. de nouationibus.
t d.l. 1.
v l. aliã. ff. de nouationib. gl. notab. in l. 3. C. de iudiciis. quã sequitur Bar. Alexã. & Iason & communiter alij.
x l. aliã. sub fi. ff. de nouat.
y §. 1. inf. de ppet. & tẽpo. actionibus.
z Porcius hic.
a l. solutionẽ. ff. de solutionib. l. si p patre. ff. de in rẽ vers. & d. l. aliã. ĩ priñc. & l. miles ita. § iudicati. ff. de re iudicata.
a l. vlt. in princ. C. de nouationibus hoc §. præterea. in princ.
b hoc textu, in versic. adeò vt interdum.
c §. 1. sup. de authorita. tutorũ. Bart. in l. 1. ff. de nouationibus.
d l. si Titius. §. huic. ff. de fideiussoribus.
e l. vnica. C. de reputationib. q̃ fiunt in iudicio in integrum restitutionis.
f arg. l. in causa. 2. ff. de minoribus.
g §. pupillus. sup. de inutilib. stipulationibus.
h hoc textu in versi. nõ idẽ iuris est.
i d. §. pupillus.
k d. l. aliã. glos. 2. hic.
l l. seruus inscio. & l. seq. ff. de fideiussoribus.
m Theophilus hic.
n arg. l. quoties. quam omnino vide. ff. de nouationibus.
o l. quod attinet. ff. de reg. iuris.
p docto. hic Bar. in l. Valerianus. ff. de prætoriis stipulationibus.
q l. eum qui ita stipulat. §. si à te. & l. qui vsumfructum. ff. de verborum obligationibus.
r d. ll. modo allegatis. & l. si pupillus. §. vlt. ff. de minorib. hoc textu ĩ versic. aut detrahatur. & ibi Faber.

nia in stipulationibus conuentionalibus locum habent, vt in illis mero iure nouatio fiat: in prætoriis verò non aliàs quàm exceptionis auxilio fieri solet [f]. Sed hæc quidem omnia olim obtinuerunt: hodie verò non aliàs nouatio fieri consueuit, quàm si contrahentes id ipsum nominatim dixerint, priorémque obligationem sponte remiserint: alioqui anterior obligatio stabit, & posterior illi quoque incrementum addet [t]. Neque nobis placet quod Barto. & alij existimauerunt [v], in his casibus in quibus olim nouatio fiebat, in iisdem quoque exceptione nobis succurri, etiam si de animo nouandi nihil omnino dictum fuerit. Id enim non tam Iustiniani cõstitutionem interpretatur, quàm nouam legem condit. Dum enim Iustinianus de nouationibus constitueret id consilij habuit, vt nouationum nocentia volumina tolleret, præciperétque nouationem non aliàs valituram esse, quàm si de contrahentium voluntate constaret. id quod & ex dictione nihil, & dictione pœnitus, quæ in illa constitutione legitur, manifestè cõuinci potest. Et hanc sententiam plerique aduersus Bartoli sententiã veriorẽ esse existimauerunt [x].

§. Hoc amplius.

His quæ de tollendis obligationibus diximus, addendum est, consensu contractam obligationem, cõtrariæ voluntatis dissensu dissoluendam esse [y], nisi res integra esse desierit [z]. Nam & tum actus prioris similis retroagens obligationem desideratur. Et ideo si vel precij nomine arra data sit, non item si in argumentum emptionis & venditionis contractæ, res iam solo consensu dissolui non poterit [*]: sicut & vbi venditor nomine emptoris se possidere, si quidem ab emptione discedere velint, asserere debet [a]. Ad eundem modum vbi per stipulationem pretium promissum est, acceptilatio quæ stipulationi omnino congruit, adhiberi debet [b]. Sunt & aliquot alij modi tollendæ obligationis, quos ab Accursio repetere quilibet potest [c].

f Bar. in d. l. Valerianus.
t l. vlt. C. de nouat.
v Bar. in d. l. Valerianus.
x Alexander in addit. ad Bar. in d. l. Valerian⁹. Castrensis, Imola, Cumanus in d. l. Valerianus. Iacob⁹ Butrigarius in l. vlt. C. de nouationibus.
y l. 1. & 2. C. quãdo liceat ab emptione discedere. l. ab empt. ff. de pactis.
z d. l. 1. versic. at enim.
* glo. 1. in d. l. 1. & l. quod meo. ff. de acquiren. possess.
a gl. in d. l. ab emptione.
b l. emptor. ff. de pactis.
c vide omnino glo. hic in verbo, diximus.

IN QVARTVM INSTITVTIONVM IMPERIALIVM LIBRVM COMMENTARIA.

Titulus, De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur.

In rubricam.

POSTVLAT hic locus, vt poſtquã de obligationibus quæ ex cõtractu vel quaſi deſcendunt, diſputatũ eſt[a], de obligationibus quæ ex delictis proficiſcũtur, differamus. Hæc autem rubrica generalis eſt etiam ad aliquot titulos qui poſtea ſubſequũtur. Neque enim furtũ tãtũ reſpicit, ſed & rapinã[b], dãnũ iniuria datũ[c], & ipſam denique iniuriã[d]: de quibus omnibus ſuo loco differemus. Hæ autem obligationes ab iis quæ ex cõtractu manãt, hac nota ſecernũtur, ꝙ ex re ipſa id eſt ex maleficio originem habeant[e]: illæ verò vel re perficiãtur[f], verbis[g], literis[h], aut cõſenſu[i]. Cæterùm admonendi ſumus, maleficium nõ re tantùm, verũ etiam verbis fieri poſſe[k]: & ideo iniuriã verbis etiã, non re tantùm fieri poſſe Vlpianus reſpondit[l]. Quo fit vt ſi lege municipij conſtitutum ſit duplici pœna mulctandũ eſſe eum qui vel noctu vel in baſilica maleficiũ admiſerit, vt is qui conuitiũ fecit, huiuſce ſtatuti pœna cõſtringatur: idque ex veriſimili ſtatuentium mente decidendum eſſe Baldus reſpondit[m]. Videtur enim ea gratia ſtatutum factum eſſe, vt quorundam hominum proteruia & ad maledicendum facilitas cohiberetur. Huc accedit quòd & loci conditio, & temporis qualitas ad eam interpretationem nos adigere videantur. Magis enim delinquit qui in loco publico delinquit, quàm qui in priuato[n]: maioréque vindicta expiandum eſt quod noctu, quàm quod interdiu deſignatur[o]: idque aduerſus Bartoli ſententiam[p] receptius eſt[q].

§. Furtum.

Furtum Iulio Paulo authore[r] ſic cõmodè finiri poteſt, vt ſit cõtrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia vel ipſius rei, vel etiam vſus eius poſſeſſioniſve: quod lege naturali prohibitũ eſt admittere. Etenim furtum nõ verbis aut ſcriptura[s], ſed contrectatione perficitur[t]. Contrectatur autem id quod ſuo loco mouetur[v]. Et ideo is qui rem Pictauij ſurreptã, Lutetiã pertulerit, Lutetię quoque eius furti gratia puniri poteſt[x], cũ ex noua cõtrectatione iam noua furti actio dari debeat. Sed nõ cuiuſque rei furtum fieri ſolet, ſed eius quæ mobilium aut corporalium rerum numero cõtinetur. Exploſa etenim eſt iãpridem Sabini ſententia[y] exiſtimantis etiã fundi locive furtum fieri[z], cùm res immobilis aut etiam incorporalis loco ſuo moueri nequeat[•]: licet is qui per vim aut quoquo modo hæc omnia inuadit, furtum quodãmodo admittere dicatur, vt Põtificibus viſum eſt[a]. Sic & rẽ alienã eſſe oportet, vt cõmuniter omnes voluerunt, cũ rei ſuæ furtũ facere nemo ſoleat: niſi quis fortè rem ſuam quam pignori dederit, ſurripiat[b], aut niſi rem cum aliquo alio cõmunẽ habens, ea re ad aliũ quàm cui deſtinata eſt vſum vtatur[c]. In ambiguo enim cùm quilibet ſuo iure vti cenſeatur[d], non ſtatim rei cõmunis ſocium furti cõſtringemus, niſi cõiecturæ nos alio perduxerint. Et vt hæc quæ de re aliena modò diximus, demus vera eſſe, nemo tamen eò impudentiæ deueniat,

a à titulo de obligationib[us] huc vſque.
b inf. tit. proximo.
c inf. de lege Aquilia.
d inf. de iniuriis.
e l. ex maleficiis. ff. de act.
f ſup. quib. mo. tollitur obli.
g ſup. de verbo. obliga.
h ſup. de litera. obliga.
i ſup. de oblig. ex cõſenſu.
k glo. hic in verbo, iniuria.
l l. 1. § iniuriã. ff. de iniuriis.
m Bald[us] in l. vlt. C. vi bonorum raptorũ. idẽ Bal. hic ĩ initio ſui cõmẽtarij.
n arg. l. atrocẽ. C. de iniuriis arg. l. prætor edixit. §. vlt. ff. de iniuriis.
o notatur in l. furem. ff. ad le. Cor. de ſicariis.
p Bart. in l. aut facta. ff. de pœnis in princ.
q Bal. in locis modò allega.
r l. 1. § fur. ff. de furtis.
s l. ſiquis vxori. §. neque verbo. & l. inficiando in prin. & l. 1. §. ſola. ff. eod.
t l. vulgaris quæſtio eſt § q furti. & l. inter omnes. §. rectè. ff. eo.
v l. poſſideri. §. ſi rem. ff de acquiren. poſſeſ.
x arg. l. ſi dominiũ. & ibi expreſſim not. ff. eo. idẽ in tractatu de iuriſdictione numero 10. Antoni[us] Butri[us] in ca. 1 de raptorib[us].
y Sabin[us] apud Aulũ Gellium li. 11. ca. 18.
z §. quod autẽ. ſup. de vſucap. l. quare. ff. de vſuca.
• l. ſeruum. §. incorporales. ff. de acquirẽ. re. dominio.
a ca. dudũ. 2. iũcta ibi glo. in verbo, furtũ. de elect. Barto. in tractatu de differẽtiis inter ius ciuile & canonicum, numero 18.
b §. aliquando inf. eo.
c l. ſi ſocius communis. ff. eo. l. rei cõmunis. & l. merito. ff. pro ſocio.
d d. l. merito.

niat, vt ſtatim iuriſconſulto Paulo[e], dicam cũ Accurſio[f] impingere audeat, quaſi alienæ rei mentio ab eo omiſſa fuerit. Neque enim quicquam de ea re vir tantus addubitauit quin is facilè diſpiceret rei noſtræ furtum fieri non poſſe. Cùm enim vnicuique de re ſua & vtendi & abutendi ius ſit[g]: qui rem ſuam contrectat, pro ſuo iure id facere videtur. Neque ob aliã cauſam furti notatũ fuiſſe exiſtimo eũ qui rem ſuam impigneratam ſubtraxerit[h], quàm quòd ipſe ius creditori cõſtitutũ tolleret[i]. Huc accedit quòd res impignerata, alienata eſſe dicitur[k]. Socius quoque ideo furti notatus eſt[l], quòd is nõ re ſua tantũ, ſed & aliena vteretur, in qua & ipſe ante diuiſionem portionem ſuã aſsignare nõ poſſet[m]. Ad eũdem modũ & rei quæ nullius eſt, cuiuſmodi eſt res hæreditaria, furtũ fieri nequit (l. hæreditariæ. ff. de furtis.) Quod ideo cõſtitutũ eſſe Scæuola aſſeruit (l. 1. §. Scæuola. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus fue.) quòd poſſeſsionem quæ facti eſt & animi, deſiderat apprehenſionẽ. Alciatus in l. quinque pedũ. C. finiũ regundorũ. Sed expilatæ hæreditatis iudicio agendum eſt. (l. 2. ff. de cri. expi. hęred.) Sed quid ſi pecunia ciuitati ſubrepta eſt? Et Papinianus reſpõdit, furti actione (l. ob pecuniã. ff. de furtis.) necnon peculatus accuſatione huiuſmodi furem teneri. (l. 4. ff. ad le. Iuliã. peculatus. vide omnino Alciatum lib. diſpunctionũ. 1. ca. 3.) Oportet autem rem alienã fraude contingere priuſquam furtum fiat. Qui enim domini voluntate ſe rem attingere putauit, fur non eſt[n], aut qui dominum credidit id permiſſurum, ſiue falſo ſiue id verè putet[o]. Sed quid ſi dum aduerſus furem pro furto inquiritur, dominus rem ſuo permiſſu ſubreptã fuiſſe aſſerat, continuóne huiuſmodi noxã furi remittemus? Et Bart.[p] aduerſus Butrigariũ & Riminaldũ[q] cenſuit in furem animaduertẽdũ eſſe, illa ſcilicet ratione, quòd ex delictis etiã priuatis (in quorũ albo furtũ cõmemoratur[r]) duplex naſcatur actio, vna quæ ei cui damnum datũ eſt, applicari ſolet. alia quæ ad Reip. vtilitatem reſpicit[ſ]. vnde huiuſmodi remiſsio à domino facta licet ipſi domino officiat[t], Reip. tamen cuius refert animaduerti in malos[v], minimè incõmodare poteſt[x]. Adhæc & lucri ſui cauſa rem ſurreptã fuiſſe eſt neceſſariũ[y]. Et parui refert, an ſui, an verò alij cõpẽdij nomine furtũ quis fecerit, vt quia chirographũ interleuerit, ne auerſus debitorẽ probari poſſet[z]. In lucro quoq; imputari debet quod quis volũtatis explendæ gratia fecerit, vt quia ſeruum præfecto vigilũ occidendũ quis tradiderit[a]. Quòd autem plerique ad hanc definitionem, clauſulam, inuito domino, addendã putent[b], id quidem vt verum demus, nemo tamen hac in parte diminutũ Paulũ exiſtimet, cùm & ex dictione fraudulosa quæ in definitione Pauli tertio loco poſita eſt, id abũde colligi poſsit[c]. Furtũ autem fit non ipſius proprietatis tantũ, ſed etiã vſus aut poſſeſsionis[d]. Vſus, vt quia rebus cõmodatis aliter quis vtatur quàm vtendas acceperit[e]. Poſſeſsionis, vt quia quis re apud ſe depoſita, aut quam pignoris iure nexã habet, tanquã dominus vtatur[f]. Poſtremò furtũ lege naturali prohibitũ eſſe dicitur[g]. quo loco naturę legem pro diuina lege Accurſius interpretatur[h], cùm ea furtũ nõ eſſe faciendũ admoneat. Ego nõ arbitror ethnici ſcripta ab euãgelio interpretationem accipere. Satius itaq; fuerit pro iure gẽtiũ id interpretari. Sanctiſsima etenim illa hominũ ſocietas & naturalis illa ratio dictat manus ab alieno cohibẽdas eſſe[i]: atq; ita Faber[k] aduerſus Accurſij ſententiã quãdoq; docuit: eóq; iure nos hodie vtimur[l]. Credidit tamẽ Alciatus[m] furtũ iure ciuili potius quàm iure gentiũ prohibitũ eſſe, cùm & apud Ægyptios furta impunita fuerint: & apud Lacedæmonios, (à quibus bona pars noſtrarum legũ decerpta eſt[n]) furari, laudi duceretur[o]. Cui ſententiæ vix eſt vt accedere audeam, præſertim cùm & lex ciuilis furtum natura prohibitum eſſe doceat[p], neque ius gentium tam metiri debemus quod ab vna atque altera gente fit, quàm quod ab ea fieri deberet[q]. Videntur enim Ægyptij & Lacedæmonij à naturali æquitate defeciſſe furtum permit-

e in l. 1. §. furtũ. ff. eodem.
f gl. hic in verbo, rei circa medium.
g l. ſed & ſi lege. §. cõſuluit ſenat.[9] & l. ſiquid poſſeſ. §. ficut. ff. de pet. hæred.
h §. aliquando. inf. eodem.
i Theoph. ĩ d. §. aliqñ. ſub fi.
k l. vlt. C. de reb. alie. non alie. l. aliena. ff. de ver. ſig.
l d. l. ſi ſocius.
m arg. not. p Albericũ Roſatũ ad rub. ff. ſi cer. peta. & cõmuniter aliorũ ĩ §. quadã. inf. de act. arg. §. 1. 2. & 3. inf. de off. iud. arg. not. p Caſtrẽ. & Lãce. Deciũ ĩ l. ĩ trib. ff. de iudiciis.
n l. inter oẽs. §. recte. ff. eod.
o d. §. rectè.
p Bar. ĩ d. §. recte numero 2. quẽ ſequitur Bal. hic. Idẽ Bal. & Alcia. ĩ l. trãſigere. C. de tranſactionibus.
q Vterque in d. l. trãſigere.
r l. 1. ff. de priuatis delictis.
ſ l. 2. vbi Bart. expreſſ ĩ not. ff. de priuat. delic. l. licitatio (aliàs locatio) §. quod illicite. ff. de publicanis.
t dixi ſup. ad. §. 1. ĩ t. ẽplicatione. quib. mo. tol. obliga.
v l. ita vulneratus ff. ad le. Aquiliam.
x l. nec ex ptorio. ff. de reg. iur. l. ius publ. ff. de pact.
y l. 1. §. furtũ. ibi, lucri faciendi. ff. eod.
z l. qui tabulas. §. vlt. ff. eo.
a l. pen. ff. de cõdict. ob cau.
b gl. hic ĩ verbo, fraudulosa ſub finem.
c Vide ea quæ diximus in 3. requiſito.
d l. 1. §. furtũ. ff. de furtis.
e l. qui iumenta. ff. eodem. §. placuit. ĩ ſ. eo. Theoph. hic.
f l. ſi pignore. §. 3. ff. eod. canone, dixit dominus. 14. quæſtione 5.
g d. l. 1. §. furtũ. circa fi.
h gl. vlt. ĩ d. §. furtũ. & gl. hic in ver. lege naturali.
i canone. vlt. 14. quæſt. 5.
k Fab. hic num. 2. ſub fi.
l Raphael Fulgoſi[9] ĩ l. 1. §. huiſ ſtudij. ff. de iuſt. et iu.
m Alcia. in l. probrũ. ff. de verbo. ſig.
n § ex non ſcripto. ſup. de iure naturali.
o Gelli[9] li. 11. noct. atti. ca. 18.
p d. §. furtum.
q l. 1. §. vlt. ff. de iuſt. & iu.

tendo. Huc pertinet quòd nec apud omnes gentes adulteria puniebãtur. Attamen nec ipse Alciatus negauerit ea iure gentium prohibita esse[r].

§. Furtorum autem duo sunt genera.

Furtum in duas species diducitur, in manifestũ, & nec manifestũ[s]. Manifestus fur is est, qui in ipso furto deprehenditur, quiq; inficiãdo nõ est[t]: quẽadmodum & manifestus adulter dicitur is qui inter amplexus repertus est[v]. Nihil autẽ retulerit à quo deprehẽdatur, vtrũ ab eo cuius res fuit, an ab alio[x]. Neque nos quicquã mouet quòd per liberã personã nihil nobis acquiri potest[y]. magis enim facto delinquentis quàm alterius alicuius mihi acquiritur actio[z]. Poterit autẽ & clericus itidẽ & sacerdos ea in specie impune cõprehẽdi, vt hic ad iudicẽ deducatur[a]. Sed quid si fur iste apprehẽdi nequit? Et ꝑpẽ est vt solã acclamationẽ sufficere existemus: quod Sinus & Bartolus quãdoq; docuerũt[a]. Cæterùm si iste fur alicubi deprehendatur, siue in priuato, siue in publico[b], attamen & hic fur manifestus erit si cum re furtiua deprehendatur antequam eò loci re pertulerit, quò eo die manere destinauerat[c]. Quod & in eo qui hominem occiderit, obseruãdũ esse Bar. admonuit[d]: vt si quidẽ stricto ense vixdũ illius qui occisus est ædes egressus esse dicatur, hic homicidium fecisse dicatur.

§. Conceptum.

Præter has duas furtorum species fuerunt & aliquot aliæ, quæ nõ tã species quàm furti actiones dicerẽtur: cuiusmodi est actio concepti furti, oblati, prohibiti, & nõ exhibiti[e]: quarũ omnium rationẽ Iustinianus & huius paraphrastes græcus Theophilus diligenter explicuerunt. Hoc igitur iure hodie vtimur, postquã illæ actiones in desuetudinẽ abierũt, vt in primis furẽ in ius vocemus[f]. Neq; enim (vt olim) rẽ nostrã surreptã, in alienis ædib[9] perquirere cõceditur. Quid enim tã durũ tãq; inhumanũ est, quàm publicatione põpáq; rerũ familiariũ, & paupertatis detegi vilitatẽ, & inuidiæ parere diuitias[g]? Aliquãdo tamẽ seruũ fugitiuũ etiã in Cæsaris vel Reip. prædiis latẽtẽ nobis perquirere licet[h]. Censuit quoq; Bart.[i] eũ qui nobis in suspicionẽ furti venerit, impetrata in primis à iudice venia, vel in propria domo perquiri posse[k]. Etenim si ex grauioribus indiciis quis admoneri potest[l], multo magis & eius res turbare poterimus, præsertim cũ in infinitũ maior sit vel leuiuscula iniuria quæ corpori infertur, quàm ea quæ rerũ iacturã sustinet[m]. Cæterùm vbi quis furti cõuictus fuerit, is si quidem manifestus est, quadrupli pœnã sustinebit[n]. Sin id minus, dupli pœna mulctari debet. Hæc autẽ post 12. tab. leges adinuenta est[o]. Illa verò quę propter furtum manifestũ imponitur, ex prętoris iurisdictione descendit[p]. In hac autẽ pœna, rei ipsius persecutio nõ cõtinetur: sed totũ quod petitur, pœna est[q]: eáque ei cui res sublata erat, addici debet: cũ videamus cõstitutũ esse, vt semper vbi lex actionem pro crimine puniendo introduxit, ei qui lęsus est, applicari debeat[r]: sicut & si accusatio lege inducitur, mulcta ipsius fisci cõmodis applicari debet[s]. Idémq; in ambiguo censendũ est, vbi scilicet incertũ est an actionẽ an accusationem lex introduxerit. tũc enim potior publicę quàm priuatę vtilitatis ratio nobis esse debeat[t]. Sed nunquid huiusmodi pœnã nobis petere cõceditur? Et verius est vt etiã in eo foro quod Cõsciẽtiæ vocãt, nobis petere liceat: idq; aduersus cõmunẽ omniũ interpretũ sẽtẽtiã probabilius esse, Decius multis rationibus iã pridẽ ostẽdit[v]: quas omnes apud eũ, cùm is iã in omniũ manibus sit, legendas relinquimus.

Aduersus eum qui furtum quærere.

Licet igitur furẽ hoc nostro iure indicare nemo teneatur[x], nisi iudice authore id fiat[y], iure tamẽ Canonico post edictũ missum indicari debet[z]. tamen is apud quem res furtiua inuenta est, quãuis fur non sit, si quidẽ is sinistrã apud bonos & graues viros opinionẽ vitare velit, furẽ vt arguat, illi necessitas est[a].

§. Furtum

r Alcia. in d. l. probrum.
s l. 2. ff. eodem.
t l. 3. ff. eodẽ. Budæus in cõmẽta. linguæ græcæ pag. 7.
v Bar. in d. l. 3.
x d. l. 3. vers. & parum refert. l. si quis in seruitute. vers. cæterũ. ff. eodem.
y l. 1. C. per quas perso. no. acquiritur.
z arg. l. ghibere. post princ. ff. quod vi aut clam. l. si quis solutioni. ff. de vsur.
a Bar. in d. l. si quis i seruitute. & Baldus hic.
a Sin[9] in l. falsus. C. de furtis. Bart. in l. fur est manifestus. ff. eodem.
b l. fine ff. eodem.
c l. quò destinauerat. ff. eo.
d Bart. in d. l. 2.
e Iul. Paul[9] li. 2. receptarũ sententiarũ tit. de furtis.
f communiter docto. hic.
g l. 2. vers. quid enim tã durũ. C. quãdo et quib. quarta pars debeatur li. 10.
h l. 1. §. hoc autẽ. ff. de ser. fugiti. l. requirendi. C. de seruis fugit.
i Bart. in d. l. requirendi.
k & ita limitatur l. plerique. ff. de in ius vocãdo.
l l. 1. ff. de quæstionibus.
m arg. l. in seruorum. ff. de pœnis.
n hoc §. sub finem.
o Gellius li. 10 ca. 18.
p §. 1. sub finẽ. inf. de ꝑpet. & tempora. actio.
q §. ex maleficiis. inf. de actionib[9]. §. 1. inf. vi bono. rap.
r l. prætor ait. in princ. ff. de sepulchro violato. l. si cui ex empt. ff. de ver. sig.
s ca. vnico quæ sint regalia i vsib. feudorũ. l. mulctarum. vbi Faber notat. C de modo mulctarum.
t notãt docto. in l. 1. ff. solu. matri. notatur in l. vnica sub fi. C. de cadu. tollẽ. vide omnino Bar. i l. Agraria ff. de termino moto.
v Deci[9] in ca. 1. de cõstitutionib[9]. idẽ i l. quod à quoquã. ff. de regu. iuris.
x l. qui vas argenteũ. §. qui furẽ. ff. de furtis.
y Bar. in l. ciuile. C. eodem.
z cap. qui fure. de furtis.
a Bart. in d. l. ciuile.

§. Furtum autem fit.cum §. Placuit.

Si credito pignore aut deposito depositarius vtatur, furtum factum fuisse dici consueuit[b]. Idémque in eo qui re sibi commodata diutius quàm par sit, vsus est, recipiendum esse videtur[c], cùm non contrectio tantú, sed & domini dissensus furtum faciat[d]. Veruntamen ad hoc vt commodatarius furtum faciat, etiam alij de quibus modò diximus, necessariò debent inuito domino illa re vti[e]: preterea hoc vnum cogitare debent, preter domini voluntatem rebus cómodatis aut depositis vti[f]. alioqui si probabili ignorantia ducti se domini voluntate rem contrectare existiment, quamuis domino nolente id fiat, dicendú est adhuc furtum non fieri. Probabilis autem ignorátia hæc erit, vt quia vel inter dominú cómodantem & cómodatariú & alios id genus homines arctissimum necessitudinis vinculum accesserit, aut quia cognationis aut affinitatis iure deuincti sunt: alioqui in ambiguo vbi nulla cóiectura adfertur, presumendú est fraudulento animo ré cótrectatá fuisse. Preterea preter domini voluntaté videtur res ipsa in aliú vsum destinata fuisse[g]. quod latius à Bartolo adnotatú est[h]. Sed cú in his speciebus vsus aut possessionis furtum fiat, probabiliter dubitari potest núquid ipsius vsus aut rei æstimatio duplicari aut quadruplicari debeat[i]. Et verius est vt vsus tátùm aut possessionis æstimatio facienda sit[k]. quod communiter omnes sequuntur[l].

§. Sed & si credat.

Regula est iuris ciuilis, furtú volente domino fieri non posse[m], adeò vt & si quis nolente domino se rem contrectare existimet, procliuius est tamé vt hic furti pœna non cóstringatur, si etiá ignorans domini voluntaté ré ipsam contrectauerit[n]. Immo nec dominus ex eo iuuari poterit, quòd fortasse obiiciet eum qui re sua vsus est, de domini voluntate incertum fuisse. Illud enim receptum est, ignorantia aliena nunquam nos in ignorátis dispendiú vti posse. Quare nec ei qui proscriptum hominem occiderit, cú ex lege municipij id concederetur, obiici poterit, quòd eum exulé esse nesciret: vt Bartolus quandoque docuit[o]. Refertur tamen hìc elegans species in qua etiam domino consentiente furtum fieri dicitur: vtpote si quis alienú solicitauerit vt res aliquot ad se perferret, dominus autem dum furem deprehendere vellet, permiserit seruum suum res aliquot deferre[p]. tunc enim in huiusmodi solicitatorem & serui corrupti & furti actio dabitur. Serui corrupti quidé, vt quia seruum nostrú corrúpere studuerit[q]: furti, propter dolum ipsius cósultoris[r]: & vt alij omnes huiusmodi pœnis deterriti, ab hisce solicitationibus abstineant[s]. quod plerique & ad filiumfa. producendum exstimauerunt[t]: quoniá interest nostra, liberorum nostrorum animos nó corrumpi[v]. quod infrà latius attingemus[x].

Consilium corruptoris.

Regula est, cogitationis pœná neminé mereri[y]: quę in leuioribus quidem delictis, etiá vbi extraneus actus accessit, locú habet. in atrocioribus cótrà obseruatur, vt extraneú aliqué actú sufficere existimemus[a]. Qua tamen in re ad verba legis inspiciendum esse crediderim, vt si quidé lex verbis præteriti téporis vtitur, consummari actus omnino debeat: vt ecce lex ei qui appellauerit temerè, pœná imponit: núquid sufficiet aliqué appellare voluisse? & Cardinalis respódit[b] non sufficere, cú verbum appellauerit, tépus omnino perfectú notet. Aliud est si futuri téporis verbo, vtpote si appellabit, lex ipsa cócipiatur[c]. Céfuit quoque Bartolus, vbi pœna ei qui hominé occiderit, lege municipii irrogatur, núquá pœna aliqué afficiédú esse nisi actú omnino pfecerit[d].

§. Interdum etiam.

In huius responsi interpretatione variatú est séntétiis. Credidit enim Accursius[e] filiifa. surrepti nomine nó pecuniariter sed criminaliter agendú esse[f],

b l. si creditor pignore. ff. eo.

c l. qui iuméta. & l. qui re. ff. eodem.

d d. l. qui iumenta.

e §. placuit. inf. eo.

f l. inter omnes. § recte. ff. de furtis.

g arg. l. qui vas §. qui furtum. ff. eodem.

h vide omnino Bar. in d. l. inter omnes. § rectè. ff. eod.

i gl. in verbo, vsus in §. furtum. sup. eod.

k arg. l. vulgaris. in pric. & §. si de naui. & l. qui iumenta. ff. eodé. vbi vide omnino Barto.

l glos. in d. l. qui iumenta. glos. in l. 2. quá Sinus & communiter doctores sequuntur. C. eodem.

m d. §. rectè.

n hoc §. in princ. & d. §. rectè circa finem.

o Bar. in d. §. rectè.

p hoc § in vers. vnde. & l. si quis seruo. C. eodem.

q hoc § in vers. licet enim.

r d. l. si quis seruo.

s arg. l. 1. C. ad le. Iuliá rep.

t doctores hic.

v l. vt tátú. §. 1. ff. de seruo corrupto.

x dicam in §. in duplum inf. de actionibus.

y l. cogitationis. ff. de pœnis. l. 1. §. vlt. ff. quod quisque iuris in a.

a can. si quis nó dicá capere, cú 4. canonib. seq. de pœnit. dist. 1. & l. si quis cum telo. C. ad le. Cor. de sicar. cum l. si quis non dicam. C. de episc. & cleric.

b Cardinalis Floren. in ca. præterea. de appellat.

c Ioan. Andr. in ca. perpetuo. de elect. in 6.

d Bar. in l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Corn. de sicariis. Vide omnino Felinú in tractatu de conatu. et vide hic docto. ad nauseam.

e gl. hic in verbo, furtú fit.

f l. vlt. ff. de priua. delic. l. vt ff. eodem.

ideo quòd cum liberũ corpus nullã recipiat æstimationẽ[g], non posit huiusmodi fur in illud quod nostra intereſt, ſatis cõmodè damnari[h]. Quę ſententia non immeritò omnibus diſplicuit[i], vt quæ Vlpiani reſponſo vim afferat[k], in quo citra diſtinctionem patrem ob filium ſurreptum furti actionem habiturum traditũ extat. Prętereа nõ liberi corporis, ſed operarũ quibus caruit aut cariturus eſt ipſe pater per filij abſentiã ratio habenda eſt[k]. Sed nunquid mater pro filio ſurrepto furti actionem habet? Et cũ huic neque operę debeãtur, neque illi iure Quiritũ filios in poteſtate habere liceat, conſequens eſt vt nec furti actionem illi competere exiſtimemus, æſtimationẽ cuius operæ faceremus. Hoc autem & patri & matri commune eſt, vt neutri cõdictione furtiua agere concedatur. Liberarum etenim perſonarũ cauſa licet furti actio ſit, cõdictionẽ tamen nunquam cõpetere Paulus reſpondit[l]. hoc ideo, quòd condictio furtiua ſoli domino competat[m]. At pater licet patriam in filiũ poteſtatẽ habeat[n], dominiũ tamen nullo modo habere cẽſetur. quod ego probabile eſſe crediderim[o]. Et ab hac ſententia cõmuni Theophilus nõ ita multũ diſceſſit[p].

§. Aliquando.

Si debitor rem ſuam quã impignerauerat, ſurripiat, furti tenetur[q]. Sed hic non tã ſuæ rei quàm alienę furtũ facere dicitur, ſicuti ſuprà docuimus. Vnde & nunquam ea res in creditoris detrimentum præſcribi poteſt, cũ illi ſemper quaſi Seruiano iudicio experiri concedatur[r]. Quod ad dominum pertinet, preſcribi poteſt, cùm iam furtiua non ſit, vt quæ in domini poteſtatẽ reuerſa eſt[s]: idque & Theophilus per §. aliquãdo. ſup. de vſucap. explicuit.

§. Interdum quoque.

Quanuis furtum nunquam ſine contrectatione fieri ſoleat[t], aliquando tamen is qui non contrectauit, furti tenetur, quanuis furtum non fecerit, cuiuſmodi eſt qui opem furtum facienti fert[v]: vt ſi quis nummos mihi eo animo excuſſerit, vt alius eos raperet[x]. alioqui ſi per laſciuiã, id eſt ludũ improbiorẽ[y] id fecerit, legis Aquilię actione conueniri debet. Sed nõne furti manifeſti aut nec manifeſti actione conueniendus eſt, qui opem præſtiterit? Et Paulus reſpondit eum nunquam manifeſtum furem eſſe[z], cùm rem ipſam non contrectauerit. quæ ſententia Theophili fuit, neque Accurſio diſplicet (glo. in verbo, manifeſtus eſt in d l. is qui opẽ.) Illud autem meminiſſe conueniet opem expreſsim & re ipſa pręſtitam eſſe debere, ita vt miniſterium atque adiutoriũ ad ſurripiendas res pręebeatur. id enim Vlpiano opem ferre eſt[a]. Neq; enim ſatis eſt inſtruxiſſe furem conſilio ad furtũ faciendũ[b], niſi & poſt huiuſmodi conſiliũ furtũ ſequatur. tam enim is qui cõſulit, quàm is cui conſulitur, furti omnino tenebitur. Neq; diſtinguemus an is cui perſuaſum eſt, furtũ facturus erat, nécne. In delictis enim huiuſmodi diſtinctio nunquam in conſiderationẽ venit[d]. quod plerique ſuis locis bene attigerunt[e]. Sed nunquid is qui opem ad furtum faciendum prębuit, ſimilitudine ſupplicij punietur? Et id quidem receptius eſſe Bart. tradidit[f], niſi aliud lege expreſſum ſit. (l. vnica C. de raptu virginum. §. penult.) Is verò qui poſt maleficium admiſſum fures receptare ſolet, pœna edicti quali qui latrones acceptauerint, punietur. (l. 1. ff. de receptatoribus. & l. 1. C. de his qui latrones.)

§. Hi qui in parentum.

Cùm inter patrem & filium lis nulla eſſe poſſit[g], conſequens eſt vt aduerſus filium qui rem patris ſurripuerit, patri furti actio dari nequeat[h], licet res ipſa furtiua efficiatur[i], ita vt nec illius vnquã vſucapio procedat, niſi vel eam furi dominus vendiderit[k], vel illius rei æſtimationem acceperit[l]. Sed nunquid pro huiuſmodi maleficio iudex in filium animaduertere poterit? Et nõ videtur[m]. Cùm enim modica coërctio ipſi patri permiſſa ſi[n], ei ſoli vindicta relinquetur.

g l. vl. ff. de iis qui deie. vel effude. l. ex hac. ff. ſi quadrupes paupe. fecis. dica.
h doctō. communiter hic cõtra gl. Bar. in l. eũ qui emit. §. ſi filiusfa. ff. eodem.
i l. mater. ff. eodem.
k arg. l. proinde. arg. l. hoc aptius. ff. ad le. Aquiliã.
l d. l. mater. § liberarum.
m l. 1. ff. de condict. furtiua
n l. poteſtatis. verbo. ff. de verbo. ſignif.
o vide hic gl. in verbo, furtum fit. ibi, mater verò non agit. &c.
p Vide hic Theophilum.
q l. itaque fullo. §. ſed & ſi res pignori. ff. eod. §. furti autem actio. ſub ſi. inf. eo. Iulius Paulus lib. 2. receptarum ſententiarũ titulo de furtis.
r l. ſancimus. C. de reb. alie. nõ aliená. § itẽ Seruiana. inf. de actionibus.
s l. ſeqtur. § ſi rẽ. ff. de vſuc.
t l. poſsideri. §. ſi rem. & ibi Iaſon in 2. notabili. ff. de acqui. poſſeſsione.
v l. is qui opem. ff. eo. arg. l. quo naufragiũ. § non tãtũ. ff. de incẽdio rui. nauf. l. in furti actione. § rectè tamen Pediꝰ ait. ff. de furtis
x l. ſi ſeruum ſeruũ. §. ſi quis de manu. ff. ad le. Aqui.
y Budæus in l. ex conducto. §. ſed & ſi labes. ſub finẽ commentarij. ff. locati.
a in d. l. is qui opem.
b d. l. in furti actione. §. rectè. verſic. opem.
c hoc § circa finem.
d l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto. l. nõ ſolum. §. ſi mandato meo. verſic. Atilicinꝰ. ff. de iniuriis
e Bar. in d. § ſi mãdato meo Deciꝰ ĩ l. cõſilij. ff. de reg. iur. dixi in §. ſua tantum ſup. de mandato.
f Bar. ĩ d. l. in furti actione §. ope. g l. ſi pignore. §. qui ferramẽta. ff. eo. & l. vlt. ff. ad le. Põp. de parricid.
g l. lis nulla. ff. de iudiciis.
h l. ſi quis vxori. in principio. ff. de furtis.
i gl. in § aliquãdo. ſup. eo.
k l. quamuis. ff. eodem. arg. l. eius rei iuncta l. ſeq. ff. de rei vẽdic. l arg. l. eius rei. iũcta l. ſeq. ff. de rei vẽdic. m l. perſpiciẽdũ. § furta domeſtica. de pœnis: n arg. l. vnica. C. de emẽdatione ſeruorũ. l. vnica. C. de emendatione propinquorum.

linquetur.id quod & in omnibus propemodũ domeſticis furtis obſeruari cõueniet.(Bar.in d.§.ſurta.) Cæterũ quod hîc in filio dicitur, idẽ in vxore obſeruari debebit,vt nũquã aduerſus eã furti actione.ſed rerũ amotarũ iudicio experiendũ ſit [o]. Sanè ſi filiusfa. caſtrenſe aut quaſi caſtrẽſe peculiũ habeat, hîc furti cõueniri poteſt,cùm in huiuſmodi peculiis pro patreſa. habeatur[p].

§. Furti autem actio.

Illud pro regula traditũ eſt,furti actionem domino cõpetere:quod tamẽ quibuſdã caſibus nõ procedit. Is enim cuius interfuit rem non ſurripi,quãuis dominus nõ ſit,furti tamen actionem habet[r]:vt ecce ſi res impignerata creditori ſurrepta eſt, vtri actionem dabimus:dominóne,an ipſi creditori[ſ]?Et creditori dabitur:cùm eius tantũ,non autem domini interſit. Intereſt enim eius eo nomine,ꝙ eum pignori incũbere potius quàm in perſonã agere conſultius eſt[t]. Et cũ hic culpę nomine teneatur,vt quia res ſua negligẽtia perierit[v], creditor aduerſus eũ pignoratitia actione agere poteſt[x]. Oportet autem creditoris intereſſe iuſtã ob cauſam[y]:alioqui ei furti actionem nũquam dabimus[z]. Neque enim quiſquã ex dolo ſuo furti actionẽ quærere debet[*]. Quod Bartolus verũ eſſe intellexit[a],quãdo rei quæ apud aliũ noſtra voluntate erat, eſt interuerſa proprietas:ſicuti ſi depoſitarius cui rem noſtram cuſtodiendã tradidimus,eã rẽ cõtrectare velit[b].alioqui vbi vſus tantũ furtũ fit ab eo qui noſtra voluntate rem acceperit,tunc nihil ꝓhibet quo minus ipſi ſuri,illi inquã qui rei noſtræ vſum interuerterit,furti actionẽ demus. Vſq; adeò autem furti actio creditori ob pignus ſurreptum dari ſolet,vt etiam aduerſus debitorem qui rem impigneratam ſubtraxerit, eam dari non diſſiteamur[c]. Sed nunquid creditótenus,an verò in ſolidũ creditori agere permiſſum eſt? Et ſi quidem aduerſus debitorem agatur,creditótenus agendum eſſe plerique cenſuerũt[d]. Idem & ſi aduerſus extraneum agatur,modò nihil creditoris culpæ aſſcribi poſsit[e].alioqui vbi propter negligentiam creditor tenetur, propè eſt vt aduerſus extraneum quatenus res eſt,creditori agere liberum ſit[f], ita vt quod detritum excedit, pignoratitia actione debitori reſtituere compellatur[g].

§. Item ſi fullo.

Fullo qui veſtimenta polienda acceperit, furti actionem habet, ſiquidẽ ei res ſurripiatur,cũ is locati actione rem ſibi cõmiſſã reſtituere cogatur[h].Quod obtinet vbi ſullonis aut ſartoris culpa aut negligentia res periit[i]: tunc enim propter ſuam negligentiam ipſi domino tenetur[k]. alioqui cũ furtum caſibus fortuitis annumeretur[l],non deberet à ſullone pręſtari,vt cui ex cõtractu bonæ fidei,nimirum locationis,in quo caſus fortuitus nũquam venit[m], teneatur. Dabitur autem hęc actio furti ipſi fulloni vbi omnino ſoluendo eſt.ſi enim nihil habeat quod reddat,eius periculo nihil eſt[n]: Neq; ſatis erit creditorem vel in parte ſoluendo ſuiſſe[o]. Soluẽdo enim nemo eſſe intelligitur niſi qui ſolidum ſoluere poteſt[p]. Exemplo creditorum in bonæ fide emptore receptum eſt vt is ſurti actionem habeat,quanuis nondum dominiũ nactus ſit, vt quia vſucapionem nondum perfecerit[q], ídque obtinet vbi res illi tradita eſt[r].alioqui ante traditionem rei,cũ venditoris intereſt eam nõ perire, vt qui cuſtodiã pręſtare debeat[ſ], propè eſt vt venditori tantũ agere concedamus[t]. Planè ſi emptor rem ſibi venditam ante precium ſolutum ſurripuerit, actione furti tenebitur[v] perinde ac ſi pignus ſubſtraxiſſet[x].

§. Quæ de fullone.

Quemadmodum olim ſulloni furti agere tunc demũ concedebatur, vbi ipſe in totũ ſoluendo erat,ita & in cõmodatario recipiendũ eſſe veteres exiſtimauerunt.at hodie Iuſtiniani conſtitutione[y] ſiue dominus à commodatario ſuum recipere poteſt,ſiue id minus, ſemper illi pro re quæ ipſi cõmodatario ſurrepta eſt,furti agere cõceditur. magis etenim hac in parte ipſi com-

o d.l.ſiquis vxori.in princ. l.1.& 2.ff.rerũ amotarũ.
p d.l.ſi quis vxori. §.ſed ſi filius meus.
q l.2.ff.ad ſenatuſconſultũ Macedonianũ.§. vlt.ſup. de militari teſtamento.
r l.cuius interfuit. iunctis duabus ll.ſeq.ff.eodem.
ſ eleganter Theoph.hic.
t l. pl[o] cautionis.ff.de re iu.
v arg. l. ſi vt certo.§. nũc videndum. ff.cõmod.sti. Theophilus hic.
x l.ſi pignore ſurrepto.ff. de pignorat.actio.
y d.l.cuius interfuit.
z l.itaque fullo.§.ſed furti actio.ff.eodem.
* l.eum qui emit.§. ſi autẽ apud quem.ff.eodem.
a Bar.in l.qui vas argenteũ §.ſi ego.ff.eodem.
b d.l.qui vas.§.ſi ego.
c §.aliquando ſup.eo.
d d.l.itaque fullo.§.ſed et ſi res pignori data ſit.ff.eo.
e cõmuniter doctores hic.
f l.creditores.ff.eodem.
g l.ſi pignore.ff.de pignoratitia actione. Vide gl.a in verbo, agere poterit. in l. eum qui emit.§. idẽ ſcribit.ff.eodem.
h l.itaque fullo.ff. de furt.
i Faber hic.
k d.l.ſi vt certo.§.nũc videndũ.ff.cõmodati.§.qui pro vſu.ſup.de loca.& cõd.
l l.contractus.ff.de reg.iur.
m l.quæ fortuitis. C.de pignorat.actione.
n d.l.itaq; fullo.circa princ. & l.nam is.ff.de dolo.
o l.ſi fullo. ff.de cõdictione ſine cauſa.
p l. ſoluendo.ff.de ver. ſig.
q §.1.ſup.de vſucapionibus
r l.eũ qui emit.§.adeo.ff.eo.
ſ l.cuſtodia.ff. de peric. & commodo rei vendita.
t d.l.eum qui emit.in princ.
v d.§.adeo.
x arg.l.Iulianus.§.offerri. ff.de actionib.empti.
y l.vlt.§.ſales itaque.C. eo.
z §.item is cui.circa fi.ſup. quib.mo. re contrahi. obl. Faber hic.

modatario fauendum esse Iustiniano visum est,præsertim cùm cõmodatum nulla mercede interueniente,sed tantũ ex sola cõmodãtis liberalitate descendat[a]. Liberum igitur erit ipsi domino vel à cõmodatario primùm rem commodati iudicio persequi,aut furti actione ab ipso fure. Quòd si dominus sciens & prudens alterum delegerit,ad alium illi redire non conceditur[a]. Quod illa ratione introductũ est,quia vbi ex legis dispositione electio alicui permittitur,nunquã alicui variare concessum est[a]. Sed quid si dominus aduersus eũ qui furtum non fecerat egerit, continuóne aduersus furem illi redire permittemus? Et Faber hîc docuit permittendum esse. huiusmodi enim error qui in facto alieno versatur,domino nihil incõmodare potest[b]. Idéque existimo esse dicendũ vbi dominus à cõmodatario vel fure quẽ delegerit, nihil omnino cõsequi posit.satis enim ęquũ est vt illi ad alterũ ex his redire cõcedatur[c].

§. Sed is apud quem.

Depositarius cui res surrepta est,furti agere non potest[d],illa scilicet ratione,quòd cùm is dolum tantùm pręstare debeat[e], non autem negligentiam[f], sua nihil intereſt si quidem à dolo immunis sit. quòd si fraude non caret, nõ debet ex dolo suo furti quærere actionem[g]. Et ideo si venalitiarius aliquis libros vendendos à me tanquam depositos acceperit : si sua negligentia libri surrepti sint,furti non aget, cùm sua nihil intersit[h] : nisi fortè mercedem acceperit[i]: aut nisi alicui qui rem suæ fidei cõmissam nomine meo reposceret, eam tradiderit. nam & cùm ille hunc nunquam nouerit,non tam facilè obediens dicto esse debuit.[k] Iam igitur cùm venalitiarij intersit, ob id illi furti actionem permittimus: vt communiter omnes hîc docuerunt[l].

§. In summa.

Impubes qui iam doli capax est,furtum facere potest[m]. Quod regulariter in aliis omnibus delictis obseruandum esse videtur[n], ita vt nec illi in integrum restitutio dari debeat[o]: licet pœna mitior pupillo delinquenti imponẽda sit[†]. Ferè enim in omnibus iuris ciuilis locis ætati & imprudentiæ succurrendum esse iurisconsultis visum est[p].

§. Furti actio.

Dixerat Iustinianus in fures manifestos quadrupli, in nõ manifestos dupli omnino agendum esse[q]: hîc ostendit huiusmodi actionẽ furti non ipsius rei persecutionem,sed tantùm pœnam respicere[r]. Reliquæ verò aliæ quæ aduersus furem dari solent actiones,quo in numero sunt vendicatio rei[s],& quæ eam semper prægreditur,ad exhibendum actio[t]: condictio quoque furtiua[v] rem ipsam persequitur. In hoc tamen differunt,quòd furti actio ei soli cuius intereſt,competit[x]: eáque & eius hæredibus aduersus furem, non item illius hæredes dari solet[y],cùm ex delictis descendentes actiones in hęredem dari nõ soleant[z], at vendicatio aduersus quoscunque rei nostræ possessores[*], condictio verò ipsi domino aduersus furẽ & illius hæredes nobis dari solet[†],quãuis enim ex delicto descendat[*],tamen quia rei persecutionem habet(d.§.cõdictio)ideo ad hæredes transire non prohibetur. Et his omnibus actionibus pro furto pecuniariter agi consueuit:aliquando verò & criminaliter agitur[a], ita vt furi pœnam aliquam,pro arbitratu tamen iudicis irrogandam esse putemus[a],quę tamen membri alicuius abscisionẽ continere non potest[b]. Illud enim receptum est, pro furto neminem vltimo supplicio afficiendum esse, quicquid alij censuerint famosum furem furca suspendendũ esse[c]: quod ego verum esse neminè crediderim, pręsertim cùm id nullo iure ciuili comprobetur. Nec nos quicquam mouet Callistrati responsum, in quo tamen prorã & puppim,vt in prouerbio est,doctores nostri constituerunt[d]. nam & illud

[a] hoc textu in versic. sed si quidem furẽ elegerit.
[a] d.l.vl.C.de furtis.& ibi notatur per doctores. & in l.apud Aufidiũ.ff.de optione vel elect.leg.not. in l.mater.circa.fi.ff.de inoffi.testamento.
[b] not.in l. qui in ius.ff. de reg.iu.notat.Iason in §.si quis aliquid.inf.de actio.
[c] arg.l.sunt qui in id quod inctu aliquot.ll.seq.ff. de re iud arg.l.diu⁹ Pius rescripsit.ff.de reg.iuris.
[d] l.eum qui emit.§. is autẽ apud quem.ff.eodem.
[e] l.1.§.vlt.C. depositi.
[f] l.quod Nerua.ff.depositi. l.contractus.ff.de reg.iur. §.præterea.sup.quib. mo. re contrah.obl.
[g] d.§.is autem apud quem. & d.l.itaque fullo.
[h] arg.l.cui⁹ interfuit.ff.eo.
[i] l.qui mercedẽ ff.locati.l. rogasti.ff.si certum pet.
[k] arg.l.si quis vxori.§. apud Labeonem.ff.eo.arg. l.si mei causa.§.cõmodatam.& l.eum qui.§. vlt. iuncta.l.seq.ff.cõmodati.
[l] vide Barto. in d.§.apud Labeonem.
[m] l.impuberem.ff.eodem.
[n] l.excipiuntur.ff. de senatuscõsulto Syllaniano. l. pupillũ.ff.de reg.iuris.
[o] l.1.C.si aduersus delictum l.auxilium.§.in delictis. ff.de minoribus.
[†] l.si adulteriũ.§.stuprum. versic.fratres.ff.de adulteriis.Bald⁹ in l. & si seuerior.C.ex quib.cau.infa. irrog.
[p] l.fere.& ibi Deci⁹ notat. ff.de reg.iuris.
[q] §.cõceptũ.sub fi. sup.eod.
[r] inf.tit.proximo in prin.§. ex maleficiis.inf.de acti.
[s] §.si tñ alienã purpuram. sup.de rerũ diuisione.
[t] l.gẽma.ff.ad exhibendũ.l. in rẽ actio.ff.de rei vend.
[v] l.si pro fure §.1.ff. de cõdict. furtiua.
[x] l.eius interfuit.ff.eodem.
[y] l.pupillũ.§.1.ff.de reg.iu.
[z] §.1. inf.de perpet. & tẽporalib.actionib.
[*] §. omniũ.inf.de actionib.l.actionũ genera.ff.de actionib.
[†] d.l.si pro fure.§.condictio.
[*] l. si ambo.§. quoties. ff. de compensat.
[ã] l.vlt.ff.de priuatis delictis.l.vl.ff.eod.
[a] l.1.ff.de extraordina.criminib.
[b] authen. sed nouo iure C.de seruis fugiti.
[c] Iason & Aretinus in §.ex maleficiis.inf.de actionib.
[d] l.capitaliũ.§.famosos latrones.ff. de pœnis.

accipiendum

accipiendum est in famoso latrone, non autem in fure. Manifestè autem fur à latrone hoc iure nostro discrepat[e]. sic nec pro furto quod alioqui insigne est, tribúsque furtis comparari potest[f], quisquam capite damnari debet: ídque aduersus multorum sententiam probabilius esse Iason attestatur[g], præsertim cùm ea mitior sit interpretatio, quæ in pœnis irrogandis perpetuò obseruari debet[h]. Sanè si lege municipij fur esse dicatur suspendendus, receptius est hanc legem seruari debere[i]. & hoc iure plerǽque nationes hodie vtuntur[k].

Titulus, De vi bonorum raptorum.

Ad rubricam.

Præsens titulus commodè superiori subnectitur, cùm inter obligationes quæ ex maleficiis descendunt, rapina connumeretur[l], cúmque inter bona quæ per vim aut furto rapiuntur, non ita multum sit discriminis[m], non abs re videtur Iustinianus post furtorum obligationes, eas quæ de bonis raptis propositæ sunt, subiecisse. Porrò rapere nihil aliud est quàm de manibus alienis auferre[n]. hoc autem edictum Vi bonorum raptorum, tria capita continet, de quibus Accursius[o] & alij plerique disputauerunt[p].

§. Primus.

Pro rebus quæ per vim rapiuntur, prætor peculiarem actionem excogitauit, quæ Vi bonorum raptorum dicitur[q]: quæ intra annum in quadruplum, post annum verò in simplum datur[r], siue hic raptor comprehendatur, siue minus[s]. Quinimo & hic per vim rapiens, furti manifesti tenetur, si quidem vel in delicto comprehensus est[t], vel vbi is alioqui comprehendi nó poterat, illi acclamatum fuerit[v]. alioqui nec manifesti furti dãnabitur[x]. Si tamen furti antè actum sit, non est deneganda vi bonorum raptorum actio, vt tantùm id quod amplius in eo est consequamur[y]. Pœnales etenim actiones nó tolli nisi in eo quod concurrunt, certissimum est[z]. Atqui cùm rapere sit de manibus auferre (l.4.§.1.ff.ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat) quomodo huiusmodi raptor furti nec manifesti damnari potest? Ipse crediderim ex animo delinquentis rem omnem temperandam esse: vt si quidem aliquis armatus in domum alienam rapiendorum bonorũ causa venerit, eo etiam cósilio, vt alioqui prohibituro vim inferret: si hic neminem sibi repugnantem inuenerit, furti nec manifesti, & nihilominus vi bonorum raptorum actione rectè cóuenietur[a]. alioqui cessantibus iudiciis, vt qui inermis in eam domum venerit, cessabit quoque & de bonis raptis à prætore proposita actio, vt Faber hîc ex Accursij sententia voluit[a]: neque quisquam est qui dissentiat[b]. Sed nunquid in quadruplo & rei persecutio continebitur? Et id quidem iurisconsulti negauerunt[c]: licet in furto aliud constitutum esse videamus. Furti enim actio pœnam persequitur legitimã[d]: condictio verò & vendicatio extra pœnam est[e]. Quod cùm ita sit, constétque raptorem quouis fure improbiorem esse, cur tamen raptor ipso fure mitius punitur? Et communiter ab omnibus responsum est[f] hoc ideo fieri, quòd cùm raptor palàm & apertè grassetur, vnde & facilius vitari potuit, dominum nunquam celare potuit. at fur, cùm ille vt plurimum noctu furetur[g], dominum latere potuit: qui nisi hunc hominem noxium cóprehendisset, nesciret à quo ius suum persequi illi concederetur[h]. Sanè quod hîc de pœna quadrupli, quæ tempore variationes admittit, constitutũ est, id in rebus Iudæorũ per Christianos raptis locum non habet[i]. Semper enim dupli pœna, siue intra annum siue post annum actum fuerit, locum habet: sicuti inferius ostendam[k].

§. Quia tamen.

Licet vi bonorum raptorum actione olim constringeretur qui alienam rem dolo (l.2.in princ.ff.eodem.) non autem si id sibi licere existimans raperet: quælibet enim errone a & falsa causa quem à dolo excusare potest.(l.

e d.auth. sed nouo iure. sub finem.
f arg l.si is qui tres.§.vlt.ff. de excusat.tutorum.
g Iason in l.1.numero 3 C. de precib.impera.offeren.
h l.interpretatione.l.si præses l.sanctio legũ.ff.de pœn.is
i arg.§.ius autẽ ciuile, sup. de iure naturali.
k Repetẽtes ad l.omnes populi.ff.de institia et iure.
l l.ex maleficiis.ff.de actionibus & obligationibus.
m §.1.inf.eod.l.1.ff.eodem.
n l.4.§.1.ff.ne quis eũ qui ĩ i° voca. est, vi exi. Alciatus in l. Marcell° apud Iulianũ. ff.de verbo.sig.
o gl in verbo, hominib°. in l.2.ff.vi bonorum rap.
p vide hic interpretes.
q l.2.in princ.ff.eod.
r toto tit.vi bon.rap.ff.et C.
s Theophilus hic circa finẽ hoc textu in fine.
t l.si vendidero.§.cum raptor.ff.de furtis.
v Barto.in d.§.cum raptor & in l.2.ff.de furtis.
x l.siquis ex domo.ff.de fu.
y Bar.in d.l.1.per illum textum.ff.eodem.
z l. nunquã. & ibi notat. Decius.ff.de reg.iur.l.nũquã.ff.de actionib.et obl. & Iacobus Arenarius & Angelus Perusinus in d. l.si ex domo.
a gl.hic in verbo, comprehendatur. quam ibi Faber declarat.
b Plateanus & Aretions
c hoc textu in versic. quadruplum & in §.ex maleficiis inf.de actionibus.
d l.si pro fure.§.furti actio. ff.de condictione furtina.
e §.vl.sup.tit.px. vbi dixi
f cõmuniter doctores hic, et in d.l.ex maleficiis. licet Lodouicus Gometius contrà sentiat in d.§.ex maleficiis vbi dicam.
g arg.l.1.ff.de furt. Theo.in §.furtũ cir.fi.sup tit.px.
h Alcia.in l.Marcellus apud Iulianũ.ff.de ver.sig.
i l.Christianus.C.de Iudæis cap.nõne.iuncta vbi glo. in verbo, priores.1.q.1.
k vide Go.et ĩ d.§.ex malef.
l d.l.2.§.hac actione is demum tenetur.

igitur.§.1.ff.de liberali causa)tamen hodie Iustiniani cõstitutione (l.siquis in tantã.C.vnde vi.)is qui rẽ rapit,siue dolo,siue etiã per imprudẽtiam rapiat[m], huiusmodi pœna mulctabitur,vt si quidem dominus sit, eius rei dominium amittat. sin id minus, rem ipsam cum illius ęstimatione reddere cõpellatur. Censuerunt tamen plerique eum qui dolo rapuerit, pœnis constitutione Iustiniani comprehensis subiacere[n]. Vbi verò citra dolum id facit, sufficiet eũ tantùm possessionem restituere[o]. quæ sententia vt benignior sit, Iustiniani tamen hoc nostrũ responsum violat, & nouam potius legem condit[p]. Sed nunquid ipso iure,an verò per sententiam iudicis huiusmodi pœna coërcebitur?Et verius est vt sententia iudicis intercedere debeat. Illud enim pet manus omnium traditum est,legẽ quæ futuri temporis verbo aut infinito modo concipitur,si quidem pœnam irroget, iudicis sententiam omnino expetere[q]. Vbi verò verbis præsentis aut pręteriti tẽporis vtitur, verius est vt ipso iure quis huiusmodi pœnæ subiiciatur[r]. Illud tenendum est, raptorem & si pœnituerit, huic pœnæ obstrictum esse[ſ], cùm in delictis huiusmodi pœnitentia non admittatur. Sanè aliquot casibus huic pœnæ locus esse non potest, vt si quis à debitore suo fugiente rem suam consequi paret[t]: vel ab ipso fure,antequam tamen ad locum quò destinauerat reponere, peruenerit[v]: vel si quis rem suam quæ ab alio detinebatur,rapuerit,vt quia eam alij vtendam dedisset.Lex enim nostra tantùm in eo qui possessionem rapuit, locum habet[x]. At commodatarius non possidere,sed tantùm detinere intelligitur[y].

§. Sanè in hac.

Vi verborum raptorum actio ei datur, cuius interfuit rem ipsam raptam non fuisse: idque exemplo actionis furti constitutum est[z]. Et ideo si quis eam rem quæ vel in nostro patrimonio est,id est,quæ in bonis nostris est(l. rem in bonis.ff.de acquiren.re.do.) vel ex bonis est, id est, cuius dominium non habemus (Theophilus hîc) sed eam tantùm vtendam aut depositam accepimus,eiúsque rei depositæ nomine culpam repromisimus,rapuerit, hic commodatario aut depositario vi bonorum raptorum actione constringetur.(d.§.in hac actione.)

Titulus, De lege Aquilia. Ad rubricam.

Tertia obligationum species quæ ex delicto descendit[a], damnum quod alicuius culpa datum est, punire solet[b]. Hæc autem plebiscitum est,vt Vlpianus voluit[c], cùm eam Aquilius tribunus pl.à plebe rogauerit. Hunc autem Cicero in Bruto Caium Aquilium Gallum nominat,eique Seruium Sulpitium discendi iuris ciuilis gratia operam dedisse attestatur. Refertur & hic Aquilius in iurisconsultorum catalogum à Pomponio in originis iuris descriptione[d]. Multas alias leges præter hanc ipse tulit, vt qui Aquilianã illam stipulationem in quam omnium rerum omnes obligationes deducerentur[e], primus inuenerit. Præterea & nepotum posthumorum instituendorũ formulam inuenit[f]. Protulit & euerriculum malorum,vt Cicero lib.3.Officiorũ voluit,nimirum doli actionem,& alia id genus similia[g].

§. Damni iniuriæ.

Actio legis Aquiliæ tria capita continet[h]. de duobus posterioribus infrà dicimus[i]: de priore in pręsentia dicendum est. Primum caput legis Aquiliæ hoc continet, vt si quis seruum seruam, alienum alienámve, aut quadrupedem quæ pecudum numero continetur, sua culpa occiderit, id est iniuria[k], hic quanti id in eo anno plurimi fuerit, tantùm æs domino dare damnas esto.[l] Etenim Gallus Aquilius non simpliciter quadrupedum mentionem fecit;alioqui & canes & alia id genus quadrupedia in eam legem venirent[m],sed de quadrupedibus quę pecudũ numero sunt,id est quę gregatim pascuntur(hæc enim propria est & peculiaris pecudũ appellatio[n])

m ita cõmuniter intelligũt docto.l.illam,si quis in tantam. C.vnde vi.hoc textu in versic.Sed ne dũ talia.& ibi, licet suã eãdẽ remesse existimet.& ibi, quod non solũ in mobilibus. qui textus corrigit l. inuasor.C.vnde vi.
n d.l.si quis in tantam.
o d.l.inuasor.
p hoc textu ibi, licet suam eandem rem.
q hoc textu ibi, dominio cadere. & ibi, æstimationẽ rei præstare.& d.l.siquis in tantam.
r gl.in verbo priuetur,in §. œconomus l.iubem[o].2.C. de sacrosan.eccle. & ibi Bar.notat.numero 11.
ſ l.qui ea mente. vbi Bart. not.ff.de furtis.l.quis sit fugitiu[o].ff.de adil.edicto.
t l.ait prætor.§.si debitorem ff.quæ ĩ fraudẽ creditorũ.
v l.quò destinaueras.ff.de furtis.
x gl.ĩ d.l.siquis in tantam.
y l.officium.ff.de rei vẽdic. not.in §.æque. vers.sanè vno casu.inf.de act.vide Fabrum in d.l.siquis in tantam.& ibi Barto.
z l.2.§.in hac actione.3.& generaliter.ff.eo.l.cuius interfuit.ff.de furtis.§.furti autem actio.sup.tit.prox.
a l.ex maleficiis.ff.de act. & obligationibus.
b Theoph.hic in initio.
c l.1.sub finem.ff.eodem.
d vide l.2.ff.de origine.iur.
e l.& vno.§.eius rei.ff.de acceptilationibus.§.item per acceptilationẽ.versic. est autẽ Aquiliana.sup. quib.mo.tollitur obliga.
f l.Gallus Aquilius.ff.de libe.& posthumis. vide §.posthumi.cũ.§.posthumorũ.sup.de exhær.libe.
g vide de laudibus Galli Aquilij Ciceronẽ in oratione pro Cecinna,& Salomonium in repetitione. l.Gallus.in initio.
h Theophilus hic,in initio.
i §.capite tertio.inf.eodem.
k l.sed & si quemcunque §.iniuriam.ff.eodem.
l l.2.ff eo.l.ait lex.ff.eodem in hoc §.versic.quod autẽ & ibi Theoph.notat.
n l.legatis seruis.§.ornatricibus.1.responso.ff.de lega.3.

locutus

locutus est. Sed quid in elephantis & camelis dicemus? Et verius est vt cùm eorum natura mixta sit, (nam & iumentorum operam præstãt, & eorum natura fera est) primo hoc capite contineantur[o]. Idémque in bestiis quę hominũ opera sunt cicuratę, per omnia dicendum esse censuerim. Neque enim bestias ex feritate magis quam ex animalium genere interpretari debemus[p]. Solet autem hoc primo capite teneri qui damnum dando aliquem occiderit[q], nõ item si contrectando damnum dederit[r]. Licet enim is qui rem nostram surripit, damnum dare videatur[s], tamen cùm is rem nostram contrectat, propria actio eius delicti nomine nimirum furti, introducta est[t]. At vbi quis aliquem occiderit, neque aliqua vtilitas ad eum redit, neque hic rem contrectasse censetur. Huius autem legis Aquilię actio hero, id est, domino cõpetit[v], siue is directũ dominiũ, siue vtile habeat: nisi quòd vtilis actio legis Aquiliæ vtili domino competit[x]: bonæ fidei verò possessori in factum actio datur: ei verò cui res legata est, licet dominium ante aditam hæreditatem fictè competat[y], non aliâs tamen ei dabitur, quàm si is post aditam hæreditatem legatum agnouerit[z].

§. Iniuria.

Dixerat suprà Iustinianus Aquiliana lege tunc demum agendũ esse, quoties damnum iniuria datum esset[a]. Iam declarat Iustinianus iniuriam in lege Aquilia pro eo quod non iure factum est, id est, pro dãno quod alicuius culpa datur, accipiẽdam esse[b]. nihil autem referre existimo, dolóne an culpa alicuius vel leuissima*, huiusmodi dãnum cõtingeret[c]: nisi quòd vbi culpa aliqua est, solùm Aquiliana formula experiri licet: vbi verò dolus aliquis accessit, præter Aquilianũ istud plebiscitum, lex Cornelia quæ in sicarios lata est, locũ habere potest[d]: neq; quicquã officiet altera actum fuisse. semper enim ad aliã nobis regredi cõceditur. Si enim (inquit lex) lege Aquilia quis egerit prçiudicium fieri Cornelię nõ debet. Cũ enim alia ad publicã vindictã, alia verò ad priuatã vtilitatem pertineat[e], ciuilem actionẽ criminali nõ præiudicare certissimum est[f]. Quod non obtinet vbi altera quis condemnatus est[g]. Idem & si iudicum sententia à crimine quod illi intendebatur, eam ob causam est absolutus, quòd probatum esset accusatum damnum non dedisse[h]. Nam si hic eam ob causam absoluatur, quòd dominus damnum datum in præsentia probare non potuerit, nihil vetat quo minus ad eam quæ in iudicium nondum deducta erat actionem nobis redire cõcedatur. quod communiter omnes sentiũt[i].

Itaque qui latronem.

Cùm igitur lex Aquilia locum sibi non vendicet vbi damnum aliquod iure datum est[k], consequens est vt is qui latronem insidiatorem occiderit, hac lege minimè constringatur[l]. Nam aduersus periculũ naturalis ratio permittit se defendere[m]. quod verũ est vbi quis aliter se defendere nequit, quin illi vel rerum, vel personæ[n] vel famæ[o] iactura cõtingat. Præterea cùm is ita aggressus esset[p], atq; in eas deductus angustias, vt non aliter sibi consulere potuerit quã si aggressori mortem afferret[q]. Oportebit autem docere vim incontinenti nõ ex interuallo repulsã esse. (l. 3. §. cũ igitur. ff. de vi & vi armata. d. l. si ex plagis. §. tabernarius. & ibi Bart. notat: quẽ omnino vide.) alioqui id ad vltionẽ factũ fuisse videbitur[r]. Sed in fure ea res distinctionẽ recipit[s], vt si quidẽ is interdiu deprehẽsus, telo se defẽdat, vt ita is impune occidatur, modò cũ clamore id ipsũ attestemur. Furẽ verò nocturnũ ita demũ occidere licet, si aliter ei sine vitę nostrę periculo parcere nõ potuerim[t]. quod alio loco copiosi[*] adnotatũ est[v].

o d. l. 2. verf. elephãti. ff. eo.
p l. 1. §. bestias. ff. de postul.
q l. qua actione. §1. ff. eod.
r glos. hic. 1.
s sup. de obliga. quæ ex delicto nascuntur.
t l. 3. §. si rem meam. ff. de acquiren. possess.
v l. item Mela. §. legis. & l. ob id. ff. eodem.
x d. l. item Mela. §. sed & si seruus. ff. eodem.
y l. a Titio. ff. de furtis.
z l. liber homo. §. si seruus legatus. ff. eodem.
a l. 2. ff. eodem.
b l. 3. l. sed & si quemcũq. § iniuriam. ff. eodem.
* l. in lege. ff. eodem.
c l. si ex causa. §. si mulier. ff. de minorib. Angel. & Anchar. hic. & tex. hic.
d l. vnde Neratius. §. si olo. ff. eod. Facit l. qui seruandarum. §. 1. ff. de prescrip. verb.
e liberũ inf. hoc tit. & glo. & Fab. ibidẽ. adde quod hic tit. inter priuatas actio. at tit. ad le. Cornel. inter publicas ponitur. ergo lege Aquilia ciuiliter, Cornelia criminaliter semper agitur. Fab. in d. §. liberum.
f l. vnica. C. quando ciuil. act. crimina praiud. & ib. glo. & doctores.
g glos in l. vnica. §. fin in verb. repetendum.
h Faber in d. §. liberum.
i Fab. ibi. & Iasõ hic. Huc spectat l. si quis cum totũ. §. planè. ff. de exe. rei iudica. & ibi. doct. post. gl. in verbo. obiicienda.
k l. 1. & 2. & 3. & ferè toto tit ad l. Aqui. ff. C. & instit. hoc.
l l. 4. ff. eodem.
m d. l. 4. ĩ versu nã aduersus l. vt vim. ff. de Iusti. & iure. & l. 1. C. vnde vi cum glossis not.
n glo. in verb. latronem insidiãtem. in d. l. 4. ff. eodẽ. & glo. in verb. permittit. ib. & c. signif. de homici. vel cas. o arg. l. 1. §. omnem. ff. de iniur. & fa. libell. Facit l. si adulteriũ. §. liberto. ff. ad le. Iul. de adulter. nota verò fama habẽdã esse rationẽ, sine qua, quid salui esse hominib' poss. t? Liuius de Lucretia lib. 1. Decad. 1. Cic. lib. 1. & 3. Off. & aliis plerisq; locis. p Bart in d. l. vt vim. & l. si ex plagis. § tabernarium. ff. eo. q d. l. vt vim & l. 1. C. vnde vi cum glo. & docto. r glo. in d. l. vt vim. & ibi Bart facit etiã l. furẽ. ff. ad le. Cor de sicar. s d l. 4. lex 12. tab. ibi, vt tamen id ipsum cum clamore testificetur. & in versic. interdiu cum glo. & docto. ibidem. t l. furem nocturnum. ff. ad legem Corneliam de sicariis. v Vnde Bart in d. l. furem. Iasonem in §. 1. infrà. de actio. Canonistas in cap. si perfodiens. De homicidio.

§. Item si putator.

Prosequitur Iustinianus multis exẽplis quo pacto in lege Aquilia simpliciter culpam consideremus: vt ecce [x] si putator cùm ex arbore ramum deiiceret, vel machinarius hominẽ prætereuntẽ occiderit,, ita demũ tenetur, si ramus in publicum decidat nec putator proclamauit, vt eius casus euitari posit alioqui si proclamauerit, in culpa nõ est. Oportet autẽ tẽpestiuè proclamatũ fuisse [y]. Intẽpestiua enim denunciatio nihil omnino mihi proficere potest [z]. Satis autem fuerit vel verbis vel re proclamatũ fuisse vt quia dum architectus tectum restituere pararet, perticam aut ramum vel etiam scalas tecto appensas habuerit, quibus prætereuntes admonerentur præsens periculum vitãdum esse [*]. Sed quid si in priuato domus aliqua restituatur? Et si quidem locus ille frequens sit, vt quia multi in huiusmodi locum consultationis gratia veniunt, tunc & proclamandum esse plerique censuerunt [a].

§. Præterea.

Medicus quoq; qui per imperitiam ægrotũ secuerit, vel etiam rectè sectum deseruit, ita vt mors statim consecuta sit, culpæ reus esse intelligitur, cùm imperitia culpæ adnumeretur [c]. quod verum est vbi quis improuido & simplici animo ad huiusmodi curationes accesserit. si enim versuto & versipelli cõsilio ægrotum sectũ postea deseruit, lege quæ in sicarios lata est, cõstringetur. In lege etenim Cornelia lata culpa nõ vtiq; pro dolo accipitur, quãdo ea ignauię cõiũcta est: si autẽ ea calliditati & dolo cõiungitur, dolo per omnia æquiparari debet, etiam si de causis capitalibus agatur [e], sicut Zasius doctissimè alicubi adnotauit [f]. Exemplo medicorum idem in aduocatis receptum est, vt is si cũ alicuius clienculi causam agere cœpisset, negocium cœptum deseruerit, quãti alterius interfuerit, damnetur [g], maximè si ei salariũ pro negocij magnitudine, & personarum qualitate præstaretur: sicuti quidam hoc loco adnotauerunt [h].

§. Impetu.

Mulio itidem si per imperitiam mularum impetum retinere non potuerit, & hæ hominem obtriuerint, culpæ nomine tenetur [i]. Idémque dicendum esse censuerim vbi per infirmitatẽ mularum impetum coërcere non potuit [k]. Infirmitas etenim culpæ annumeratur, cùm nemo id affectare debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debet infirmitatem suam alicui periculosam futuram [l]. Idémque in agitatore equorum per omnia dicendum est [m].

§. His verbis.

Hactenus explicuit Iustinianus quo pacto accipienda essent hæc duo verba quæ in plebiscito Aquiliano posita erant [n], quadrupedem quæ pecudum numero est, iniuria occiderit. Progreditur Iustinianus ad reliquam ipsius plebisciti interpretationem. Cùm igitur is qui legis Aquiliæ primo capite tenetur, quanti plurimi id quod occisum est, eo anno retro fuerit, dãnari debeat, ostẽdit huiusmodi clausula corporis occisi æstimationem cõtineri [o]. Ineunda autem erit æstimatio nõ ex singulari alicuius affectione, sed pro cõmuni omniũ æstimatione: cũ in lege Aquilia precia rerum, sicut & in aliis omnibus rebus [p], non ex affectione singulorum, sed communiter fungantur [*]: & cùm lege Aquilia quisq; pluris dãnetur q̃ dãnum datum fuerit, cõsequens est vt pœnalẽ esse actionem fateamur [q]: & ideo nec aliarũ pœnalium actionum exemplo in hæredẽ dari poterit [r], nisi quatenus aliquid ad hæredes peruenerit: aut eius rei nomine litẽ aliquãdo cũ defũcto cõtestati fuerimus [s]. quod inferius apparebit [t].

§. Illud.

Primo capite legis Aquilię corporis ęstimatio habẽda fuit. ita enim lex cõcepta erat [v]. Illud ex iuriscõsultorũ interpretatiõe introductũ est, vt etiã eiusquod nostra interfuerit, propter corpus scilicet occisũ, rationẽ habeamus. Et ideo si seruus hęres institutus antequã domini iussu hęreditatẽ adiret, interfectus sit [x], vel

---

x l. si putator. & l. qui foueam ff. eodem.
y ar. l. si solutur⁹ ff. de solut. & l. quis Roma. ff. de verbo. obliga. & l. de pupillo. §. si plurium. 2. ff. de noui operis nunciatione.
z arg. l. si rem. §. vlt. ff. de euictionibus.
* arg. l. cũ quid. ff. si cert. peta. Faber hic.
a Aretinus hic.
b l. qua actione. §. vlt. iũcta l. seq. ff. ad leg. Aquiliã.
c l. imperitia. ff. de reg. iur. l. si quis fundũ. §. Celsus. ff locati.
d l. in lege. quam ita intelligit Zasius. ff. ad l. Cornel. de sicariis.
e l. 3. §. item is. ff. ad l. Cor. de sicariis. l. 2. C. de eunuchis. l. ad cõmentariẽsem. C. de custodia reor. l. capitalũ. §. solent ff. de pœnis. Faciũt notata per Cursiũ consilio 41. incipiẽte viso.
f Zasius in l. quod Nerua. ff. depositi.
g Alcia. in l. præuaricatores. ff. de verbo sig. in l. penul. & vlt. ff. de postulã.
h Aretinus hic.
i l. cum in plures. §. seruum. ff. locati.
k arg. l. cũ in plures. §. seruum. ff. locati.
l l. idẽ iuris §. mulionẽ. & l. qua actione. §. 3. ff. eo.
m d. §. mulionẽ. circa finẽ.
n l. 2. ff. eodem.
o l. ait. lex in princ. ff. eodẽ.
p l. precia rerum. ff. ad legẽ Falcidiã. gl. in verbo, plurimi in §. 1. sup. eodem.
* l. si seruũ meum. ff. eodẽ.
q d. l. aut lex. & hoc §. circa finem.
r lex. iudiciorum. ff. de accusationibus.
s l. vnica. C. ex delictis defunctorum.
t inf. de perpet. & tẽporal. actionibus. vbi dicam.
v d. l. ait lex in princ.
x l. inde Neratius ff. eodẽ.

vel etiam si is sub pœna tradendus erat eúmq; occideris, eius damni rationem habebimus [y]. Illud enim receptum est, in delictis, eius etiam quod extra rem est, computationem faciendam esse, sicuti & in furto fieri videmus [z], & in aliis omnibus delictis regulare est [*]: licet in contractibus aliud sit [a], sicuti alio loco copiosius adnotatum est. (notatur in l. vnica. C. de sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur. notatur in l. vinum. ff. si certum petatur. notatur in l. 1. ff. de actionibus empti.)

§. Capite tertio.

Disseruit hactenus Iustianus de duobus legis Aquiliæ capitibus: progreditur iam ad tertij capitis explicationem. Tertio autem capite continetur, vt cæterarum rerum præter hominem & pecudem occisam siquis alteri damnum fecerit, vt puta quia vsserit, fregerit, ruperit, ídque vel dolo, vel iniuria[b], quanti ea res erat in diebus triginta proximis, tãtum æs domino dare damnas esto [c]. Etenim hic dãnum quod vulnerando nó autem occidendo datum est, computare solemus: tenetúrque is qui damnum dedit, quanti ea res triginta diebus proximis fuerit. Mitius etenim cum eo agendum esse voluerunt iurisconsulti qui hominem vulnerauerit, quàm qui occiderit [d]: sicut Azo aduersus Ioannis sententiam quandoq; docuit [e]. Et quáuis in eo capite plurimi dictio adiecta non sit, tamen ea ex præcedenti capite huc repetenda est [f]. Illud enim constat, quæ in præcedétibus dicta sunt, in sequétibus quoq; repetita videri [g]. quæ res vtcunque variationem recipit [h]. sic tamé paucis finiri potast, vt pro regula traditum esse dicamus, ea quæ priori loco dicta sunt, in sequentibus locis repetita céseri. Et ideo si cũ ab aliquo vinũ Belnése apud Pictauenses stipulari vellé, & ante stipulationé de vino Belnensi nominatim inter nos cõuenerit, postea in instruméto quo huiusmodi est descripta stipulatio, simpliciter vinũ promissum esse contineatur, nó de vino Pictauési sed Belnensi actũ esse existimabimus [i]. Ad eúdé modũ & si de occidendo Titio vel deeméda mihi domo inter te & me cõuenerit, túq; postea emeris vel occideris, etiá si id simpliciter fiat, nomine meo scilicet nó expresso, videberis tamé id mea gratia fecisse [k]. Qua ratióe & à plerisq; respósum extat, cõtractũ vsurariũ videri, in quo res impignerata vendita esse proponebatur [m], modò is qui pignori dedit, doceat vel testibus vel quo alio genere probationis antea cõuenisse vt res impignerata esset, sed vt alius ex re quę pignori data est fructus perciperet, neq; illi debiti quantitaté releuarét, in venditionis contractu appositũ fuisse [n]. quę omnia locũ habét vbi in cõtinenti cõtractus huic cõuentioni subiicitur [o]. Si enim ex interuallo videbitur iá ab ea cõuentione discessum fuisse [p]. Sic & vbi repetitio eorũ quæ priori loco dicta sunt, ea quæ in sequentibus dicuntur vitiaret, vel id de quo agitur, inutile facit, credédum non est id quod antea dictũ fuerat, sequéti loco repetitum videri [q]. Súntque aliquot alij casus, quos hi quibus id curæ fuit, diligenter annotauerunt, à quibus repetere quilibet potest [r].

§. Cæterùm.

Postquã multa de legis Aquiliæ capitibus Iustinianus disseruit, ostédit triplici actione lege Aquilia experiri posse, directa scilicet, vtili, & in factũ actióe. Directa legis Aquiliæ actio datur quoties de corpore in corpus dãnũ datũ est, vt quia quis seruũ alienũ de póte deiecerit, & is suffocatus fuerit [s]. Aut vbi de nó corpore in corpus damnum datum est, vt quia quis seruo arborem vt conscéderet persuaserit, eáque gratia occisus est: tunc vtilis actio locũ habet. Satis enim est occasionem damni præstitisse. Quanquam & tum in factũ actio dari consueuit [v]: sed ea generalis est, vt quæ cum aliis omnibus actionibus concurrere soleat [x]. Nonnunquam & actio in factum quæ subsidiaria dicitur [y], pro damno iniuria dato conceditur: vt si de non corpore in non corpus dam-

y l. proinde. ff. eodem.
z l. inficiando. §. 1. & ibi Bart. notat. ff. de furtis. l. si cum dicatur seruus. ff. de cõdictione furtiua. Faciũt notata per Theophilũ in §. interdum. sup. de obliga. q̃ ex delic. nascũ.
** l. interdicto. ff. de vi & vi armata.*
a l. si sterilis. §. cũ per vẽditorẽ ff. de actionib. empti.
b hoc §. vers. Illud palã est.
c l. si seruus seruum. §. tertio autem capite. ff. & l. 1. 2. & vlt. C. eodem.
d l. respiciendũ. in princ. & §. delinquũt. ff. de pœnis.
e glo. in verbo, anno. in l. 2. ff. eodem.
f l. quemadmodum §. hæc verba. ff. eodem.
g l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. obligationib.
h Vide hic Aretinum & Baldum ad nauseam.
i arg. l. item quia. §. vlt. ff. de pactis.
k arg. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. iũcta ibi doctrina Bart. ff. de acqui. hæred. ar. l. vlt. C. per quas personas nobis acqui. arg. §. 1. sup. de stipula. seruorũ. & §. vlt. sup. per quas personas nobis oblig. acq.
l Bart. ĩ d. l. itẽ quia. §. vlt.
m contra l. 1. & 2. C. de pignorat. actione.
n ar. §. l. 4. si ab ignoto. ff. de manumissionibus.
o arg. l. lecta versic. dicebã. ff. si certum peta.
p Bart. in d. l. item quia. §. vlt. Alexãder in l. pacta nouissima columna 2. C. de pactis.
q l. Lucius Titius. ff. de fidei commissariis libertatibus.
r Vide Iasonem in l. Titia. idem respõdit. 2. ff. de verbo. obliga.
s l. qua actione. §. penult. ff. eodem.
t l. qui occidit. §. ĩ hac quoque actione. ff. eo. Vide gl. in verbo dederunt. in ea. sicut nobis. de testibus & doctores hic.
v l. quemadmodum. §. magistratus. & l. itẽ si obstetrix. §. siquis hominẽ. ff. eodem.
x l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de doli mali & metus exceptione
y glos. in §. vlt. infrà interdictis.

num datum sit [z]:eáque quæuis prætoria sit [&], annotamen terminari non solet, sicuti Petrus Perticensis hîc censuit.

Titulus, De iniuriis.

Ad Rubricam.

Vltima obligationum quæ ex delicto descendunt species in iniuria cõsistit [a]. Cuius ratio superioribus titulis rectè annectitur, cùm inter priuata delicta connumerari soleat [b]. quod ex eo cognoscere datur, quòd nulli alij præterquam ei qui iniuriam passus est, iniuriarum actio concedatur, nisi quis sacerdotibus aut alioqui ecclesiæ iniuriam afferat. tunc enim & cuilibet huiusmodi iniuriẽ persequẽdę ius est [c]. Eodem modo & si iniuria atrox ei facta sit qui iniuriarum iudicium ob infamiam suam & egestatem contẽnere posit, iudex eos qui huiusmodi iniuriam fecerunt, ex suo officio coërcere debet [d].

§. Primus, cum §. sequenti.

Iniuria generaliter & propriè vsurpari consueuit. quod quo pacto intelligendum sit, id ab Vlpiano & Iustiniano quilibet repetere potest. Solet autem iniuria aut re aut verbo fieri [f]. Re, quoties alicui manus afferuntur, vt quia vel fustibus cęsus, vel pulsatus aut verberatus est [g]. Item & si quis eius qui sibi debitor non erat, iniuriæ faciendæ causa bona posederit [h]. Idem & si verè debitor erat, sed tamen eius bona sine iudice possidere cœperit [i]. Neq; enim cuiquam sibi ius dicere conceditur [k]: immo & si aliquem apud iudicem vocauerit, à quo vel magnam debiti quantitatem petere, vel cui ipse status sui contro uersiam mouere volebat: si hic temerarius accusator succubuerit, aduersus eũ iniuriarum iudicium institui potest [l]. pręsumitur enim is qui victus est in tam graui causa, iniuriæ faciendæ gratia litem instituisse [m]. Iniuriæ quoq; damnãdus est qui matremfamilias cuius pudicitia apud omnes commẽdata est [n], aut prætextatum, id est iuuenem prætexta toga indutum [o], perpetuò affectatur [p], vt quia illorum pudicitiam, nisi id colludẽdi gratia fecerit [q], aut nisi habitus ipse meretricem quodãmodo arguere videretur. (d. §. si quis virgines. ar. Clemẽtinæ I. de vita & honestate clericorũ) tunc enim iu stus error alicui ab huiusmodi crimine excusationem præbere solet. Verbis iniuria fieri consueuit, quoties conuicium alicui factum est [r], vt quia aliċui in frequẽtissimo ciuitatis loco iniuria infertur. Id enim est conuicium facere [s]. nisi si illud conuicium ad Reip. vtilitatem pertineret, vt quia quis aliquem falsariũ, aut infamia notatum, aut spurium esse diceret. Expedit enim Reipu. nocentium delicta cognita esse [b]. Præterea ad Reip. vtilitatem pertinet, ne infames aut spurij ad dignitates admittantur [c]. Quod vt iure ciuili verum demus, attamen pontificio iure etiam iniuria quæ Reip. commodare potest, iniuria dicitur. Nam & eo iure qui leprosum aliquem vocauerit, quãuis Reip. interfit leprosos ab aliorum consortio segregari, hîc rectè iniuria notabitur. Eorum numero qui verbis iniuriam inferunt, hi sunt, qui famosum libellum composuerunt, recitauerunt, aut ediderunt [d]: in quo si eius cuius fama læditur, nomen expressum contineatur, & ciuilis & criminalis actio prodita est [e]. Vbi verò incerta est persona in cuius ignominiam liber ille emissus est, criminalis tantũm actio quæ cuilibet è populo datur [f], locum habet [g]. Quæ omnia locum non habẽt vbi Reip. interest notam esse eius, in cuius gratiam liber ille compositus est, improbitatem [h]. nam & tu m omnis actio cessat.

§. Patitur, cum tribus sequentibus.

Postquã Iustinian⁹ explicuit quibus modis iniuria fiat, prosequitur iã quib⁹ iniuriarũ actio detur. Datur autẽ patri quoties fili⁹, quẽ in potestate habet, iniuria affectus est [i]. Spectat enim ad nos iniuria quę iis fit qui vel potestati nostrę vel affectui subiecti sunt [k]. Oportet autẽ vt quis eũ filiumfa. esse existimet. Etenim si paterfa. esse crederetur, patri iniuriarũ actio dari nõ deberet [l]. Hincq; deciditur

z hoc textu circa finem. & l. qua actione ff de præ. scrip. verb.

a l. ex maleficiis. ff. de actio.
b arg. rubrica de obliga. ex delicto an sup.

c l. si quis in hoc genus. C. de episco & cleri.
d l. si quis iniuriã. & l. itẽ apud Labeonẽ. §. si quis sic fecit. & ibi Bar. notat per illum textum. ff. eodẽ. Idẽ Bart. in l. 2. §. si publico. ff. de adulteriis.
e l. 1. in prin. ff. eod. hoc §. 1.
f d. l. 1. §. iniuriam.
g d. § iniuriã. & l. lex Cornelia. §. inter pulsationẽ. ff. eodem.
h l. si iniuria. ff. eodem.
i d. l. si iniuria.
k l. extat. ff. quod met⁹ causa. l. si quis in tantam. C. vnde vi.
l l. si creditor meus. l. si quis de libertate. ff. eod l. si tibi seruitutis. C. de liberali causa.
m Faber hic circa mediũ.
n l. pronũciatũ. §. matrẽfa. ff. de verbo. signif.
o Vide Budæũ in l. diu⁹. ff. de iure fisci.
p l. itẽ apud Labeonẽ. §. aliud. ff. eodem.
q d. l. itẽ apud. §. si quis virgines circa finem.
r d. § iniuriã. vers. verbis.
a d. l. itẽ apud Labeonẽ. §. cõuicium. Vide hic Theophilum in princ.
b l. eum qui nocẽtem. ff. eo. cap. infamibus. De reg. iur. lib. 6.
c notatur in ca. si culpa. De iniuriis.
d l. vnica. C. de famosis libellis.
e l. lex Cornelia. §. vlt. & l. seq. ff eodem.
f arg. l. 1. ff de popularibus actionibus.
g d. § vlt.
h glos. hic verbo. fieret. & l. eum qui. ff eodem.
i l. 1. §. item aut per semet-ipsum. ff. eodem.
k d. §. itẽ. vers. spectat enim.
l l. eum qui nocentem §. cũ aliquis ff. eodem.

deciditur vt pro iniuria quæ filio emancipato illata est, patri agere nó concedatur[m].emancipatus etenim patrumfa.numero continetur[n]. Sic & cùm monachus in abbatis sui potestatem trãsear, omniáque iura patriæ potestatis, ingressu monasterij soluantur[o]: consequens est vt pro iniuria quæ illi irrogata est, patri actio non concedatur[p]. Eodem modo & si iniuria clericus afficiatur, ei actio ex sua persona competet ecclesiæ quoq; dabitur: neque vnius remissio aliam consumit[q]. Sed quid in filia? Et verius est, vt etiam si pater illam alicui elocauerit, huic quoque iniuriarum actio detur[r]. Dabitur & marito, & filiæ meæ socero: (hoc vers. sed & socer.) satísque erit vel tantum præcessisse[s]. Censuerunt etiam nonnulli, (Fab. hîc) omnes ad iniuriarum accusationem admittendos esse, ídque vbi quis ex suo capite actionem hanc instituere velit[t]: alioqui vbi filiæ nomine omnes agere vellent, Fabri opinioni hærédum esse censuerim, vt patrem socero præferamus, cùm hîc tantùm parentis loco, ille re vera pater sit. Quæ omnia tamen obtinere certum est vbi quis eam vxorem esse intellexerit[x]: alioqui non videbitur ipsi marito impunè nota inuri. Ex diuerso mulieri iniuriam persequi fas non est[y], nisi in mulieris caput ea redundet, vt quia marito lenocinium obiecerit, aut meretricis virũ compellauerit. tunc enim mulieri impunè nota inuritur[z]. Et hæc quidem omnia in liberis personis locum habent: in seruis verò id obseruandum est, vt si illi iniuria afficiantur, domino huiusmodi iniuriam persequi cócedamus[a], præsertim vbi ea contemptum domini respicit, aut atrox esse existimatur. Extra hos casus domino agere non conceditur: iudicis tamẽ intererit ne huiusmodi iniuriam inultam sinat[a]. Quæ omnia in seruo qui ad nos omnino pertinet, obseruãtur: vbi verò seruus communis est, tunc si duorũ dominorum sit, qui inęquali dignitate splendeant, vt quia alter Senatorius, alter plebeius, ex dominorũ persona iniuriæ æstimatio facienda est[b], pręsertim quando huiusmodi seruus in cõtumeliam dominorũ pulsatus est. At vbi illa iniuria in dominorũ caput nõ redundat, sed ipsi seruo iniuria simpliciter facta esse proponitur, æquum nõ est pro maiore parte quàm pro qua quisq; dominus est, damnationẽ facere[c]. Idq; aduersus Accursij sententiam receptius esse Bartolus ostendit[d]. Et quod in seruo communi dicitur, in vsufructuario quoq; obseruari debet: vt si quidem is in vsufructuarij contumeliam iniuriam accipiat, soli vsufructuario agere concedatur[e]. quod ius & ad liberum hominem, & ad seruum alienum qui nobis bona fide seruiunt, producendum est[f]. Idémque recipiendum esse censuerim vbi quis libero homini qui mercede conductus in domibus diuitum seruit, iniuriam aliquam attulit: sicuti Petrus Perticensis & Faber hîc docuerũt[g]. Quod ius & ad vasallum, & ad eos quos nostros homines vocamus, producendum esse interpretes docuerunt.[h]

§. Pœna, cum sequenti.

Olim iniurię vindicandę gratia pœna lege Decemuirali aliter atq; aliter cõstituta fuit[i]. propter enim membrum ruptũ talionis pœna constituta fuit: propter verò fractum, vigintiquinq; asses pendi debebant. Sed cùm huiusmodi pœna paulo mollior quã deceret esse videretur, ab ea prętores discesserũt, alia nimirum pœna adinuenta, quæ hodie in iudicijs vt plurimum frequens est[k]. Hæc autem sic habet, vt in primis iudex huiusmodi iniuriam æstimet vel ex qualitate personæ, vel aliarum rerum[l]: deinde is qui iniuriam accepit, iureiurando affirmet se velle huiusmodi iniuriam tanti redimere, vel omnium rerum iacturam, potius quàm huiusmodi iniurię notam, facilius perpeti[m]. Et cũ huiusmodi pœna à prætore introducta sit, cõsequens est vt ea ànno cõtinuo[n] circunscribatur[o]. In aliis verò tribus casibus quos L. Cornelius Sylla excogitauit[p], cùm ciuilis sit[q], & perpetua erit[r]: in eáque sicut & in superiore casu iudici iniuriam hanc æstimare permissum est[s].

m l. sed si vni⁹ permissu. §. ait prætor. vers. idẽ est & si emancip. ff. eo. iũcta ibi glo. Fa. hic, Sin⁹ apud Bal. hic.
n ar. §. prętera. sup. qb. mo. ius pat potesta. soluitur.
o Bar. in l. filiũ ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Iason in l. quod dicitur. nu. 42 ff. de verbo. obliga.
p Fab. hic notat in §. seruis. infrà eodem.
q ar. ca. cũ desideres de sententia excom. in cap. parochianos. eodem tit.
r l. 2. C. eodem.
s l. itẽ apud Labeonẽ. § sponsum quoq. ff. eo. arg. l. lex Iulia. ff. de fundo dotali.
t l. 1. sub finẽ, iũ. l. seq. ff. eo.
v l. q à parẽtu. ff. solu. mat.
x d. l. eũ q nocẽte. §. vlt. ff. eo.
y l. 2. C. eodem.
z arg. l. 1. §. vlt. ff. eodem.
a l. dominũ. C. eodem.
a d. l. itẽ apud. §. signis sic, vbi Bart. notat ff. eo. dixi suprà ad rubricam.
b §. si communi. infrà eodẽ.
c l. sed non esse. ff. eod.
d Bart. in d. l. item apud. d. §. vlt. contra gl. 1. in d. §. si cõmuni. quã improbant omnes docto. hic.
e d. l. itẽ apud. §. itẽ si liberum. ff. eodem.
f d. l. itẽ apud. § si liberum.
g Faber in l. 1 C. vbi causa fiscales.
h doctores hic cõmuniter.
i Gellius libri vlt. cap. 1. vbi pulchra est disputatio Caelij & Phauorini de ll. 12. tab.
k Vide l. prætor edixit. ff. eodem.
l §. atrox. infrà eodem.
m communiter docto. hic, arg. l. sancimus. iũcta authen. seq. C. de iudiciis.
n propter l. sicum exceptione. §. post annum. ff. quod me causa.
o ar. §. 1. infrà de perpet. & temporalib. actionibus.
p l. lex Cornelia. ff. eodem.
q l. hos accusare. ff. de accusationibus.
r arg. §. 1. infrà de perpet. & tempora. actio.
s l. constitutionibus. quam ita Faber intelligit. ff. eo.

§. Atrox.

Quia iniuriæ atrociori grauior pœna irrogatur, ideo separatim de ea disseri oportuit. Solet autem atrocior iniuria vel ex ipso facto, vel ex persona, vel loco æstimari[t]. Facto vt si quis fustibus aut loris aliquem ceciderit[v]. Ex personæ qualitate contumeliosior iniuria esse creditur ea quam plebeius senatorio viro, aut luxuriosus & prodigus homini vitæ emendatioris solet inurere[x]. Sic & si pater aut patronus per filium aut libertum iniuriam accipiant, atrocior esse censebitur[y]. Ex diuerso liberto aduersus patronum, aut filio emancipato[y] aduersus parentem nonnunquam iniuriarum iudicium, præsertim vbi atrox est iniuria, concedendum erit[z]. Neque tamen omnino iniuriæ actio illis concedetur, sed in factum actione[*] verbis mollioribus temperata[a] agẽdum erit. Etenim cùm iniuriarum damnatus infamis efficiatur, (l. iniuriarũ. C. ex quibus causis infamia irrogatur) non temerè filiis concedenda erit[b]. Semper enim illis curandum est, ne parentum fama sugilletur. Locus interdum atrocem iniuriam facit, vt si cui in frequẽtissimo ciuitatis loco, vel apud prætorem iniuria fiat[c]. Quòd & ad locum vulneris producendum est[d].

§. In Summa.

Pro iniuria & ciuiliter & criminaliter agere licet. Ciuiliter quidem, quando iniuriæ æstimatio habetur, quam is qui iniuriã accepit, irrogari sibi postulat[e]. Criminaliter verò, quia extraordinaria pœna imponi petitur: eáque vel ad mortem vsque protendi poterit, vt plerique omnes voluerunt[f]. Illud enim per manus omnium traditum est, in pœnis quæ iudicis arbitrio relinquuntur posse quandoque vltimum supplicium irrogari[g], præsertim vbi vel qualitas facti, vel personarum ratio id suadet[h]. Cæterùm vbi ciuili iudicio actum fuerit, criminalis actio tollitur[i]. Quod ideo receptũ est, quia hæc iniuriarũ actio ad vindictam publicam tendit, quantumlibet etiam inter priuata delicta connumeretur[k]. Iam regula est, vt quotiescunque & ciuilis & criminalis actio eiusdem delicti nomine datur, si tamen vtriusque actionis sit idem effectus, altera tantùm nobis expetiri liceat. At vbi delictum priuatum rem familiarem prosequitur (quod in lege Aquilia & aliis id genus delictis obseruatur[l]) etiam si quis ciuiliter egerit, ad criminalem tamen actionem redire potest[m]. Sanè in actione criminali quæ pro iniuria proponitur, contra regulas iuris ciuilis receptum est, vt etiam illi qui aliqua dignitate insignitus est, per procuratorem iudicium accipere concedatur[n].

§. Hæc actio dissimulatione.

Cùm iniuriarum actio odiosa sit, vt quę ad meram vindictam tendat[o], facillimè quoque remitti potest: & ideo nudo pacto ipso iure tollitur[q]. Et hîc traditur eam etiam si nata sit[r], sola tamen dissimulatione aboleri: vt si quis ei qui iniuriam fecerit, vel riserit, aut colluserit, tunc enim iniuriam condonasse censetur alter qui iniuriam acceperit, si quidem is illi vicissim arrideat. Idem est & si mutuò cœnauerint, modò tamen ad conuiuium necessitate[*] quadam vocati mutuò sibi arriserint. Videtur enim is cui iniuria facta est, tum honestatis gratia illi arrisisse[ſ]. Censuerunt quoque nonnulli, ad iniuriam quæ aliquando in testamento remissa esset, nunquam redire licere[t]. Neque enim videtur coactus huiusmodi iniuriam remisisse[v], sed simpliciter & purè[x] sine vlla mortis cogitatione, suapte tantummodo sponte, vt qui non esset suæ salutis immemor[y], iniuriam condonasse. Accedit his & regula iuris communis quæ vult actionẽ semel extinctam amplius reuiuiscere nõ posse[z]. Plus dico etiã si in secreta confessione iniuriam condonarit quis, nõ rancorẽ tantũ, vt vulgus interpretum voluit[a], sed & iniuriarum actionem remisisse videri. Nã & Christiani interest iniuriæ nũquam meminisse, sed illam vltro cõdonare: id quod

t l. prætor edixit. §. atrocẽ. & §. vlt. & l. vulneris cum l. seq. ff. eodem.
v l. 1. §. iniuriã. ff. eo. §. iniuria. sup. eo. & ibi Theophilus not.
x d. §. atrocem post princ.
y propter. d. l. prætor edixit. §. si dicatur. vers. sed & si quis ex liberis.
z d. §. si dicatur. vers. præterea
* ar. l. si superstite. C. de dolo.
a Bart. in l. infamẽ. ff. de publicis iudiciis. docto. in §. 1. inf. de actionibus.
b ar. l. non debet. ff. de dolo.
c l. apud Celsum. §. aduersus ff. de doli exceptione.
d l. vulneris. ff. eodem.
e §. pœna. sup. eo. facinunt notata Bart. in l. Agraria. ff. de termino moto.
f gl. hic in verbo, extraordinaria. Canonistæ in ca. ex literis. inf. de cõstitut.
g ar. l. 1. ff. de extraord. criminib. & l. aut facta §. nonnunquam. & l. hodie. ff. de pœnis.
h l. Pedius. §. 1. de incen. ruin. nau.
i gl. hic, & d. §. si dicatur.
k dixi ad rubricam. sup.
l l. sed & si quẽcũq. §. iniuriã. ff. ad leg. Aqui. d. §. si dicatur. vers. Atqui.
m l. vnica. C. quãdo ciuilis actio criminali præiudicet.
n cõtra l. penul. § ad crimẽ. ff. de publicis iudiciis.
o l. vlt. C. eo. Alcia. lib. 1. de verbo. signif. pag. 15.
p d. l. prætor edixit. § si dicatur. ff. eodem.
q l. si tibi decẽ milia §. quædam ff. de pactis.
r gl. hic in verbo, dissimulatione. ibi. sed certe.
* necessitas pro necessitudine dicitur, vt apud Gell. lib. 13. c. 3.
ſ ar. Clemẽtina vlt. de sententia excom. in Clemẽt.
t gl. hic ĩ verbo, nõ reuocauerit. in vers. sed cõtrad.
v & ita respõdetur. l. 1. ff. quod met. cau. alleg. in glos.
x & ita respondetur. §. 1. sup. de mortis causa donationibus allega. in glo.
y arg. l. vlt. C. ad leg. Iuliã repetundarum.
z arg. l. qui res. §. aream. ff. de solutionibus.
a Barto. & Iason in d. l. si tibi. §. quædam. ff. de pactis.
a arg. d. §. quædam.

à Christi

à Christi traditionibus non alienum est[b]. Idque aduersus Bartoli & Iasonis sententiam receptius esse videtur[c].

Titulus, De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur. Ad Rubricam.

Post obligationes ex delicto descendentes rectè hæ quæ ex quasi delicto descendunt, subiiciuntur[d]. Quarum omnium rationem Iustinianus aliquot exemplis hoc loco commemorauit. Quasi delinquitur autem, quoties non dolo malo, sed imperitia & minus prouido consilio peccatur.

§. Primus.

Iudex qui per imperitiam malè iudicauit, ex quasi delicto obligatus esse videtur[e]. Neque enim ex contractu obligatus est, cùm in contractibus duorum consensum requiramus[f]. Nemo autem dixerit eum contra quem sententia lata est, iudici consensisse, sed nec ex quasi cótractu tenebitur. Etenim cùm hic quasi contractus à lege propemodum inducatur[g], non videtur lex ciuilis prætori vt malè iudicaret, facultatem dedisse. Et cùm hîc nullus iudicis dolus arguatur[h], ex delicto obligatio oriri non potuit, sed tamen cùm aliquid iudicis culpæ adscribi posit, vt qui profiteatur se iuris, cui dicundo præest, peritissimum esse, & hic per imperitiam deliquerit, poterit hic ex quasi delicto cóueniri[i]. Tenetur autem iudex filiusfami. quatenus sibi est in peculio: neque pater eius ex huiusmodi causa rectè conueniri poterit[k]. Nam & lex ait[l], ex delicto vel quasi delicto filij patrem nec de peculio teneri[m]. Neque enim videtur pater aliquid quod illicitum esset, filio mandasse[n], sicut nec illi permisisse videtur vt ex peculio aliquid alicui donare posit[o]. Neque nobis placet eorum sententia qui existimant in patre speciale esse vt pro filiofami. malè iudicante, de peculio pater teneatur[p]. Id enim præterquá quòd nulla lege cautum inuenias, manifestè legibus repugnat[q]. Communiterque ab omnibus traditum est[r], specialitatem huiusmodi iure ciuili in totum fugiendam esse. Non negauerim tamen quin facta condemnatione de peculio pater cóueniri posit[s]. Sed hic non tam ex quasi delicto, quàm ex quasi contractu, qui in iudiciis fieri solet, obligari videtur[t]. Quæ omnia & in eo filiofamilias, ex cuius cœnaculo aliquid deiectum vel effusum est, obseruari debent[v]. Dabitur autem in eiusmodi iudicem actio in quantum bono & graui viro videbitur[x]. Tenebitur autem siue dolo siue imperitia iudicauerit, quatenus litigatorum interfuerit[y], nisi quòd vbi dolo iudicauerit, criminaliter puniri potest, & famæ iacturam sustinebit[z]. Et quod hîc in iudice traditur, idem in arbitris compromissariis & aliis iudicibus delegatis est obseruandum[a]. Compromissa etenim ad iudiciorum similitudinem redacta sunt[a]. Meminerimus tamen ea quæ de arbitro dicuntur, in illis qui legitimo modo assumpti sunt, vt quia pœna adiecta est, non autem si iuramentum accesserit, locum habere[b]. Cæterùm ea quæ hoc loco traduntur, locum non habent vbi in legis difficilioris explicatione, de cuius interpretatione non satis inter iuris commentatores conuenit, iudex errauerit. Hic enim litem suam fecisse non videbitur[c].

§. Item is.

Prosequitur Iustinianus aliud exemplum obligationum quæ ex quasi delicto nascuntur: quod in duo capita scindi potest. Primum caput est huiusmodi. Quotiescunque ex domo quæ vel propria est vel conducta, vel quá gratis inhabitamus, aliquid deiectum effusúmve est[d] in eum locum per qué vulgò iter fieri solet, siue ille publicus sit, siue priuatus[e], vt in eum qui deiecerit, in duplum actio quantum damni datum est detur[f]. Hæc autem actio

b c. quod Christus. & can. si illic. 23. q. 4. & arg. can. filius Dei. de cósiderat. dist. 4. & Matth. 5. ca. Luc. 6. ca. & 1. Cor. 6. & Exod. 21 c. & Deut. 19. & Leuit. 24.

c Barto. & Iason in d. §. quadam. cómuniter doctores hic.

d Theophilus hic.

e l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de actio. & oblig. l. si filiusfam. iudex. ff. de iudi. l. si iudex. ff. de variis & extraor. cogni.

f l. Labeo. lib. 1. §. cótractũ. ff. de verbo. sig.

g §. 1. sup. de oblig. quæ ex quasi contra. nascuntur.

h hoc §. circa medium.

i d. l. si filiusfa.

k d. l. si filiusfa.

l l. 1. §. si filiusfa. ff. de ind.

m d. §. si filiusfa. iũcta ibi glo. in verbo, nullam.

n d. l. 1. §. si filiusfa. Decius in l. ex pœnalibus. ff. de reg. iuris.

o l. contra iuris ciuilis regulas. §. vlti. ff. de pactis.

p glos. hic.

q d. l. 1. §. si filiusfa.

r doctor in l. filium quem habentẽ c. famil. hercis.

s l. & si condemnatus. ff. de noxalib. actionibus.

t l. 6. §. idem scribit. ff. de peculio.

v §. si filiusfa. infrà eo.

x d. l. si iudex.

y Barto. in suis quæstionibus quæstione 9.

z authen. nouo iure. c. de pœna iud. qui male iudi.

a l. si quis in conscribendo. sub fi. c. de pactis. glos. in d. l. si index.

a l. 1. ff. de arbit.

b glos. vlt. in d. l. si quis in cóscribẽdo. & ibi Salicetus notat. & ita intelligitur authent. decernit nouũ ius. c. de arbit. & §. quia verò. versi. si autẽ ex ignorantia. in authen. de iudicibus. colla. 6.

c glo. hic in ver. videbitur. quam cómuniter sequũtur doctores.

d l. 1. §. hæc autem verba. versi. habitare. ff. de his qui deiece. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniuriis.

e l. 1. §. summa. ver. parui ff. de his qui deiece. vel effudc.

f l. 3. ff. de his qui.

quanuis prætoria sit, tamen quia Reip. interest vt per viam publicam vnicuique tutò ambulare liceat[g], anno non terminabitur[h]. Côuenientur autem ex hoc primo capite is qui liberum hominem occiderit, vel aliquo alio modo proiiciendo vel effundendo læserit: nisi quòd dispar sit constituta pœna. Etenim pro libero homine occiso quinquaginta aurei dabuntur [i] in pœnam tantùm, non autem in æstimationem, cùm liberi hominis nulla æstimatio esse possit [k]. At vbi is tantùm læsus est, mercedes medicis præstitas computabit iudex, cæteráque alia omnia damna quæ ex huiusmodi læsione redierût[l]. Hæc autem cùm pœnalis sit & popularis, anno terminabitur[m], præsertim vbi quis ex cognatis iniuriam hanc vlcisci studet[n]. Vbi verò is iniuriam suam prosequitur, perpetua actione illi experiri licebit. Secundum caput hoc continet, vt si aliquis in viam publicam aut proiectum aut immissum habet, cuius casus periculosus sit, hic decem aureorum pœna mulctetur[o]. Neque expectandum erit damnû datum fuisse. Satis enim est quòd damnum dare potuerit[p]. Hæc autem actio quæ ex hoc secundo capite datur, cùm pœnalis sit & popularis[q], neque in hæredes datur, neque supra annû extendi potest: quod in omnibus aliis popularibus actionibus regulariter obseruari consueuit[r].

g d.l.1.§. summa. arg. l. si putator. ff. ad le. Aquil.
h l. si verò. §. hac autem actio iuncta ibi glo. in ver. perpetua est. ff. de his qui &c.
i d.l.1.§. sed cùm liber homo. ff. de his qui.
k l. vlt. ff. de his qui. l. ex hac actione. ff. si quadru. pau. fe. di.
l d.l. vlti. modo allegata.
m d.l. si verò. §. hac actio.
n glo. hic in verbo, actio.
o d.l. si verò. §. prætor ait.
p d.§ prætor ait. versi. nec expectamus.
q d.l. si verò. §. vlt.
r l. vlt. ff. de popula. actio.

§. Item exercitor.

Licet dominus, famulorû suorum factum nô aliâs præstare debeat, quàm si vel is mandauerit, aut id quod admissum est ratum habuerit, aut fortè quia eo vidente delictum designatum est[s], tamen aliquando famulorum suorum factum præstare debet[t], præsertim quando is vel nauim vel stabulum, aut cauponem exercet. Etenim si res suæ custodiæ cômissa, famulorum suorum opera perierit, obligatione ex quasi maleficio descendente côstringetur, illa scilicet ratione, quòd in culpa sit is qui huiusmodi seruorum colluuiem in suum contubernium adsciuerit[v]. Si quid tamen eius rei nomine præstiterit, ab eo qui quasi deliquit, recuperádi facultatem habet[x]. Cæterùm si dominus ab initio prædixerit vt vnusquisque vectorû res suas seruet[y], & vectores huic prædictioni consenserint, procliuius est vt actio quæ aduersus dominum in duplum erat[z], nulla in parte contra illum concedatur[*]. Est & alia in factum actio quæ ex iurisdictione prætoris descendit: eáque aduersus nautas caupones & stabularios datur: & de recepto nuncupari consueuit[a], ob id scilicet quòd res susceperint vel receperint, siue ipse, siue eius familiares, aut alius quantumlibet extraneus rem surripuerit, aut aliâs quoquo modo læserit[b], eáque & rationem habet, ne id genus hominibus cû furibus coëundi ansa præbeatur[c]. Hæc autê ab ea de qua modò meminimus actione multis modis discrepat. Etenim in hac ad simplum tantùm condemnatio redigitur: hæcque omnium factum emendari vult, siue hi familiares siue extranei fuerint[d]. Superior verò in duplum datur[e]: & eorum tantùm quos in nostro contubernio habemus, factum præstandum esse voluit. Et hæc quidem duo remedia cùm à iure honorario profecta sint, extraordinaria esse intelligûtur[f]. Prospicitur etiam quandoque ordinario auxilio, videlicet furti actione, aduersus omnes qui rem nostram quoquo modo surripuerint[g].

s l. in omnibus. ff. de noxali. actio. l. 1 §. familia. ff. de publicanis.
t l. debet. ff. nau. cau. stabu.
v iuxta notata Alcia. in l. seruus. C. de pactis.
x arg. l. si colonus. ff. de aqua plu. arcê. arg. l. si verò. §. cû autem. ff. de his qui deiece.
y d.l. vlti. §. item si prædixerit.
z l. vlt. §. hęc actio. ff. nau. caupones stabularij.
* d.l. vlt. §. item si prædixerit.
a l. 1 ff eodem.
b d.l. 1. §. vlt. iunctis duabus ll. sequen. ff. nau. cau. stabularij.
c d.l. 1. post principium.
d d.§. vlti modò allegato.
e §. hac actio. sup. allegato.
f Vide l. 3. post princip. ff. nau. caupo. stabu.
g l. 1. ff. furti aduersus nautas, caupo. l. licet gratis. §. possumus. ff. nau. caupo.

§. Vltimus.

Pro his omnibus speciebus de quibus hactenus meminimus, in factum actio dari consueuit: quæ licet aduersus hæredes non concedatur[h], hæredibus tamen dari consueuit, præterquam in actione quæ pro libero homine occiso datur[i], vix hæredi eius qui iniuriam accepit, huiusmodi actionem concedimus[k]. In omnibus autem obligationibus quæ ex quasi maleficio descendunt, id peculiariter obseruatur, vt quamuis obligatio in solidum aduersus omnes committatur[l], vno tamen soluente omnibus liberatio contingit[m]: eique qui soluerit, actiones præstari debêt[n]: licet in obligationibus quæ ex delicto

h l. Iulianus autê. ff. de iudicis. l. vlt. §. hęc iudicia. ff. nauta, caupo.
i § item is. versi. ob hominem. suprà eo.
k glo. in verbo, quinquaginta in d. §. item is.
l l. 3. ff. de his qui deiece.
m arg. §. ex huiusmodi. suprà de duob. reis stipulâ. & promitten.
n d. l. licet. §. possumus.

licto descendunt, quamuis omnes in solidum obligati sunt[o], is tamen qui soluerit, alium non liberat: in eisque difficulter actionum cessio admittitur, quod Accursius hîc rectè animaduertit[p].

Titulus, De actionibus.

Ad rubricam.

Priusquã ad rubricæ nostræ rationẽ descendamus, operæprecium facturi videbimur, si paulò prius ea quæ in vniuersum de rubricarum vsu dicta sunt ab iis qui in hunc titulum commentarios descripserunt, paucissimis perstringamus. In primis igitur de nomine rubricæ constituendum. Quam igitur nos rubricam vocamus[a], eam iurisconsulti quandoque tituli appellatione designant[b], à tuendo opinor, id est, indicando, quòd vel nomen authoris indicet, vel quòd sequentem contextum demonstret. Et rubrica dicitur, opinor, quòd tituli rubro colore depingi soleant. Aliquando tamen pro lege accipitur veteribus, Persio[c], Iuuenali, & Quintiliano: ea nimirum ratione, quòd verisimile sit prætoris edictum rubris literis descriptum fuisse. Rubricarum autem tam in ciuili, quàm in pontificio iure non est vilis neque cõtemnenda authoritas. Etenim vbi rubrica sensu perfecto clauditur, eáque vel particula, vt[d], vel dictione, ne, effertur[e], aliquam cum ipso textu cui præfigitur, authoritatem obtinet[f]: eíque cùm negatiua dictione concipitur, priuato partium consensu, qui alioqui iuraméto vallatus est, non potest renunciari[g]. Licet enim fauorem pro me introductum à me abdicare possim[h]: tamen vbi ille fauor publicæ vtilitati coniunctus est, ei facta renunciatio nihil omnino officiet[i]. Communitérque ab omnibus traditũ extat, non esse obligatorium, quod vel bonis moribus vel legibus repugnet iuramentum[k], quod tamen ex Bartoli sententia (quem suprà secuti sumus[l]) satis percipi poterit[m]. Eodem modo & si rubrica generaliter loquatur, non potest ex ipso textu quod specialiter loquitur restringi[n], modò nihil omnino odij inducatur. Qua ratione & plerique aduersus Castrensis in consilio 334. incipiente, Præsens casus Alexandri in l.1.ff.si cert.peta. itidem Alexan.consilio 486. sententiam responderunt, cùm lege municipij à successione repelleretur, posteáque in cõtextu à matris vel auiæ hæreditate propelleretur, filiam à patris successione excludendam non esse[o]. Odiosum enim erat filiã propter hæc tam generalia rubricæ verba à patris sui hæreditate propellere[p]. Suntque & eius sententiæ complures rationes, quas apud Iasonem videndas relinquimus[q]. Eadem ratione nec contextus ipse qui titulo generalior est, ex vi rubricæ restringi poterit[r]: & vbi rubrica contextui repugnat, ibi textui adhærendum esse pleriq; omnes docuerũt, (arg.l. pacta nouissima.C.de pactis.) Quid quòd & si rubricæ sententia perfecta non est, tamen ex ea plerunque argumentatio sumitur[s]. Nam ex rubricarum ordine aliquando personarum dignitatem colligimus: & ideo à iudice confirmatus tutor legitimo dignior est: quòd titulus de Confirmãdo tutore, ante titulum qui de legitimis tutoribus est, collocetur[t]. Nonnunquam & potestas alicuius illinc colligitur. (glos.2.in cap. tibi.de rescriptis, lib.6. glos.1.in cap.1.de offic.delega. lib.6.) Vnde is qui executor à Romano pontifice datus erat, iurisdictionem delegatam habere pronunciatus est: cùm ea quæ ad id genus homines pertinent, inter ea quæ de officio delegati constituta sunt, pertractentur[t]. In dubio quoque vbi non satis in alicuius legis explicatione inter omnes iuris interpretes cõuenit, probabilior est ille sensus, qui rubricæ congruentior est[v]. Sed quid in rubricis notariorum obseruabimus? Et hæ non mediocrem iuris authoritatem habere censentur; adeò vt in contractu vniformi (id est in contractu in quo eadem res restitui debet) semiplenæ probationis vim obtineant. In contractibus verò difformibus (id est in quibus alia res redditur, vt in emptionibus, locationi-

o l.1.C.de condic.furtiua.
p glo.hic in verbo,hæreds.

a l.2.§ recuperanda.ff.de interdictis.
b l.1.ff.si certum peta.
c Persius satyr.5. Quintil. lib 12.orator.institut.
d Rubrica, vt nemo inuit' agere vel accusare cogatur. Rubr. vt ecclesiastica beneficia sine dimi. cõfe.
e Rubri.ne fideiussores dotium dentur.
f Doctor.hic arg.l.1.ff.de in integ.restitut.
g glo.magna ad l.1.C.ne fideius.dotiũ den. & ibi Bar.notat. Faciũt notata Bart.in l.Modestinus.ff. de donat.eiusdẽ Barto in l.de his cõtrouersiis.ff. de transact. & in l.non dubium.C.de legib.
h l.si quis in conscribẽdo. C.de pactis.
i l.iurisgẽtium.§ si paciscar.ff.de pact.not.in ca. si diligenti.de foro competenti.extra.
k cap. nõ est obligatoriũ. de reg.iuris in 6. faciunt notata Barto. & Alex. in l.is cui bonis.ff.de ver. obliga.
l dixi suprà in §.illud.de mandato.
m Bart.in l.Seius. & Augerius.ff.ad le.Falcid.
n C.ne rusticani ad vllum offic.deuocen lib.11.C.
o Iason in l.1.ff.si certum peta.quamuis hic sequatur Castrensem.
p contra l.maximum vitium.C.de libe.præterit.
q Vide eundem Iaso.in d. l.1.ff.si certum petat.
r authen.vt eccles.Roma. centum annorũ gaudeat præscrip.authen. nullum credentem agricola.
s Bart.in l.1.ff.de peculio.
t notatur in glossis modò allegatis.
v Vide Barto.in l.ius emphyteotici. C.de fund. patri.lib.11.

bus)nullam omnino fidem faciunt,sicuti Barto. in perquam eleganti specie respondit[x].Et hæc quidem omnia in authēticis,de quibus nihil omnino addubitatur,locum habent, sicuti in rubricis tam iuris ciuilis quàm pontificij; præterquam quòd decretorum rubricæ nullam authoritatem habeant[y].Cæterùm vetus quæstio est, & latisimè inter omnes vtriusque iuris professores agitata[z],num rubrica necessariò superioribus titulis annecti atque continuari debeat. Et post longas altercationes eò itū est, vt id necessariò fieri debeat. Quod vt ego non negauerim aliqua in parte prodesse(ita enim facilius intelligimus quo ordine & quàm bellè omnia superioribus cohæreant) tamē in illis non ita multum immorandum esse censuerim. Prout igitur natura negocij patietur, ita & continuatio fieri debebit[•]. Neque tamen propterea totius negocij disputatio euertitur, si quidem ea omittatur. Facienda enim est quo ad eius fieri poterit,quod rectè Cumanus[a],Barbatias[b],& Baldus[c] admonuisse vidētur. Et hæc de rubricis satis & super. Præsens autem titulus sic superioribus connectitur[d]. Dixerat Iustinianus[e] omne ius Romanorum in tres partes distributum esse,nimirum in personas,tes,& actiones. De personis earúmque diuisione primo libro disputatū est: de rebus quoque, earúmque acquirendarum dominio toto libro secundo vsque ad bonam tertij libri partem dictum est[f]. Inde cùm locus admoneret vt de actionibus discuteretur,tractauit & obligationes[g]: quibus nimirū intellectis (ab illis enim profluxisse videntur actiones[h])facilius ea quoque quæ de actionibus recēsentur, possemus perdiscere. Iam igitur locus postulat, vt post personarum & rerū cognitionem de actionibus pertractemus. Et hæc est vera ordinis ratio. Neque omnino mihi probatur quòd quidam[i] ideo hunc titulum vltimo loco collocatum esse existiment, quòd ea quæ difficiliora sunt, vltimo loco tradita facilius memoriæ commendentur[k], eáque sub finem tradenda sint[l]. Sed vt id verum demus, nemo tamen fatebitur Iustiniano id consilij fuisse: sed quia suscepti argumēti ratio id ita postulabat[m]. Accedit his, quòd testamentorum ratio nō minorem, dixerim penè maiorem, difficultatem habeat, quàm actiones. Quod ad rubricę interpretationem pertinet,non mediocriter altercatum est quare de actionibus hoc loco, non autem de agendo dictum sit[n]. Ipse crediderim in hoc nostro opere quo legum studiosos Iustinianus docuit, de actionibus ideo dictum fuisse, vt nimirum eos admoneret quid circa actionis effectum sentire debeant[o]: neque præscripsit qua ratione huiusmodi actionum formulæ proponerentur. Vnde & de agendo dicendum nō oportuit, cùm huiusmodi gerundiis actionum exercitium designetur[p]. Sed hæc quæstio non ita multum vtilitatis habet: crediderímque commodiorem rationem reddi non posse,nisi quòd Iustiniano ita visum fuerit[q]: quemadmodum & is pro suo arbitratu actionē numero vnitatis definiuit,cùm multitudinis rubrica designetur. Qua in re quid attinet tam veterum quàm recentiorum nugas hoc loco referre,quibus nihilo eruditiores reddimur[r]?

§. Superest.

Licet actionis vocabulum latisimè pateat[s](nonnunquam enim administrationem significat[t], interdum actionem criminalem[v], quāquam hæc verius accusatio dicatur, vt quæ ad vindictam publicam, vel ad pecuniam ex condemnatione publica fisco inferendam pertineat[x]) tamen actionis vocabulum Romanis eo modo consideratur,quo δίκη Græcis[y],vt nimirum accipiatur pro iure persequendi in iudicio id quod sibi debetur[z]. Cuius definitionis verba priusquam bene perpendamus, animaduertendum est nunquid actiones à iure gentium,an verò à iure ciuili proficiscantur. Et hac in re non mediocriter altercatū est, adeò vt vix de ea re satis inter iuris nostri interpretes conueniat[•]: quamuis non exigua sit huiusce quæstionis inuestigatio. Etenim

x Barto.in l.admonēdi.ff. de iureiurando.

y Moderni in l.illam.C.de colla. Archidiaconus in cano. quis nesciat.9.dist.

z Iason hic in initio sui cōmentarij latisimè.

• arg.l.2.ff.de sta.homi.

a in rubrica de noui operis nunciatione.

b in rub. de verbo.obliga.

c in l.Gallus.de liberis & posthumis.ff.

d Theophi.hic,Baldus & Ias. quicquid dicat Gometius.

e in §.vlti.sup.de iu. nat.

f à titulo de rerum diuis. vsque ad tit.de obligat.

g Theophil.sup.de obliga.

h l.licet.§.ea obligatio.ff. de procurator.

i Gometius in gl.1.§.1.infrà eodem.

k canone,liquido.de consecra.distinct.2.

l glo.in d.canone,liquido.

m d.§.vlt.sup.de iure nat.

n Ias.hic & Gometius ad nauseam,& alij omnes.

o arg.not per Barto.quem sequitur Alciat. ad rubricam de edendo.

p glo.rubr.sub finem hic, quā sequuntur doctores.

q arg.nota.per Deciū ad rubricā.C.de testa.mili.

r Vide Fab. Iaso. & Gometium hic ad tres propemodum columnas.

s glo.hic in ver.actio.

t §.iusiurandum.in auth. vt iudi.sine quoquo suffra.fiant.glo.in l.3.§.vl. de don.inter vi.& vxo.

v l.1.C.quan.ciuilis actio.

x arg nota.per Barto.in l. Agraria.ff.de term.mo.

y Theophilus hic.

z l.nihil aliud est.ff.de actio.& obligat.

• Vide latè Iaso.in glos.in verbo,quāuis in 3.cōclusione,& copiosius Gometium, Fabrū,Petrū, & Baldum hic.

nim

nim si fateamur iurisgentiú esse, consequens est vt à principe tolli nequeāt[a]. Deportatis quoque dabantur, cùm hi tantùm ea quæ iuris ciuilis sunt[b], non autem iurisgentium amittant. Ego sic sentio, actiones omnes iure gētium inuentas fuisse(l.2.§.ex his.& ibi Zasius notat.ff.de origine iuris.l.rerum.1. & 2.ff.rerum amotarú.) Et ita procedit opinio Petri Pertucensis & Iacobi Arenarij hîc, Zasij in d.l.2. Frustra enim obligationes eo iure receptæ fuissent, nisi & nobis debitum actionibus persequi liceret[c]. Veruntamen tum adhuc rudes & impolitæ erant. Sed cùm postea illis iure ciuili certæ verborum formulæ, à quibus digredi nefas erat[d], præscriptæ sunt, iuris ciuilis esse cœperūt[e], quæ sententia & ex eo potest confirmari, quòd videamus testamentorum vsum apud alias quàm Romanorum nationes frequentatum fuisse[f]. At vbi illis forma quædam lege ciuili accessisset, iuris ciuilis esse cœperunt[g]: & ideò à plerisque pro arbitratu principis testandi rationem immutari nō posse responsum est. His accedit, quòd & omnes propemodú obligationes iurisgentium sunt[h]: attamen quia legibus comprobatæ sunt, iuris ciuilis esse dicuntur. Et cùm in actionibus concipiendis formula verborum necessaria esset[i], non ita multum ab interdictis dissidebant, cùm in illis certæ verborum formulæ desiderarentur[k]. Sed hæc omnia verborum aucupia tam Constantinus in actionibus[l], quàm Honorius & Arcadius[m] in interdictis sustulerunt: tantùm id inter actiones & interdicta discriminis est, quod etiamnū olim erat, quòd actiones de proprietate seu dominio, interdicta verò de possessione aut quasi proponuntur[n]. Etenim vbi de rei corporalis, vt agri vel domus possessione inter aliquos contenderetur, aut de quasi possessione, vt in vsufructu aut vsu(in illis etenim incorporalibus rebus quasi possessio est[o]) solebant plerique militari manu possessionem suam tueri[p]: hinc vt plurimum cædes, hinc vulnera vltro citróque accipiebantur. Vnde prætor cuius de ea re notio erat, volens huic rei prospicere, iudicem qui de ea re cognosceret, atque inter eos ius diceret (vnde & interdicta dici cœperunt[q]) dare solebat: sicuti & Theophilus inferius edocuit[r]. Cuius sententia mihi longè probabilior est, quàm recentiorum quorundam[s], & veterum interpretum[t]: qui ad istud discrimen, quod illis alioqui satis obuium erat, non animaduerterūt[v]. Non absurdè autem quæri potest, nunquid actio à causa discrepet[x]. Et Placētinus nihil omnino differre existimauit[y]. Neque enim, vt ipse inquit, quæcunque petitio vel intentio actio est[z], sed quæ subiicitur petitioni fundandæ intentionis causa ratio: vt si quis dicat, Peto hæreditatem, quia hęres sum. Vendico domum, quia dominus sum. Hæ rationes subiectæ, sunt actiones. Videmus etenim in dialecticis nihil aliud esse argumétum, quàm rem quæ subiicitur & quæ inducitur ad probandum positum dubium[*]: vt si quis dubitet, animálne sit, & allegetur quia est homo, competéter ac necessariò inferetur esse animal. Sed ab hac sententia communiter ferè discessum est[a], inualuitque Azonis opinio existimantis causam omnino ab actione secernendam esse[b], cuius rei rationes multæ ab Accutsio recensentur[c]. Vtraque tamen opinio sic conciliari potest, si Placentini pronunciatú ad ipsius actionis exercitium referamus[d]. At si efficientem actionis causam respicias, tunc Azonis sententiæ omnes suffragantur[e]. Additur in definitione, nihil aliud est actio quàm ius, id est iuris quædam ratio siue forma, qua edita species futuræ litis demonstratur[f]. Ita enim iuris vocabulum, quod alioqui latissimum est[f], Placentinus interpretatur[g]: cuius sententia cùm non actionis substantiam, sed exercitium respiciat, non satis commodè recipi potest. Probabilius est igitur vt iuris vocabulum pro facultate ac potestate vsurpemus: id quod & ratione non caret[h], & gerundij natura id suadere videtur[i], nisi si quis malit iuris vocabulú pro iure ciuili vel prætorio (§.sed istæ.infrà eo.) vel iure incorporali (§.1.suprà de rebus corporalibus.) accipere (glo.hîc in verbo, quàm ius, in princip.)

a Alexander in l.cū l.&redes.in prin ff.de acqui. possessione.
b l.quidam.ff.de pœnis.
c Doctores modò allegati.
d Cic in orat.pro Cecinna.
e & ita procedit opinio communis.
f Diogenes Laërtius ī vitis philosophorū. Alciatus in l.nihil aliud.ff.de verbo.signifi.
g l.testamenti factio.ff.de testamen. Baldus consilio 26.2.volumine.
h §.omniū.iuncta ibi glo. in verbo, comprobata.de oblig. suprà.
i Zasius in l.2.§.deinde ex his.ff.de orig.iuris.
k §.1.infrà de interdictis.
l l.1.C.de formul.subl.
m l.vlti.C.de interdictis.
n §.1.inf.de interd.l.incerti iuris.C.de interdi.l.ordinarij iuris.C.de rei vēdicatione.
o Theophil.in § 1.infrà de interdictis.
p arg.§.commodum.infrà de interdictis.
q §.summa.ver.sed tamē obtinuit.inf.de interdi.
r inf.de interdi.in princi.
s Gometij & Iasonis.
t Dini, Fabri, & aliorū.
v cōmuniter doctores hic.
x glos.in verbo, actio.ibi, item nota.
y lib.1.de reū vēdi.tit.de defini.actio circa finem.
z arg.l.non figura.ff.de actio.& oblig.
* Rodolph. Agricola lib.1.Topicorum.
a cōmuniter doctores hic.
b glos.in d.versi.itē nota.
c in glos.modò allegata.
d Plateanus hic.
e l.edita actio.C.de edēdo.
f l.ius pluribus.& l.seq. ff.de iusti.& iure.
g Placentinus loco modò allegato.
h arg.l.cōtra iuris ciuilis regulas.§.vlt.ibi, ius donādi, &c.ff.de pac.arg. l.1.ibi, facultas agēdi.ff. de eo quod cer lo.arg.l.q in potestate.ibi.ius testamēti fa.ff.de testa.
i Valla lib.elegan.1.tit.de gerundiis.

Et hac ex interpretatione officium iudicis ab actione cecernitur, cùm illud in facto seu exercitio versetur,(Faber & Iason hîc)locúmque habeat vbi nulla actio superest[k]. Iam pridem etenim explosa est Martini sentétia existimantis officium iudicis cum actione idem omnino significare[l]:ídque & actionis iniuriarum exemplo, in qua officio iudicis id quod nobis debitum est persequimur[m]. Sed hæc nihil nos mouent, præsertim cùm officium iudicis illi actioni inhærere dicatur[n]. Ecce enim is qui iniuriã accepit, simul atque & locum & tẽpus quo iniuria est affectus, libello suo designarit[o], simul etiam aperuerit diligenter an ea atrocior iniuria esse dicatur[p], deinde certam ipsius iniuriæ æstimationem cõplexus est[q]: potest hæc omnia iudicis arbitrio committere, ita vt si iudici videatur, vel pluris vel minoris quàm petitum sit cõdemnet[r]. En vides actioni iniuriarum iudicis officium inhærere, cùm iudex vel deprimere vel augere condemnationem posit. Sunt autem manifestæ inter officium iudicis & actionem differentiæ. Etenim vbi quid officio iudicis debetur, non aliâs quis in mora erit, quàm si apud iudicem interpellatus sit[s], illa scilicet ratione, quòd cùm huiusmodi officiũ nullam præsupponat obligationem[t], nulla petitio esse potest[v]. At vbi nulla petitio, ibi nulla quoque mora esse intelligitur[x]. Sed vbi quid iure actionis nobis debetur, sola extraiudicialis interpellatio quem in mora constituit[y]. Et cùm obligatio actionem pariat, officium verò iudicis nullam præcessisse obligationem fingat[z]: consequens est vt vbi quis actionibus experiri velit, semper ad aduersarium suum se referre debeat[a]. At vbi officio iudicis innitimur, quàm modestissimè, siue misericorditer (vt ipsi loquuntur[a]) officij sui ratio implorari debet[b]: Curandúmque est vt verba etiam quæ in calce libelli ponuntur, ad iudicem referantur. Quòd si aduersarium respiciant, nihil tamen adhuc erratum erit: cùm & id quod nobis iudicis officio debetur, largo modo deberi dicatur[c]. Addunt alij, à iudice prouocationẽ esse, si quidem officium suũ impartiri detrectauerit, (l. 1. C. si sæpius in integrum restitutio postuletur.) quod Innocentius intellexit[d], nisi res voluntati iudicis committatur: tunc enim non poterit iudex cogi vt nobis officium suum impertiatur[e]. Annectitur, persequendi, ad differẽtiam exceptionis, quæ est ius excipiendi vel retinendi[f]. Persequendi autem verbo, & agendi & petendi vocabulum accipias[g]. Cæterùm quòd nonnulli hoc vocabulum dubium esse existiment[h], cùm in legibus persequentis vocabulo excipientem contineri dicant, id mihi verum non videtur: quæque in hanc sententiam adducuntur[i], communem interpretum sententiam confirmant potius quàm euertunt. Neque eo mouemur quòd Vlpianus in l. 1. ff. de exceptionibus, eum qui excipiat, agere dixerit. Etenim id ex veterum sententia[k], sic accipiendum est, vt omnino probandæ exceptionis onus reo[l], sicut & intentionis actori incumbat.

In iudicio.

In iudicio, id est iudiciali conflictu, siue contentiosa iurisdictione quæ expediri solet in iudicio[m], ad differentiam eorũ quæ voluntariæ sunt iurisdictionis, & in cõsilio expediuntur[n], cuiusmodi sunt manumissiones, emãcipationes, & alia id genus similia. Secernitur quoque actio per iudicij verbum[o] ab eo iure quod omnib[us] cõmuniter proditũ est, vtpote quòd cuique liceat eũ impunè occidere qui nocturnus ad agros populator intrauerit[p], aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit[q], permissúmque est vnicuique, vt debitorem alioqui fugientem, siue hic in diem, siue conditionalis debitor[r], aut etiam clericus fuerit[s], vbi nulla iudicis copia adest[t], accipere nobis liceat. (l. ait prætor. §. si debitorem. & ibi Bart. notat. ff. quæ in fraudem debitorũ.)

k l. quòd si minor. §. vlti. ff. de minor. xxv. annis.
l Martinus hic in verbo, quàm ius.
m §. in summa. suprà, de iniuriis.
n glos. hic in verbo, quàm ius. circa finem.
o l. prætor edixit. l. iniuriarum 2. & vtrobique Barto. not. ff. de iniur.
p l. atrocem C. de iniur.
q Aretinus hic, & Iason numero 51.
r § pœna. sup. de iniuriis.
s l. cùm postulassem. ff. de damno infecto.
t l. qui per collusionem. §. vlti. ff. de actio. empti. l. 4. C. depositi.
v l. si pupillus. ff. de verb. obligat.
x d. l. si pupillus. & l. nul la. de reg. iur. ff.
y l. q. Romæ. §. cohæredes. iuncta glo. in verb. interstato. ff. de verbo. obliga.
z d. l. qui per collusionem. & l. Quintus. ff. de annuis lega.
a Barto. in l. 4. ff. depositi.
a Bart. in l. 1. ff. de iurisdi. omnium iudic.
b glos. notabilis in rubrica de interroga. action. ff.
c Bart. in l. vlt. ff. de minor.
d Innocentius in cap. vlt. de feriis.
e Vide Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. de offic. proconsulis. ff.
f glos. hic in verbo, persequendi.
g l. actio in personam. ff. de actio.
h Gometius in glos. persequendi.
i §. in summa. supr. de iniur. ibi, vel persequi. l. filiusfam. §. veterani. ff. de procura. cap. significauerunt. de excep.
k Barto. in d. l. 1.
l l. si pactũ. & l. in exceptionibus ff. de proba.
m Placentinus loco suprà allegato.
n gl. in l. 2. ff. de offic. procon. & legati.
o gl. hic in ver. in iudicio.
p l. 1. C. quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare. q dixi ad §. iniuriam. suprà de lege Aquilia. Vide Barto. in l. furẽ. ff. de sicariis. & communiter doctor. hic. r arg. l. si creditor. ff. de priuile. credito. arg. l. in omnibus. ff. de iudic. s Decius in ca. cum non ab homine. columna 4. de iudiciis. t l. generali. & ibi Bart. notat. C. de decurio. lib. 10.

vbi

Neque nobis tantùm, sed & per procuratorem, (glos. in verbo, ab his. l. 1. C. vbi quis decuriali vel cohortali.) cui id nominatim mandatũ est, (arg. l. Põponius. ff. de procurato.) huiusmodi debitorem accipere conceditur. Addit Castrensis [v] debitorem qui tẽpore initæ obligationis falsò creditori persuaserit se soluendo esse, capi posse, si quidem is aufugiat [x]. Quod enim communiter traditum est, eum qui soluendo non esset dum contraheret, capi nõ posse: id ex Bartoli sententia accipiendum est, quoties creditor sciens & prudens, non autem à debitore deceptus, huic pecuniam crediderit [y]. Vnde admonentur iudices (Baldus in l. si ab arbitro. ff. qui satisda cogan.) ne cui vnquã temere capiendorum debitorum facultatem cõcedant, nisi prius testibus vel quo alio modo probatũ sit debitorem huiusmodi obligationis tẽpore soluendo fuisse, fidémque fecerint debitum esse minimè ambiguum [z], quódque maxima causa moti ad huiusmodi auxiliũ cõfugiant, vt quia debiti immoderata quãtitas id suadeat. Et hæc omnia locum habent in eo debitore, qui fugã tantùm adornet, modò de huiusmodi fuga testibus cõstiterit [°]. Nihil autẽ retulerit debitorem die festo acceptũ fuisse [a]. Censuit quoque Iason (in l. vinũ. ff. si certũ peta.) fugitiuum debitorẽ ab ecclesia extrahi posse [b]. Nam cùm die festo; atque ita tempore prohibito id ipsum nobis concedatur, videtur id & ad locũ prohibitum protendendum esse, cùm iure ciuili à tempore ad locũ argumentationem receptã esse constet. Sed hæc omnia non obseruantur vbi debitori res aliquot supersunt, sicut bene à Dino responsum est [c].

Quod sibi debetur.

Debitum autem accipio siue ciuiliter tantùm debeatur, vt spe futuræ numerationis [d]: siue naturaliter & ciuiliter. Id enim quod naturaliter, id est pacto nudo tantùm debetur, actione non petitur [e]. Sed & hoc verbum debetur, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria fuerit persecutio [f]. Et cùm id quod nobis debetur, actionibus persequamur, dubitari consueuit, nunquid rei vendicatio actio sit. Et cùm ea tantùm id quod nostrum est restitui petamus, non videtur hac definitione contineri, cùm id quod nostrum est, amplius nostrum fieri nõ possit [g]. Eò tamen itũ est, vt hac definitione contineatur. Nã & realis actio species est actionis [h]. Persequẽdi quoque vocabulũ, non personalem tãtùm, sed & realem actionẽ respicit [i]: & lex id quod vẽdicare possum[9], nobis debitũ esse ait. Quare verius est, vt si quis quod sibi debitũ est legauerit, vt vendicationẽ quæ illi ad id, puta domũ, aut aliquid aliud eiusdẽ generis cõpetebat, legasse videatur [k], nisi alia cõiectura accipiatur, vt quia testator cũ verè sibi à tutore redditas esse ratiões crederet, debitorũ liberationẽ legauerit. Tũc enim ne tutor impunè furtũ facere possit, ad ea quæ testatoris erãt vendicanda. in rẽ actionẽ eius hæredi dabimus [l]. Sic & si lege municipij negociatores debitũ intra sex mẽses petere iubeantur, nõ poterũt, post id tẽpus, quæ ad se pertinebãt vendicare, siue debitũ in lata significatione (hæc enim in statutis quãdoq; locũ habet [m]) siue in propria consideres [n]. Nihil autẽ referre existimo, siue ad debitũ agentes, id quod nobis debitũ non est cõsequamur [o], vt quia liberũ sit ei cõtra quẽ agimus, vel id quod petitũ est, vel pœnã promissã pr̨stãdo obligatione sese eximere [p]. Ad eundẽ modum quãuis ab initio id quod petimus, nobis nõ debeatur, satis est tamen [q] si lite contestata deberi incipiat [r]: quod ferè in omnibus popularibus iudiciis regulare est. Eadem ratione & si quis ad vindictam agat, vt in iniuriarũ actione contingit [a], tamen cùm sæpe aduersarius quanti nostra interfuerit, nobis damnetur, satis id quod nobis debitum est persequi dicimur [b]. Eodem modo nihil retulerit, an per alium sibi debitum quis petat, vt quia tutor pupilli nomine agat. Ipse enim cuius nomine petitur, semper propriè petere dicitur [c]. Ad extremum sufficiet id quod petitur, ante sententiam in iudicium venisse: id quod in omnibus vniuersalibus iudiciis regulare est [d]. Satis enim

v in l. etiam. ff. solu. matri.

x ar. l. pe. §. vl. ff. de in di.

y l. si creditores. & ibi Bar. not. ff. de priui. cred. arg. l. qui bona fide. §. de illo. vbi not. Bart. ff. de dam. infect. l. si is quo. ff. vt in posses. lega.

z Bal. in l. apertissimi. ad finem. C. de iudiciis.

° Vide latè Iasonẽ hic numero 91.

a cap. vlt. de feriis. glos. in ver. fideiussionis in l. dies festus. C. de feriis.

b Vide Iaso. in d. l. vinũ.

c Dinus hic, quicquid dicat Iason secutus Bar. in d. §. si debitor.

d tit. de literarum obliga.

e l. legem. C. de pactis.

f l. pecuniæ verbũ. §. hoc verbũ debuit. ff. de verb. signifi.

g §. sed si rẽ. sup. de legat. §. sẽ. inris. sup. de inuti. stipula. sup.

h glo. hic in ver. quod sibi.

i cõmuniter docto. hic l. actionum genera. ff. de eo. & l. actio in personam. ibidẽ. l. pecuniæ verbũ. ff. de verb. signi. §. vlt. Alciat. in d. §. vlti.

lz cõtra Bald. & Ias. hic.

l Aurelius. §. Mevia. iuncta ibi glo. in ver. pupilla. ff. de libera. lega.

m arg. l. filiũ habeo. ff. ad Macedonianum.

n arg. nota. per Alciatum in l. creditores. ff. de verb. signifi.

o l. si pacto quo pœnã. C. de pactis.

p arg. l. miles. §. decẽ. ff. de re iudica. Castrensis in d. l. si pacto.

q l. pen. ff. de popula. actio.

r l. si eui. versic. vlti. ff. de verbo. signifi.

a l. prætor edixit. §. si dicatur. ff. de iniur.

b Ita Ias. hic declarat vlt. glossam circa finem.

c l. certe. ff. de precario.

d l. 4. ff. de petit. hæredi. l. quæsitum. ff. de peculio.

est actorem ad id quod sibi debetur agere, licet reo iam facultas soluendi non adsit [e], modò antequā ad sententiæ calculū eatur, huiusmodi difficultas quæ reum constringebat, cessauerit: quod rectè à Fabro hîc traditum est [f].

§. Omnium.

Explicata actionis definitione, progreditur Iustinianus ad actionis diuisionem. Principio autem admonendi sumus, ex singulis partibus definitionis actionis diuisionem sumi posse. In primis ex iuris vocabulo hæc diuisio trahitur, quòd actionum aliæ ciuiles sunt, prætoriæ aliæ [g]. Ex persequēdi verbo, capitalis actionum diuisio pendet, nimirum quòd quædam in personam sunt, quædā verò in rem [h]. Et ex dictione iudicij sumitur hæc actionū diuisio, quòd quædam actiones vel bonæ fidei sunt, vel stricti iuris [i], vel arbitrariæ [k]: sicut & iudicia aut bonę fidei, aut stricti iuris, aut arbitraria esse dicimus. Et ex verbo debiti duplex actionū diuisio locū habet, quæ vel secundū qualitatē, vel secūdum quantitatē consideratur. Secundum qualitatē, vt quia actiones sint aut rei persecutoriæ, aut pœnales, aut mixtæ [l]: quemadmodum in debito aut rem, aut pœnam, aut vtrumque persequimur. Secundum quantitatem, cùm omnes actiones aut in simplum, aut duplum, aut triplum, aut quadruplum dentur, vlterius verò non extendantur [m]: de quibus omnibus inferius patebit. Hoc igitur loco Iustinianus ostendit præcipuam & capitalem, siue vt ipse loquitur, summam actionum diuisionem ad hæc duo genera redigi posse [n]. Aut enim in rem sunt, aut in personam. Quòd autem plerique [o] huic diuisioni mixtas actiones adiici debere existimant, id quidem verum nō videtur. Etenim omnes mixtæ actiones, quæ tres numero inueniuntur [p], omnes à personalibus originem habent [q]: effectu verò tam ad reales, quàm ad personales actiones protenduntur [r]. Videmus quoque stipulationes omnes tam in dando, quàm in faciendo consistere [s], licet mixtura earum inueniatur [t]: cōmuniterque ab omnibus traditū est [v], ea quæ mixta sunt, sub simplicibus contineri, præsertim vbi id ex lege colligi potest, vt quia lex generali dictione vtatur [x]: aut quia quis ea quæ videbantur aduersari, conciliare studet [y], aut quia in argumēto fauorabili versemur, siue ille fauor priuatorum [z], siue Reipub. vtilitatem contineat, (l. si ita facta sit exhæredatio. ff. de iniusto rupto. iuncta doctrina Barto. in l. cùm auus. circa finem. ff. de conditio. & demonstratio.) Vnde & in beneficiis quæ à principe alicui cōceduntur, cùm larga interpretatio admitti debeat [a], prope est vt sub simplicibus mixtū contineri dicamus. (Barto. in d. l. 2. de verborum obligationibus. & ibi Iason ad tres propemodum columnas.) Legatus igitur cui à principe concessum est vt ex adulterio natos suis natalibus restituere posit, item etiam & eos qui ex incestuoso coïtu nati sunt, poterit & eum qui ex vtroque damnato coïtu natus est, natalibus suis restituere. Sed cùm mixtum sub simplicibus contineatur, neque id ex propria significatione, sed ex quadā potius interpretatione fiat [b], consequens est vt in statutis id ipsum non obseruemus [c], nisi mixtū vni ex simplicibus magis accederet: vt non in absimili specie Ancharanus ex facto consultus respondit [d]. Atque ita ab impugnationibus aduersariorū tam iurecōsultus, quàm cōmunis doctorū calculus se tueri potest. Igitur postquā actiones omnes aut sint personales, aut reales: videndum est de singulis. Dicendū est igitur quid sit actio personalis, & vnde nascatur, deinde cui detur, tertiò aduersus quem competat, postremò ad quid detur, siue quisnā sit obligationis effectus [*]. In personā actio est, qua cū eo agimus qui nobis obligatus est ad faciendum aliquid vel dandum: & semper aduersus eundē locū habet [e]. Nascitur autem hæc vel ex contractu vel quasi, maleficio vel quasi [f]. Etenim ea à contractibus, vt à causa remota: ab obligationibus verò vt à proximiore causa

e Barto. in l. non potest. ff. de iudiciis.
f Faber hic circa finē sui commentarij.
g §. sed ipsæ. infrà eo.
h hoc §. & l. actionum genera. ff. de actio.
i §. actionum. & § in bona fides. infrà eo.
k §. præterea. infrà eo.
l §. sequens. infra eo.
m §. omnes autem actiones. infrà eo.
n l. actionum genera. ff. eo.
Baldus in l. si certis annis. C. de pact. Alberic. Rosat. in l. 1. ff. si cer. pet.
o Alciatus in l. pecuniæ verbum. §. 1. de verbo. significatio.
p §. quadam. infrà eo. l. in tribus iudiciis. ff. de indi.
q §. item si inter aliquos. suprà de obliga. quæ ex quasi contractu.
r Albericus loco modò allegato.
s l. 2. ff. de verborum obligationibus.
t l. cùm seruus. ff. de cōdi. & demonstra.
v docto. in d. l. 2. cōmuniter docto. in l. si ita scriptum nominatim. Iason in primo notabili. ff. de liberis & posthu.
x hoc textu. & d. l. actiones.
y l. 2. in princip. de verbo. obligat. & d. l. cùm seruus. & ita potest intelligi hic textus. & §. quadam.
z l. si ita scriptum. ff. de liberis & posthumis. l. clemens. ff. de heredib. instituendis.
a l. beneficium. ff. de constitutione princip.
b arg. l. quid ergo. vers. itē si alteri. ff. de his qui notantur infa.
c Baldus hic.
d Ancharanus cōsi. 366. incipiēte, In Christi nomine idem Ancharan. in repetitione cap. canonū statuta. de constitu.
* Oldendorpius in progymnasmatis act. forens. & Bud. in annota. prio. in Pandect. & Spiegel. in lexico iu.
e d. l. actionū genera. vers. in personam.
f sup. à tit. de obliga. ad tit. de actionibus.

causa descendit [g]. Datur autem creditori qui obligationem huiusmodi sibi parauit, vel per se, vel per eum quem in sua potestate habuit [h]. Per liberam etenim personam, vt quæ iuri nostro subiecta non est, nihil nobis quæritur [i], nisi quòd ille nobis actionem cedere posit [k]: eo tamen casu sola vtilitas actionum nobis continget [l]. Et cùm hæredem eiusdem iuris esse, cuius fuit defunctus, constet, ei quoque dabitur [m]. Competit autem aduersus debitorem qui in nobis obligatus est, ita vt nullum alium constringat: vnde & personalis actionis nomen habet [n], nisi quòd ex ratione quam modò commemoraui [o], aduersus hæredem quoque dari soleat, cùm hodie actiones ab hæredibus & contra hæredes incipere certissimum sit [p]. Dabitur autem ad dandum, vbi in obligationem datio deducta est [q]: vel ad faciendum, vbi quis facturum se quid receperit [r], id quod ex illius actionis formulis satis indicatur. Solebat enim is qui agebat, similibus verbis intentionem suam concipere, Si apparet eum dare aut facere oportere, condemna illum, ô iudex [s]. Eiusdem notæ erant & illæ formulæ, Aio te mihi dare oportere [t]: item, Aio te mihi oportere facere [v]. Solebátque & aliis quibusdam modis huiusmodi petitio fieri, sicuti Iustinianus hîc expressim docuit [x], quod vulgus doctorum non satis intelligens, nouas quasdam argutias confinxit, dum verum illius particulæ, & aliis quibusdam modis, sensum eruere conaretur. Plerique etenim ad quasi contractus aut quasi delicta referendam esse existimauerũt [y], quod Accursius improbauit [z]: quem licet omnes alij reprobent, illi tamen adhærendum esse censuerim, cùm contractus aut delicti appellatione quasi contractus aut quasi delicta contineantur [a]. Neque nouum est vt in legibus verbum ex lata significatione accipiatur, (l. filium habeo. ff. ad Macedonianum. iuncto §. penulti. suprà de tutelis.) Vnde quamuis contractus non propriè quasi cõtractum contineat, (glos. vlti. in l. omnem. ff. de iudiciis. Bart. in d. l. apud Iulianum. §. vlti. glo. in verbo, seu contractus. in cap. vlti. de foro competenti.) in legibus tamen ita accipi poterit. In statutis verò in quibus proprietas vocabuli ad vnguem obseruatur [a], non tam facilè huiusmodi significatio accipi poterit, nisi eò legis ratio nos perduxerit. Quid enim si mulier absq; agnati consensu cõtrahere prohibeatur? Et hanc nec donare posse Baldus respondit [b], sicut nec stipulationem aut pactum liberatorium concipere [c]. Licet enim hæc omnia contractus appellatione non veniant [d], tamen ex ratione legis continebuntur [e]. Etenim legislatorum ratio hæc videtur fuisse, vt fragili & imbecillo mulieris consilio prospiceret [f], sic nec illa repudiare hæreditatem paternam poterit, sicut nec adire, nisi magna in adeundo vtilitas proponatur [g]. Poterit tamen impune matrimonium contrahere, (l. in copulandis. & ibi Bart. notat per illum textum. C. de nuptiis.) Lex enim quæ de contractu loquitur, in contractibus rerum, non autem personarum locum habere debet, sicut Iason multis verbis hîc definit [h]. Mirus quoque placet quòd plerique hanc particulam ad condictionem furtiuam referant [i], cùm eam ex delicto oriri certum sit [k]. & ideo verè personalis est, cùm iam is qui deliquit, obligatus esse dicatur [l]: quicquid hîc Gometius in suis emendationibus ad hunc §. controuertat. Non me latet Theophilum hunc versiculum cum sequente versiculo qui de in rẽ actione loquitur, cõiunxisse [m]: hoc nimirũ sensu, & aliis quibusdam modis posibile est obligationem fieri, quum aduersus eum qui nullo iure nobis obligatus est, mouemus: quam sententiam si sequaris, omnem huiusce rei difficultatem perire certissimum est. Et hæc quidem de personalibus actionibus. De realibus igitur dicendum est. Oportet autem in primis disserere quid sit rei vendicatio, & quotuplex sit: deinde vnde nascatur: tertio loco, cui & aduersus quẽ detur: ad hæc quid in eam ve-

g glo. nota. in ver. singula causa. in l. & an eadẽ §. 1. ff. de excep. rei iud. Ias. in suis prælud. hic.
h sup. per quas perso. nobis obliga. acqui.
i §. ex his. suprà, per quas perso. nobis acqui.
k l. 1. C. per quas personas nobis acqui.
l arg. glo. in l. 3. ff. pro socio.
m l. hæredem. ff. de reg. iu. authen. de inreiur. à moriẽte præstito. colla. 5. glo. hic in verbo, in rem.
n gl. hic in vers. aut enim in rem sunt.
o ex d. l. hæredem.
p l. vnica. C. vt actiões ab hæredibus. Theoph. in §. post mortem. sup. de lega. dixi in § post mortẽ. sup. de inutil. stipul.
q l. vbi antẽ non apparet. §. vlt. ff. de verbo. obliga.
r sup. de verb. obli. ĩ prin.
s Theophilus hic.
t l. verbum oportere. ff. de verbo. signif.
v Valerius Probus in libello cui titul[us] est de notis antiquis.
x hoc textu in ver. & aliis quibusdam modis.
y Barto. Nico. Neapolitanus & communiter alij omnes hic.
z glos. in verbo, & aliis quibusdam. in princip.
a l. sed si is enim. ff. de nego. gestis. iuncto §. igitur. sup. de oblig. quæ ex qua. cõtra. l. apud Iulianũ. §. vlti. iuncta l. seq. ff. ex qb. cau. in posses. eatur. iuncto §. hæres quoq. in l. ex maleficiis. ff. de act. & obli.
a d. l. quicquid adstringenda. ff. de verb. oblig. l. ait prætor. § hac verba. 2. ff. de nego. gestis.
b Baldus ad rubricã. C. de pactis.
c Alcia. in l. Labeo. lib. 1. ff. de verbo. signif.
d Alcia. ad rubricã. C. de pactis.
e d. l. Labeo. vers. cõtractũ.
f Bart. in l. mutũ. ff. de acquiren. hæredi.
g arg. §. vlti. iũcta ibi glo. vlti. & doctrina Barto. ff. de acquiren. hæredi.
h Vide Iasonem hic à numero 34. vsque ad numerum 47.
i d. glo. in verbo & aliis.
k l. si ambo. §. quoties ff. de compensa.
l l. si cui. ff. de verbo. signif.
m versi. aut cum eo. infrà eodem.

niat: tum quodnam sit in ea iudicis officium: postremò qualis sit huiusmodi actio. Quod ad definitionem pertinet, sciendum est in rem actionem esse, per quam rem nostram quæ ab alio posſidetur petimus, & semper aduersus eũ est qui rem posſidet [n]. Hæc autem directa aut vtilis est. De directa quæ directò datur, id est, quæ domino aduersus posſidentem datur, item etiam de directa quæ nõ directò, sed vtiliter competit, vt quia est aduersus eum qui rem nostram non posſidet, dolo tamen desiit posſidere: priore loco disputãdum est: paulò pòst de vtilibus rei vendicationibus dicturi [o]. Nascitur ergo directa vendicatio non ex obligatione [p], sed ex posseſsione. Etenim posseſsio in rem, actionem parit aduersario [q]. Competit autem ei qui dominium habet vel iure gentium vel iure ciuili [r]. Iure gentium, vt quia traditione [s], vel quasi traditione, vt vsusfructus retentione [t], & aliquot aliis modis dominium habet [v]. Iure ciuili, vt quia vsucapione, donatione, & aliis modis dominium acquisierit, (titulo de vsucapionibus suprà.) Nihil autem retulerit eum ab initio dominum non fuisse, si modò ante sententiam rei quam vendicat dominium acceperit, modò is in libello suo propinquam rei vendicationis causam expresserit, vt quia dominum se esse asseruerit [x]. Idem est & si remotam causam expresserit, vt quia ab initio dominum ex venditione se esse profiteretur, postea verò cùm res in iudicium deducta esset, domini illius rei traditione accepisset. (notatur in d.cap.abbate.) Si enim nullam omnino causam de præterito, vt ipsi loquuntur, habuerit, non satis fuerit dominium lite pendente acquisitum esse. Neque enim ex eo sententia condemnatoria ferri poterit. (Iason hîc numero 67. casus est omnino expresſus in d.cap.abbate.) Ex diuerso si quis lite iam contestata dominus esse desierit, aduersarium sibi condemnatum habere non poterit [y], nisi fortè res ad eũ redeat [z]: aut quia dominium dolo vel culpa eius qui posſidebat, amisisset [a]. Nam & in huiusmodi posseſsione cõdemnatio sequi deberet. Sed quomodo dominium probatur? Et receptius est vt vel testibus vel instrumentis vel aliquo alio genere probationis probari posſit [a]. Datur autem in eum qui corpus quodlibet posſederit, siue solidum, vt lapis, lignum: siue coniunctitium, vt ita dicam, cuiusmodi est nauis, domus, armarium: siue discretum, vt grex. (l. rerum mixtura. ff. de vsucap. l. vendicatio. ff. de rei vendicat.) modò illud per se extet: quod enim inclusum vel alicui rei intextum est, nisi exutum vel separatum sit, vendicari non potest. (l. in rem. §. item quæcunque. ff. eodem.) Quemadmodum pro quolibet corpore datur, ita & ad quamlibet posseſsionem competit, siue ea naturalis tantùm sit [b], siue ciuilis fuerit. Immo & aduersus detentatores, & eos qui rei restituendæ facultaté habent, dari consueuit [c]: quamuis his qui detinent, dominum in iudicio nominare concedatur [d]. Sed & si dolo posſidere desierit, vel lata culpa versutiæ [e], tamen aduersus eum iudicium rei vendicationis rectè institueretur [f]. Etenim dolus pro posseſsore habetur. (l. qui dolo. & l. parem. ff. de regulis iuris. & cap. pro posseſsore. de regulis iuris in 6.) Dolo autem desiit posſidere, qui lite iam contestata rem alienauerit, quíque etiam ante iudicium cœptum, simul atque illi iudicium comminatum est, rem alienauerit [g]: quamquam hic posterior non rei vendicatione, sed eo edicto quod alienationem iudicij mutandi causa facere prohibet, rectè conueniatur: sicuti Abbas Siculus quandoque docuit, Panormitanus in capite primo, tertia columna, de alienatione mutandi causa facta. Sed & si nihil sit quod illius dolo vel culpæ adscribi posſit, adhuc tamen in rem actione conuenietur, modò is aliquẽ vi deiecerit [h]. Et quãuis directa rei vẽdicatio ab initio directo cõpetit, si tamẽ res ipsa dolo posseſsoris perierit, nõ cõtinuò libellum mutabimus, ita vt directa vtiliter competẽte, nobis agendum sit [i]. Si quis tamen aduersus eum in quem res translata est, iudicium executioni mittere

n d. l. actionũ genera. versic. in rem.
o Vide hic Fabrum in 3. columna.
p gloſ. hic in verbo, nullo iure.
q l. vnica. C. de alienatio. iudicij mut. cau. fa.
r l. in rem & l. officium. ff. de rei vendica.
s l. traditionibus. C. de pactis.
t l. quisquis. C. de donat.
v l. quadam mulier. ff. de rei vendica. l. quod meo. ff. de acquirenda posseſsione.
x cap. abbate. de re iudicata. lib. 6. circa finem. Barto. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de exceptione rei iudicatæ. Vide de causa remota & propinqua gloſſ. magnam in capite secundo de libelli oblatione.
y l. si gni. §. vlt. ff. ad exhibendum. l. si seruus. ff. de condict. furtiua.
z Dinus hic, & l. 2. C. de litigiosis.
a l. item si verberatum. §. vlt. ff. de rei vendicatione. l. si seruus in princip. & ibi Bar. notat. ff. de condict. furti.
a l. proprietatis. C. de probationibus. l. cùm super vernis. C. de rei vendica. Vide latius Barto. in l. rẽ qua nobis. & ibi Iasonem in tertia columna. ff. de acquiren. posseſsione.
b Barto. in l. Pomponius. §. si is qui precario. post gl. ff. de acquirenda posseſsione.
c l. officium. ff. de rei vendicatione.
d l. 2. C. vbi in rem actio exerceri debeat.
e l. qui petitorio. §. 1. ff. eo.
f l. sin autem §. sed & is qui. l. is qui dolo ff. eo.
g gloſ. notabilis in verbo, animus. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in posseſ. eatur. Dinus in d. cap. pro posseſsore. & Faber hic.
h l. si me vi deiecerit. ff. de vi & vi armata.
i arg. l. quamquam. §. Iulianus. ff. de aqua plu arcen. Vide hic omnino Fabrũ.

velit,

velit, huic nouo iudicio agendum esse plerique omnes asseruerunt [k]. Eodem modo & qui in iure interrogatus, cùm is non possideret, possidere se asseruit: si tamen rem ipsius rei iudicatæ tempore acceperit, rectè conuentus esse censebitur [l]. Et cùm hæc vendicatio ad possessionem detur, fuerit operæpreciũ vt quis ab initio alium interrogetan is possideat [m]. Hic enim si neget, si tamen postea mendacij conuincatur, ab eo statim possessio auocari debebit [n]. applicabitur autem ei qui vel de suo iure nihil omnino docuerit [o], etiam si is qui iam conuictus est, in præsentia de suo iure docere velit [p]. Quòd exemplo emphyteotæ [q], & eius qui beneficiarium fundum se habere negabat, institutum est [r]. Cæterùm si hic in parte mentiatur, pro parte quoque possessione rei priuãdum eum esse placuit [s]. Sed & id ipsum quod de inficiatione traditum est, locum non habet vbi quis libellum ineptum proposuit [t], aut quia in confuso & generaliter ea quæ narrata sunt, vt narrantur in iudicio negauerit [v]. Profuerit autem vt plurimum, meminisse, incorporalia non vendicari [x], nisi ea rebus corporalibus accedant, vt quia quis castrum cum omni sua causa, id est cum iuribus & pertinentiis, vt ipsi dicunt, vendicare velit [y]. Incorporalia enim per se non vendicabuntur [z]. Veniet autem in huiusmodi actionem, rei restitutio, (l. Iulianus. 1. §. idem Iulianus. & l. præterea. ff. eodem, cum sua causa. l. cùm fundus. ff. si certum petatur.) Venient & omnes accessiones, vt partus & partuum fructus, ídque contingit vbi lis contestata est. Ante litem enim contestatam id non tam facilè euenire solet. Item & si quid detrimenti ipsi rei cõtigerit, id omne à malæ fidei possessore sarciendum erit [a]. Ab eo verò qui bona fide rem possidebat, non aliâs id exigimus, quàm si hic in dolo fuerit, vel iudicium acceptum fuerit. Lite enim contestata quantumlibet bonæ fidei homo prædonis loco est [a]. In hanc quoque rei vendicationẽ veniet impensarum ratio. Etenim bonæ fidei possessor impensam quam fecit necessariam recuperat [b]. Idem & si vtilis impensa esset [c], siue ipse dominus diues esset, siue pauper, rem tamen distracturus erat [d]. Idem est & in voluptuariis impensis, præsertim vbi dominus eas esset facturus [e]. Malæ fidei verò possessor licet non impensas vtiles & necessarias repetat [f], non aliâs tamen quàm si res extat, repetere poterit, (l. planè. §. vlt. ff. de petitione hæreditatis.) Sic & si aliquod ædificium ex nouo fecerit, impensam donasse censebitur [g]. Quæ autem ad impendiorum omnium rationem pertinent, ea ex aliorum commentariis perdiscere operæprecium est [h]. Postremò in hanc actionem fructus venient, in quibus bonæ fidei possessor ab eo qui mala fide possidet, distinguendus est. Etenim ille fructus suos facit pro cultura & cura quam ipse vel alius nomine suo ei præstiterit [i]. Naturales etenim ipsius domini sunt. (l. fructus. ff. de vsuris.) Perceptos autem facit suos, nisi quòd extantes restituere cogitur. (§. & si in rem. & §. & si hæreditas. infrà de officio iudicis. l. certum. §. bonæ fidei. C. eodem. notatur in l. ex diuerso. & l. fructus. ff. eodem.) Consumptos autẽ lucrifacit, nisi sumptus quos fecerit, aut vsuras pecuniæ solutæ repetat [k]. Quod ad percipiendos attinet, hîc non tenetur [l]. Malæ fidei verò possessor fructus extantes actionis iure restituet [m]: consumptos verò vel iudicis officio [n], vel condictione sine causa [o] restituit. Item & perceptos, non tantùm qui honestè percipi potuerunt [p], sed & qui inhonestè percepti sunt [q], de percipiendis quoque tenebitur [r]. Et hæc in eo malæ fidei possessore qui sine titulo rem possidet, locum habent. Vbi enim titulus adest, perceptis propter titulũ excusabitur [s]. In summa autẽ cũ de fructibus quæstio est, animaduerti debet an possessor fruitus sit, an nõ [t], si modò alius, nimirum

k Bart. in l. si quis missũ. §. index. ff. de dam. infec.
l l. sin autem. §. 1. ff. eo.
m Aretinus hic.
n l. vlti. ff. eo.
o l. vlti. C. eo. quæ limitatur per l. vlt. ff. eo.
p Barto. in l. vlt. ff. eo.
q Innocen. in ca. cæterùm. de iudiciis.
r ca. vnico. §. vasallus. tit. si de feudo fuerit controuersia inter dominũ & agnatos vasalli.
s arg. cap. vnici. tit. de eo qui contra prohibitionẽ Lotharij regis.
t Baldus in repetitione P... dn.ana l. edita. C. de edẽ.
v arg. notatorũ per Bart. in l. si debitor. §. ita demum. ff. de fideius.
x d. l. vendicatio.
y Innocen. in ca. cũ ad sedem. de restitu. spolia. Faber hic in 3. quæst. principali.
z arg. notatorũ per Decium in ca. quãto. de iud. Vide Ias. hic in explicatione glossæ in verbo, rẽ corporalem.
a l. quòd si possessor. ff. de rei ven.
a l. 1. C. de peti. hæred. l. sed & si lege. § si ante ff. de petitio hæred.
b notatur in l. in fundo. ff. eo.
c d. l. in fundo.
d l. sin autem. ff. eo.
e l. voluptuariæ. ff. de impen. in reb. dot. factis.
f l. domũ. C. eodem.
g § ex diuerso. §. certè. vbi aliquando dixi suprà de rerum diuis.
h Vide Bart. in d. l. in fundo. Alcia. in l. impensa. ff. de ver. signifi.
i l. bonæ fidei. ff. de acquire. domi. §. si is à non domino. vbi dixi suprà de rerum diuis.
k l. sumptus. & l. emptor. ff. eodem.
l notatur in d. l. certum.
m d. l. ex diuerso. §. vbi autem alienũ. ff. eo. n d. §. & si in rẽ. o l. mala fide. C. de condict. ex lege. p l. fructus. & l. si nauis §. generaliter. ff. eo. q l. si possessor. ff. de petitione hæreditatis. r d. l. certum. s l. si fundum. C. de rei vendicat. & ibi glos. notabilis in verbo non rectè. & in verbo percepisse. quæ ponit quartus casus, quibus titulus non excusat à fructibus percipiendis. t l. generaliter. vbi Decius notat. ff. de reg. iuris. Petrus Perticensis in l. domum. C. eodem.

is qui petit, fruiturus esset[v]. Officium autem iudicis in hac actione erit, vt inspiciat an reus posſideat. Nec ad rem pertinebit, ex qua causa posſideat[x]. Vbi enim probaui rem meam esse, necesse habebit possessor qui nō obiiciet aliquam exceptionem, eandem rem restituere. Illud quoque iudicis officio continetur, vt si contra petitorem iudicatum sit, reum absoluat: sin pro petitore, possessor rē omnē cum sua causa restituere debebit[y]. Hic autem si se in præsenti posse restituere neget, de litis æstimatione cum fideiussore cauebit, si intra tempus quod ei datum est, non restituerit[z]. Hæc autem actio arbitraria est: etenim si iudex rem ipsam restituēdam interlocutus sit, neque possessor illius dicto audire velit, actio arbitraria efficitur[a], ita vt quanti sua interesse aduersarius iuramento in litem deierauerit, tanti possessor cōdemnari debeat[b], præsertim vbi dolo rē restituere posse desierit. Quòd si id culpa contingat, quanti res est, id est quanti aduersarij interfuit[c], damnandum eū esse plerisque placuit. Huic autem qui culpa desiit posſidere, licet is qui petit, de euictione ei non caueat (sibi enim imputet qui rem non restituit[d]) actiones tamen cedi debebunt[e]. Illi verò qui in dolo est, duntaxat possessor cauebit per eum non fieri quo minus res sibi tradatur[f]. Quo pacto autem tollatur hæc actio, ex iis quæ inferius dicemus, colligere licebit[g]. Et hæc quidem quod ad directas actiones pertinet, satis sint. Iam ad vtiles progrediamur, quæ his qui ius habent in re, dari solent. Et in primis is qui in perpetuum, fundum à municipibus conduxerit, si quidem hic pensionem soluat, reali actione aduersus omnes, immo & contra municipes experiri poterit[h]. Emphyteotæ quoque qui à rei suæ posſesſione ceciderit, vtilis actio dabitur[i]. Dabitur & ei qui in alieno solo superficiem ita positam habet, vt pensiones soluat: quem ideo superficiarium vocant[k]. Competit etiam militi, & minori quorū pecuniis emptæ sunt, si quidem hi malint rem illam vendicare, quàm pecuniam repetere. (l. si vt proponis. C. de rei vendicatione. l. curator. C. arbitrium tutelæ. l. 2. ff. quando ex facto tutoris. notatur in l. si pecuniam. ff. si certum petatur.) Is quoque qui mortis causa donauit, vel ex pœnitentia rem quam vendiderat, vendicare non prohibetur[l]. Item & si donatarius ingratus & accepti beneficij immemor aduersum donatorem cristas erexerit[m], rei vendicatione rectè cōuenietur. Idem & si quis inofficiosam donationem retractare velit[n]. Sic & si donatarius conuentionē dictam obseruare nolit, rei donatæ dominio vtili in rem actione priuabitur[o]. Eodem modo dos æstimata in qua pactum accesſit, vt mulieris esset arbitrium[p], repeti poterit[q]. Eadem ratione si res hac lege vendita est, vt nisi die constituta precium solueretur, res esset inempta[r]: si pecunia die pacto præfixa non soluatur, res vendita vtiliter vendicabitur[s]. Qua de causa si quis tacitum fideicommissum alicui reliquerit, fiscus vendicare non prohibetur, (l. imperator noster. iuncta l. 1. ff. de iure fisci.) & vbi quis decimam partem bonorum Herculi olim[t], hodie ecclesiæ vouerit, vtilem rei vendicationem ad huiusmodi bona quæ nondum separata sunt, habere poterit[v]. Hæc autem vtilis vendicatio in his qui seruitutem habent[x], & bonæ fidei possessoribus[y], & creditoribus qui hypothecam habent[z], & in his qui præiudiciali actione experiuntur[a], obseruari cōsueuit: de quibus omnibus suis locis proponemus.

Breuis libellorum conficiendorum ratio.

Qui actionibus aduersus quempiam ciuiliter consistere velit, huic libellum conuentionalem vt proponat necesſitas est[b], quo is qui conuenitur, de-

v d. l. si nauis. §. generaliter. ff. de rei vendica. l. cùm hæreditas. ff. de petitione hæredita.
x d. l. officium. ff. eo.
y l. qui restituere. ff. eo. §. & si in rem. infrà de offic. iudicis.
z d. § & si in rem. in fin.
a l. qui restituere. ff. eo.
b arg. notatorum per Bartolum in l. 1. ff. de eo quod certo loco.
c d. l. qui restituere. circa medium.
d l. ex diuerso. §. vlti. ff. de rei vendica.
e l. si culpa. ff. eo.
f l. eius rei. & l. hac si. ff. eodem.
g Dicam in §. 1. infrà de perpetuis & temporalibus actionibus.
h l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyteo. petatur.
i d. l. 1. §. vlti. & l. 1. §. 1. & § quod antē ait prætor. ff. de superficiebus.
k l. superficiario. ff. de rei vendica. l. tutor. §. vlti. ff. de pignorat. actione. l. 1. §. qui superficiem. ff. de superficiebus. l. in prouincials. §. penult. ff. de noui operis nuncia.
l l. qui mortis. ff. de mortis causa donationibus.
m l. his solis. C. de reuocandis donat.
n l. si totas. C. de inofficio. donat.
o l. 1. C. de donationib. quæ sub modo.
p arg. l. plerumque. §. vlti. ff. de iure dotium.
q l. in rebus. C. de iure dot.
r l. commissoria. C. de pac. inter empto. & vendit. compo.
s l. vlt. ff. de lege commissoria. l. 1. C. per quas personas nobis acquiritur. circa medium. l. sed Celsus ff. de contrahen. emp.
t arg. l. 2. §. si decimam. ff. pollicitationib. quæ quidem Herculanea vel etiam decima pars polluceta Plauto dicta est, qua de re vide Budæum in annot. ad l. quicunque. ff de institor. act. vbi ait pollucere patrimonium, esse idem quod decimare, id est decimam partem votiuo epulo in honorem Herculis impendere, cuius meminit Plutarchus in vita Syllæ & Crassi.
v Doctores in d. §. si decimam.
x §. æquè. infrà eodem.
y §. nunquam infrà eo.
z §. item Seruiana. infrà eodem.
a §. præiudiciales. infrà eodem.
b notatur in l. 1. ff. de edendo.

biti

biti admoneatur. In eo antem actionis ſpeciem exprimere neceſſe habet [c]: niſi quòd hodie pontifices ſequuti [d] non ita huiuſmodi actionum nominibus exprimendis nos aſtringimus [e]. Quin & eò itum eſt, vt & ſi quis actionis nomẽ vel ineptè expreſſerit, hic cauſa ſua cadere non debeat [f]. Quod ego minimè verum eſſe cenſuerim, cũ lex competẽtibus actionibus experiundum eſſe dicat [g], videamúſque menſorem qui ex locaro actione honorarium ſuum petierit, cauſa ſua cadere [h], ſicuti Baldus & Peruſinus [i] quandoque copioſius admonuerunt: quibus accedit Iaſon in d.l. edita licet is hoc loco receptiorẽ ſentẽtiam amplecti videatur. Iaſon hîc numero 165. Oportebit igitur in primis factum ipſum aptiſsimè recenſere, & huic narrationem, deinde cauſam ſubiungere: tertio verò loco, quod ex narratione & cauſa conſequitur, aptiſsimè colligere. Quod enim eſt argumentum dialecticis, hoc eſt libellus iuriſconſultis [k]. In narratione facti, non tanta eſt difficultas: at in cauſa & concluſione diligentia opus eſt. Etenim curandum eſt vt cauſa negocio de quo agitur, bellè conueniat, cùm ea in locum actionis iam ſuffecta eſſe videatur [l]. Quòd ſi cauſam non congruentem expreſſeris, libellus etiam aduerſario tacente ineptus eſſe cenſebitur [m]. Intereſt tamen iudicis, vt hic ſi ex alia cauſa agi potuiſſe prçuiderit, non ſtatim totius cauſæ iactura te afficiat, ſed ius tuum in aliud tempus tibi ſeruet [n]. Sed cùm omnibus actionibus duæ cauſæ conueniant [o], propinqua ſcilicet & remotior: in perſonalibus remotam cauſam exprimere conueniet, in reali verò proximiorem. Differentiæ ratio in eo eſt [p], quòd cùm perſonales actiones ex variis contractuum generibus oriantur [q], aduerſarij intereſt vt certò intelligat, ſtrictáne, an verò bonæ fidei actione conueniatur. ita etenim facillimè vel liti cedere, aut vlterius progredi volet. At in reali vna eſt & ſemper eadem cauſa, ſiue vniformis, vt ipſi loquuntur: Vnde realis actio deſcendit, quæ non neceſſariò exprimi debet: licet aliquando eam expreſſiſſe nihil officiat [r]: cùm ſi in ea victi fuerimus, ad aliam tamen plerunque regredi nobis concedatur. Interdum huius cauſæ expreſsio nocet. qui enim eam non probauerit, totius litis damnum ſentiet [ſ]. Cæterùm ſiquis citra cauſam libellum propoſuerit, rectè propoſuiſſe cenſebitur [t]. Etenim reo aliquid imputandum eſt, qui de libelli huius generalitate nihil omnino exceperit. In excipiendo autem cauere debebit, ne aduerſarium inſtruxiſſe videatur, vt qui petierit libellum ab eo declarari, cùm ſatis ſit dixiſse libellum tanquam obſcurum & impendio generaliorem admittendum non eſse [v]. Et hæc quidem circa cauſam ipſam adnotauiſse ſufficiet. Quod ad concluſionem pertinet, ſciendum eſt omnino libellum ineptum eſse, in quo huiuſmodi concluſio prætermittitur. Debet enim quis à iudice id petere, vt reum condemnet [x]. Cuius rei illa eſt cauſa, quòd iudex nulli alij præterquam petenti officium ſuum impertiri teneatur [y]. Et hac ex ratione illud deciditur, vt in his cauſis in quibus iudex ex officio ſuo aliquid ſupplere poteſt, quemadmodum in cauſis quæ vindictam publicam continent [z], item in his cauſis quæ vel pupillos vel viduas reſpiciunt [a], vt in illis cõcluſione opus non ſit [b], ſicuti & ſi quis libellum corã principe offerat [c], aut recuperandæ poſſeſsionis interdicto experiatur [d], vel verbo alioqui generali, quod etiam concluſioni applicari poſsit cauſam ipſam cõcipiat, ſicuti Baldus in l. edita, 15. columna. C. de edendo, docuit: quem Iaſon hîc ſequitur. Sunt autem vulgò proditæ peculiareſquçdam formulæ, quæ in hiſce concluſionibus interdum neceſsariæ, plerunque verò vtiles eſse inueniuntur. Neceſsariò etenim quis id petere debet victum in expenſas condemnãdum eſse [e]: licet etiam tacita petitio Baldo ſufficere videatur [f]. Cenſuit quoque Barto. (in l.1.C. de executione rei iudicatæ,) neceſſariò libellum ita cõcipiendum eſſe, vt quis aduerſarium condemnari cogi & compelli dicat, adeò vt ſi quis condemnandi verbum omiſerit, libellum ipſum

c notatur in l.edita.C.de edendo.

d in cap.dilecti filij. De iudiciis.

e cõmuniter doctores in d.l.1. Iaſon & alij in d.l. edita.

f Innocentius in ca. examinata. de iudiciis. Bart. in l.1.ff.de edendo.

g l.2.C.de formulis.l.ſi cũ ea.C.de dotis promiſsiõe. l.incerti iuris.C.de interdictis. l. debitores. C. de pignoribus.

h l.1.poſt princ. ff. ſi mẽſor fal.mo.dixe.

i oẽs in l.edita.C.de edẽdo.

k Bar. in l.ſi prius ff.de no.ope.nunci. Iaſon hic numero 114.

l arg.§.fuerat.infrà de actionibus.

m Bart. in d.l. edita. Iaſon in l.1.ff.de edendo.

n textus aureo ſtilo ſignandus in l. Bebius Marcell[9]. ff.de pact. dotalib. notat Bal. in auth. ſed & ſiquis. C. de ſecũdis nuptiis columna. 3.

o l.& an eadem.§.actio.ff. de exceptione rei iudicata. & ibi Bart. notat glo. in c.2. de libelli oblatione.

p ſing. in d.l.edita.

q d.l.actionum.ff.eodem.

r gl. in d. cap.2. circa mediũ, de libelli oblatione.

ſ c.abba.de re iudica lib.6.

t glo.in l.1.ff. de edẽdo.l.1. ff. de annali exceptione.

v Speculator in ti. de libel. oblatione.§.vlt. verſic. ſis cautus.

x arg.l.vlt.C.de fideicõmiſſar in libert.do.

y l.4.§. hoc autẽ iudicium. ff. de damno infecto. l.vt fundus. ff. communi diuidundo.

z l. congruit. ff. de offici° præſidis.

a Bart in d.§.hoc autem.

b Bart.in l quid ergo.§ pœna grauior.ff.de his q notantur infa. Bar. in l.libellorum.ff.de accuſatio.

c arg.l.omnium.C.de teſta. & ibi Peruſinus notat.

d gl.in canone, quia præſulatus.4.cauſa.quæſt.4.

e Bart. in l.4.§.hoc autem iudicium.ff. de damno infecto.

f Baldus in l.properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudiciis.

petuertisse videatur[g]. quod tamen communis doctorum calculus non immeritò improbauit[h]. Necessariò quoque is qui experitur, rei quam petit confinia exprimere debet[i]: simul etiam exprimere quid sua petitione contentum esse velit. Vtile autem fuerit petere à iudice, vt nobis ius & iustitiam (vt com muniter omnes loquuntur) administret[k]. Ei etenim qui actionum naturam non satis perspectam habet, consultum est vt diligentissimè factum narret: deinde sine conclusione sibi ius administrari postulet. Ita enim videbitur satis actionem expresisse[l]. Item vtile erit vt quis dicat se velle adstringere ad ea quæ suæ causæ conducere videbuntur, probanda. ita enim omnia quæ libello suo complexus est, probare non tenebitur[m]. Operæpretium etiam fuerit petere aduersarium secundum leges & statutorum formam condemnari: quod tamen Aretinus non tam facilè admittendum esse voluit. Etenim si lege municipij idem omnino quod ciuili lege caueatur, is qui agit, alterum remedium deligere cogetur[n]. Sin aliud lege municipij disponatur, videbitur quis duo remedia contraria proposuisse[o]: Vnde hîc à iudicio repellendus erit. Et hæc quidem de libellorum conficiendorum ratione dicta sufficiant: formulas verò libellorum facillimè quisque confinget, qui actionum naturam tenuerit: nisi quòd ea forma veteribus placuisse videtur[p], Legum iustissimarum metuens pœnas, persequi sine iudice rem mihi debitam nolui: atq; ideo ad vos scientia iuris tam subtilissimum quàm benignissimum accedo, agens contra Titium Fortitianum fundum possidentem ex venditione vel traditione ad me pertinentem. Ego Caius hanc postulationem die tali mense tali contra Titium depono.

§. Æquè si agat quis.

Quemadmodum pro rebus corporalibus in rem actio datur[q], ita & pro incorporalibus vendicandis duplex actio introducta est, confessoria scilicet, & negatoria: nisi quòd confessoria pro rebus corporalibus quãdoque detur[r]. sicuti inferius ostendam. De vtraque igitur actionum specie separatim dispiciendum est. Et in primis videamus quid sit confessoria, & vnde sic vocetur: deinde vnde nascatur: ad hæc cui detur: tum aduersus quem detur: vltimo ad quid detur, quídue in eam veniat. Confessoriam actionem Petrus Perticensis[s] in hanc propemodum sententiam definiuit, vt sit in rem actio quæ datur ei qui vel sibi, vel fundo suo, vel quasi suo seruitutem deberi contendit ad declarationem iuris sui. Quæ definitio satis ex natura actionis intelligi poterit. Hæc autem ex eo nomen habet, quòd quis seruitutem sibi deberi confiteatur[t]. Vnde & ea affirmatiuis verbis vt plurimum concipitur[v], sicuti Placentinus aliquando docuit[x]: nisi si quis malit, id ad medium concludendi in quo verba affirmatiua esse oportet, saltem in confessoria, referre: sicut Bartolus (in l. si prius. ff. de no. ope nuncia.) docuit. Nascitur autem ex impedimento quod vel ab eo qui seruitutem debet, (l. 2. & l. loci corpus. ff. si seruitus vendice.) vel à quocunq; alio (d. l. loci. § siquis mihi) nobis affertur. Datur autem ei qui seruitutem sibi deberi asserit, siue hic dominus sit (seruitutem etenim nemo alius præter dominum vendicare potest[y]) siue vtile dominium habeat, vel quia superficiem in alieno solo positam habet[z]: siue hic ius aliquod in re habeat, nimirum vel pignoris[&], vel vsusfructus[a]. Quòd autem Accursius[b] creditorem & vsufructuarium quasi dominos esse asserat, id quidem ab omnibus est improbatum (Iason in explicatione glossæ in verbo, altius tollendi, & ante eum Faber) cùm quasi dominus in re sua vsumfructum[c], vel ius pignoris habere nequeat[d]. Sed cùm multa sint genera seruitutum (glos. 1. in §. 1. suprà de seruitutibus.) quædam etenim personales sunt seruitutes, quæ scilicet à persona personæ debentur, (toto titulo de statu hominum. ff. titulo de iure personarum, suprà) quæ non vsque adeò seruitutum

g arg. l. 1. ff. de excep. rei iudic. & l. si quis nec causam ff. si cert. pet.
h Vide latè Iasonem hic numero 139.
i l. si in rem aliquis agat. ff. de rei vendicatione.
k Canonistæ in ca 1. offi. delegati Canonistæ in c. cum dilectus. De ordine cognitionum.
l Aretinus hic.
m Bart. in l. Diuus. ff. de re iudicata.
n l. quod in hærede. §. eligere. ff. de tributoria. l. cũ filius. §. varie. De lega. 2.
o l. 1. C. de furtis.
p Placẽtinus lib. 4. de expediendis iudiciis. titulo. 1.
q §. sup. px. iũcta ibi glo. in verbo, rem corporalem.
r Theoph. hic circa mediũ.
s Petrus de bella pertica hic, quem sequitur Faber. & Iason numero 55.
t l. 2. ff. si. seruitus vẽdicetur.
v propter naturã seruitutis altius tollẽdi, q̃ in cõfessoria verbis negatiuis, in negatoria verò verbis affirmatiuis concipiatur.
x arg. l. iura. iũctis duabus ll. sequẽtibus. ff. de legibus.
y l. 2. §. hac autem. ff. si seruitus vendicetur.
z l. superficiario. ff. de rei vendicatione. l. 1. in princ. & §. quod autẽ ff. de superficiebus. ar. l. in prouincials. §. si ego. ff. de no. ope nũcia.
& l. si quis ff. de seruitutib. l. creditori. ff. de no. op. nũ. l. quid de creditore. ff. de damno infecto.
a l. 1. & l. vti frui. ff. si vsusfr. peta.
b glo. in verbo, altius. ibi, Item quare iste.
c l. vti frui. ff. si vsusfructus petatur.
d l. ex sextante. §. Latinus ff. de exceptione rei iudic. l. neq; pignus. ff. de re. iuris.

uitutum numero aſcribi debent, cùm nemo in re ſua ſeruitutem habere poſſit [e]: niſi fingamus operas vel miniſterium ſerui noſtri alicui legatum fuiſſe. etenim tunc ſeruitus quædam eſſe cēſebitur [f], ſicuti Faber hîc rectè adnotauit: idque aduerſus Aretini ſententiam verius eſt. Aliæ ſunt quæ à re perſonæ debētur, ſicut vſusfructus [g], vſus & habitatio [h]. Aliæ quæ à perſona rei debentur, cuiuſmodi eſt ea qua quis teſtamento libertatem accepit, ea lege, vt ſtato tempore lucernā monumento accēdat [i], vel ipſi defuncto iuſta ſiue exequias peragat, vel vt cuſtodiam templi commiſſam habeat [k]. Quædam ſunt quæ à re rei debentur, cuiuſmodi ſunt prædiorum tam vrbanorum quàm ruſticorum ſeruitutes, de quibus ſuprà in tit. de ſeruitutib. ruſticorum prædiorum tractatum eſt. Cæterùm ſi à re perſonæ debeantur, tunc cùm perſonæ cohæreant, cū perſona quoque extinguūtur [l], quemadmodum & aliæ omnes perſonales ſeruitutes. Vbi verò alicuius loci vel rei habita ratione perſonæ debētur, vt quia quis aliquibus in municipio aut certo loco degentibus ius ſecandi ligna ex ſyluis vicinis, vel ex puteo aquæ auriendæ facultatem præbuerit, non perſonalis ſed realis eſſe cēſebitur [m]: & ideo ad hæredes tranſire poteſt [n]. in ſumma igitur pro iſtis omnibus ſeruitutibus confeſſoria dari poterit, ſiue ea perſonalium ſiue realium ſeruitutum numero cōtineatur: quemadmodum videmus euenire in ſeruitute altius tollendi, pro qua confeſſoria actio dari conſueuit [o]: licet plerique negatoriam dari exiſtimauerint: quorum controuerſia pauciſſimis finiri poterit, ſi dicamus altius tollendi ſeruitutem dupliciter conſiderari poſſe. Vno modo vt ſecundum naturalem libertatē (ſecundum quam quælibet domus libera eſſe præſumitur [p]) eam æſtimemus: & hoc caſu qui turbatur, negatoriam habet, per quā contendit ius non eſse aduerſario ſeſe moleſtāti. Alio modo quando lege municipij ædes ſeruitute grauantur, ita vt illas altius inuito vicino tollere nemini liceat: hic ſi vicinus mihi altius tollendi facultatem conceſſerit, cenſebitur ędibus ſuis ſeruitutem impoſititiam conſtituiſſe, adeò vt ſi quis me altius tollere prohibeat, confeſsoria actio mihi detur [q]. Idem & ſi priuatorum conuentionibus effectum ſit vt mihi altius tollere liceat: vt puta cùm mihi id conceditur, vt contra ſeruitutē altius non tollendi quā vicini ędibus debueram, mihi altius tollere fas ſit. nam & tum cōfeſsoria mihi dabitur, ſicuti Faber hoc loco eleganter docuit: cuius ſententiam Iaſon & pleriq; omnes [r] improbare voluerunt: quorum frigidiora ſunt argumenta, quàm vt hîc recenſeri debeant. Non me latet quā multus ſit in huius rei explicatione Accurſius [s]: ſed verius eſt quod nos modò prodidimus, nimirum cùm id ipſum Zaſius ſuo calculo dignum eſſe exiſtimauerit [t]. Quòd autem in vrbanis ſeruitutibus conſtituitur, idem & in prædiorum ruſticorum ſeruitutibus conſiderandum eſt, vt pro his confeſsoria detur ſicut in aquæductu [v], quando ſcilicet per fundum alienum ius aquæ ducendæ nobis cōceſsum eſt [x]. Ea autem ſeruitus & perſonalis & vrbana eſse poteſt, quemadmodū & reliquæ aliæ omnes ſequētes [y]. Etenim vbi ædificio debetur, vrbana eſse intelligitur. Item & ſi cui aquam ducere permittitur, hoc nimirum pacto appoſito, vt ea ad hæredes nō tranſeat, hæredibus qui huiuſmodi ſeruitutem ſibi dari petierint, pacti exceptio omnino obſtabit [z]. Sic & ei qui ſibi decimarum percipiendarum ius eſse aſserit, dari ſolet confeſsoria actio [&]. Ei quoque qui iuris quod in alios habet dicendi authoritatem ſuam tuetur [a], quíque ius patronatus ſibi debeſri dicat, aut ius eligendi ad ſe ſpectare profiteatur, confeſsoriam competere certiſsimum eſt [b]. Et in ſumma pro omni iure incorporali nobis dabitur [c]. Nonnunquam etiam pro rebus incorporalibus: vt ſi quis eum fundum quem alius detinet ſuum eſse profiteatur [d]. quanuis id in negatoria minimè locum habeat: ſicuti inferius oſtendam. Competit autem in eū qui nobis impedimento eſse ſolet, quo minus ſeruitute noſtra vtamur, ſiue is ſit à quo cauſam habemus, ſiue alius quilibet [e]. Licet enim actio perſonalis aduerſus eum qui

e d. l. vti frui. & l. in re cōmuni. ff. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum.
f l. 2. ff. de vſufru legato.
g ſuprà de vſufructu.
h ſu de vſu & habitatiōe.
i l. Meuia. ff. de manumiſsis teſtamento.
k l. ſeruos. ff. de alimentis & cibariis legatis.
l arg. l. non ſolemus. §. tale. ff. de liberatiōe legata. ar. l. in omnibus cauſis. 2. ff. de reg. iur. arg. ca. priuilegium. eo tit.
m l. & Attilicin'. ff. de ſeruitut. ruſticorū prędiorū.
n ar. d. l. in omnib'. Fab. hic. idem in §. 1. ſup. de ſeruitutib. quicquid dicat hic Iaſon in 2. columna.
o hoc textu in prin. ibi, eiuſdem generis eſt actio.
p l. altius. C. de ſeruitutib' & aqua.
q Fab. hic in explicatione gl. in verbo tollendi.
r communiter doctores hic.
s gl. hic in verbo, tollendi, & in verbo, alti' tollēdi.
t Zaſius in ſuis intellectib' ſingularib. in cap. altius tollendi facultatem &c.
v Iaſon hic in primo notabili.
x l. 1. verſ. aqua duct'. ff. de ſeruitutib. ruſtic. præd.
y notatur per Alciat. in l. urbana prędia. ff. de. verbo. ſignif.
z l. 4. ff. de ſeruitutib.
& nota. in c. tua nos. & in c. prohibemus de decimis.
a Bal. in rubrica. C. de vſufructu.
b Iaſon in l. ſi prius. in ſuis præludiis. ff. de no. ope. nū.
c Faber hic.
d Theophilus hic in prin.
e l. loci. §. ſi qs mihi. ff. ſi ſeruitus vendicetur.

seruitutem constituerit vel inter viuos, vel in vltima voluntate[f], vtilius est tamen confessoria experiri, vt quæ nobis actionum realium exemplo[g] aduersus omnes competat[h]. at personalis obligatio eum solum qui nobis obligatus est constringit[i]. Ad id confessoria agitur, vt nimirum quis ab huiusmodi impedimento desistere cogatur. (d. l. si quis diuturno. §. vlt.) Deinde vt iudex declaret seruituté ei qui agit competere. (l. qui aliena. §. vlt. ff. de negociis gestis.) Hæc autem in confessoriam veniunt, vt (quemadmodum & in aliis omnibus seruitutibus) is qui cum agitur, nihil omnino faciat, sed tantú patiatur (l. quoties. 2. §. seruitutum. ff. de seruitutib.) Deinde vt cautionem præstet, quod neq; per se neq; per alium faciet quo minus nobis seruitute nostra vti liberè concedatur[k]. Postremò, vt si de personali seruitute contentio sit, hic nobis fructus omnes omniáque impendia restituat. (ll. modò allegatis.) In realibus verò seruitutibus solum id quod nostra interest consequimur[l]. Et hæc de confessoria. Quod ad negatoriam actionem pertinet, quæ de confessoria dicuntur, in hac propemodum obseruari solent. Negatoria igitur sic finiri potest, vt sit in rem actio, qua is qui agit, rem suam vel quasi suam liberam esse asserit[m]: petítq; vt aduersario ius vtendi non esse pronuncietur[n]. Ex eo auté nomen habet, quòd negatiuis etiam verbis vt plurimum concipiatur[o]. Nascitur autem ex libertate quam quis sibi vel suis prædiis competere asserit[p]. Datur autem iis quibus & confessoria, nimirum domino[q], vel ei qui vtile dominiú[r], vel ius in re habeat: licet & ea tantum pro re incorporali detur: cùm contrà confessoria ad res tam corporales quàm incorporales competat[f]. Differentiæ ratio in eo est, quòd si quis in negatoria actione alium esse dominum negaret, (quod illi omnino faciendum est, si quidem eam rei corporali adaptare velit) statim aduersarius excipere petest in hunc prope modum modum, Falsum est quod dicis, me non esse dominum: sed pone ita esse: non continuò sequitur te dominum esse: cùm quod meum non est, statim id tuum esse consequens non sit: sed ea res alterius esse potest. Vnde cùm iam ambiguú sit vter dominiú habeat, dico rem apud me manere debere, cùm ex regula iuris in pari causa melior sit conditio possidentis[t]. At in confessoria aliquis asserit rem esse suam: vnde non est mirum si exemplo actionis realis ad res corporales competere soleat[v]. Datur etiam possidenti, sicut & confessoria[x]. In seruitutibus etenim negatiuis sola prohibitione, cui prohibitus acquieuerit quasi seruitutis possessionem acquirimus[y]. Idémque & in affirmatiuis, in quibus nihil omnino nisi alieno beneficio nobis acquiri potest: vt in aqua ex vicini puteo vel cisterna deducenda: tunc enim vnico actu huiusmodi quasi possessio paratur[z]. alioqui si facultatis iure nobis aliquid facere liceret, vt quia per fúdum alienum ire licet vsque dum aliquis prohibitus est, tunc non aliâs quàm post triginta dies huiusmodi seruitutis quasi possessionem nobis paramus[*]. Cùm igitur constet quasi possidéti has actiones dari solere, manifestè à rei védicationibus secernuntur: in quibus possidenti actio nunquã dari solet, sed aduersus possidétes dantur[a], præterquam si quis cú & naturaliter & ciuiliter possideret, ad rei suæ qué alius habet, detétationé agat[b], sicuti in eo qui rem cómodauit, locauit, aut deposuit, euenire videmus: quibus etiam si possideant[c], in rem actio datur. d. vers. puto. Scio plerosque idem existimasse dicendum in his qui duplicibus iudiciis experiuntur[d]: quorú tamen sententia recepta non est, cú lex[e] vno tãtú casu actioné in rem ei qui possidet, dari dicat. Huc accedit, quòd illa duplicia iudicia origine in personá sunt[f], licet effectu & realis & personalis actionis naturam induant[g]. Vnde cùm lex nostra in actionibus in rem loquatur, non satis commoda exceptio erit si quis ab ea regula actiones personales excipiat, cùm exceptio naturam regulæ induere debeat[h]. Minus quoque probabile est,

f §. si quis velit. sup. de seruitut. rustico. prædio. l. si testam. ff. de seruitut. verba. §. vsusfr. sup. de vsufr. & l. omnium præd. vers. sine testam. De vsufru ff.
g l. 2. si seruit' védicetur. ff.
h l. si quis diuturno. §. agi. ff. si seruitus vendicetur.
i d. l. actionú genera vers. in psoná. l. vlt. §. vlt. ff. de cõtrahé. emp. l. 1. §. si hæres precepto. ff. ad senatusco. Trebellia. Vide Iasoné hic in 2. notabili.
k z. l. vti fru. §. in his. & §. vlt. & in l. fructuario. ff. si vsusfructus peta. Vide l. egi. & l. harú. ff. si seruitus vendicetur.
l d. l. loci. §. in confessoria.
m l. 2. l. loci corp'. §. cõpetit. ff. si seruitus vendicetur.
n hoc textu in versic. cõtra.
o Placentin' in tit. de cõfessoria, libro De rerú védicationibus. Vide tamé gl. in verbo, altius tollendi.
p d. l. 2. ff. si seruitus védic.
q d. l. 2. in verbo, seruituté.
r arg. l. creditori. ff. de noui operis nuncia.
s Theoph. hic circa mediú.
t l. in pari causa. ff. de reg. iur. c. in pari. vbi Dinus notat. De reg. iur. in 6. c. ex literis. De pbationib'. arg. notatorú per Bar. í l. si inter. ff. de rebus dubiis. & in l. 1. §. nõ aút. ff. de bon. possess. secundú tab.
v Theophilus hic, licet omnes contradicant.
x l. & si forte. §. sciendú. ff. si seruitus vendicetur.
y Bart. in l. 1. C. de seruitut. & aqua.
z l. 1. §. quod auté. ff. de aqua quotidiana & æstiua. l. 3. §. 1. de acquiren. rerum domin.
* l. 1. §. hoc interdicto. vbi vide omnino Bart. ff. de itinere actúque priuato.
a l. officium. l. fin autem. §. 1. ff. de rei vendicatione. d. l. actionum genera.
b l. officiú. §. deniq. vers. puto. ff. de rei vendicatione.
c l. rei cõmodata. súcta. seq. ff. cõmodati. l. licet. §. rei. ff. depositi. l. nõ solet. ff. locati. l. nõ solú ff. de vsuc. d l. in trib'. ff. de iudiciis. e hoc textu in vers. Sané. f §. ité si inter aliquos fu. de oblig. q̃ ex quasi cõtractu. g Albe. Rosat' in l. 1. ff. si cer. pet. h l. nã qđ liqde. §. vl. vbi Bar. not. ff. de penu leg. Deci' in l. 1. ff. de re iur.

quod

quod plerique existimant (Petrus Perticensis hîc) idem in eo qui cùm de rei suæ possessione impeteretur, ius probandi dominij assumpserit [i]. Etenim lex nostra in actore loquitur: vnde in reo locum habere non poterit [k]. quo fit vt nec in exceptionibus in quibus reus excipiendo agere dicitur [l], locum sibi vendicare queat: idque aduersus Accursij sententiam verius esse videtur [m]. In eum autem competit, qui in re nostra seruitutem vendicare velit, qualis quadis is fuerit. idque exemplo commissoriæ admittendum esse videtur [n]. Eò autē tendit hæc actio, vt quis prędium suum liberum per iudicem habeat [o]. In eam autem id veniet, vt neque is qui seruitutem hanc vendicare velit, neque illius hęres in posterum id ipsum facere audeat. qua in re cautionem quoque interponendam esse plerique omnes docuerunt [p].

§. Sed istæ quidem actiones.

Constat ex his quæ superius adnotauimus [q], actiones omnes à iure gentium profluxisse [r]: sed cùm eas lex ciuilis postea comprobasset, iuris ciuilis esse cœperunt [s]. Et hoc est quod Iustinianus hîc dicit, omnes actiones personales & reales, & si quæ sunt his similes, cuiusmodi sunt confessoria & negatoria, ciuiles esse. Neque enim mihi satis probatur quod plerique [t] particulam hanc, & si quæ sunt similes &c. ad actiones ex quasi contractu vel quasi delicto descendentes referant, cùm eam magis ad confessoriā & negatoriam referendam esse Theophili contextus planè indicet [v]. Sed cùm prætoris tanta esset in vrbe authoritas [x], vt etiam illi vel iuuare vel immutare iuris dispositiones liceret [y], prætor plerunque actiones ciuiles comprobauit vel extendendo, vel approbando. Extendendo quidem, vt in rei vendicatione quæ aduersus eum qui dolo desiit posidere, dari consueuit. Hæc enim quanuis iuris ciuilis sit [z], beneficio tamen prætorio honoraria esse cœpit [*]: quemadmodum & in petitione hæreditatis videmus: quæ cùm & ipsa centumuiralis sit [a]: eò tamen producta est, vt & bonorum possessori qui iure honorario succedit [b], daretur [c]. Approbando, vt in actione commodati videmus, quæ tam prætorio (l.1.ff.commodati) quàm ciuili iure (l. in commodato. §. sicut. ff.commodati) comprobata est. Porrò ridiculum est quod Accursius existimauerit [d] actionem ciuilem vel prætoriam hinc cognosci posse, si quidem actoris personam intueamur [e]. Nam & id ipsum præterquam quòd nulloiure probatur, hac quoque ratione conuelli potest, quòd facilius & expeditius multo id ex actionis ipsius origine colligi potest [f]. Addit & nonnunquam prætor quædam ipsi iuri ciuili. Vnde & ex sua iurisdictione actiones tā in rem quàm in personam introduxit [g]: quarum omnium rationem Iustinianus inferioribus capitibus diligenter prosequitur [h]. Porrò meminisse debemus, in album prętoriarum actionum referendas esse actiones quæ ex statutis Ducum, Comitum, aut Episcoporum siue Marchionum oriuntur [i], modò si superiorem aliquem agnoscant [k]. quæ omnes anno terminantur [l], nisi rei persecutionem cōtineant [m]. Idem & si rescissionem veluti vsucapionis, contineant, modò contra ius ciuile dentur [n], tunc enim anno etiam finiuntur. & ideo si alicuius ducis constitutione agnatos matrem excludere dispositū sit, hi post annum non admittentur [o]. Etenim cùm lex ciuilis ipsam matrē agnatis in successione præferat [p], videtur huiusmodi statutum quod aduersus legis ciuilis formam introductum est, anno terminari debere: sicuti & in rescissoria actione euenire videmus: quę & ipsa eā ob causam anno circūscribitur [q]: idque aduersus Iasonis sententiam verius esse videtur.

§. Namque si cui.

Progreditur Iustinianus ad actiones in rem prætorias: & in primis de Publiciana disserit, quæ sic finiri potest: Publiciana est actio in rem à prætore adinuenta in eorum gratiam qui bona fide & ex iusta causa traditione vel

i l. circa ff. de probatio. iuncta ibi glo. magna.
k ar. d. l. nā quod liquide.
l l.1. & ibi Bart. notat. ff. de exceptionibus.
m Iason hic cōtra gl. in verbo, vno casu. circa finem.
n Iason hic latè ī 2. notab.
o Iason hic circa finem sui commentarij.
p l. barū. & ibi Bar. notat. & l. egi. ff. si seruitus vēdicetur.
q suprà ad §. 1.
r l. 2. §. deinde ex his ff. de orig. iur. vbi Zasius notat.
s ar. §. omniū. iuncta ibi gl. in verbo, cōprobata. sup. de obligationibus.
t gl. hic in verbo, & si quæ sunt similes.
v Theophilus in principio.
x l. nam & ipsum. ff. de iustitia & iure.
y ar. §. 1. vbi Theoph. notat. sup. de bono. possessio.
z l. si plurium. 2. ff. de noxalibus actionibus.
* l. electio. vers. 2. ff. de noxalibus actionibus.
a l. vlt. C. de petitione hæreditatis. l. itē veniūt. §. pridie Idus Martias. ff. de petitione hæreditatis.
b §. quos aūt. sup. de bo. pos.
c tit. de bonorū possessoria hæredita. petitione. ff.
d gl. hic in verbo, sed ipse.
e l. 1. §. 2. ff. de bono. possess.
f Baldus hic.
g hoc textu in versic. alie.
h §. nāque & aliis sequent.
i Bart. in l. vlt. ff. de pœnis.
k Angelus, Imola, Raphaël, Cumanus, Alexāder in l. 5. ff. de verbo. obliga. qui ita interpretātur. Bar. in l. vlt. ff. de pœnis.
l §. 2. infrà de perpetuis & temporalibus actionibus.
m l. in honorariis. ff. de actionibus.
n d. l. ī honorariis. sub finē.
o Aretinus hic.
p titulo de senatusconsulto Tertulliano. suprà.
q d. l. in honorariis. circa finem.

quasi ius ad rem acquisierunt aduersus eos qui rei restituendæ facultatem habent, & ad declarationem sui iuris. Etenim ea in rem actio est, cùm inter reales actiones prætorias primum locum obtineat omniáque quæ de rei vendicatione dicuntur, in Publiciana locum habent[r]. Hanc autem eo consilio Publicius prætor (hoc textu circa finem, & ibi Theophilus) vnde & Publicianę actionis nomẽ accepit, primũ adinuenit, vt bonæ fidei possessoribus qui omni iuris ciuilis auxilio destituti essent, succurreret, si quãdo illi ante vsucapionem perfectam à rei suæ possessione caderent. Etenim cùm is qui tradiderit, dominus non fuerit, non potuit plus iuris in alium transferre quàm ipse habuerit[s]: Vnde iure gentiũ huiusmodi bonæ fidei emptor dominium non habuit[t]. Illud quoque cõstat, in Publiciana actione rem ipsam ab eo qui dominus non erat, accipiendã[v]. Sic nec huiusmodi bonæ fidei emptor iure ciuili dominium habet, cũ ante vsucapionem perfectam à rei suæ possessione ceciderit[x]. ei enim qui iam vsuceperit, Publiciano iudicio opus non est. frustra enim desiderat honorariam actionem, qui ciuilem habet[y]. Relinquitur hunc bonæ fidei acceptorem omni iuris ciuilis remedio destitutum esse, cum is nondum dominium habeat[t]. Quod cùm prætor iniquũ esse existimaret, maluit tamẽ huic bonæ fidei petitori propter suam bonam fidem succurrere, citra tamẽ veri domini iniuriã[z]. exceptio etenim iusti dominij Publicianę obijci potest. Sed quî fit vt prætor rei vendicationem ad hanc quoque speciem non protenderit[a], sicut eum in hæreditatis petitione fecisse videmus[b], quam ad bonorum possessoriam hæreditatis petitionem duci voluit? Et Iason respondet, nõ abs re id in hæreditatis petitione factum fuisse, cùm ea propemodum omnia quæ de hæredibus dicuntur, in bonorum possessoribus obseruari soleãt[c]. Cõditio etenim si hęres erit, in bonorum possessore locum sibi vendicat[d]. At inter dominum cui rei vendicatio datur[e], & nõ dominum cui Publiciana competit, nulla est omnino similitudo, nulla deniq; vicinia[f]. Sed hoc postremum nõ satis probabile est, cùm Publiciana ei quem bona fides dominij cõsequẽdi fouet (vnde & quasi dominum eum vocãt) etiam ei qui quasi dominus est, cõpetat[g]. At inter dominum & quasi dominum non tã stricta est verborũ repugnantia: Et ideo crediderim nihil aliud æquè commodè adfingi posse, quã si quis id ipsũ prętori arbitrariũ fuisse asseruerit[h]. Subsequitur in definitione, ex causa ad trãsferẽdum dominium idonea. Quandoq; etenim ex iusta causa possidentibus Publiciana non competit[i], sicuti inferius ostẽdam. Annectitur definitioni, traditiõe, vel quasi, de quo mox dicã. Adiicitur & illud, ius ad rẽ, quod ipsum de his qui nondũ dominium acquisierunt, dici solet[k]. Hi etenim ex veriore sententia quã Faber amplectitur[l], ius ad rem habere dicũtur. Addit Perticensis hîc in definitione Publicianæ, ius in re. quod cùm de his qui dominiũ habent, dici soleat[m], mihi huic nostræ definitioni nõ satis quadrare videtur, presertim cũ illud iam per omnium manus traditum sit, ei qui dominiũ habet Publiciano iudicio opus nõ esse[n]. Idq; aduersus Petri & Iacobi & aliorũ veterũ sententiã probabilius esse videtur: de quo paulò mox plura dicemus. Nõ desunt qui postea subiungant, commercio hominũ nõ exẽptã, & vsucapi nõ prohibitã[o]. Quasi hi velint pro rebus quæ vsucapi nõ possũt, neq; in patrimonium nostrũ redigi, Publicianã dari non posse. Quorum tamẽ sententia improbabilis est. Videmus etenim pro prędiis vectigalibus Publicianã actionem dari[p], licet vsucapi nequeãt[q]: ea scilicet ratione, quòd in hominũ commercium vix redigi possint[r]. Possent & alię cõplures rationes cõfingi: sed inferius subiicemus[s]. Subiungitur, aduersus eos qui rei restituendæ facultatem habẽt. quæ verba ex realis actionis natura satis percipi possunt. Additur vltimo loco, & ad declarationem iuris sui. quod ipsum ad Publicianæ actionis effectum potius referendum est. Nascitur autem hæc, sicut & realis actio, ex rei nostræ possessione, quæ apud eum est qui rei restituendæ facultatem habet. Datur

r l. cũ quis. §. si petẽti mihi. vers. in Publiciana. ff. de Publiciana in rẽ actione.
s l. traditionẽ ff. de acquirẽ. dominio. & l. & c. nemo potest. ff. & i 6. de re. iur.
t arg. §. per traditionẽ. sup. de rerũ diuisione. arg. notatorum in l. traditionib. C. de pactis.
v l. 1. in princ. ff. eadem.
x d. l. 1. vers. merito.
y d. l. 1. vers. merito.
z l. in rẽ. ff. de rei vendica.
° l. penult. ff. eodem.
a Iason hic numero 4.
b tit. de bono. possess. hæred. petitione. ff.
c Faber hic.
d l. in conditionibus. §. si patronus. ff. de conditio. & demonstrationibus.
e Bart. in §. bonorũ. ff. ad d. l. in cond.
f Fab. hic & Iason nu. 7.
g doctores cõmuniter in §. oĩm sup. eo. & in §. æque.
h arg. eorũ quę diximus ad rubricam circa finẽ. arg. notato per Canonistas in rubrica de exceptionibus.
i l. quacũq. §. interdũ. ff. eo.
k cap. ne captãdę. circa finem. & cap. vlt. de concessione prebendæ.
l Faber hic.
m cc. sup allegatis.
n d. l. 1. versic. merito.
o Petrus Perticensis hic in definitione.
p l. cũ sponsus. §. in vectig. ff. eodem.
q l. vsuca. ff de vsuca.
r l. sed Celsus. ff. de contrahenda emptione.
s dicã in capite. cui detur Publiciana.
t arg. l. officiũ. ff de rei vendica. ar. l. actionũ genera §. in rem. ff. de actionib.

Datur autem ei cui res ex causa idonea ad transferendum dominium bona tamen fide tradita est [v]. quod ipsum paulo apertius est exprimendum. Etenim ad hoc vt Publiciana alicui detur, multa necessariò desiderari solent. Primum est, quòd ei qui agit, res ipsa tradita esse debet [x], cùm traditione possessio quæ ad Publicianam omnino necessaria est, transferatur [y]. Idem erit & si quasi tradita est, vt in seruitutibus quæ alteri bona fide constitutæ sunt, euenire solet, pro quibus Publicianam dari receptum est [z]. In illis autẽ seruitutibus, cùm incorporalium rerum numero contineantur [*], non traditio [a], sed quasi traditio locum habere potest. sufficiet etiam aliquid aliud accessisse, quod omnino vim traditionis obtineat [b]: sicuti in clauiũ traditione [c], & aliquot aliis acquirendi dominij modis constitutum est [d]. Plus dico, & si nulla traditio accesit, aliquando Publicianam dari [e], modò ei à quo rem accepimus, Publiciana actio competat: sicut in ecclesia receptum esse videmus, in quam licet sine traditione dominium speciali iure transferatur [f], nõ aliâs tamen Publiciana transibit, quàm si ab eo cui competebat, rem acceperit: sicuti Iason hîc ex Bartoli sententia annotauit. Et generaliter quibus ex causis traditio facta ad non dominũ dominiũ transfert, ex iisdẽ etiã causis traditio quæ à non domino facta est, trãsfert vsucapiendi cõditiones, & per cõsequẽs ius Publicianæ actionis [g]. Sed non quęlibet traditio sufficiet, sed ea tantùm quæ iusta ex causa est. Iustam autem causam hîc accipimus pro iusto titulo qui dominium in aliquem transferre potest, vt est causa legati, dotis, donationis, emptionis, & aliorum id genus contractuum [h]. Si enim iusta causa adsit, ex qua tamen dominium parari non potest, quemadmodũ est depositi [i], conductionis [k], cõmodati [l], Publiciana tamen actio pro huiusmodi rebus non dabitur [m]. Illud exigitur, vt is qui accipit, bonam fidem habeat [n], quãuis à non domino emerit, qui illi callido consilio vendiderit [o]. neque enim dolus venditoris mihi nocebit. Illud enim receptum est, vitia personalia (quibus malam fidem connumerari certum est [p]) successoribus singularibus nõ nocere [q]. licet in realib⁹ aliud omnino constitutũ sit. (§. furtiuę. sup. de vsucapionib⁹.) Ius quoque authenticarũ cõstitutionũ licet mala fide traditionem factam in paulo longius, nimirum 30. vel 40. annorũ tempus differat [r], non tamen pręscriptionẽ ipsam tollit atque denegat [s]. Neque quicquã officiet quòd is postea malè affectus erga huiusmodi rem esse cœperit. Satis etenim fuerit ab initio bonam fidẽ accessisse [t]. At hodie cũ iure canonico ad perpendiculum bona fides exigatur (cap. vigilãti. cap. si diligenti. cap. vl. de pręscriptionibus) videretur totius Publicianæ ratio propemodum cõcidere, cũ ea vsucapionis naturam induat (d. l. traditionẽ.) in qua semper bonam fidẽ continuã accessisse desideramus [v]: Respondent alij iure Pontificio Publicianã minimè immutari (Nicolaus Neapolitanus hîc) illa scilicet ratione, quòd cùm præscriptionem malæ fidei possessoris sustulerit, non cõtinuò tamen idem in Publiciana factũ esse existimandum est [x]: cũ in correctoriis extensio nunquã admittẽda sit [y]. In vtroque etenim dispar ratio inueniri potest. Etenim præscriptio ipsi domino obiici solet [z]: eãq; iniquũ pręsidiũ, & cõtra naturalẽ ęquitatem introductũ esse dicitur [*]. At cũ Publicianã agẽti exceptio dominij semper obiici posit [a], bona fides dictat rẽ ipsam apud eũ debere remanere qui agit, potius quã apud eũ qui rem illam posidet [b]. Adde quòd in plerisque casibus Publiciana locum habet, in quibus tamen vsucapio consistere non potest [c]. Affirmatiuè etenim ratiocinari licet, Vsucapi potest: ergo & pro ea Publiciana experiri [d]. Neque id conuertitur: quemadmodum nec negatiuè argumentari licet, Non potest vsucapi, ergo nec Publiciana moueri. quod his rationibus ostẽditur. Etenim ꝓ prędiis vectigalib⁹ quę apud bonæ fidei emptorẽ sunt, Publiciana moueri potest [e], licet vsucapi nequeant [f]. Huc pertinet, ꝙ etiã si per seruũ ei cui res tradita est, nobis ignorãtibus possesio,

v arg. l. vnica. C. de alie. iudi. mutã. cau. fact.
x l. traditionẽ. ff. eodem.
y l. 1. C. de acquiren. & retinenda possessione.
z l. si ego emi. §. si de vsufructu. ff. de Publiciana.
* §. 1. sup. de reb. corp. sub fi.
a l. seruum. §. incorporales. ff. de acquir. rerũ dominio.
b l. fine autẽ. post prin. ff. eo.
c l. clauibus. ff. de contrah. emptione.
d §. interdũ. & §. seq. sup. de rerum diuisione.
e Bart. in l. 2. ff. eodem.
f l. vt inter diuinũ. vbi Bar. & Iason notãt. C. de sacrosan. ecclesiis.
g l. traditione. ff. eodem.
h l. 1. cũ septem ll. sequent. ff. eodem.
i l. licet. §. rei. ff. depositi.
k l. non solet. ff. locati.
l l. res cõmodata. ff. cõmodati
m l. quæcunque. versic. interdum. ff. eodem.
n l. eum qui. §. prætor ait. §. bonam fidem. ff. eodem.
o d. §. prætor ait.
p l. si fraude. C. de præscrip. longi temporis.
q gl. & docto. in l. vitia. C. de acquir. poss.
r authen. mala fidei. C. de præscriptione lõ. tem. 10. vel. 20. annorum.
s Iason hic.
t l. eũ qui. §. prætor ait. vers. Publiciana. ff. eo. l. traditionem. iuncta ibi glo. in verbo, oportere. ff. eodem.
v cap. possessor. de reg. iur. in 6. vbi Dinus notat.
x arg. l. præcipimus. C. de appellationibus.
y notatur in l. si constante. §. de viro. ff. soluto matrimonio.
z notatur in l. traditionib⁹. C. de pactis.
* auth. vt ecclesia Romana §. habeat itaque. colla. 2.
a l. penul. ff. eodem.
b l. vlt. ff. eodem.
c Bal. in l. 2. C. de vsucap. pro hærede.
d d. l. eum qui.
e l. cum sponsus. §. in vectigalibus. ff. eodem.
f l. vsucapionem. ff. de vsucapionibus.

vsucapio verò non nisi scientibus acquiratur[g], pro ea tamen re quæ seruo me insciente tradita est, Publiciana mihi competit[h], licet huius rei vsucapio non procedat[i]. Accedit his, quòd & si quis à rei suæ possessione ceciderit, interrumpitur naturaliter saltem vsucapio[k]: tamen in huiusmodi causa Publicianam dari omnino certum est. Immo nunquam aliâs competitura est, nisi quis à rei suæ possessione ceciderit[l]. Nec nos quicquam mouent aduersariorum argumenta, nimirum Iuliani illud[m], contra quos is ita ratiocinatur, Publiciana experiri non potest, quia vsucapi non potest. Id enim ideo fieri solet, quòd is qui rem accepit, mala fide acceperit: sicuti ex subiectis ibidem verbis colligi potest[o]. Nemo etenim de improbitate sua actionem consequi debet. (l. itaq; fullo. §. cum qui. §. is autē. ver. q̧ si dolo. ff. dę furt.) At si hic bonam fidem habuisset: quin illi Publiciana actio competeret, dubium nō est. Necessariò quoque obseruandum est, vt in traditione dominium quæsitum non sit. alioqui ciuilis actio daretur[p]. Illud enim constat, ei qui vel iure gentium dominus est, Publicianam actionem dari non posse[q]. Neque nos quicquam mouent aduersariorum argumenta[r] existimantiū dominis posse dari Publicianā instar bonorum possesionis, quæ etiam his qui iure ciuili succedunt, dari solet[s]. Etenim prætor dum id agebat, hoc curauit, vt succedendi vias ampliaret[t], voluitq; eo casu qui minimè necessarius erat (etenim hi iure ciuili succedere poterant[v]) ampliorē succedendi viam facere. At hîc omnino prętorio remedio opus fuit, cū hi destituti essent omni iuris ciuilis remedio, sicuti paulò antè docuimus. Minus quoq; moueor eo quod Marcellus dixerit[x], ei qui iurauit rem suā esse, Publicianam dari, cū iuramentum pro veritate habeatur[y]. Id enim ex receptiore sententia sic accipiendū est, vt illi dictio quasi addenda sit[z], hoc nimirum sensu, egóque iurauero rem quasi meā esse. Quæ interpretatio hoc tolerabilior est, quòd etiam huic loco eam quadrare videamus, dum in cōtextu dicitur, eā rem se vsucepisse &c. id est quasi vsucepisse[a]. Quod autem plerique in hac Marcelli specie in factum actionem dandam esse existimauerunt[a], id de actione in factum generali quæ aliis omnibus actionibus concurrit[b], accipiendum est. nisi quis malit in factum actionē pro Publiciana actione vsurpare. Nonnūquam etenim prætor actionē in factū vocat eam actionē quæ speciale tamē nomen accepit: sicut in lege Aquilia, qua de non corpore in nō corpus dānum datū est, euenisse videm[9][c]: quę & ipsa in factū dicitur. nōnunquā & notatione vsus prętor actiones in factū apertius paulo exprimit[d], sicut in actionibus in factum quæ aduersus eos qui aliquid deiecerunt vel effuderunt, euenire videmus[e]: quas omnes in factum actiones licet prætor appellet, tamen periphrasi quadam distinguit, sicuti suprà adnotatum est[f]. Cōstat igitur Publicianam actionem ei qui dominium habet, dari non posse[g]. Hincque infertur rem vsucaptam peti nō posse Publiciana actione. Neque enim is qui Publiciano iudicio experitur, dicere potest se petere id quod vsucepit, cùm iam is mendacij omnino conuinceretur: quod iure ciuili omnino improbabile est[h], licet Placentinus id admiserit[i]: cuius sententia iampridem improbata est[k]. Eadem ratione improbatur id quod quidam dicunt rem ita esse petendam in Publiciana actione, vt dicat se rei vendicationem proponere[l]. Etenim is qui ita libellum proponit, altera tantùm actione experiri cogitur[m]. Et quòd plerique alternatiuè rem suam aut quasi suam sibi dari postulant, id non tam iure quàm consuetudine firmatur[n] licet huiusmodi petitionem pontifices postea comprobauerint[o]. Credidit tamen Baldus (in repetitione in l. edita, in repetitione Perusina. C. de edēdo.) libellū huiusmodi tam consuetudine (quòd aduersarij nō negāt[p]) q̄ iure sustineri posse. Huiusmodi etenim forma satis pō-

g l. possessio quoque. §. & si possessio. ff. de acquir. possessione. l. 1. C. de acquirenda possessione.
h l. si seruum. ff. eodem.
i d. l. 1. C. de acq. posses.
k l. naturaliter. ff. de vsucapionibus.
l hoc textu in versic. si eius rei possessionem casu amiserit.
m Alexādri in additione ad Baldū in l. 2. C pro hærede, & Iasonis hic.
n d. l. traditionem.
o d. l. traditionem. ibi, sciens alienā possessionē. & ita intelligo textum in l. siue autem. §. si duobus. versi. hæc autem actio ff. eodem.
p l. in rem. ff. de rei vendic.
q l. 1. vers. merito. ff. eodem.
r Petrus de bella pertica. et Iaco. Rauennas hic.
s arg. l. suum hæredē C. de iure deliberandi.
t §. adhuc autem. sup. de bonorum possessionibus.
v §. 1. sup. de bonorum pos. & §. seq.
x d. l. eum qui. §. si petenti mihi. ff. eodem.
y l. sed & si possessori. ff. de iureiurando.
z communiter doctores hic
9 Iason hic, & alij omnes.
a d. l. sed & si possessori.
b l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de doli mali & metus exceptione.
c §. cæterum. versi. sed si nō corpore. sup. de le. Aqui.
d l. quia actione. ff. de præscriptis verbis.
e §. 1. sup. de obliga. quæ quasi ex delic. nasc.
f § in summa. sup. de obli. quæ ex quasi delicto.
g d. l. 1. vers. merito. ff. eod.
h l. contra negantem. C. de l. Aquilia. l. vlt. ff. de rei vendicatione. arg. notatorum per Iasonem in §. omnium. sup. eodem.
i Placentinus libri de rerū vendicationibus. t. titulo de rescissoria circa finem.
k cōmuniter doctores hic.
l gl. magna hic in verbo, alij dixerunt.
m l. nemo solet. § quoties ff. de reg. iuris.
n Bart. in l. de quibus. ff. de legibus.
o cap. abbate sane. de re iudicata. lib. 6. Bar. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudicata.
p communiter doctores hic.

tificio

tificio iure approbata est[q]. Etenim cũ hic libellus disiunctiuè, non autem alternatiuè cõcipiatur, valere potuerit, sicuti Baldus rectè adnotauit[r]. Cuius sẽtẽtia vt apertiot fiat, adnotandũ est disiunctiuas dictiones, cuius generis sunt, vel, aut, eam habere vim, vt & sensum & verba omnino disiungant & disseparent[s]: Alternatiua verò sensum coniungit, licet verba disiungat: cuiusmodi sunt hæ particulæ, siue, seu[t]. Hoc igitur voluit Baldus, libellum hunc tanquam disiunctiuum admittẽdum esse: cùm ea sit disiunctiuarum natura, vt alteram tantùm veram esse sufficiat[v]. nõ debet igitur alicui mirum videri si huiusmodi petitio admitti possit, cũ in prosecutione satis sit, alteram partẽ, nimirum vel dominium vel quasi dominium probatam fuisse: debebitque actor ab initio deligere qua actione experiri velit. Sed vbi huiusmodi libellus esset alternatiuus, non tam facilè admittitur huiusmodi electio. Vtrunque etenim probandum esset[x]. Postremò illud ad Publicianam mouendam satis erit, si quis de suo dominio addubitet. ita etenim malam fidem suam detegeret, si ab initio se non esse dominum profiteretur: quod plerique malè existimauerunt[y]. Sed ad hoc vt Publiciana agat, rẽmque ipsam præscribere possit, satis erit si de sui authoris fide aliqua in parte addubitet. neque enim hic propterea malæ fidei esse censebitur: cùm in dubio semper bonam fidem præsumamus[z]. Si igitur dubitet is qui Publiciano iudicio experiri velit, qua actione agere debeat, Publicianáne, an verò in rem actione, alteram tantùm deligat[a]: cùm sententia in rei vendicatione, non pariat rei iudicatæ exceptionem in Publiciana[b]. Licet enim is qui dominum se esse in iudicio profitetur, videatur omne ius suum in iudiciũ deduxisse[c], non tamen videtur de quasi dominio id accipiendum esse, sicuti à Barto. copiosius adnotatũ est[d]. Illud tenendũ est actionẽ hanc ei dari qui quoquo modo sine culpa sua aut casu fortuito rem amiserit[e], vt quia res ei furto sublata sit. furtum etenim casibus fortuitis annumeratur, quãdo vel ab vxore, vel ab eo qui nobiscum viuat fidem tamen illius perspectissimis argumentis cognitam habemus, factũ est: & generaliter quando ab eo de quo quilibet potius aliud quàm furtnm suspicaretur, factum est[f]. Cæterùm ei qui Publiciana experiri velit, adnotasse conueniet, illi traditionis & tituli vim probandam esse. At bona fides, & reliqua alia, cuiusmodi sunt quòd is se dominum esse credat, non aliàs cõmodius quàm iurata cautione probari possunt[g]. Illud enim vulgo receptũ est, ea quæ in animo cõsistũt, simplici assertione quæ tamẽ iurata est, ꝓbari posse[h]. Quod obtinet vbi quis bene audit apud omnes. (gl. notabilis in verbo, si ita est. in cap. significasti. de homicidio. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari.) Idem & si titulus adsit. (Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. iuncta ibi gl. in verbo, vsus. de itinere actũque priuato. ff.) qui neque à lege improbatus est[i]. Obseruabimus etiam illud ipsum, vt tum demũ iuratæ assertioni credatur, nisi pręsumptio aliqua dissuadeat[k], aut quia aliquis rẽ aliter se habere apertè docere velit. Cõpetit autẽ exemplo realis actionis aduersus eum qui rem nobis bona fide acquisitam possidet, siue ea res corporalis sit, siue etiam incorporalis[l]. Nisi quòd aduersus eum qui titulo rem nostram possidet, dari non potest[m]. Etenim cũ is qui conuenitur, & titulum & possessionẽ habeat, pręferẽdus est ei qui solũ titulũ habet: quẽadmodũ & in petitione hæreditatis euenire videmus, quæ ex ea causa aduersus eum qui titulo possidet, dari non potest[n]. Hoc tamẽ nõ obseruaretur vbi quis dedita opera, siue vt Barto. loquitur, titulum procuratũ haberet[o]. Etenim hic titulus ex cõposito paratus, pro nõ titulo est[p]: quẽadmodũ & hic qui titulo possidet, ab eo qui furto rẽ ipsam subtraxit, causam haberet. Vitiũ etenim istud reale rẽ ipsam ita afficit, vt iã hunc

q d. c. a. abbate. Socinus consilio 55. incipiẽte. Viso ꝓcessu. volumine 4.
r in d. l. edita.
s c. a. inter cetera. de rescrip.
t gl. in verbo, siue curator. ĩ l. ad protegendam. C. de in litem dãdo tutore. Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrũ. ff. de rebus dubiis.
v l. si plures. sup. de hæred. instituendis.
x arg. notatorum per Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrũ. ff. de rebus dubiis.
y Iason hic.
z gl. in verbo, bona fides. & ibi Innocentius in ca. si diligẽti. de præscriptio. Bar. ĩ l. naturaliter. col. 2. de vsuc. & vsurp.
a glo. magna hic in verbo, dicit, circa medium.
b l. minor. §. si seruus. ff. de euictionibus.
c l. si mater. ff. de exceptione rei iudicata. glo. nota. in cap. 2. circa medium. de libelli oblatione.
d Bar. in d. §. si seruus. Bar. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudic.
e gl. hic in verbo, casu.
f Panormit. in cap. 1. in 3. columna. cõmodati. Ioãnes Igneus in repetitione l. contractus. in 28. colũ. ff. de reg. iur.
g gl. magna hic in verbo, sed tãtũ duo prima. &c. quæ est singularis Baldo in cap. bonę. 2. de postulatione prælatorum.
h ca. pastoralis. de exceptionibus. cap. præsentium. de testibus. cap. cũ in tua. qui matrimoniũ accusare possunt vel non. cap. si verò de sentẽtia excõmunica. gl. notabilis in verbo, nõ occidendi animo. C. de sica. in l. 1.
i Bart. in l. quemadmodum per illũ textũ numero 3. C. de agricolis & censitis. lib. 11. faciunt notata eiusdem in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis.
k arg. notatorũ per Angelum in l. qui restituere in 2. colũna. de rei vendica. ff.
l l. si ego emi §. de vsufructu. ff. eod.
m l. siue autẽ §. si duobus. ff. eod.
n Barto. in l. pro hærede. ff. de petit. hæredita. Bar. & Bal. in l. legi. C. de petit. hæreditatis. Iason in l. 1. C. de inofficio. testa. Iason in §. actionis. inf. eo. vbi dicam.
o Bar. in d. §. si duobus.
p Bal. in l. inciuilem. C. de furtis.

nullo titulo rem habere existimemus[q]. Dabitur etiam in eum, qui cùm titulo pro hærede possideret, falso tamen titulo possidebat[r]. Sanè huiusmodi actio aduersus eum qui dominus est, dari non potest[ſ], præterquam aliquot casibus, quos ab Accursio[t] cuilibet repetere liberum est. Veniet autem in hanc actionem rei ipsius restitutio cum sua causa, cæteráque omnia quæ in realem actionem veniunt, obseruari solent[v]. Hæc autem cùm realis sit[x], arbitraria quoque esse poterit[y]: quod ipsum ex superioribus pendet. vide ea quę dicta sunt ad §. omnium. sup. eo. Et quanuis honoraria sit, perpetuò tamen competit, cùm illa rei persecutionem contineat[z].

§. Rursus ex diuerso si quis.

Prosequitur Iustinianus aliud exemplum realium actionum quæ ex iurisdictione pretoris profluxerunt[a]: quod ipsum propemodũ in rescissoria actione versatur. Sciendũ est autem rescissoriam bipartitò considerari posse[b]. Quandoq; etenim rescissoria legis beneficio datur, siue vt doctores nostri loquũtur, à lege mortua descendit: cuius generis est illa quæ creditori aduersus priores debitores datur, quando mulier cui Velleiano senatusconsulto prospectum est[c], eorum obligationem animo nouandi in se transtulerit[d], modò tamen nullus ipsius creditoris dolus arguatur[e]. Eius generis est rescissoria actio, quę ipso iure eis conceditur, qui vel dolo vel vi vel metu vt aliquid facerent, inducti sunt[f]. Nonnunquam rescissoria iudicis officio nobis obtingit[g]. Etenim si quis dum Reip. causa abest, vel ex aliqua alia causa, præsentis rem vsuceperit, hic iam dominium acquisiuisse censetur: neque aduersus eum rei vendicatio institui potest, cùm iam alter dominium non habeat[h]. Verùm quia iniquum erat, vt is qui per absentiam alterius vsucapionem interrumpere non potuit, rei suæ dominio priuaretur, ideo prætor pro sua humanitate rescissoriam impartiri voluit, non aliàs tamen, quàm si quis rescisionem, siue vt vulgus professorum loquitur, remedium rescindẽs impetrasset[i]. Hæc autẽ rescisio est huiusmodi, quando iudex causa cognita[k] vsucapionẽ vel alterius iuris læsionẽ rescindit, nósque pristino iuri restituit, perinde ac si vsucapio secuta non esset[l]. Vbi igitur iudex suũ nobis officium accõmodarit, rescissoria actio nobis dabitur[m], quæ & restitutoria dici cõsueuit, ex eo, quòd ius nostrũ nobis restituat[n]: in hoc ab instituroria discrepãs, quòd hæc ius quod non habuimus, nobis párere solet[o]. Hæc autem rescissoria sic finiri potest, vt sit actio in rem à prętore adinuenta, ex rescisione nata. Etenim ea actio est in rem, cùm inter reales actiones pretorias connumeretur[p]: eáque semper rei nomine datur aduersus eos qui rem detinent[q]. Neque omnino verũ est (quod quidã existimauerũt[r]) eã nõ esse actionẽ, sed tantũ adiectionẽ quãdã, quæ modò reali modò personali actioni adiiceretur. nam id nullo iure cauetur: quinimo siue de rescindenda personali actione siue reali agatur, semper rescissoria actio ad res vendicandas nobis datur[ſ]. Quomodo autem hæc ex rescisione nascatur, ex his quæ superius diximus, satis percipi potest. Sed quãdo nascitur? Et receptior opinio habet[t], non aliàs eam dari q̃ si quis primò rescisionem, id est in integrum restitutionem à iudice impetrarit. Quemadmodum minor nunquam aliàs in integrum restitui potest, quàm si ei à iudice restitutio concedatur[v], ita nec maior[x], cùm eandã propemodũ vtriusque restitutionis causam esse omnes fateantur[y]. Accedit his quòd ablatiuorũ absolutorũ ea est natura, vt in conditiones resolui debeãt[z]. Cũ igitur lex dicat, rescisa vsucapione rescissoria agi posse, (hoc textu in verbo rescisa vsucapione) hîc sic accipiendum erit, si scilicet vsucapio rescindatur. Et hæc quidem communior est sententia, quicquid hac in re alij senserint[*].

q l. vitia iũcta ibi glo. C. de acquir. possess.
r Gometius hic.
ſ l. penul. & vlt. ff. eodem.
t in glos. in verbo, dicit. ibi, sed etiã contra dominum datur.
v l. Iulianus lib. 6. ff. scribit §. 1. ff. de rei vendicat.
x §. aliæ. sup. eodem.
y arg. l. qui restituere. ff. de rei vendicatione.
z l. in honorariis. ff. de actio. & obliga.
a §. sed istæ. cir. fi. sup. eodẽ.
b Speculator in rubrica de in integrum restitutione. Petrus Perticensis & cõmuniter alij hic.
c tit. ad SC. Velleianũ. ff. & C.
d l. mulier. C. ad Velleianũ.
e l. quidam. sub fi. ff. ad Velleianũ. glo. in verbo, nulla in §. præterea. suprà. quib. mo. tollitur obliga.
f Rubrica de dolo. & quod metus causa. ff.
g cõmuniter doctores hic.
h arg. l. si vt certo. §. nunc videndũ. & §. si duobus vehiculum. ff. cõmodati. l. in rem. ff. de rei vendica.
i Barto. in repetitione l. ab hostib⁹. §. si quis simpliciter ff. ex quib. cau. maiores.
k l. 1. §. verba. ff. eodem.
l l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minorib.
m l. ab hostibus. 3. C. de captiuis. l. vlt. C. eodem.
n communiter docto. hic.
o l. Iulianus. §. vlt. l. et fine. l. si quis Titio. l. si quis stipulatus sit. ff. eo.
p §. sed istæ. sup. eo. sub fi.
q l. Iulianus. in princ. ff. eo. l. ab hostibus captus. 3. C. de captiuis. sub fi. l. vlt. C. eodem.
r Petrus Perticensis, & cõmuniter alij omnes hic.
ſ d. l. ab hostibus. 3. cir. fi. C. de captiuis. & l. vl. C. eo.
t communiter doctores hic.
v d. l. quòd si minor. ff. de mino.
x l. si quis stipulatus. in verbo, officiũ prætoris est. ff. ex quib. cau. maiores.
y l. vlt. C. de temporibus in integrum restitutionis petenda.
z l. à testatore. & ibi Barto. notat. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Iason in l. 1. ff. solu. matrimonio. idem in l. ab emptione. ff. de pactis.
* Bulgarus in glo. in verbo, rescissa.

Quibus

Quibus autem hac actione experiri cócedatur, facillimè intelligemus, si prius animaduerterimus edictum quo maioribus vigintiquinque annis succurritur, in duo capita esse distributum[a]. De vtroque igitur specialiter dicendum. Primum caput absentibus ex iusta causa restitutionem pollicetur[b]. Hoc igitur capite iuuantur qui vel metu iusto[c], vel Reip. gratia[d], sine dolo malo[e]: id est qui neque sui commodi gratia[f], neque dedita opera[g] absunt. Eorum autem qui reip. causa absunt numero sunt milites[h]: qui nó tantùm aduersus eos qui hereditaté possident, sed & alios omnes qui à possessore emerunt, restituuntur[i]. Legati quoque municipiorum Reip. causa abesse dicuntur[k]. Succurritur etiam ei qui in vinculis publicis continetur[l]. In vinculis autem, quod ad hoc edictú pertinet, esse videntur hi, qui vel publica custodia, vel à potentioribus aut latronibus continentur[m]: quíve ita alligati sunt, vt sine dedecore in publicum prodire nequeant[n]. Prætor quoque opitulationem pollicetur ei qui in seruitute fuerit[o], siue hic bona fide seruiat, cùm liber esset: siue hic tantùm detineatur. Eorum auté numero qui in seruitute sunt, possunt videri esse hi, qui ab hostibus capti sunt[p]. Serui verò non continebuntur, siue hi de suo statu litigét[q], siue heredes instituti sint, antè tamé quàm hæreditarem adierint[r]. Cuius rei illa est causa, quia prætor de liberis hominibus qui bona habent loquitur[s]. at serui iure ciuili bona habere non censentur[t]. Restitutio autem ex hoc primo capite ita demum locum habebit, quando rei persequendæ causa imploratur: non autem si cum alterius iactura illi aliquid lucrifacere velint[v]. Illi igitur qui ex iusta causa abfuerit, rescissoria actione agere conceditur, quando is rem suam prosequi velit[x]. Ciuitates quoq; oppida, & aliæ id genus vniuersitates rescissoriá hác impetrare non prohibentur[y]. Etenim cùm per administratores regantur, æquum erit si quando illis per suos magistratus aliquid detriméti acciderit, vt in integrum restitutionem impetrare possint[z]. Dabitur etiam hæc actio ei cuius res ab eo qui absens erat, ex quacúque causa præscripta est[ɔ]. Dabitur & aliis omnibus qui ex iusta causa huiusmodi restitutioné postulant. Prætor etenim ex clausula illa generali, siqua mihi iusta causa videbitur, in integrum restitutionem semper concedere potest[a]. Cópetit autem in eum qui dum presens esset, rem absentis ex iusta & probabili causa vsuceperit[b]. Præsenti quoque in eum qui dum absens esset, rem alterius prescripserit, cócedi solet[c]. Neq; distinguemus ex qua causa illi abfuerint: tantú id obseruabimus, vtrum per illorú absentiá steterit quominus presens ré suá vendicare potuerit[d]. Dabitur auté in eos qui dum in vinculis continerentur, ré nostrá vsuceperint[e], siue dú ipsi in hostiú potestate essent, rem nostrá per seruú vel filium ex causa peculiari vsuceperint[f]. extra enim causam peculiarem nihil præscribere possunt[g], cùm illi iam in hostium potestate sint[h]. Dabitur etiam in eos qui secum agendi potestaté nó faciunt[i], vel tergiuersatione vel multitudine negociorú districti[k]. Cópetet etiam aduersus eos qui in ius nec permittente pretore[l] vocare non potuerút[m]. Dabitur etiam & ad actionem nostram recuperandam, quæ vel dolo magistratus (d.l. sed & si. §. ait prætor. 2. versic. ité per magistratum.) vel citra dolum (d.l. sed & si. in princ. & d. §. ait prætor.) nobis adempta est. In eum etiam dabitur, qui bona fide defensionem rei nostræ inchoauerit, ante absentiam tamen. finita verò absentia intra modicum tempus vsucapionem perfecerit[n]. Modicum autem tempus hìc vsurpamus quando is sarcinas cóponit, aduocatum quærit[o]. Et in summa quando quis litem contestari non potuit[p]. Videtur etenim iam aliquid detrimenti nobis accessisse, cùm iam nostra actio rescissioni reddita sit[q]. At vbi meæ negligentiæ aliquid imputari potest, vt quia & cœpta est & perfecta in mea præsentia vsucapio, licet medio tempore is qui præscripsit abfuerit, túc mihi non datur resti-

a communiter doctores hic
b l. 1. §. verba. ff. eodem.
c l. 2. §. vlt. l. metum autem ff. eo. l. metum ff. quod metus causa.
d l. item hi qui Reip.
e d. l. item. versic. dolū maliū
f l. Reip. & l. non vere dicitur. ff. eodem.
g l. & qui data opera. ff. eo.
h l. milites ff. eodem.
i l. Iulianus ff. eodem.
k l. legatis ff. eodem.
l l. succurritur ff. eodem.
m d. l. succurritur.
n l. in eadem causa. §. 1. & l. necnō §. itē si quis ff. eo.
o l. ei quoque. ff. eodem.
p l. itē ei succurritur. ff. eod.
q l. is autem. ff. eodem.
r l. rectè. ff. eod.
s d. l. rectè.
t l. paterfa. ff. de verb. sig.
v l. sciendum. l. denique l. nec vtilem. ff. quibus ex cau. ma.
x d. l. sciendum.
y doctores in l. respublica. per illum textum. C. ex quibus causis maiores. iidem in l. rempublicam. C. de iure Reip. lib. 12.
z Alciatus in l. eum qui vectigal ff. de verbo. sig. Faber hic numero 27.
ɔ l. item ait prætor ff. eodē.
a l. 1. sub finem. ff. eodem.
b l. 2. §. 1. vsque ad l. item ait prætor. ff. eodem.
c d. l. itē ait pretor. cir. finē.
d d. l. item ait prætor.
e l. ait prætor. ff. eodem.
f d. l. ait prætor. versic. hi plane.
g d. l. ait prætor. §. is autem ff. eo. l. nec seruus. ff. de vsucapionibus.
h l. sic inuenitur ff. ad l. Iuliam de adulteriis. arg. l. sine possessione. ff. de vsucapionibus.
i l. sed & ad eos pertinet. ff eodem.
k l. quod quidam. ff. eodē.
l propter. §. hac clausula. versic. nec ad eos pertinebit. l. sed & si per prætorem ff. eodem.
m d. l. sed & si. §. ait prætor. & d. § hac clausula.
n l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter ff. eodem.
o d. §. sed quod simpliciter. ibi, si intra modicum tempus.
p l. non enim. sub fi. ff. eo.
q arg. l. si creditori. ibi, sed quod honoraria. ff. de lega. 1.

tutio. est enim quod mihi imputem, qui rem meam non vendicarim[r]. Dabitur etiam absenti contra absentem cuius res præscripta est[s]. Qua in re priuilegiatus contra priuilegiatum aduersus regulas iuris communis[t] pari priuilegio gaudet. Quod ideo est, quia alter certat de damno vitando[v], nimirum is qui rescissoria actione agit, sicut Aretinus hîc docuit, licet Iason hîc numero 36. dissentiat. In summa absens ex iusta causa contra præsentem, vel præsens contra absentem in integrum restitui potest[x]. Quod tamen locum non habet vbi absens defensores aut amicos reliquisset. Etenim cùm illi iure ciuili conueniri posiint, tunc ad hoc remedium extraordinarium confugiendum non est[y]. Videbatur tamen istud subsidiarium remedium postulandum non esse, cùm Iustiniani constitutione[z], apud acta præsidis, vel apud episcopum loci, huiusmodi præscriptio interrumpi potuerit. Respondent plerique[*] nihil prohibere quo minus alterutro remedio pro nostra volũtate vti liceat, arg. eorum qui ex testamento & secundum tabulas bonorum possessione accepta succedere cupiunt[a]. quæ sententia ex his quæ in tractatu Publicianæ dicta sunt, satis improbari potest. Verisimilius est igitur quod communiter omnes prodiderunt[b], hoc remedio subsidiario ideo nobis subueniri, quòd vberius nobis consulat, vt quod rem nostram nobis restituit. Recessoria etenim ad id inuenta est, vt rem nostram post rescisionem impetratam nobis repetere liceat. Qua ratione nec missio in possessionem bonorum videtur admittenda esse[c], cùin bona mitti non semper expediat[d]. Sed cùm suprà dictum sit rescissoriam ita demum locum habituram, vbi nullum omnino defensorem quis reliquisset: quî fit vt ei qui agere prohibitus est, præscriptionem currere dicamus[e]? Et communiter ab omnibus responsum est, aduersus eum qui propter aliquod iuris impedimentum quod ei ante actionem acquisitam obtigit, agere non potest, præscribi non posse[f]. At vbi quis facti iusti impedimento implicitus actionem mouere non potuit, aduersus eum currit quidem præscriptio[g]. Si verò quis facti impedimento quod alioqui iniustum est, agere prohibeatur, aduersus eum præscriptio currit, neque illi restitutio conceditur[h]: nisi quòd hoc casu pontifices quandoque subueniendũ esse existimauerunt[i]. Hæcautẽ actio tum vtilis in rem est, tum arbitraria: in eámq; veniũt ea quæ de rei vẽdicatione (l. necnon. §. vlt. ff. eodem.) Finitur autem anno[k]. Etenim licet hæc actio rei persecutionem contineat, tamen cùm contra ius ciuile detur, ideo terminanda est[l]. At remedium rescindens loco anni vtilis quod veteres introduxerant, quadriennium cõtinuum habet[m], quod à die reuersionis eius qui dum absens erat, rem præsentis vsucepit, computandum est. At vbi absentis res præscribebatur ex quo ipse munere suo est defunctus, vel ad sua redire potuit, computandum esse plerique omnes asseruerunt[n].

§. Item siquis in fraudem.

Rescissoriæ actioni affinis est reuocatoria actio. hæc enim sicut & illa, ad reuocandum tendit. Hæc autem cùm ex prætoris iurisdictione originem habeat[o], in factum actio dici consueuit. Neq; enim nouum est, vt prætor actiones etiã speciali nomine designatas, in factũ actione quandoq; cõplectatur[p], sicuti & in lege Aquilia quodãmodo de nõ corpore in nõ corpus datũ est[q]: & in infinitis aliis iuris nostri locis satis apparere potest[r]. Quæ ratio facit vt nec Accursij sententiã[s] probẽ existimantis in factũ actionẽ quę ex hoc edicto descendit, ad incorporalia[t]: reuocatoriam verò ad corporalia dari: cùm nullo iure id comprobari posit[v]: & ipse etiam alicubi huic sententiæ post lõgas verborũ ambages accedit[x]. Dicitur etiã hæc actio Paulina[y], vel quòd à Paulo prętore primùm introducta est, sicut & Seruiana à Seruio[z]: vel quòd primus

r arg. l. pater qui castrense. §. pater à filio. ff. de castrẽsi peculio. vide hic latius Vabrum in 1. & 2. columna.
s l. vlt. ff. eod.
t l. verũ. ad finẽ. ff. eodem.
v cap. auditis. sub finem. de restitutio. in integrũ arg. notato. per Bart. in l. maritum. sub fi. ff. solu. matrimonio.
x communiter doctores hic
y arg. l. 1. ff. de Publicia. in rem actione. vide omnino l. item ait prætor. §. penu. & vlt. iuncta l. seq. ff. eo.
z l. vt perfectius. C. de annali exceptione.
* Gometius hic.
a l. suum hæredem. C. de iure deliberandi.
b Iason hic numero 23.
c vide omnino textum in l. ait prætor. §. vl. ff. eod.
d l. cum vnus. §. vlt. ff. de bo. autho. iud. possidẽ. & ita soluitur lex, ignorare C. de restitutionib. militũ
e contra l. 1. §. vlt. C. de annali exceptione.
f d. l. 1. circa finem.
g hoc textu, & in l. & Attilicinus. ff. de seruit. rust. prædio. l. 1. §. siquis propter inundationem ff. de itinere actuq. priuato.
h communiter doctores hic.
i in cap. quia diuersitatem de concess. præbenda.
k l. in honorariis. versic. sed cum rescissa. ff. de actionibus. hoc textu ibi, intra annum.
l d. versic. sed cum rescissa.
m l. superuacuam. C. de tẽporibus in integrum restitutionis.
n gl. hic in verbo, in ciuitate. ibi, videtur autem desinere.
o l. 1. ff. quæ in fraudẽ creditorum.
p l. quoties. ff. de præscr. ver.
q §. capite tertio. sup. de lege Aquilia. §. cæterum placuit.
r sup. de oblig. quæ ex quasi delicto, per totum.
s gl. in verbo, reuocare. in l. 2. C. si in fraudẽ patroni.
t l. hac in factum. ff. eodem.
v communiter doctores hic.
x glo. hic in verbo, eam rem petere.
y l. videamus. 2. §. in Fabiana. ff. de vsuris.
z docto. in §. proximo.

omnium

omnium Iulius Paulus iuriſconſultus in edictum reuocatorium commentarios fecerit[a]. Hæc igitur reuocatoria, ſeu in factum, ſeu Paulina actio (Paulianam vocat Accurſius) à Paulo nimirum prætore, (his enim omnibus nominibus cenſetur[a]) ſic finiri poteſt, vt ſit perſonalis actio, in rẽ tamẽ ſcripta[b], qua abalienata à debitoribus in fraudem creditorum, reuocantur. Etenim ſi dolus tam debitoris quàm accipientis detegatur, eum ex delicto deſcendere certum eſt[c]. (nec enim verum eſt eam ex quaſi delicto oriri, cùm quaſi delictum culpa vel imprudentia contrahatur[d]) At cùm dolus delictis adſcribatur[e], videtur omnis obligatio quæ ex delicto deſcendit, perſonalis eſſe. (l. actionum genera. ff. de actionibus. dixi in §. omnium. ſup. eodem.) Similiter vbi debitoris tantùm dolus arguitur, ex quaſi contractu eam cũ Accurſio[f], (licet plerique omnes reclament[g]) naſci crediderim. quod ea ratione Iaſon ſic oſtẽdit. Ea quæ à teſtatore in fraudem creditorum vel legata vel fideicõmiſſa ſunt, ſi quidem bona fide legatarij acceperint, ab illis indebiti condictione[h], quæ & ipſa ex quaſi contractu eſt[i], ſeu vtili reuocatoria[k] reuocari poſſunt. Quæ omnia cùm ita ſe habeant, manifeſtum eſt actionem hanc perſonalem eſſe à Prætore hoc loco inſertam, quòd cùm reſciſſoria actione, licet reali, communionem tamen habere videatur[l], ſicuti paulò antè docuimus. Sed quum ea nõ eum qui nobiſcum contraxit, tantùm, ſicut & reliquę aliæ perſonales[m], ſed quẽlibet rei poſſeſſorem perſequatur, ideo in rem ſcripta ſeu finita eſſe dicitur[n]. qua ratione Theophilus mihi videtur ſimpliciter actionem hanc in rem appellaſſe. Cuius ſententia non tam ad originẽ, quàm ad huiuſce actionis effectum referenda eſt. nam idem in pleriſque aliis actionibus euenire videmus, ſicuti in ea actione qua metu facta reſcinduntur[o]. Item quanuis ea ex delicto naſcatur[p], omnes tamen rei quæ per metũ ablata eſt poſſeſſores perſequitur: vnde & in rem ſcripta dicitur[q]. Idẽmque receptum eſt in de peculio dẽque in rem verſo actionibus[r], quæ licet à contractibus deſcenderint (etenim cum ſeruis aut filiisfa. principaliter contrahitur[s]) effectu tamen reales eſſe intelliguntur, quia ſcilicet ad eos qui peculia habent, extendi conſueuerunt. Sed vnde hæc actio naſcitur? Et id quidem ex iis quæ modò cõmemoraui, ſatis colligi poteſt[t]. Datur autẽ hæc actio creditoribus in quorũ fraudẽ bona à debitore alienata ſunt[v]. Licet enim alienationes perfectæ non temerè reſcindantur[x], tamen vbi illæ in fraudem ſiue detrimentũ alicuius vergunt, à prætore reſcinduntur[y]: licet vbi illæ legis fiunt, nullius omnino ſint momenti[z]: vnde nec reuocatoriis actionibus opus habent[a]. Lex enim facilius quàm homo actum in illius fraudẽ factum proſternere poteſt[a]: licet in aliis propemodum mitius cum lege quàm cum homine agi ſoleat[b]. In fraudem autem creditorum alienatum eſſe præſumitur, quotieſcunque quis omnia bona[c] vel etiam maximam illorum partem[d] minutatim (Bart. in d. §. filio) aut ſimul & ſemel (Iaſon hîc numero 38.) donauerit. Idem & ſi vendiderit. (gloſ. in verbo, modum. & ibi Barto. in l. qui teſtamentum. ff. de probationibus) modò res ipſa minoris vendatur, quàm vendi debuerit[e]. Idẽ & ſi in coniunctam perſonam alienauerit[f]. Idem & ſi alienatione perfecta bona ad huiuſmodi debitorem reuertantur. (Bart. in l. poſt contractum. ff. de donationibus. arg. l. ſi nulla. circa fi. C. de pigno. actione. arg. l. & qui ſub imagine. C. de diſtractione pignorum.) Quanquam hęc non tam vera quàm ſimulata venditio eſſe cenſetur: quæ cũ nulla ſit, etiam iuramento accedẽte[g], nullis reuocatoriis actionibus indiget[h]. Idem ſi clam alienauerit[i]. Clam autẽ alienaſſe videtur, qui etiam legis ſolennitatem venditioni dictam non obſeruauerit[k]. Ex eo quoque fraus debitoris arguitur, quòd cùm ſe alieno æri ob-

a Iaſon hic & alij.
a Ferrarius hic.
b Fab. hic & Azo in ſua ſumma. C. eodem.
c Nicola. Neapoli & Petrus Perticenſis hic.
d Iaſon hic & communiter alij cõtra gl. in verbo, eam rem, ibi, ſed vnde oritur.
e l. itẽ exigit. ff. de dolo. l. 1. iuncta glo. in verbo, crimine. & ibi Bar. notat. ff. de fideiuſſoribus tutorũ.
f in glo. modò allegata.
g Petrus, Faber. Dinus & alij cõmuniter præter Iaſo. hic.
h l. vlt. §. licentia. C. de iure deliberandi.
i §. Is quoque. ſup. quib. mo. re contra. oblig.
lz. l. qua autẽ. §. pen. ff. eo.
l gl. hic in verbo, eam rem ibi, ſed reſpon. quia ſimilitudinem.
m l. 1. §. ſi hæres precepto. vbi Iaſon notat. ff. ad Trebellia.
n Faber hic, quem ſequutur Iaſon.
o toto tit. ff. quod me. cauſa.
p notat in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus.
q Iaſon in ſuis pludiis ad §. omnium. ſup. eod.
r Synus in l. dominum per ſeruum. C. quod cum eo.
ſ l. filiusfa. ff. de actionib.
t Vide hic latè Petrũ Perticenſem poſt principium ſui commentarij.
v l. ait prætor. quæ Lucius ff. q in frau. cred. fa. ſunt.
x l. in commodato. §. ſicut. ff. commodati. l. ſicut. de actionibus. C.
y l. 1. ff. eodem.
z l. non dubiũ. C. de legib. textus ſingula. i l. ſi libertus. ff. de iure patronatus.
a arg. l. nã & ſi ſub cõditione. ff. de iniuſto rupto.
a Bar. in l. amplius. ff. rẽ ratã haberi. idẽ i d. l. ſi libert. idem in l. ſi inſulam. & ibi Iaſon. ff. de ver. oblig.
b l. Celſus. ff. de recep. arbit.
c l. omnes. §. Lucius. ff. eod.
d arg. l. ppter litẽ. ff. de excuſatione tutorũ. gl. ĩ verbo, oĩs ſubſtãtia. ĩ l. nomẽ §. filio. ff. de legatis 3.
e arg. l. 2. diuerſas. C. mãdati. arg. ca. illo vos. de pig. arg. ca. ad noſtrã. de empt.
f l. data. C. de dona.
g gl. ĩ l. empt. & ibi Bal. C. pl. valere quod agitur.
h d. l. nã & ſi ſub conditione.
i arg. l. vlt. ff. de ritu nuptiarũ. arg. l. nõ exiſtimo. ff. de adminiſt. tuto.
lz. l. 1. C. de pdiis decurionũ lib. 10. & ibi Paul. notat. gl. verbo, clãdeſtina. ĩ ca. cũ ĩhibitio. de clãdeſtina deſponſatione.

noxium esse intelligeret, pleraque omnia in creditorum fraudem alienauerit.(l. si quis cùm haberet. & ibi Bart. notat. ff. eodé. Idem Bart. in authen. sed cùm testator. colum. 2. C. ad l. Falcidiam.) Et hęc omnia in liberto obseruáda erunt. (glo. 1. ibi, & hæc distinctio.) nisi quòd huic filios hæredes facere, aut liberalitatibus prosequi conceditur. (l. 1. §. & si libertus. ff. si quid in fraudem patroni. l. & si ex modica. ff. de bonis liberto.) Cùm contrà debitoribus id ipsum vt faciant, minimè conceditur. Differétiæ ratio in eo est, quòd patronus suis hæredibus existentibus nihil ex liberti sui bonis sperare potest, siue ille testatus siue intestatus decedat, siue ille minor siue maior cétenario fuerit[l]. At cùm legitima de bonis patris ipsi filio debeatur[m], bona non aliàs nisi deducto ære alieno intelligútur[n]. Et hac ex ratione illud quoque deciditur, libertú filiæ dotem posse constituere[o]: cùm contrà debitori idipsum minimè permissum sit[p]. Dos enim in locum legitimæ succedit[q]. In huiusmodi autem fraude quæ inter viuos fieri solet, & fraudandi consiliú, & ipsius fraudis euentum considerabimus[r]: cùm contrà in ea fraude quæ in testamento adhibetur, satis sit re vera creditores ipsos fraudatos esse, licet fraudandi cósilium non accesserit. (l. vlt. §. si verò creditores. C. de iure deliberandi. Vide hic Iaso. numero 33.) Quæ distinctio & in libertatibus directis & fideicommissariis est adhibenda[s], sicuti iampridem docuimus[t]. Sed cùm huiusmodi actio creditoribus dari soleat[v], probabiliter dubitari potest quo pacto creditores hoc loco accipiamus. Et Accursius censuit[x] eos omnes quibus ex quacunque causa debetur, accipiendos esse[y], siue ex contractu vel quasi illis debeatur, (quod quidem nullam omnino dubitationem habet) siue ex delicto vel quasi[z]. quæ duo posteriora in dubitationem à plerisque reuocantur. Etenim cùm is cui aliquid ex delicto debetur, nullum damnum passus esse videatur (actionibus enim quæ ex hac causa descendunt, vt plurimum id quod nobis non abest persequimur[*]) non videtur fraudatorium hoc remedium posse competere, cùm in eo duo præcipuè spectanda sint, fraus scilicet, & dánú quod ex huiusmodi fraude ad creditores redire solet[a]. Eò tamen itú est, vt satis sit actionem ipsam nobis ademptam esse cú satis hoc nomine damno affecti esse videamur[b]. Súntque & aliquot actiones quæ licet ex delictis oriantur, rem tamen familiarem, non item pœná persequuntur[c]. Accedit his, quòd & ex prudentum interpretatione ij quibus aliquid ex delicto debetur, propriè creditores esse censentur[d]. Qua ratione & legatarios & fideicómissarios, quod ad hoc edictum pertinet, creditores esse dicimus, cùm & id prudentum longa obseruatio introduxerit[e]: licet horum posteriorem curá esse crediderim: cùm hi non tam de damno vitando contendant[f], quàm hi qui rem suam debitori crediderunt. Sed & si quid in diem alicui debeatur, ei actionem hanc competere dicimus[g]. Etenim satis est obligationem & actioné natas esse[h], licet actionis exercitiú in tépus aliquod differamus[i]. Idémq; in conditionalibus creditoribus accipiendum esse censuerim. (l. conditionales. ff. de verbo. sig.) Quod tamen intelligendum est vbi conditio euenerit, (l. si cui. ff. de actionibus.) Idem & si nondum euenerit, certum tamen sit eam exstituram esse, vt Pontano visum est[k]: licet hæc veræ conditionis naturam nó induat[l]. Quid quòd & hoc edictum furtiuis creditoribus competere certum est, modò in eorum fraudem aliquid factum esse dilucidis probationibus ostensum sit[m]? Idem & si hi in priorum creditorum locú successerint[n], vt Barto. non semel docuit. (Bart. in l. 1. oct. columa. C. de iure fisci. li. 10. Idem in d. §. ita demum.) Competit etiam fisco in cuius fraudé bona alienata sunt ab eo qui cùm lege municipij homicidæ bona fisci commodis amplicarentur, ante contractum capitale crimen bona sua alienauerit[o]. Reuocatur etiam huiusmodi actione id quod in filij arrogati fraudem est admissum[p], cùm illi

diui

l §. sed nostra. sup. de successione libertorum.
m l. cú quæritur. & l. paréti b*. C. de inoff. testamen.
n l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. significatione.
o d. §. sed si libertus.
p d. l. ait prætor. §. si mulier. & l. vlt. §. si à socero. ff. eod. vide gl. in verbo, reprehédédaí d. §. si libert*.
q communiter doctores ad Rubric. ff. soluto matrim.
r Iason hic numero 53.
s l. 1. C. qui & à quibus.
t dixi i §. ĩ fraudem. sup. quibus ex causis manumittere non licet.
v l. 1. ff. eod. & hoc §.
x gl. hic in verb. creditorú.
y l. creditores. & l. creditorú. ff. de verb. significa.
z l. si cui. ff. de verb. sig. cómuniter docto. ad l. 1. ff. si certum petatur.
* §. pœnales. vbi not. inf. eod. notatur in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omnium iudicum.
a l. qui autem in prin. ff. eo.
b arg. l. 3. ff. eodem.
c sup. ad legé Aquiliam.
d d. l. si cui. vbi Alex. notat. & Faber hic.
e l. 1. sub finem. C. qui manumittere nó possunt. arg. l. ex maleficiis. §. hæres quoque. ff. de actionibus.
f l. scimus. § licentia. C. de iure deliberandi.
g glo. in verbo, post nuptias in l. 3. §. post creditú. ff. si certum peta. Barto. in l. 1. ff. illo titul.
h l. cedere dié. ff. de ver. sig. l. 1. C. de condictione ex lege. Bar. in l. ista stipulatus. ff. de verbo. obliga.
i arg. § plus autem. inf. eo. arg. l. si cui. § minus. ff. de verbo. sig.
k Ludouicus Pontanus in l. 1. & ibi Iason ff. si certum petatur.
l arg. notato per Alcia. in d. l. cedere diem.
m l. sed si maritus. §. si constante. ff. qui & à quib*.
n l. ait prætor. §. ita demú. ff. quæ in frau. credit.
o l. in fraudem ff. de iure fisci. Vide hic latè Fabrum in 1. & 2. columna. & latius Bart. in l. post contractum. ff. de donationibus.
p l. vlt. ff. si quid in fraudem patro.

diui Pij constitutione[q] quarta de bonis arrogatoris deberetur. (notatur in l. filiũ quẽ habẽtem. C. familię herciscũdæ.) Queadmodũ & filiis ea quæ in illorum fraudem alienata sunt, ne scilicet iusta legitimę portio ad eos rediret[r]: hac actione aduersus rerum paternarum possessores experiri conceditur[s]. Id quoque quod fraudandi patroni gratia, ne scilicet legitima portio, hoc est tertia bonorum liberti pars[a] ad eum rediret, alienatum est, hisce actionibus reuocatur[b]. quanquam in eam rem peculiares actiones, Fabianam scilicet & Caluisianam[c] iurisconsulti introduxerũt, quarum vtralibet patrono datur[d]. Neque enim verum est quod Accursius hic tradidit (glos. hic in verbo, eam rem, in princ.) Caluisianam vtrique, tam patrono quàm creditori competere. Illa etenim sententia vix vllo iure comprobatur. Et cùm hæc actio extraordinaria sit[e], vt quæ in prætoris albo proposita erat, nõ prius ad huiusmodi actionem descendemus, quàm si constiterit principales reos idoneos non esse[f]. Ordinarium etenim remedium est, vt prius debitorem ipsum lite pulsemus[g]: quod vbi factum fuerit, si hic præsidis sententia condemnatus[h] intra statutum tempus satis non fecit[i], bonis eius possesis, itémque distractis ordinarium huiusmodi remedium conquiescit: at tunc demum extraordinario remedio vtamur necessum est: quo ea quæ in fraudem alienata sunt reuocemus. Præterea non satis certò cognosci potest debitorum bona soluendo non esse, nisi prius excusionis remedio vsi fuerimus[k]. Huiusmodi autem excusio in aliis plerisque iuris nostri locis necessaria est, sicut in excutiendis iis qui alieno nomine intercedunt[l], & in rebus impigneratis reuocandis[m], sicut in interdicto fraudatorio[n]. Interdictum autem fraudatorium locum habet vbi debitor rem alienam alienauerit[o]. Et in debitore fisci vel ciuitatis[p]. Idem & in eo qui cùm hæreditatem restituere si sine liberis decesserit rogatus erat, bona aliquot alienauit, receptum est. (Textus aureo stilo signandus in authen. contra rogatus. in verbo, aut deficiente. C. ad Trebellianum.) Etenim prius quàm fideicommissario rei vendicatio detur (§ nostra. sup de legatis) excusionẽ præcedere necessum est. Idem & si in eũ alienata sunt, qui alioqui inutili atq; inualido titulo nititur (glo. iuncto textu in l. rei creditor. C. de distractione pignorum.) Forma autem hniusce excusionis est huiusmodi, vt possessores ad iudicium euocemus[q], quibus iudex intra certũ diem vt de debitoris facultatibus doceant præcipiet: qui nisi id fecerint, excusio satis facta esse intelligetur[r]. Commodum etiam fuerit ex Barto. sententia[s], duobus nunciis id negocii mandari, vt diligenter omnes ipsius debitoris facultates perquirant: qui si repererint eum soluendo non esse, iã satis hic discussus esse censebitur: deinde iudicem interloqui oportet excusionem legitimè factam fuisse[t]. In plerisque tamen casibus excusio huiusmodi minimè necessaria est. (Faber, Nicolaus Neapolitanus in 5. quæstione, Aretinus hîc & Iason.) Quid enim si certissimis indiciis constet solutioni debitorem inidoneum esse[v]? Certissima autem rerum argumenta sunt, si quando debitor iste cesserit bonis[x], vel si ille mendicando victum sibi quæritat[y]. Quid item si debitor creditorum nomine omnia bona sua se possidere constituerit? (l. quod meo. ff de acquirẽ. possessione.) Omnia etenim alienata Iustiniani constitutione (l. vlt. C. de acquiren. posses.) reuocabuntur. Sic & vbi possessor mendacij conuincitur[z], recta via rem ipsam ab eo auferendam esse[a]. Quod exemplo fideiussoris receptum est, qui si fideiussorem se esse negans, mendacij postea conuincatur, epistolæ diui Adriani beneficio (l. inter. ff. de fideiussorib. l. vlt. C. de constituta pecu.) minimè iuuabitur. (l. si dubitetur. §. ita demum. vbi Barto. notat. ff. de fideiussoribus.) Et cùm huiusmodi excussionem summo iure introductam esse constet[a], consequens est vt in his locis

q d. l. vlt. & §. cum autem sup. de adoptionibus.
r l. Papinian. §. quarta. ff. de inoffic. testamento.
s Vide hic latè Aretinum & Barto. in d. l. post contractum.
a §. sed nostra. sup. de successione libertorum.
b toto tit. ff. & C. si quid in fraudem patroni.
c l. videamus. 2. § in Fabiana. ff. de vsur. Iulius Paulus li. 3. recepta sentẽtiar. tit. de l. Fabiana.
d Ferrarius hic.
e arg. l. 1. ff. de Publiciana.
f arg. l. non prius. C. quãdo fiscus vel priuatus.
g gl. hic in verbo, possessis.
h l. penul. C. eodem.
i l. vlt. C. de vsu. rei iudicata.
k Iason hic numero 67.
l authen. præsente. C. de fideiussorib. l. vlt. C. de cõstituta pecunia.
m authen. hoc si debitor. C. de pigno.
n l. 1. iuncta ibi doctrina Bar. C. si vendito pignore agatur.
o l. pupilli debitor. ff. de solutionibus.
p l. satis notũ. C. in quibus cau. pig. vel hypothe. tacite cõtrahatur. l. Moschis in princ. ff. de iure fisci. l. 2. vbi Bar. notat. C. de debitorib. ciuitat. lib. 11.
q arg. l. nam ita diuus. ff. de adoptionib. arg. l. de vnoquoque. ff. de re iudicata.
r gl. singularis in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata.
s Bar. & Iaco. Butriga. in d. auth. hoc si debitor.
t d. §. in venditione. arg. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. cap. cũ secundũ. de hæreticis. lib. 6.
v arg. glo. vlt. in l. decem. ff. de verbo. obliga.
x Cynus in d. auth. hoc si debitor. Raphael Cumanus & Petrus Bizatius in d. l. decem.
y arg. l. si quis ad declinãdã vers. quis enim pauperior est. C. de episcopis et cleri.
z Iason hic numero 79.

[a] arg. l. vlt. ff. de rei vẽdica. arg. l. cõtra negantem. C. de lege Aquilia. a gl. notabilis in verbo, actũ esset. in l. si mancipiũ. §. 1. ff. de euictionibus quæ est singularis Ludouico Romano & Alexandro in l. si constante. ff. solu. matri. & Aretino hic.

in quibus omnia ex æquo & bono procedunt, huiusmodi excusionem non admittamus. Et ideo nec in curiis mercatorũ, nec in foro Canonico excusio obseruanda erit[b], cùm in illis nimiam iuris ciuilis subtilitatem aspernemur. (cap. dilecti. de iudiciis.) Illud tenendum est, ad hoc excusionis remedium confugiendum non esse quotiescunque possessores de excusione non exceperint[c]: licet pendente principali iudicio de ipsius debitoris inopia docendum sit. (Iason hic.) Interdum debitori ea quæ in fraudem fisci alienauerat, reuocare conceditur[d], eo nimirum casu quo is rem suam simulatè vendiderit. Etenim cùm ex huiusmodi venditione nullum omnino dominium translatum sit[e], si hic rem suam vendicans aduersus emptorem qui de venditione excipit, replicatione hac vtatur, quòd scilicet in fraudẽ fisci & simulatè venditerit, audiendus erit. Etenim turpitudinem suam coadiuuandæ intentionis gratia allegare permissum est[f], & maximè contra eum qui turpitudinis est particeps[g]. Vbi verò venditio non est simulata, sed tantùm in fraudem facta, tunc cùm ex ea dominium saltem possessionis translatum sit[h], hic rei vendicatione agere non potest[i], sicut nec aliqua alia personali actione, cùm nulli propriam turpitudinem principaliter allegare concessum sit. (l. transactione finita. C. de transactionibus. l. si creditoribus. C. de seruo pigno. dato manumisso. l. filios. C. eodem.) In eum autem reuocatoria competit, qui rem alienatam in fraudem creditorum acceperit[k]. Verùm quod ad huiusmodi fraudem pertinet, distinguendi sunt contractus onerosi à titulis lucratiuis[l], cùm in illis & debitoris alienantis & recipientis fraudem desideremus[m]. nisi accipiens is sit qui vel à liberto in fraudem patroni[n], vel à debitore ciuitatis (l. 2. & ibi Bart. dicit esse speciale. C. debitoribus ciuitatum lib. 11.) acceperit. In lucratiuis verò solius debitoris fraudẽ interuenisse satis est. (l. penul. C. eod.) Neque enim iniuria affici videtur is qui ignorauit, cùm ei lucrum extorqueatur, non damnum infligatur[o]. Vbi autem fraus ipsius ementis detegitur, propè est vt nec precium illi restituendum esse credamus[p]. Vbi verò dolus non detegitur, illi restituendum esse crediderim[q]: quemadmodum & restituitur vbi in creditoris vtilitatem versum est. (Bar. in d. l. si debitor.) In hæredem ergo eius cui res tradita est, de eo quod ad eum peruenerit, dabitur[r]. Turpia enim lucra ab hæredibus extorquenda sunt[s]. In creditores quoque qui cùm posteriores essent, in fraudem tamen priorum creditorum chirographariorum hypothecam acceperunt, dari solet[t]. Sed & in eum competere eam certum est, qui rem sibi secundo loco venditam in fraudem prioris emptoris acceperit[v]. Etenim licet hic cui res tradita est, in rei vendicatione aut Publiciana præferatur priori emptori[x], hac tamen in re posteriorem eum esse Baldus ad rubricam. C. eo. rectè censuit. Et cùm hodie cessa actione, cedenti adhuc ante litis contestationem, vel debiti petitionem, vel interpellationem ab eo quem in rem suam procuratorem fecit, factam, agere concedatur[y]: consequens est vt si ante hæc omnia cedens debitorem suum liberauerit, cessionario huiusmodi debitorem in veterem obligationem reuocare concedamus. Hæc autem actio etiam in ipsum fraudatorẽ datur[z]. Licet enim ab eo bona omnino ablata sint, prætor tamen non tam emolumentũ actionis intuetur, quàm pœnam. Etenim hic debitor ex Dini & Bart. sententia[*] bonis cedere non poterit, sed in carcerem detrudetur. Censuerunt etiam plerique nihil omnino illi relinquendum, si eum cedere bonis cogamus: licet alias cedentem non tam præfractè excutere debeamus[a]. Illud quoque ex Barto. sententia receptum est[b], liberum esse creditori, vt si debitor res suas in plures alienauerit, vnum tantummodo possessorem in solidum conueniat[c]. Illud autem in summa adnotandum erit, liberum esse ei qui reuoca-

b arg. notato per Bart. in l. si fideiussor. §. quedam. ff. mandati. arg. notat. in §. de constituta. inf. eo.
c gl. in l. 2. C. communi diuidundo.
d Bart. in l. iusiurandũ quod ex cõuentione. §. procurator quoque. penul. colũ. ff. de iureiuran.
e arg. l. nuda. ff. de cõtrahẽ. emp. arg. l. imaginaria. ff. de reg. iuris.
f l. de tutela. C. de in integrũ restitutione minorũ.
g arg. l. viro & vxore. ff. solu. matrimo.
h arg. l. si vir vxori. & ibi not. ff. de acquiren. possess.
i arg. l. legata. §. pater. ff. de adimen. lega.
i l. actionum genera. ff. de actionibus.
k l. 1. ff. eodem.
l De contractibus onerosis & lucratiuis. vide Deciũ in l. in eo quod vel is. ff. de reg. iur. Iasonem hic in explicatione glos. 1. & l. vnicã. C. de imponẽ. lucratiua descriptione lib. 10.
m l. qui autẽ. §. hoc edictũ. ff. eodem.
n l. 1. §. dolum. ff. si quid in fraudem patroni. & rationem vide apud Fabrũ & Iasonem hic num. 33.
o d. l. qui autem. §. similique modo vers. neque enim.
p l. si debitor. ff. eodem.
q gl. in d. l. si debitor. & ibi Bar. notat. l. 1. §. si i fraudem patroni ff. si quid in fraudem patroni.
r arg. l. vnica. C. ex delictis defunctorum.
s l. in heredẽ. ff. de calumniatorib. l. videamus. ff. quod metus causa.
t arg. l. 2. ff. eodem.
v & ibi limitatur l. quoties. C. de rei vẽdicatione. & l. sine autem. §. si duobus modis. ff. de Publiciana. & l. qui tibi hereditatẽ. C. de hereditate vel actione vendita. & l. si tradit[i]o. C. de actio. empt.
x ll. modo allegatis.
y l. 3. C. de nouationibus. Bartol. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebellia.
z l. si fraudator. §. vlt. ff. eo.
* in d. §. vlt.
a §. vlt. inf. eod. vbi dicã. Aret. hic, Iason hic num. 90.
b Bar. i l. Moschis. ff. de iure fisci.
c l. creditor. ff. de distract. pignorum. arg. l. quandiu. C. de distractione pignorum.

toria

toria conuentus est,debitum creditori soluendo, rem ipsam retinere : idque argumēto posterioris creditoris [d] receptum esse Accursius attestatur [e].quod & in quibuscunque siue bonæ siue malæ fidei possessoribus regulare est [f]: id quod eis vsque ad sententiam, immo & vsque ad iudicati executionem facere conceditur [g]. Sanè quibusdam casibus actionem hanc reuocatoriā cessare constitutum est. Etenim si debitor post huiusmodi fraudulentam alienationem sua opera suáque industria tantum bonorum consecutus est, vt creditoribus satisfieri potuerit, vix vnquam ad reuocatoriam actionem illi redire concedetur [h]. Cessat etiam vbi quis hæreditatem vel testamentariam vel legitimam amplecti noluit [i]. Neque enim patrimonium suum diminuit, qui noluit acquirere [k]. Et ideo hac actione nō reuocatur renunciatio excussionis quæ à fideiussore facta est [l]. hac enim renunciatione fideiussoris patrimonium non imminuitur, cùm huiusmodi excussionis exceptio principale negocium non perimat,sed tantùm differat [m]. Censuit quoque Bal. loco modo allegato creditores aduersus patrē experiri nō posse, qui cū ab vxore hæreditatem post suam mortem cōmuni filio restituere grauatus est, statim sine vlla quartæ retentione restituit [n]. In omnibus autem reuocatoriis actionibus,cuiusmodi sunt Paulina, Fabiana quoque & Caluisiana (tantùm etenim hæ esse intelliguntur [o]) fructus quoque restituuntur [p]. Nā prætor id agit, vt perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset [q].quod non est iniquū. Nam & verbum restituas,quod in hanc rem prætor dixit [r],plenam habet significationem [s],vt fructus quoque restituantur [t]. Hæc autem actio personalis est,in rem tamen scripta est, vt suprà in principio dictum est:eáque modò temporalis est,& intra annum datur [v],computandum à die excussionis , vel ex quo constare cœperit debitorem huiusmodi soluendo non esse. Etenim cùm ante id tempus creditoribus possessores rerum conuenire non liceat [x], non debet eis currere præscriptio: cū ex regula iuris [y] ignoranti præscriptionem non currere dicamus [z].quod in rebus corporalibus obtinet. Modò perpetua est, quando aduersus hæredem possessoris de eo quod ad illum peruenit datur [*]. Modò eius actionis super qua liberatio apposita est [*], naturam induit,sicut Bart.attestatur [*].& cōmuniter idem ab omnibus respōsum est [*].

d l.prior.C.qui potio.in pignore habeantur.
e gl.magna circa finem.
f l.Paulus.§.vlt.ff.quibus mo. pignus vel hypotheca soluitur.
g Bartol.in l.si quis stipulatus sit decem in melle. ff.de solut.
h arg.l.si fideiussores in id. ff. de fideiusso. Alexander Imolensis in l. decem. 1.& 2.colum.& ibi Castrensis & Cumanus. ff. de verbo.obliga.
i l.qui autē.in princ.ff.eod.
k l. alienationis verbum. versic.qui occasione. ff.de verbo.significa.
l Bald.ad rubri.C.eodem.
m arg.l.si cui.C.de nō numerata pecunia.
n l.patronum. ff.eodem.
o contra tab. & aliquot alia.
p l.ait prætor,qua Luci⁹. §. per hanc. & l. vlt. §. si procurator. versic.fructi⁹. ff.eodem.
q l.videam⁹.2.§.in Fabiana.ff.de vsuris.
r l.2.ff.eodem.
s l. plus est.& l.vlt. ff. de verbo.significa.
t l.cū fundus.ff.si cert.pet.
v l.ait prætor.§.hac actio. & ibi Bar.notat.ff.eo.
x arg.l.à diuo Pio.§.in vēditione. ff.de re iudicata.
y l. 1. C. de annali exceptione.
z docto. sup.§ proximo.
* Bar.in d.§.hac actio.
& Bar.io d.§.hac actio.
* Iason hic in explica.glo. in verbo,permittitur.

§. Item Seruiana.

Superioribus responsis disputatum est de actionibus in re quæ vel directi vel vtilis [a] vel quasi dominij [b] gratia nobis competunt. Nunc progreditur Iustinianus ad alias in rem actiones,quæ ratione pignoris expressi vel taciti dari consueuerunt. Duæ autem sunt numero actiones , Seruiana scilicet, & quasi Seruiana, quæ aliàs hypothecaria dicitur [c]. De vtraque igitur separatim videndum. Seruiana igitur actio,quæ vel à seruando (vt vulgus doctorū voluit [d]) vel à Seruio prætore(quod verius est [e]) nomen habet,est actio in rē prætoria,quæ eorum quæ inuecta & illata sunt in rem conductam,possessionem quæ apud alium est,locatori propter mercedem non solutam,aut rem deteriorem factam,auocare conceditur. Lege etenim ciuili constitutum est [f], vt si quis prędium vrbanum conduxerit,omnia quidem inuecta & illata pro pensione domus locatori sint impignerata [g], etiam si nihil omnino de ea re inter contrahentes nominatim conuenerit [h]: adeò vt & si quis eas res possidere cœperit , ab illo petitorio iudicio , Seruiana scilicet [i], locatori auocare concedatur. Nascitur autem ex tacita cōuentione quam lex inter contrahētes accessisse fingit [k]. sæpe etenim conuentiones tacitæ valent [l]:& in plerisque iuris ciuilis locis expressi & taciti eandem omnino vim esse constat [m]:quem-

a sup.§.omnium.
b sup.§.namque.
c hoc textu in princ. Iason hic in 1. notabili contra glo.in l.2. ff.de Seruiano interdicto.
d l.communiter docto.hic.
e Theophilus hic.
f l.item quia. ff.de pactis. l.eo iure vtimur.ex quib. causis pig.vel hypoth.
g l.Pomponius. ff.eodem.
h d.l.item quia.

i l. pignoris. C.de pignoribus. l.eos. C. de distract. pignorum. l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignoribus. k Fortunius Garcia ad l.item quia.ff.de pactis. l d.l.item quia.arg.notatorum per Alciatum in l.2.C.de pactis. m l.nam quid.& ibi not. ff. si certum petatur.

admodum & nos in actione ex ſtipulatu quæ pro dotibus repetendis proponitur, eueniſſe videmus[n], in qua mulier ex ſtipulatu agit ex tacita cõuentione quam inter maritum & mulierem lex acceſsiſſe fingit. Eodem modo tutoris vel curatoris bona pro officio adminiſtrationis pupillo tacitè obligata eſſe creduntur[o]. Lege quoque ita ſuadente, vniuerſa eorum bona qui cũ fiſco contrahunt (non idem eſt in aliis ciuitatibus, niſi princeps nominatim eis conceſſerit[p]) vice pignorum obligata eſſe intelliguntur[q]. In his etenim omnibus tacita conuentione actio nobis inducitur, etiam ſi nihil operæ impenderimus: niſi quòd plerique[r] Seruianam actionem hominis adminiculũ, nimirum inductionem & illationem deſiderare exiſtiment. Cùm igitur legis beneficio actionem hanc nãciſcamur, plerique omnes iuris noſtri interpretes[ſ] non abſurdè eam ex pignore legali naſci dixerunt: quod à conuentionali pignore manifeſtò ſecernitur, cùm pro hypothecaria ſeu quaſi Seruiana actione nobis agere liceat[t]. Competit autem locatori pro mercedibus, etiam pro his quæ deteriorem habitationem faciunt[v], quæ pignoris iure ei debentur[x]. Oportet autẽ pleraque in primis acceſsiſſe. Et in primis prædiũ vrbanum locatum eſſe oportet[y]. Prædium autem vrbanum eſt illud quod ædificio conſtat[z], ſicut ruſticum quod ædificio caret[*]. In prædiis etenim ruſticis inducta & illata pignori eſſe nequeunt[a]. Differentiæ ratio in eo eſt, quòd in vrbanis prædiis huiuſmodi obligatio ex tacita conuentione à lege adinuenta introducta eſt: quæ in prædiis ruſticis locum habere nequit, illa ſcilicet ratione, quia cùm nec ea quæ ad agriculturam pertinent, generali & expreſſa conuentione obligari poſsint[b], multo minus tacita conuentione id fieri poterit: adeò vt nec ſolam ſcientiam locatoris ad huiuſmodi rerum ruſticarum obligationem aduerſus receptam doctorum noſtrorum ſententiam[c] ſufficere exiſtimemus. quod his rationibus oſtenditur. Illata in vrbanum prædium ideo pignori eſſe creduntur, quia tacita conuentione id introductum videtur[d]. At cùm in cõuentionibus duorum conſenſum deſideremus[e], dicendum non eſt inducta in ruſticum prædium obligata eſſe poſtquam dominus ſciuerit, cùm iam duorum voluntas non intercedat. Videmus quoque iuriſconſultos expreſſam cõuentionẽ deſiderare vbi de hypotheca inductorum in prædia ruſtica loquuntur[f]. Et cùm voluntas domini locatoris generaliter ad omnia inducta referatur, conſentaneum erit vt ſi ruſticus in prædium ruſticum aratra, boues, mancipia, & alia huiuſmodi intulerit, & dominus tantùm mancipia illata eſſe ſciuerit, vt huiuſmodi domini voluntas particularis ſit, quæ & tacitam hypothecam, particularem tamen, inducet, quæ & ſeruorum manumiſsionem impediet[g]. quod tamen & Paulus[h] & Vlpianus (in l. licet. ff. eo.) negauerunt. Nec nos quicquam mouet Alexandri conſtitutio[i], qua ea quæ voluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerint, pignoris iure dominis prædiorum teneri reſpondit. id enim ſingularem hanc ſententiam confirmat, cõmunẽmque ſubuertit, cùm voluntatis vocabulum eo loco pro expreſſo conſenſu vſurpandum ſit[k]. Deinde inducta & illata conductoris eſſe oportet. (glo. in d. l. ſi non inducta.) Etenim ſicut res aliena expreſsim[l], ita nec tacitè impignerari poterit, (arg. l. qui ad certum. ff. locati.) Oportebit igitur huiuſce alienæ rei dominum expreſsim conſentire (d. l. aliena res.) Neque enim tacita voluntas ſufficeret, (arg. l. Caius. ff. de pignorat. actione. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mo. pig. vel hythe. ſoluitur.) cùm & iampridem cõſtet taciturnitatem in iis quæ cũ tacentis detrimento coniuncta ſunt, pro conſenſu non haberi[m], ídque aduerſus Accurſij[n] & Iaſonis ſententiam[o] receptius eſſe videtur[p]. Illud quoque per omnia tenendum eſt, rem eo animo inferri debere, vt ibi perpetuò ſit, id eſt quandiu locatio conſiſtet[q]. id quod & ex rerũ qualitate deprehendi

n l. vnica. C. de rei vxoria actione.
o l. pro officio. C. de adminiſtratione tutorum.
p l. ſimile. ff. ad municipalem & de incolis.
q l. 1. C. in quibus cauſis.
r Iaſon in glo. pignoris.
ſ in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata.
t hoc textu in verſ. quaſi.
v l. 2. ff. eodem.
x l. quamuis. C. eodem.
y l. eo iure vtimur. ff. eod.
z l. vrbana prædia. & l. vrbana familia. ff. de verbo. ſignifi. l. ſi prædiũ. C. de prædiis minorum.
* Vide omnino Alcia. in d. l. vrbana prædia.
a d. l. eo iure. ff. eodem.
b l. executores. vbi Bartol. expreſsim adnotauit. l. pignorum. auth. agricultores. C. quæ res pigno. vel hypoth. dat. obliga. non poſſunt.
c in l. certi iuris. C. de locato. & in d. l. item quia.
d doct. in d. l. item quia.
e l. 1. §. conuentionis. ff. de pactis.
f l. debitor pactus eſt. ff. de pignoribus. l. 1. §. 1. ibi, ita vt vtriſque in ſolidum obligata eſſent. ff. de Saluiano interdicto. iuncta l. reos. §. cum tabulis ff. de duobus reis. l. ſi non inducta. in verbo, placuerat. C. eodem.
g l. ab eo. C. de ſeruo pignori dato manumiſſo.
h l. eſt differentia. C. eodem.
i l. certi iuris. C. de locato.
k l. Pomponius ſcribit, ſi gratuitam. verſic. item illud. ff. eodẽ. & l. aliena. ff. de pignorat. act. iunctis notatis doctorum ad l. certi iuris. vide omnino Fortunium Gartiam ad l. item quia. ff. de pactis.
l l. rem alienam. ff. de pignorat. actione. l. quæ prædium. C. ſi res aliena pignori data ſit.
m Bartol. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. Canoniſtæ in cap. is qui tacet. de reg. iur. in ſexto.
n glo. vlt. in d. l. certi iuris.
o Iaſon hic.
p cõmuniter doct. in d. l. certi iuris.
q glo. in d. l. certi iuris.

poterit

poterit [r]. Et ideo cùm nomina debitorum ea tantùm consideratione inferantur, vt eo in loco sint quandiu æs alienum nondum exolutum sit [s], cúmque nomina debitorum loco non contineri Bartolus (in l.Caius.ff.de lega.2. per illum textum, in l.2.C. quæ res pignori vel hypoth. dat. obliga. non poss.) responderit, pignori esse non poterunt. Mercimonia quoque cæteráque omnia venditioni exposita hac tacita obligatioue non includuntur [t], modò in aliis tacitam hanc hypothecam consistere posse appareat [v]. Nec nos quicquam mouet quòd Scæuola responderit [x] pro tabernæ conductione merces impigneratas videri. Id enim in expressa hypotheca locum habet, sicuti ex eiusdē Scæuolæ responso satis apparere potest. quod & Baldus rectè docuit [y], licet illius sententia communiter improbetur [z]. Considerandum etiam illud fuerit, vt qui domum conduxit, prohibitus non sit sese obligatione alicui adstringere [a]. Et ideo cùm minor, aut is cui bonis interdictum est [a], furiosus quoque rei suæ obligandæ potestatem non habeant [b], in eis nec tacitam hanc hypothecam comminisci oportet. Nam & pro dote, quæ istis conductionibus longè fauorabilior est [c], minoris bona tacitæ hypothecæ supponi nequeunt [d]: cōmunitérque ab omnibus traditum est, tacitæ hypothecæ nullum locum esse, vbi nec expressa locū habere potest [e]. Meminerimus autē hac tacita obligatione ea nō contineri quæ obligatione generali non venirent [f], quæve specialiter obligaturus nemo erat. Vnde nec libri à satellitio scholastico in domū conductā illati, pignoris iure retineri possunt [g], sicut nec militū arma [h]. vestes quoque, & ea quæ quis aliâs non fuisset obligaturus. Hæc omnia si accesserint, locatori Seruianam actionem dabimus: etiā si locator expresśim pactus sit inducta & illata sibi pignori esse [i]. Etenim licet prouisio hominis, legis dispositionē tollat [k], id tamen intelligendū est in lege quæ priuilegij nomine aliquid tribuit, nō in ea quæ arbitrario iure omnibus ex æquo solet consulere [l]. Quin & ipsi locatori inducta & illata propria authoritate auocare conceditur [m]: neq; edicto diui Marci is puniendus erit [n], cùm tamen is cui res est expresśim obligata non aliâs quàm præsidis notione intercedente rem impigneratam auferre potest (l.penul.sub fi.C.de pig.act.l.3.C.de pig.) Pro modo autem pensionis, aut detrimento quod rei ipsi accesśit, locatori inducta retinere conceditur. (arg.auth.& qui iurat.C.de bo.autho.iud.posśidē. Faber hîc numero 4.) Neque enim vltra conuentum modum aut damnum datum res ei auocare cōceditur. In eū autem dabitur, qui rem cōductam habet, siue hic colonus sit, qui mercedem in pecunia numerata pendat [o], siue aliquid aliud, vt quia partiarius sit [p]. Licet enim hic propriè colonus nō sit [q], léxq; nostra simpliciter in colono loquatur, quare in proprio colono accipi debere videbatur [r]: similitudinis tamen ratio dictat extensionem admittendam esse [s]. Quanuis enim propriè inter dominum & colonum partiarium locationis negotium non geratur [r], sed potius contractus quidam innominatus consistat, huiusmodi tamen contractus nominati naturam cui maximè similis est, nimirum locationis induit [v]. Nec nos quicquam mouet, quòd lex colonū partiarium socium vocet [x]. id enim ex impropria verbi ipsius significatione accipiēdū est. quod & ex dictione quasi, quæ in eodem responso posita est, satis colligi potest. Et cùm lex nostra in colono loquatur [y], videretur nō tantùm in eo qui prędiū vrbanum [z], sed & qui rusticum habet, intelligēda esse: cùm colonus vera significatione is sit, qui vel ruri vel in vrbe prædium rusticum, sicut & inquilinus vrbanum, conductum habeat [a]. Idq́ue aduersus Accursij sententiam receptius est [a]. Quę res facit, vt à Fortunij sententia (in l.item quia.ff.de pactis.) quam & nos suprà secuti sumus, (Dixi in illo articulo, cui detur Seruiana) discedere malim, cōmuniq; omnium interpretum sententię adhęrere. Licet enim iuriscōsultus (in d.l.eo iure) dixerit in rusticis prędiis tacitā hāc hypothecam nō obserua-

r Gometius numero 19.
s Cynus & Salycet. in d.l.certi iuris.
t arg.l.generalis.§.vxori.ff.de vsufr.lega.iun.ibi.doctrina Bar.quā oīno vide.
v Gometius hic.
x l.cū tabernam.ff.de pig.
y Bald.in 6.quæst.d.l.certi iuris.
z Iason hic & Gometius.
a l.nexum.C.si aliena res pigno.data sit.
a l. si cui bonis. vbi Bart. notat.ff.de verbo.obliga.
b l.si curatorem habēs. vbi notat.C.de in integ.rest.minorum.
c Bal.Nouell. in libello cui titul. est.priuilegia dotis.
d notatur in d.l.item quia.
e l qui ad certum.ff.locati.
f l.obligatione generali.cū.tribus ll.sequentibus.ff.de pignoribus.
g arg.glos.in verbo,dignitate & in l. Nepos Proculo ff.de verbo.signif.
h d.gl.in ver.dignitate.ar.l.miles.ff.de re iudicata.
i l.itē quia in vers.etiā.ff.de pactis. Fab.hic nu.5.
k l.vlt.C.de pactis cōuen.
l gl.notabilis ī l.2.ī verbo,repellere.ibi,Tu dic cōtra.C.de iure emphyteutico.
m l.inquilino. & l.seq.iun.ibi gl.in verbo,fieri.ff.de damno infecto.
n l.extat.ff.quod met. caus.a.l.penul.ff.ad l.Iuliam de vi priuata.
o l.2.ff.locati.
p gl.hic in verbo,quis.quæ singularis est Aretino.
q d.l.2.& §.1.sup.de loca.
r arg.l.qui habebat.ff.de tutelis.
s Petrus, Cynus, Salyc. & Bal sibi ipsi cōtrarius in d.l.certi iuris.
t l.si merces.§.vis maior.ff.locati.
v l.1.§.si qs seruū, vbi Bar.not.ff.depositi.arg.not.per Bar.ī l.si olei.C.de locato.
x l.si merces.§. vis maior.ff.locati.
y hoc §.ibi de rebus coloni &c.
z d.l.eo iure.
a ar.l. vrbana prædia.ff.de verbo.sig.
a gl.hic in verbo,coloni.gl.in l.definimus.C.de agricolis & cēsitis.lib.11.gl in l.emptorē. in verbo,emptor.C.de loca.

ri:tamen id ex Alexandri constitutione interpretationem accipere debet[b], vt non obseruetur quando dominus ipse sciuerit. Neque enim nouum est vt voluntatis vocabulum in eadem constitutione positum pro scientia interpretemur: quod & ex subsequentibus verbis illius legis satis apparere potest[c]: licet in aliis plerisque iuris nostri locis pro expresso consensu voluntas accipi debeat[d]. id enim subiectæ rei ratio ita postulat[e]. Nec nos quicquam mouent quæ in diuersam partem argumenta adducuntur, cuiusmodi est illud, quòd tacita hęc hypotheca ex conuentione vim omnem accipiat, & in conuentionibus duorum consensum desideremus[f]. Id enim & hoc loco contingere solet. Nam & vbi locator prædij rustici quædā inuecta esse sciuerit, quis neget legis dispositione[g] eos tacitè consentire videri? Nec obstat etiam quòd videamus leges quæ de huiusmodi inductis in prædium rusticum loquuntur, expressè conuentionis mentionem facere[h], id enim potuit ita contigisse: non negat tamen lex quin id ipsum tacitè fieri posit. Minus quoque moueor eo, quòd cùm voluntas domini generaliter ad omnia inducta referēda sit, fieri potest quòd dominus ignoret quædam esse inducta: vnde & non iam hypotheca generalis esse censebitur. Ipse enim crederim, dominum ex quo sciuerit quædam esse inducta iuris præsumptione omnium inductorum cognitionem habere[i]. In colonum igitur qui vel prædium rusticum conductum habeat, vel inquilinum Seruianum iudicium protendemus[k]. Æquitatis etenim ratio diuersas species colonorum nullo modo excludere debet[l]. Et cùm actiones ex contractibus descendentes ad hæredes protendantur[m], consentaneum est vt aduersus colonorum successores siue vniuersales siue singulares, nimirum qui rem ipsam ab eodem colono conductam reconduxerint[n], detur. Sed & aduersus extraneos quoscunque qui rem inductam possederint, actionem protendemus, idque realium actionum exemplo per omnia ferè introductum est. Neque enim verum est, quod plerique omnes existimant[o], tacita hac conuentione liberam ipsius rei alienationem impediri, cùm & Paulus responderit[p] mancipia pignori ob pensionem obligata manumitti posse: quæ manumissio nihil aliud quàm alienationem sapit[q]. Ipse enim crediderim Pauli responsum ita accipiendum esse, vt ostendat differentiam esse inter mancipia expresim & specialiter, & ea quæ generali & tacita conuentione pignoris causa nobis tenentur, cùm illa manumitti non posint[r], hæc verò manumitti posint: illa scilicet ratione, quia & ab eo qui expresim & generaliter omnia sua bona obligauit, possent manumitti[s]. Vnde si in Pauli responso[t] fingas expresim & generaliter omnia bona obligata, manumissio rectè adhuc præstabitur, quemadmodum & cùm generaliter & tacitè obligata sunt. Contrà si tacitam & particularem fingas hypothecam, manumissionem præstari non posse certum est: quemadmodum nec rectè confertur vbi expresim & specialiter quis seruum suum obligasset[v]. Et hoc videtur sensisse Paulus dum diceret mancipia postquam à locatore retenta sunt, liberari non pose: partim quòd generalis illa & tacita hypotheca, specialis ese videatur, vt quæ ad particulares inclusas scilicet referatur[x]. partim quòd iam in fraudem manumissio fieri videatur, quæ & in iis quæ obligatione generali nobis obligata sunt, admittenda non est. (l. licet. C. de seruo pignori dato). In huiusmodi etiam conductores vel hæredes Saluiano interdicto locatori consulitur[a]: quemadmodum & contra quoslibet rerum illatarum posesores vtili Saluiano illi agere conceditur[b]. In hoc autem differt à Seruiana actione, quòd in Saluiano interdicto de posesione ipsa, sicut & in aliis omnibus interdictis, ostensum ese sufficiet[c]: at in Seruiana actione, cùm ea generalis sit[d], siue contra debitorem, siue contra eum qui à debitore vel causam habet, vel nullā omnino habet, agatur, de debitoris dominio docendum erit. quod & in omnibus generalibus hypothecis

b d.l.certi iuris.
c d.l.certi iuris. ibi, non est necessaria domini sciētia.
d l. Pōponius scribit. ff. eo. l. aliena res. ff. de pign. act.
e arg. l. verbum reddendi. de verbo. sig.
f l.1. §. cōuentionis. ff. de pac.
g d.l.certi iuris.
h l.debitor pact° est. & d. l. si non inducta. & l.1. §. 1. ff. de Saluiano interdic.
i arg. l. penul. iūcta ibi gl. C. qui militare non possunt. lib. 12.
k l.2. ff. eodem.
l arg. l. vlt. C. de constituta pecunia
m l. vnica. C. vt actiones ab hærede.
n l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. actione.
o d.l. item quia.
p in l. est differentia. ff. eod.
q Faber in §. sup. proximo.
r l. ab eo. C. de seruo pig. da. manumisso.
s d.l. ab eo.
t in d.l. est differentia.
v d.l. ab eo.
x ar. notatorū per Bar in l. quæsitum. §. si quis fundū. ff. de fundo instructo.
a l.1. C. de precario & Saluiano interdicto.
b l.1. ff. de Saluiano interd.
c l. incerti iuris. C. de interdictis. Bart. in l. rem alienam. in 2. columna. ff. de pignorat. actione.
d arg. d.l. item quia.

cis etiam expressis seruandum est[e]: illa scilicet raione, quia in petitoriis iudiciis, cuiusmodi est Seruiana & quasi Seruiana[f], de dominio docendum est[g]: deinde quia debitor iste conuentus potest referre quæstionem dominij, neque propterea eius dolus arguitur, cùm probabiliter possit euenire aliquid esse in suis bonis quod licet alienum sit, suum tamen esse crediderit[h]: atque ita ostendet pignus in huiusce modi re constitui non posse[i]. At vbi quis specialiter rem suam hypothecæ supposuit, si contra eum agatur, de possessione tantùm docendum erit, cùm hic dominij quæstionem referre nequeat[k]. alioqui in eum doli replicatione vtemur. Quòd si contra eum qui rem à debitore vel acceperit vel non acceperit, agatur, dominium debitoris probare oportet, cùm illi possessores & titulum & possessionem habeant: creditor verò nuda tantùm possessione se tuetur[l]. Veniunt autem in hanc actionem res quæ vel expressim vel tacitè obligatæ sunt, puta inuecta & illata in fundum rusticum, si dominus sciuerit[m]: in prædium vrbanum etiam si ignorauerit[n]. Res autem restituetur cum sua causa: quod exemplo realium actionum introductum est. Est autem hæc actio in rem arbitraria[o]: eáque eatenus protenditur, quatenus & hypothecaria extendi consueuit: sicuti paulò pòst aperiemus. Nunc ad hypothecariam siue quasi Seruianam actionem descendamus. Est autem actio in rem qua creditores[p] pignora hypothecásve expressim sibi obligatas persequuntur[q]. Hæc enim iure honorario ex conuentionis pacto nascitur[r]. Ei autem hypothecaria actio datur, cui à domino hypotheca sit constituta[s]. Idem & si à non domino, sed illa res sit ei debita[t]. Sed & si neque debita sit, sub ea tamen conditione impigneraucrit si aliquo modo res sua efficiatur[v]. Idem & si nullam conditionem adiecit, sed tamen domini voluntate expressa[x] rem hypothecæ dederit[y]. Sed & si ignorante domino dederit, modò dominus postea ratam impignerationem habeat[z]. Sed & si neque voluntas domini, neque vlla ratihabitio subsequatur, modò tamen eius rei dominium postea nactus est, pignus rectè constitutum esse censebitur[a]. Licet enim huiusmodi pignoris constitutio ab initio vitiosa sit, postea tamen confirmatur, propter scilicet causam confirmantem quæ postea superuenerit, (arg. l. per fundum. ff. de seruitute rusticorum prædiorum. & l. si rem. §. vltimo. ff. de pignorat. act. & l. vltima. C.) si minor factus maior alienationem ratam habuerit. Profuerit autem plurimum, meminisse, non pro quibuslibet rebus, sed pro iis tantùm quæ hypothecæ supponi possunt, huiusmodi actionem competere. Quænam autem illæ res sint quæ hypothecæ consuetudinem non refugiunt, id ex Bartoli sententia[a] sic haberi potest. Iura etenim quæ quis in personam se habere contendit, hypothecæ supponi nequeunt[b], cuiusmodi est ius patronatus, quod patrono in libertum datur[c]. Ius quoque quod in beneficiarium clientem (vasallum vocant) habemus. Hæc enim hypothecæ dari nequeunt, nisi fortè necessitatis ratio nos aliò impelleret[d]. Illud enim constat, propter necessitatem à communibus iuris regulis frequentissimè discessum esse[e]. Iura quoque quæ ex re nobis debentur, oppignerari nequeunt, vbi scilicet nulla pecuniaria commoditas ad nos redire potest, vt est in iure patronatus ecclesiastico animaduertere[f]. At vbi cómodum aliquod pecuniarum inde percipitur, quid vetat quo minus hanc cómoditatem nobis hypothecæ supponere liceat[g]? Et ideo is qui vsumfructum habet, fructuum percipiendorum commoditatem impignerare potest, quemadmodum decimarum percipiendarum commoditas, & alia huiusce modi hypothecæ rectè dantur[h]. Cæterùm quæ in Reipublicæ detrimentum vergunt, hypothecæ dari non possunt[i]. Quare ne ruinis ciuitas deturpetur, conue-

e Bartolus in d. l. rem alienam.
f l. pignoris. ff. de pignoribus.
g l. possessiones. C. de probationibus.
h Iason hic, arg. l. si inter. §. 1. ff. de pignoribus.
i l. rem alienam. & l. aliena res. ff. de pignorat. act.
k d. l. si inter. §. 1.
l l. si eum venditor. ff. de euictionibus. faciunt notata Bartoli in l. de hæreditate. C. de petitione hæreditatis.
m d. l. certi iuris.
n d. l. eo iure vtimur.
o dixi ad §. omnium. supra eodem.
p arg. l. qui restituere. ff. de rei vendicatione.
q hoc textu in versic. quasi Seruiana.
r l. si tibi decem milia. §. de pignore. ff. de pactis.
s l. fructus ff. de g. iur.
t l. 1. §. si eum ex causa. ff. qui potio. in pigno. l. grege. ff. de pigno.
v arg. l. existimo. & l. nemo. ff. de verbo. obliga. arg. notato ad §. idem iuris. supra de inutilibus stipulationibus.
x docto. ad l. certi iuris. arg. notato per Bart. in l. qua dotis. ff. solut. matri.
y l. aliena res. ff. de pigno. actione.
z d. l. aliena res, iuncta ibi doctrina Bart.
a l. rem alienã ff. de pignorat. actione. Barto. in l. si à Titio. ff. de pignoribus.
a Bart. in l. si is qui. §. vlt. ff. de pignoribus.
b arg. l. si quis & l. innitus. ff. de fideicommissariis libertatibus. Bar. in l. si nõ sortem. §. libertus. ff. de cõdictione indebiti.
c toto tit. de iure patron. C.
d arg. notato. per Alciatũ lib. 1. de verbo. signif. pag. vlt. lib. 1.
e Alcia. loco modo allega.
f cap. cum Bertholdus de re iudicata. Rhocus Montius in libello cui titulum fecit De iure patronatus. & c. cum seculum, de iu. patro.
g d. l. si is qui. §. vsusfructus. & §. vlt. de pig.
h Bart. in d. l. si is qui. & vide hic Iaso. numero 104.
i glo. in verbo, vtatur in l. sed an via. ff. de pig. l. necessario. §. vlt. ff. de periculo & commo. rei vend.

niri non poteſt vt vrbanorum prædiorum ſeruitutes pignori hypothecæ ve apud aliquem ſint[k]. Facilè enim eueniret vt vbi ſoluto debito ſeruitutem huiuſmodi nobis auocare concederetur[l], ruinis ciuitas deturparetur. Cæterùm vbi nulla incommoditas ex huiuſmodi conſtitutione ad Rempublicam ipſam redire poteſt, nihil prohibet quo minus huiuſmodi vrbanas ſeruitutes nobis impignerare concedatur, ſicuti etiam & precario concedere[m]. Quod exemplo teſtatoris receptum eſt, qui licet Veſpaſiani conſtitutione[n] columnas ſuarum ædium legare prohibeatur[o]: vbi tamen nulla iniuria ipſi Reipublicæ contingeret, procliuius eſt huiuſmodi legatum conſiſtere[p]. Siue igitur res corporalis ſit ſiue incorporalis, quæ neque Reipublicæ detrimentum, neque perſonam aliquam, ſed tantùm pecuniarum commodum reſpiciat, propè eſt vt pro omnibus illis rebus expreſſa conuentione obligatis actio hypotecaria competat. Neque quicquam retulerit, reſne tradita nobis fuerit, an verò apud debitorem remanſerit. Etenim licet ſono nominis diſtare pignus ab hypotheca iuriſconſulti reſponderint[q], tamen quod ad hypothecariam actionem pertinet, nihil omnino differunt[r]. Ei autem qui quaſi Seruiano agit iudicio, omnia probanda ſunt quæ in Seruiana diximus: & Iaſon hîc multis id ipſum effutiuit: quem qui volet conſulat[s]. Aduerſus autem quemcunque poſsidentem dari ſolet: quippe cùm ea realis ſit, cùm re ipſa ambulat[t]: neque quicquam prodeſt à debitore facta alienatio[v], cùm res ipſa cum ſuo onere ſemper ad alios tranſeat[x]. Hypotheca etenim liberam ipſius rei alienationem impedire ſolet[y]. Venit autem in hanc actionem rei reſtitutio cum fructibus poſt litem conteſtatam percepti ſ[z]. Hæc autem in rem actio eſt, ſicuti iamiam commemoraui: & arbitraria[*] quæ aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem titulo poſsidentem decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes datur[a], ſicut & triginta annorum ſpatio aduerſus eum qui vel bona fide vel titulo caret, protenditur. Nam & contra debitorem vel eius hæredem ad quadraginta annos extendi ſolet[b]: quod communiter omnes ſentiunt[c]. Et hæc quidem de actionibus in rem prætoriis dicta ſufficiant: tantum admonendi ſumus, fideicommiſſariam hæreditatis petitionem[d], quæ ei cui ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituta eſt hæreditas, dari ſolet[e], realem eſſe, ſicut & bonorum poſſeſſoriam hæreditatis petitionem, quæ iis qui iure honorario ſuccedunt, dari ſolet[f]: ídque exemplo petitionis hæreditatis conſtitutum eſt, quæ etſi multas perſonales præſtationes habeat, tamen in rem eſt[g]. Idque aduerſus Nicolai Neapolitani[h] ſententiam procliuius eſſe videtur. Sunt & aliæ præiudiciales in rem actiones, de quibus inferius proponemus[i].

§. In perſonam quoque.

Non tantùm in rem, ſed & in perſonam actiones prætor introduxit, cuiuſmodi eſt actio de conſtituta pecunia[k], déque peculio adiecto[l], & in furtum actio ex iuramento[m]. Pœnales quoque actiones prætor penè multas introduxit[n], de quibus omnibus ſeparatim videndum. Et in primis de conſtituta pecunia: quæ cùm primum locum inter huiuſmodi actiones ſibi vendicet, eius originem paulò altius repetere non fuerit alienum. Origo igitur cõſtituendæ pecuniæ ſic ſe habet. Veteri iure gentium omnes olim cõuentiones naturalem obligationem pariebant[o], omniáque manu regia gubernabantur[p], omniſque conuentio etiã ſi nuda eſſet, ea etiam executionẽ accipiebat. Superuenit deinde ius Quiritum, quo actionum formulę ſunt adinuentæ[q], quóque factum eſt vt nunquam ad incertum illud manus regiæ auxilium decurreretur, ſed vt omnia legitimis modis finem ſuum acciperent. Eo iure conuentiones omnes quæ in aliud ſpeciale nomen contractus tranſeunt, actiones pariunt[r]. Hoc etiam iure inuentum eſt firmiſsimum iuris vinculum, ſtipulatio videlicet

k l. ſi is qui. verſic. iura prædiorum.
l l. penult. C. de pignora. actione. l. ſi enim venditor. circa finem principij. ff. de euictionibus.
m l. 3 ff de precario.
n l. 2. C. de ædificiis priua.
o l. cætera. ff. de legat. 1.
p l. aute. ſub finẽ. ff. de leg. 3.
q l. res hypotheca. §. inter pignus. ff. de pignoribus.
r hoc textu in verſic. inter pignus.
ſ Iaſon hîc numero 56. ad 402. columnas.
t l. actionum genera. verſ. in rem. ff. de actionibus.
v l. ſi debitor. C. de diſtrac. pignorum. arg. l. ex conuẽtione. C. de pactis.
x l. debitorem. C. de pig. l. ſi debitor. C. de diſtract. pigno. & l. ex conuentione. C. de pactis.
y d. l. eſt differentia.
z l. ſi fundus §. in vẽdica. ff. de pignoribus.
* d. §. in vendicatione.
a l. cũ notiſsimi §. 1. iuncta glo. in verbo, ſpatiis. C. de præſcrip. 30. vel 40. ãnorũ.
b toto tit. C. ſi aduerſus creditorem.
c docto. in d. l. cũ notiſsimi.
d tit. de fideicõmiſſaria hæreditatis petitione.
e glo. vlt. hîc.
f toto tito. de bono poſſeſ. hæreditatis petitione. ff.
g l. ſed & ſi lege §. petitio. ff. de petitione hæredita.
h Nicolaus Neapolita. hîc.
i §. præiudiciales. inf. eodẽ.
k §. de conſtituta inf. eod.
l §. actiones. inf. eodem.
m §. item ſi quis poſtulare. infrà eodem.
n §. pœnales. infrà eodem.
o l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur.
p l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. dixi ad §. 1. ſup. l. iuris gẽtium. ff. de pact.
q §. 1. ſup. de verbo. obliga. cõmuniter omnes ad rub. ff. de verbo. obliga.

videlicet, qua nobis vberius ac plenius consultum esse Bart. & alij penè omnes attestantur[f]. Procedente tempore prætores quasdam conuentiones legitimas esse voluerunt[t], ex quibus actiones se daturos polliciti sunt: quod ipsum in constituta pecunia euenisse videmus: quæ quanuis solo consensu atq; ita pacto nudo fieri soleat[v], tamen actionem parit. Causa autem introducẽdę huiusce actionis hæc fuit, quòd cùm plerique pro aliis se soluturos quippiam cõstituerent, atque hi cùm neque ex stipulatu (quippe quod nulla interrogatio accesserat[x]) neq; mandati actione obuinctos se esse (mãdatum etenim obligationem præcedere debet[y], constitutum verò sequitur[z]) diligenti facta actionũ inuestigatione intelligerent, solebant vt plurimum fidẽ frangere: quod prętor contra naturalem æquitatem esse existimans[*] (grauissimũ est enim fidem fallere[a]) vt ipse horum perfidiam retunderet, cõstitutę pecuniæ actionem introduxit, qua eos vt fidẽ promissam liberarẽt voluit adstringere. Atq; ab his initiis probabile est huiusmodi actionem oriri[b]. Erat & nomine receptitia adinuenta[c]: cui locus erat vbi quis debitum rei immobilis, vel eius quæ pondere, numero mensurâve contineretur, constitueret: cuius communionem ideo Iustinianus sustulit[d], atq; in constitutæ pecuniæ actionem transmisit, quòd omnes res pecuniæ appellatione veniant[e], cùm omnia in pecuniam conuerti possint: quòd ex Iustiniani longa illa constitutione[f] satis liquet. Constituere igitur hoc loco nihil est aliud quàm debitorem facere. Est autem constitutæ pecuniæ actio, actio personalis honoraria, qua quis pecuniam quam vel suo vel alterius nomine citra stipulationẽ promisit, soluere compellitur. Nascitur autem, (vt Accursius voluit in glo. in verbo, nullo, isto §.) ex nudo pacto. Licet enim ex regula iuris[g] conuentio nuda nullam pariat actionem, in constituto tamen speciale est vt ex eo actio detur. Cuius rei illa est causa, quia cùm is qui constituit in eo iuuetur, vt ante decem dies obligatione aliqua non constringatur[h], non debet mirum videri si in suum quoque dispendium id introductum esse dicamus, vt contra eum ex nudo pacto actio detur[i]. Sed hæc sententia non immeritò quibusdam displicuit[k]. Etenim cùm in mora modici temporis minimum sit lucrum[l], verisimile nõ est prætorem contra iuris communis regulas constituto vim agendi dedisse[m]. Neque omnino verum eum ante decem dies obligatum non esse, cùm euenisse obligationem constet[n], licet ante decimum diem lex efficaciter agi noluerit. (d. l. promissor.) Nam & in obligationibus puris modicum tempus solutioni indulgendum est (neque enim creditor cum sacco paratus venire debet[o]) arbitratu tamen iudicis definiendum[p], nisi lex tempus illud expresserit, sicut in constituto & in causa iudicati. l. vlt. C. de vsuris rei iudicatę, euenisse videmus. Quare non desunt qui existiment ex ratione & constituto actionem dari, quòd prætor legitimam hanc conuentionem iubeat[q]. quæ sententia omnino non est improbabilis. Commodius tamen esse videtur quod Bartolus quandoque docuit[r] ex constituto actionum ideo dari, quòd iam in contractuum nominatorum album referatur, illa scilicet ratione, quòd in aliud nomen quàm conuentionis, nimirum in nomen constituti abierit. Nec nos quicquã mouerint ea quæ per Iasonem hîc (qui tamen Bartoli sententiæ aliquando accessit[f]) adducuntur. Existimat enim eadem nota fideiussionem nominatis contractibus adscribendam esse, cùm ea nomen elegans sortita sit. cũ tamẽ manifestè cõstet fideiussionẽ non aliâs quã stipulatione cõstitui posse[t]. Hoc enim ex Bar. sententia in d. §. quinimmo, ideo fieri crediderim, quòd conuentiones iuris ciuilis & si nomen habeant, non aliâs actiones producant, quàm si illis stipulatio accesserit. At in conuentionibus iuris gentiũ vel prætoriis aliud est receptum. Si enim aliud nomen sortiantur, actiones pariunt, cùm eo iure naturalem tantummodo æquitatem consideremus[v]. At in iure ciuili strictum illud ius quandoq; cõsideramus. Neque voluit facilè ius ciuile quemquã obli-

f Bar. in l. si vt proponis. C. de cõdictione ob causam. Alciatus in l. si rem. C. de transactionibus.
t ar. l. legitima. ff. de pactis.
v hoc §. de constituta.
x arg. l. post principium. ff. de verbo. obliga. §. praterea inutilis. sup. de inutilibus stipulationibus.
y l. si vero non remunerandi. §. si post creditam. inn. ibi glos. in verbò, rectissime ff. mandati.
z l. receptitia. C. eodem.
* l. 1. §. etenim. ff. de pactis.
a l. 1. ff. eodem.
b Theophilus hic.
c d. l. receptitia. C. eodem.
d d. l. receptitia.
e l. pecunia verbum. & l. pecuniæ appellatione. ff. de verbo. signif.
f d. l. receptitia.
g l. leges. C. de pactis d. l. iuris gentium. §. sed cũ nulla. ff. de pactis.
h l. promissor Stichi. §. 1. ff. eo.
i l. cũ qui. ff. de iureiurãdo.
k communiter docto. hic.
l l. si debitor. ff. de iud.
m ar. l. si quãdo. C. de inoffi. testa.
n Bart. in l. ita stipulatus. ff. de verbo. obliga. Alcia. in l. cedere diem. ff. de verbo. significatio.
o l. quod dixim⁹. ff. de solu.
p l. reatum. ff. de solutio. ar. l. 1. ff. de iure deliberandi. iun. doctrina Bart. ibi.
q ar. l. legitima. ff. de pactis.
r in l. iuris gentiũ. §. sed cũ nulla. vers. igitur nuda.
f in l. si pacto. ĩ 2. notabili. numero 6. C. de pac. idẽ in d. §. sed cũ nulla. idẽ in l. stipulationũ quadam. §. satis acceptio. ff. de verbo. obliga.
t l. Blandit⁹. C. de fideiusso.
v docto in l. ex hoc iure. ff. de insti. & iure.

gari niſi ſi ſtipulatio acceſsiſſet [x]. Eadem omnino ratione aduerſus omnium propemodum ſententiam crediderim & donationem [y], permutationem [z], tranſactionem quoque [*] contractibus nominatis adſcribi debere [a]: licet in pleriſque caſibus ex pacto nudo actionem dari non negemus [b], vt in nautico fœnore [c], & aliquot aliis caſibus, quos Accurſius hîc commemorauit [d], quemadmodum in dote quam maritus ex vi conuentionis nudæ petere poteſt [e]. quod tamen verum non videtur, cùm lex ibi ſtipulationem fingat [f]. Poſtquam ergo conſtat conſtitutum nominatorum contractuum exemplo actionem producere [g], videndum eſt, cui, & in quem competat. Datur ergo creditori cui ex quacunque cauſa aliquid debetur, ſiue id purè fiat, ſiue in diem, ſiue ſub conditione [h]. Priuſquam tamẽ ei demus, multa acceſsiſſe neceſsarium eſt [i]. Et in primis oportet vtroque iure debitum eſſe id quod quis ſe ſoluturum conſtituit, id eſt vel naturali tantùm [k], vel honorario [l]. Ciuile autem debitum conſtitutioni non ſufficit [m], quanuis fideiuſsioni ſufficiat [n]. Et licet in ratione differentiæ magnopere altercatum ſit [o], nobis tamen placet Bartoli ſententia [p], exiſtimantis id quod honorario non item ciuili iure debetur, conſtitui poſſe, propterea quòd prætorio iure non autem ciuili conſtitutum introductum ſit. At fideiuſsio cùm ciuili iure inuenta ſit [q], quid prohibet quo minus eam ciuili obligationi accedere dicamus? Et hac ex cauſa conſtituti vtilitas ſatis apparere poteſt. Si enim debitor pro ſe conſtituit id quod exceptione elidere poterat, vt quia tantùm naturaliter deberetur, vel quia conditionale debitum purè conſtituerit [r], vel quia quis pro alio ſe ſoluturum conſtituit, vtile conſtitutum eſſe fatebimur [ſ]. Illud quoque exigitur, vt citra ſtipulationem quis conſtituat [t]: alioqui hic iure ciuili teneretur, neque prætorio remedio opus haberet [v]. Neque nobis placet Butrigarij ſententia [x] exiſtimantis etiam vbi quis ſtipulationem adiunxerit, de conſtituto agi poſſe, cùm & ex noſtro reſponſo, & ex dictione alioqui, quæ in eo poſita ſuperioribus dictis aduerſatur [y], abundè ea ſententia conuincatur, cùm & tam inter præſentes quàm inter abſentes & ex interuallo ſine vlla interrogatione præcedente conſtitutum fieri ſoleat [z]. Quæ omnia in ſtipulationibus locum non habere plus quàm manifeſtum eſt [a]. Sic & illud neceſſarium eſt, vt quis ſortem principalem, non item pœnam ſe ſoluturum conſtituat [b]. quæ ſententia tamen apud me dubia eſt [c]. Hæc omnia ſi acceſſerint, creditori conſtitutæ pecuniæ actionem dabimus aduerſus eos omnes qui quibuſcunque verbis vel ſuo nomine vel alieno ſe ſoluturos conſtituerint. (Iulius Paulus libro 3. receptarum ſententiarum titulo de conſtituta pecunia.) Sed quanuis lex noſtra [d] generaliter aduerſus omnes conſtitutæ pecuniæ actiónem concedat, id tamen ad eas perſonas quæ obligatione adſtringi poſſunt, referri debet. Illud enim per manus omnium traditùm eſt [e], verba in legibus etiã municipalibus quàlibet generalia ad idoneas tamen perſonas referenda eſſe [f]. Cùm igitur pupillus, is quoque cui bonis interdictum eſt, furioſus itẽ, nec ſuo nec alieno nomine obligari poſsit, conſentaneũ eſt vt nec ipſi conſtituere poſsint [g]. Mulier quoque pro alio non rectè conſtituit, cùm illa Velleiano ſenatuſconſulto iuuetur [h]. Aduerſus igitur eum qui obligatione prohibitus non eſt, eiúſque hæredem [i] conſtituti actionem extendẽdam eſſe verius eſt: in eámque omnia veniũt quæ in perſonales actiones venire ſolent [k]: eáque cùm rei perſecutionem contineat, poſt annum rectè dari poterit [l], ſicuti inferius apparebit [m].

x communiter notatur in d.rub.de verbo.obliga.
y Bar.in l.in adibus.§.1.ff. de donationibus.
z arg.§.item precium.ſupra de contrahen. emptione.
* recentiores ad rubr.C. de tranſactionibus iidem ad §.quinimo.
a arg.d.l.iuris gentium in principio.
b Iaſon latè ad l.lecta.ff.ſi certum peta.
c l.periculi.ff. de nautico fœnore.
d gl.in verbo.nulla.
e l.ad exactionem.C.de dotis promiſsione.
f arg.l.vnica.C.de rei vxoria actione.
g communiter doctores hic contra glo.
h d.l.receptitia ibi, & liceat pro debito puro.
i l.1.§.debitum autẽ.ff.eo.
k d.§.debitum.
l d.l.1.ſub ſi iuncta l.ſeq. ff.eodem.
m l.quòd ſi maritus §.1.ff. eodem.
n l.1.ff.de fideiuſſoribus.§. in omnibus.ſuprà de fideiuſſoribus.
o Iaſon hic numero 33.ad duas propemodũ colũnas.
p in l.1.ſub finem.ff. de fideiuſſoribus.
q nota.in l. ex hoc iure.ff. de iuſtitia & iure.
r l.id quod ſub conditione. ff.eodem.
ſ l.vbi quis.ff.eodem. Vide Iaſonem hic numero 4.
t hoc § ibi, nulla ſcilicet ſtipulatione interueniente.
v arg.l.1.ff. de Publiciana in rem actione.
x Butrigarius apud Iaſonẽ hic numero 22.
y Bart.in l.1.ff.de conditionibus.& demonſtratio.
z l.qui autem.§. vlt. iuncta l ſeq.ff. de conſtituta pecunia.

a §. item verborum obligatio. ſuprà de inutilib. ſtipulationibus. b l.Titius Seio ff.de conſtituta pecunia. Bart.in authen.ſi quando.C.eodem. c l.quidam.ff.eodem.arg.l.Lucius.ſub fi.ff.depoſiti. d hoc § ibi, cum omnibus agitur. e Bartolus & Iaſon in l.fideiuſſor.§.prætor ait.ff.qui ſatiſda.cogan. Gometius hic numero 22. f l.vt gradatim.§.& ſi lege.ff.de muneribus & honoribus. g l.1.§.1.& 2.ff.eodem. gloſſ hic in verbo, cum omnibus. h toto titulo ad Velleianum. i l.1 iuncta authen. ſi quando.C.eodem. k .videamus 2.& l.generaliter ff.de vſuris. l l.in honorariis.vbi Bartolus notat.ff.de actionib' & obligationibus. m dicam in § infrà de perpetuis & tẽporalibus actionibus.

§. Actiones

§. Actiones autem de peculio.

Inter actiones personales prætorias commemoratur de peculio adiectio vel actio [n]. Solet autem vulgò quæri, nunquid illa actionis, an verò adiectionis nomine cōpelli debeat. (glossa hîc in verbo, de peculio.) & plerique existimauerunt eam actionem esse, cùm & in legibus crebrò actionis nomine censeatur. (hoc §. in princip.) Eò tamen frequentius itum est, vt sit quædam adiectio quæ aliis actionibus solet adiungi [o]. Nam & lex [p] mandati de peculio actionem aduersus patrem dandam esse dicit: id quod & in aliis omnibus eiuscemodi actionibus quę vel pro seruorum vel filiorumfamilias contractibus dari solent, obseruari consueuit [q]. Ex eo quoque colligitur eam adiectionem esse, quòd modò minori, modò longiori tempore circumscribatur [r], nimirum secundum actuum naturam cui adiungitur. Vnde & illud relinquitur, eā modò bonæ fidei, modò stricti iuris esse [s], pro varietate scilicet actionum quibus accedit: idque aduersus Bartoli sententiam [t] receptius esse videtur. Cùm igitur eam adiectionem esse constet, sic eam finiri posse crediderim, vt sit in personam adiectio honoraria, qua dominus vel pater pro filij sui vel serui contractu peculiò tenus conuenitur. Nascitur autem hæc adiectio ex contractu filij vel serui. Licet enim seruus, quod ad ius ciuile pertinet, obligari nequeat [v], patrem quoque pro filio non teneri legibus constitutum sit [x], (omnia etenim quæ gerimus, nisi initium à nostra persona accipiant, inanem actum nostrum efficiunt [y]. at filij vel serui consensu à patris vel domini consensu alius est) iure tamen honorario receptum est [z], vt illi peculiò tenus conueniantur [ɔ]: illa scilicet ratione, quòd & ex concessione peculij videntur quodammodo iis quos in potestate habent tacitè mandare vt contrahant [a]: & quia huiusmodi pręsumptus consensus ad vires peculij protenditur, ideo limitatiuè (vt verbo doctorum vtar) id est peculiò tenus patrem vel dominum obligari responsum est, quatenus peculium patitur: adeò vt & si pater filium cōtrahere prohibeat, nisi tamen peculium ademerit, eum adhuc obligari dicamus [b]: ne scilicet sua voluntas quā lex tacitè colligit prohibitioni suæ repugnare videatur [c]. Et cùm hæc actio ex filij vel serui contractu oriatur [d], cōsequens est eam in personam esse, licet effectu realium actionum naturā eam sapere Cynus quandoque docuerit [e]. Ei autē qui vel cum filio vel seruo contraxerit, hæc actio dabitur aduersus patrem dominúmve, non quidem in solidum, sed quatenus peculium patitur. Cúmque lex nostra in eo peculio quod pater filio concessit loquatur, consentaneum visum est in peculio profectitio eam tantummodo accipere [f]. Etenim in castrensi peculio filiusfami. tanquam paterfamilias conueniri debet [g]. Ex causa quoque aduentitij peculij patrem veluti legitimum administratorem conueniendum esse respōsum est [h]. Cæterùm vbi à creditore pater vel dominus conuenti sunt, deducent in primis id quod sibi naturaliter debetur: quódque iis quos in potestate habent, per seruum vel filiumfami. debetur [i]. Sed id quod pater filij ex delicto damnati nomine soluerit, nunquid deducere potest? Et si quidem filius peculium aduentitium habeat simul & profectitium, non videtur illud ipsum deduci posse [k], cùm de peculio aduentitio patrem soluisse existimādum sit [l]. Vbi autem filius iste nullum peculium habebat, & pater huius nomine aliquid soluerit quod ex causa delicti descendebat, si quidem pater ad id necessitate adigebatur, vt quia vel consuetudo vel legis municipalis authoritas ita suaderet: id omne vel à fratribus repeti poterit [m]: cùm in necessitatibus nemo liberalis existat [n]. Id autem quod pietatis intuitu factum est, vt quia vel filium à latrunculis captum [o], vel qui in vinculis ius dicebat redemerit, id nec à patre nec à fratre repeti posse Barto. respondit [p]: cuius sententiam communiter omnes sequuntur. Et cùm ex filiorum contractibus patrem obligari di-

B. iiij.

n §. in personā. sub fi. sup. eo. Quid autē sit peculiū, vide l. peculiū. & l. deposit. § peculiū sūctis duabus ll. sequen ff. eo.
o l. 3. §. cui congruit. ff. de peculio.
p d. versi. cui congruit.
q infrà tit. proxi.
r l. cùm post mortē. ff. quādo de pecu. act. anna. est.
s Faber hic.
t Bar. in l. 1. ff. eo.
v l. quod attinet. ff. de reg. iuris.
x rubri. ne filius pro patre. C.
y l. quæcūque gerimus. ff. de actio. & obliga.
z l. 1. ff. eo.
ɔ l. si quis cū filiofa. ff. eo.
a Bar. in l. 1. 2. columna. ff. de peculio.
b l. si quis seruum §. vlti. ff. eodem.
c arg. l. 1. C. de furtis.
d l. si quis cum filiofa.
e Cynus in l. dominū per seruum. C. quod cum eo.
f arg. l. profectitia. ff. de in. dotium.
g l. 2. ff. ad Macedo. l. 4. §. 1 ff. de castrensi peculio.
h l. 1. C. de bonis maternis. glo. nota. & ibi Barto. in l. pater qui castrensia. ff. de peculio.
i d. l. dominū per seruum. nota. C quod cū eo. & l. fratre. per Barto. Sociniū, & Iaso. in decimo nota. ff de condic. indebi. l. peculium antē ff. eo.
k Bar. in l. 1. ad §. si cum. nu. 23. ff. de peculio.
l arg. l. Nesennius Apollinaris. ff. de nego gestis.
m arg. l. hæredes. §. filius. ff. famil. herciscundæ.
n l. rem legatam. ff. de adimen. legatis.
o l. liber captus. C. de capt.
p in d. l. Stichus.

camus,nunquid id quibuslibet contractibus accipiendum erit? Et id quidem videtur, præterquam in contractu mutui: licet in seruo aliud receptum esse videamus. Hic enim ex omnibus contractibus dominum suum obligare solet [q]. Differentiæ ratio in eo est,quia mutuò quod filius cótraxit,obstat Macedoniani senatusconsulti authoritas [r]: quæ cùm eo nomine inducta sit, ne alieno ære onerati filij vitæ parẽtum insidientur [ſ], quò illorum successionem accipiant: in seruo locum habere non potest,quem lege ciuili successionum omnium incapacem esse constat [t]: qua de re paulò inferius plura proponemus [v]. Sed & si quasi contraxerit filius vel seruus,dominus vel pater rectè de peculio obligantur [x]. Sed quid si deliquerint? Et verius est eos non obligari [y]. Pater enim concedendo peculium,non videtur filio permisisse vt delinquat,cùm in generalem administrationem illud quod illicitum est,nunquã venire certum sit [z]. Et ideo si filiusfa. ex publica condemnatione facultatibus omnibus exuatur,peculium aduentitium ea condemnatione non continebitur [a]. Si enim peculium castrense patri relinquimus, cùm in eo nihil iuris habeat [a],quanto magis peculium aduentitium illi relinquemus,cùm in eo pater vsumfructum habeat [b]? sicut & in patre dicimus peculium profectitiũ ob illius delictum filio adimendum non esse.(l.3.§.sed vtrum.ff.de minoribus.) Immo nec vsumfructum peculij aduentitij publicandum esse censuerim,cùm vsumfructum capitis diminutione finiri constet.(§.finitur.suprà de vsufructu.)Eadem omnino ratione si lege municipij constitutum sit patrẽ ex delicto filij teneri,deinde alia eiusdem municipij cóstitutione contumax pro conuicto habeatur: si filius furti accusatus edictis tribus ad iudiciũ euocatus adesse nolit, deinde in eum sententia feratur, in peculium executioni mitti non peterit [c]. Simili modo nec pater quartam iure naturæ filio debitam, (l.cùm ratio.ff.de bonis damnatorum.)persoluere tenetur,quando eiusdem filij bona propterea quòd vltimo supplicio affectus esset,publicata sunt.(l.1. §.si impuberi.ff. de collatione bonorum. iuncta l.si arrogator.ff. de adoptionibus.& §.cùm autem.suprà de adoptionibus.)Relinquitur ergo patrem ex filij delicto nec de peculio teneri posse, nisi quatenus peculium locupletius factum est [d]. Sed nunquid pater lege municipali ex delicto filij conueniri poterit? Et id quidem videtur.Cùm enim pater pro filij delicto cóuentione expressa sese obligare posit, poterit & pro lege municipij constringi: cùm id quod conuentione fit,legibus quoque fieri posit [e]. Sed huiusce legis constitutio in pecuniaria tantummodo pœna locum habebit [f]: alioqui pro corporali pœna pater obligari non poterit,etiam si nominatim de ea re cóueniat [g], quod multis exemplis hîc probat Iason, quæ ab eo perdiscere operæpreciũ est [h]. Et cùm ea quæ de seruis hîc iure nostro traduntur,in monachis locum habeant [i], consequens est vt & in abbatem qui suo monacho rei alicuius administrationem concesserit, hanc actionem protendamus. (Iason hîc in primo notabili post Fabrum.) Súntque & aliquot aliæ actiones quæ in eos qui alios in sua potestate habent, dari consueuerunt: quas intempestiuè Accursius [k] & Iason hîc exequuntur: cùm illis Iustinianus peculiarem titulum fecerit, sicuti inferius apparebit [k]. In hanc autem de peculio adiectionem veniunt ea omnia quæ personalibus actionibus accedere solent [m]. Huiusmodi autem actio cessat mortuo filio vel seruo [n], vel alio quouis modo emancipato [o]. Cuius rei illa est causa, quòd paterfamilias peculium habere non potest [p]. Permittitur tamen creditori adhuc intra annum à filij morte, vel emãcipatione aduersus patrem experiri [q]: ídque eò maximè, quando actio temporalis est:alioqui perpetua in patrem perpetuò competet [r]. Hæc autem actio in personam est, eáque pro actionum varietate quibus adiungitur, modò in longius,modò in recisius tempus protenditur [ſ].

q arg.l.etiã.ff.de acqui.re.domi.not.in l.seruus vetante dño.ff.de ver.obli.
r l.si seruus tuus.C.ad senatusc͠osultum Macedo. l.sed & si.§.non solum.ff.ad Macedo.
ſ §.illud autẽ.infr.si.pxi.
t l.quod attinet.ff.de reg.iur.iũcta l.testamẽti factio.ff.de testamen.
v Dicam in d.§.illud.
x l.si filiusfamilias.ff. de nego.gest.
y Lex pœnalibus.ff.de reg.iuris.
z arg.l.si procurator.circa mediũ.& ibi Barto.not.ff. de condict.indebi. & latè notat Bar.in l.3.§.si procurator.ff.quod quisque iuris.
a arg.l.3.C. de bo.proscri.
a §.vlt.sup.de milit.testa.
b §.1.sup.quib.nõ est permi.face.testamen.
b §.igitur.& §.seq.sup.per quas perso.no.acqui. Aretinus hic,Iason numero 62.
c Barto.in quæstione 3.incipiente,Perusinę ciuitatis statuto. Idem in l.cum filiusfa.sub finem.ff.de verbo.obli.arg.l.si ideo.ff.de euictio.
d l.3.§.ex furtina.ff.de eo.
e l.vlt.ad fin.C.de fideius.arg l.non impossibile pu eo.vbi Bart.no.ff.de pac.
g glo.in ver.suppliciũ.in cano.sũ homo.13.q.5.
g arg.l.liber homo.ff.ad le.Aquiliam.
h faciunt notata Bart.ad l.1.§.vsque adeò.ff.de iniuriis.
i Innocen.in ca.cũ olim.de priuilegiis.Bart.in l.1.§.si fructuarius.ff.de stipu.seruorũ.Bal.in l.seruos.C.commu.de success.
lz in glo.magna.
l in tit.proxi.vbi dicam.
m l.videam⁹ generaliter.ff.de vsuris.
n l.si ex alio contractu.C.quod cum eo.
o l.1.ff.quando de peculio actio annalis est.
p l.paterfa.ff.de verb.sig.
q d.tit.quando de peculio actio annalis est. r l.cùm post mortem.illo tit.ff.quando actio. ſ d.l.cùm post mortem.

§. Item

§. Item si quis postulante.

Tertium exemplum actionũ personalium quæ ex prætoris iurisdictione descenderunt, in actione in factũ quæ ex iuramento oritur, cõsistit. Hæc autem sic finiri potest, vt sit in personam actio, qua is qui iurandi conditione sibi delata iurauit, eum quo cum agitur, ad debiti solutionem impellere potest. Hanc autem actionem, cùm ea personalis sit[t], ex quasi contractu descendere Angelus existimauit[v]. Etenim vbi quis delatum iusiurandum statim susceperit, quidam quasi contractus inter eum qui detulit, & suscipientem, celebratus esse videtur: quod huiusmodi actionem in factum parit. Ei autem competit hæc actio, qui iurauerit[x]. Oportebit autem conditione iurandi delata iurare[y]. Si enim reus iurauerit nemine ei iusiurandum deferente, prætor id iusiurandum non tuebitur. Sibi enim iurauit[z]: alioqui facillimè quisque ad iusiurandum decurrens, nemine sibi iusiurandum deferente, oneribus probationum se liberaret. Censuit tamen Faber[*] etiam iuramento quod quis suapte sponte præstiterit, standum esse, vbi in iurantis detrimentum vergeret[a]. Idem & si quis iuramentum istud quod sua sponte præstitũ, partim in iurantis vtilitatem, partim in incommoditatem eius contra quem iuratur, vergit, comprobet. Neque enim quisquam quę pro se faciunt approbare potest, nisi & ea quæ sibi incommodatura videntur, approbauerit[b]. Quod exemplo confessionis receptum est[c]: quæ si vnum & idem capitulum, aut si plura connexa tamen continet, pro parte repudiari non potest[d]. Et cùm dictum sit, conditione delata iurandum esse, probabiliter dubitari potest, nunquid is cui iuramentum defertur, iurare cõpellendus est. Et si quidem expressa partium conuentione decisum sit rem ipsam iureiurando terminari, procliuius est vt iuramentum recusari nequeat. Iusiurandum etenim quod ex conuentione extra iudicium defertur, referri non potest[e]. Similiter vbi quis per iudicem iurare cogitur, huic omnino vt iuret necessitas est[f]. Idem erit vbi aduersarius iudice comprobante iusiurandum detulit. Manifestæ etenim turpitudinis arguendus est qui nec iurare nec iuramentum referre velit[g], etiam si nihil omnino ab aduersario probatum est[h]: nisi si proponas causam aliquam propter quam recusare velis[i]. Quid enim si quis ideo iuramentum recuset, quòd iam is videat actorem iusiurandum deferre non potuisse, vt quia vel pupillus vel prodigus esset[k]? Qui item si is cui defertur, iuramento præstando idoneus non sit[l]? Certè iuramentum tunc licitè recusari poterit. Sunt & aliæ recusationum causæ, quas apud Barto. quilibet legere potest[m]. Ei quoque actionem hanc dari certum est, cui cùm neque iurasset, ab aduersario iuramentum remissum est[n]. Etenim quod ad iuramentum litis decisorium (non idem est in iuramento quod contractum confirmat[o]) pertinet, parem omnino vim habent, vel iurare, vel iuramentum remissum esse[p]. Remittit autem iusiurandum, quod deferente se cùm paratus esset aduersarius iurare, gratiam ei facit, contentus sua voluntate iurisiurandi[q]. Is quoque remisisse videtur, quem iuramenti ab aduersario accepti citra vllam causam pœnitet[r]. Remittenti etiam similis est, qui processit ad delationem iurisiurãdi, nec prius de calumnia iurare velit[s]. Et hæc quidem omnia locum habent in eo iuramento quod sine causa præstitum est. Idem & si causa expressa quis iurauerit, quod vulgus doctorum firmiter iurare dicit. Tunc enim receptum est, vt & in factum & vtilis ex eo contractu actio ei qui iurauerit concedatur[t]. Licet enim hæc vtilis quæ à lege ciuili descendit, sufficere posse videatur, cùm ea sit ordinario iure introducta[v]: non est tamen iniquum ad hanc in factum actionem decurrere, cùm & eâ nobis plenius consulatur[x], vt quæ nos oneribus probationum liberet[y]. Hæc autem vtilis ex cõtractu actio tam iuranti, quàm ei qui iusiurandũ detulerit, commo dare potest[z]. Finge enim quẽ iurasse sibi deberi centum ex causa venditionis:

t §. in personam. supra eo.
v Angelus Perusinus in l.1. C. eo.
x l. non erit. vers. 2 ff. eo.
y l. ait prætor. 1. ff. eo.
z gl. hic in ver. postulãte.
* Faber in d. glo postulãte.
a arg. l. de ætate. § qui interrogatus. ff. de interrogationib⁹ in iure facien.
b l. publia. §. Titius Sempronio. ff. depositi.
c Bar. in l. Aurelius Symphorinus. § idem quæsiit. ff. de libera. lega.
d Vide omnino Barto. loco modò allegato.
e arg. l. sicut. C. de actioni. expresso textu in l. iusiurandum quod ex cõuentione. ff. eo.
f in cap. vlti. de iureiur. notat. in l. generaliter. §. sed iuramento. versi. sin autem. C. eo.
g l. manifestè. ff. eo l. delata. C. eo.
h Castrensis in l. admonendi. & in l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait prætor ff. eo l. vlti. C. de fideicommis. l. vlti. § licẽtia. 2. C. de in. deli. cõtra Panormitanum in cap. vlt. §. sanè. eodem extrà.
i d. l. generaliter. versi. sin autem.
k l. tutor. §. 1. ff. eo.
l d. l. iusiurandum & ad pecunias. §. si pupillo.
m Vide Bart. in d. l. manifestè. sub fi. sui cõmentarij.
n arg. l. nõ erit §. vlti. ff. eo.
o Cynus in authẽ. sacramẽta puberum. C. si aduersus venditionem.
p l. remittit ff. eo.
q d. l. remittit.
r l. si quis iusiurandũ. & ibi notatur. C. eo.
s l. si non fuerit. ff. eo.
t Ias. hic nume. 47. contra glossam. in verbo, deberi in initio.
v arg. l. 1. ff. de Publi. arg. l. in causæ. 2. ff. de mino.
x arg. l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nautæ caupo. stabu.
y l. 3. ff. eo.
z l. si duo. §. si quis iurauerit. & §. Marcellus ff. de iureiurando.

hic etiam ex vendito actione ad pretium rectè conueniri potest[z]. Et hæc quidem in personalibus actionibus sic se habent. Idémque existimo dicendum esse in realibus actionibus, siue quis causa expressa, siue non expressa iurauerit. Semper enim vtilem rei vendicationem habere poterit[a]. Cuius rei illa est causa, quia cùm in reali vna tantummodo causa sit[b], nimirum dominium, semper ad huiuscemodi causam ratio haberi videtur. Paria etenim sunt aliquid in specie expressum esse, vel in genere, quod tamen ad vnam speciem referri potest[c]. At cùm personalis actio ex variis causis proficisci soleat[d], causam exprimere conueniet: alioqui semper informiter iuratum esse existimabimus. Quæ omnia obseruanda erunt in actore iurante. Etenim si is qui cum agitur personali actione, iurauerit, ei tantùm exceptio debetur[e]. Idem & vbi conuentus reali actione iurauerit rem petitoris non esse[f]. Quòd si hic rem suam esse iurauerit, propè est vt ei in rem actionem aduersus eum tantùm qui iusiurandum detulit, competere dicamus[g]. Et cùm non sit nouum, vt cótra quempiam plures actiones alicui concedamus[h], consequens est vt vbi post iuramentum sentétia lata est, & iudicati actionem[i], siue vt vulgus doctorum voluit, in factum actionem[k] ex iudicato descendentem iuranti accommodemus, quod Accursius hîc rectè animaduertit[l]: neque quisquam est qui dissentiat. In eum autem dabitur actio ex iuramento descendens, qui iusiurandú detulit[m], eiúsque hæredem[n], siue quis vtili personali experiatur, siue reali, quando ab eo qui dominus erat, per suum sacramentum rem auocauerit[o], siue hic à non domino bona fide rem sibi traditam acceperit. tunc enim Publiciana aduersus eum solum qui iusiurandum detulit, locum habet[p]. Neque enim debet alij nocere, quod inter alios actum est[q]. Et cùm iuramenti vim non modicam esse constet (habet enim, instar sententiæ, executionem paratam[r], sicut & acceptilationis[s], vel solutionis aut nouationis seu delegationis vim[t]) quãdoque etiam actionem, alioqui temporalem perpetuam facit[v]: nonnunquam & contractum alioqui inutilem firmissimú facit[x]: & vbi obligationi quæ in faciendo est, iuramentum accessit, quis vel id quod nostra interest præstando non liberatur[y]: plerumque & iuramentum habet vim repetitionis ab intestato[z]: súntque illius complures effectus, quos alij iustis commentariis non indiligenter persecuti sunt[&]: consentaneum est vt etiam id super quo iuratum est petamus, neque scrupulosius an debeatur nécne disputemus. (l. non erit. §. dato. ff. eo.) Illud enim traditum est, de periurio post iuramentum minimè quærendum esse. (l. de periurio. ff. de in litem iurando.) Quod tamen intelligendum est modò ex hocce iuramento nulla ad alium redeat incómoditas. (l. si duo patroni. §. vlti. ff. de iureiurando. Nam & tum de periurio criminaliter disputari posset. (l. vlt. iúcta ibi glo. ff. de crimine stellionatus. Iason in §. modò allegato.) Sed quid si huiusmodi periuriú in nullius detrimentú vergat? Et si quidem non improbato iuramento iuratum sit, iurisiurãdi contempta religio Deum vltorem habebit[a]. Sic & vbi quis ex recepta quadam & praua consuetudine in Deum manifestè blasphemus esse cœperit, hic pœna capitis puniri potest[b]. Hęc auté actio cùm in personã sit[c], ea omnia cótinebit, quæ personalibus actionibus accedere consueuerunt[d].

§. Pœnales quoque actiones prætor multas.

Postquam Iustinianus multa de actionibus quibus rem ipsam persequimur disseruit[e], progreditur nunc ad eas actiones, quæ, quòd pœnam continent, pœnales esse dicuntur. Pœnã autem quãdoque vtrinque persequimur, vt in actione furti[f], nonnunquam ab altero tantùm, vtpote à reo, sicut in lege Aquilia euenire solet[g]: nonnunquam ab actore: pœna tantummodo consideratur[h], sicuti paulò pòst Accursius copiosè disputauit[i]. Ostendit igitur

z d. §. si quis iurauerit.
a l. nã posteaquam. §. vlt. ff. eodem.
b l. & an eadẽ. §. actiones. ff. de excep. rei iudicata.
c arg. l. 1. & 2. ff. de libe. & posthu. ar. §. nominatim. sup. de exhæred. libe.
d d. § actiones. not. in cap. significantibus. de libelli oblatione.
e l. nã posteaquã. §. iureiurando. ff. eo.
f l. sed & si possessori. ff. eo.
g d. l. sed & si possessori.
h l. non est nouum. ff. de actio. empti. l. cũ filium. §. variis. ff. de lega. 2.
i l. miles §. iudicatum. ff. de re iudicata.
k communiter docto. in l. actori. C. eo.
l glos. hic in verbo, non illud. sub finem.
m l. non erit. § dato. ff. eo.
n l. quia non debet ff. eo.
o d. l. sed & si possessori.
p l. eũ qui. §. si petenti. ff. de Publi. contra glos. hic in verbo, deberi. circa fi.
q d. l. quia. rubri. res inter alios acta.
r l. post rem iudicatam. ff. de re iudicata. Barto. in l. 2. ff. eodem.
s l. iusiurandum à debitore exactum. ff. eo.
t l. qui iurasse. §. vlt. iũctis duabus ll. sequen. ff. eo.
v l. nam & postea. §. si is qui temporali. vbi Bart. notat. ff. eo.
x authen. sacramenta puberũ. C. si aduersus vẽdi.
y glo. in verbo, necesse habeat. in l. si pecuniam. ff. de condict. ob causam.
z l. cùm paterfami. masrem. ff. de legat. 2. Vide Barto. in l. si quis pro eo. ff de fideiusso.
& Antonius Petru. in libello cui titulus est, De effectibus iuramenti.
a l. 2. C. de reb. credit. & iureiurando.
b authẽ. vt nõ luxuriẽtur homines cõtra naturam.
c §. in personam. suprà.
d l videamus generaliter. ff. de vsur.
e à pricipio huius tituli hucusque.
f l. si pro fure. §. 1. ff de condict. furtina.
g l. item Mela. §. sed si seruum plures. ff. ad le. Aquiliã.
h l. & generaliter. §. vlt. iũcta l. 1. ff. de calum.
i Vide glo. in ver. codictio. § rei persequẽda. inf. eo.

tur

tur Iustinianus ex prætoris iurisdictione actiones non tantùm rei persecutorias, sed etiam pœnales introductas esse, cuiusmodi sunt albi corrupti actio, & aliquot aliæ actiones: de quibus separatim videndum. Et in primis quod ad albi corrupti actionem pertinet, sciendum est album tabulam esse albo colore inductam, in qua prætores edicta sua proponere solebāt[k], id quod Græcis λεύκωμα dicitur[l]. Igitur albi corrupti actio nihil aliud est quàm in personam actio, qua is qui prætoris album corruperit, ad quinquaginta aureorū pœnam populari actione conuenitur. Nascitur autē hæc ex maleficio[m]. Delinquit enim, atque prætoris maiestatem contemnere videtur, qui edictū prætoris mutat aut euertit. Et hæc actio cùm popularis sit[n], cuilibet è populo datur[o] in eum qui edictum prætoris corruperit. Oportet autem illud edictum perpetuum esse & generale[p]. Et ideo qui citatorium edictum corruperit, huiusce edicti pœna non constringetur[q]: sed prætor ei pœnam pro suo arbitratu potest irrogare[r]. Quin & illud edictū in Reipublicæ vtilitatem vergere debet[f]. Quare si quis eorum qui propter maleficia sunt deportati, statuam detraxerit quæ in illorū ignominiam in aliquo loco publico posita erat, hic edicti pœna mulctabitur[t]. Non idem erit si statua in illorum honorem posita esset. Nam vnicuique impunè illam detrahere conceditur[v]. Sic etiam qui tabulam æneam leges aut agrorum mensuram continentem euerterit, peculatus pœna tenebitur[x]. Similiter & qui tabulam aut chyrographum nostrū vel euertit vel surripuit, duplicata eius quod nostra interest pœna mulctabitur[y]. Ei autem falsi pœnam irrogandam esse placuit[z], qui vel principis, vel summi pontificis literis aliquid detraxerit[a]. Qua pœna & is qui litem suæ fidei commissam aduersario ostenderit, rectè punietur[a]. Et cùm lex dicat, Si quis id quod: consequens est vt & ad mulieres extendatur, illa scilicet ratione, quia hoc verbum si quis, tam masculos, quàm fœminas complectitur[b], Neque absurdum est vt in pœnalibus masculinum concipiat fœmininum. Idque eo maximè, quando pœnalis illa constitutio viris & mulieribus ex æquo conuenire potest[c]. Neque omnino de pœna, sed potius de Reipublicæ fauore hoc loco agatur[d]. Serui & filiifamilias verbis edicti continentur, (d.l. si quis id quod. versic. serui.) qui si pœnam lege comprehensam persoluere nequeant, in corpus torquendi sunt. (arg.l. vlti.ff. de in ius vocando. & d.l. si quis id quod.ibi, corpus torquendum.) Oportet autem dolum malum corrumpentis accedere. Vix enim maleficium sine dolo esse potest. (d.l. si quis. versi.doli.) Et ideo qui vel imperitia, vel rusticitate ingenij, vel ab ipso prætore iussus[e], album corruperit, hic edicti verbis non tenebitur. Quælibet enim iusta immo iniusta causa[f] à dolo excusat. Et cùm in delictis tam mandans, quàm mandatarius similitudine supplicij puniantur[g]: consequens est vt & si quis mandatum alterius secutus album corruperit, hic similitudine supplicij cum mandante puniatur, modò vtriusque dolus detegi possit[h]: alioqui vbi quis sine dolo malo fecit, alius verò dolo malo mandauit, mādans tenebitur solus. Pœna autem huiusce edicti est quinquaginta aureorum: licet plerique quingētorum quinquaginta aureorum esse existiment. Magis est tamen vt benigniorem hanc sententiam sequentes[i], quinquaginta aureorū pœnam statuamus[k], quæ & agentis commodis applicari debet[l]. Etenim quotiescunque lex actionem aliquam introducit, id quod petitur, agenti cedere solet[m]: cùm nihil aliud sit actio, quàm ius persequendi in iudicio quod sibi debetur[n]. Sed quid si plures dolo malo album istud corruperint, nunquid ab vno tantùm pœnam exigere debemus? Et iurisconsultus respōdet[o], ab vnoquoque in solidum pœnam petendam esse. Receptum est enim, vt vbicun-

k Alciatus lib. prætermissorum 2. in dictione, album.
l Budæus in cōmentariis linguæ Græcæ, pag. 159. & in l.2.ff.de eden. vbi albū dicit vulgò matriculam, à quibusdam matricem, ab aliis pictatiū, & Græcè etiam λευκωματικὸν γραμματεῖον appellari.
m arg.l.si cui.ff.de verbo. signifi.
n l.si qs id quod.ibi, quod iudicium populare est.ff. de iurisdi.om.iudi.
o arg.tit.de popu.actio.
p d.l.si quis id quod perpetua, &c.
q Barto. in d. l. si quis id quod. contra glos.hic in verbo, ex albo.
r arg.l.1.§.expilatores.ff. de effractorib⁹.arg.l.1 ff. iure delibe.
f Bart in d.l.si qs id quod.
t communiter docto.hic.
v l.eorū.vbi Barto.not.ff. de pact.arg.l.3.C.de offi. rectoris prouinciæ.
x l.qui tabulam.ff.ad le. Iuliam peculatus.
y l.qui tabulam.vbi Bar. not.ff.de fur.
z l.Paulus. vbi Bart.not. ff. ad legem Corneliam. de falsis.
a notat.in cap.2.de crimine falsi. not.in cap.olim. de rescriptis.
a l.1.§.si qui deposita.ff. de falsis.
b l.1. vbi Barto.not.ff.de verbo.signifi.
c l.si quis in tantū.C.vnde vi.l.si quis.C.de furtis & seruo corrup.Castrensis in d. l. si quis id quod.
d arg.notatorū per Bar.in l. quēadmodū.circa medium.C.de agrico.lib.11.
e l.non videtur.§.qui iussu ff.de regu.iuris.
f l.igitur.§.potest ff.de liberali causa.
g arg.nota.per Barto.in l. si quis mihi bona.§.præter Scio.ff.de acqui.hæredi.
h d.l.si quis sub finem.
i arg.l.si præses.& l.interpretatione.ff.de pœnis.
k communiter doctores in d.l.si quis.
l arg.not.per Barto in l.Agraria.ff.de seruo corrupto.
m Iason in §.omnium. suprà.
n l.nihil aliud.ff. de actionibus.
o l.adeo.ff.de iurisdict.omnium iudicum.

que pœnali iudicio agitur, aduersus omnes in solidum pœna committatur [p]: quod obtinet vbi pœnalis actio ex delicto descendit [q]. Vbi enim ex quasi delicto descendit, receptum est vt vbi plures quasi deliquerint, pœnam ab vno exactam ab alio repetere non possimus [r]. Eodem modo vbi actio pœnalis est ex parte rei tantùm, ex parte verò actoris rei persecutoria: constitutum est vt semel tantùm pœnam exigere possimus [s]: cùm rei restitutione facta, iam nostra interesse desierit [t]. Hæc autem actio cùm pœnalis sit & prætoria, intra annum tantùm dabitur [v], id quod in pœnalibus actionibus honorariis regulare est [x]. Quæ enim à lege ciuili descendunt accusationes, actiones quoque, solent perpetuò competere [y], sicut & omnes quibus rem persequimur, siue illæ omnes honorariæ sint, siue ciuiles, modò si honorariæ sint, cótra ius commune non dentur [z]: quod infrà latius patebit. Et hæc quidem de albi corrupti actione dicta sufficiant. Iam ad reliquas alias pœnalium iudiciorum actiones progrediamur. Magnam quidem reuerentiam debent liberti patronis propter summum illud libertatis beneficiũ quod à patronis consecuti sunt [*]: quemadmodum vicissim liberos parẽtibus summum honorem impendere æquum est, cùm ab illis ortum acceperint: sed bona huiusce reuerentiæ pars in eo consistit, vt illis nunquam aliàs nisi impetrata venia parentes vel patronos in ius vocare liceat [a]. Prætor enim edixit [b], Ne quis patronum aut parẽtem in ius sine permissu meo vocet: quòd si cõtrà fecerit, quinquaginta aureorum pœnam luito [c]. Liberi igitur parentes in ius vocare prohibentur. Sed quomodo parentes accipiemus? Et Vlpianus [d] parentes vtriusque sexus accipit, idque in infinitum. Licet enim ad tritauum tantùm parentis appellatio protendatur [e], superiores autem sint maiores, honestius tamen est vt in infinitum protendatur [f]. Quinimo & si mulier sit quæ filium vulgò conceperit, ab eo tamen in ius non impetrata venia vocari non potest [g]. Parentes quoque naturales in ius vocare nemo potest [h]: cùm omnibus his æquam reuerentiam debeamus: & eos plerique [i] lege Pompeia quæ in parricidas lata est, contineri existimant. Adoptiuum quoque patrem in ius vocare nemo potest [k]: id quod etiámnum hodie (quo tempore non tam facilè in adoptiuam familiam quis transire solet) receptum est, cùm non tam potestatem quàm reuerentiam prætori in consideratione fuisse certũ sit [l]: id quod aduersus Fabri sententiam probabilius esse videtur [m]. Existimauerũt autem nonnulli [n] ea quæ de parentibus hîc dicuntur, in cœnobiarchis intelligenda esse, vt nec hi à suis monachis in ius citra veniam vocari possint. Quod & ad defensores ciuitatum producendum est. Hi enim patriæ parentes esse existimantur: & ideò nec Respublica, nec princeps sine venia in ius vocari poterit [o], quod & in eo qui nomine nostro in baptismo fideiusserit, intelligendum est. Hic enim mysticus pater esse creditur [p]. Censuit quoque Aretinus idem in professore dicendum esse: cùm & hic iurisdictionẽ Federici constitutione habeat [q]: & maiores nostri professores sancti parentis loco esse voluerunt. Cæterùm vitricus, nouerca quoque, edicti verbis non comprehenduntur [s], illa (vt verisimile est) ratione, quòd huiusmodi secundæ nuptiæ vt plurimum priuignis exitio esse soleant, iámque odium nouercale tritum sit vulgi sermone prouerbiũ. Sic & beneficiarius cliens dominum suum in ius vocare potest [t], præterquã vbi de beneficiario fundo inter eos iudicium redditur [v]. Ab eo quoque qui sacrarum ædium curam gerit, patronum ecclesiasticum hac solennitate inobseruata vocari posse constat [x]. Sed quid in parocho? Et cùm hic operam suam omnibus præbeat, citra huiusmodi solennitatem ad iudicium vocari potest [y], quæ sententia tamen apud me dubia est. Illud autem in summa annotandum erit, ea quæ de filiis hoc loco dicuntur, in emancipatis tantummodo locum habere. Etenim lis nulla cum filiisfamilias parentibus esse potest [z], præterquam in castrensi [*] aut quasi castrensi peculio,

p l.1.C.de condict.furti.
q l.si pro fure.§.1.ff.de cõdict. furtiua.
r Ias.hic num.26. & gl. nota.in l.& quidẽ.ff.de his qui deiece.vel effu.
s l.1.§.si plures.ff.de eo per quem fact.erit.
t d.§.si plures.
v §.1.inst.de perpetuis & tempo.actio.
x l.in honorariis.vbi Bar. notat.ff.de actio.
y l.querelam.C.de falsis.
z d.l.in honorariis.§.sed cùm rescissa.
* arg.l.1.de bonis liberto.
a l.quique.ff.de in ius vo.
b d.l.quique.§.prætor ait.
c l.vlt.ff.de in ius vocan.
d in d.l.quique.§.parẽtes.
e l.iurisconsultus.§.parẽtes.ff.de gradi.affini.
f arg.l.filium habeo.ff.ad Macedonianum.
g d.l.quique.sub fin.iuncta l.sequen.
h l.parentes verò naturales.ff.eo.
i Barto. & Bal.in l.quia semper.ff.eo.
k l.patris adoptiui.& l. adoptiuum patrem.ff.de in ius vocan.
l glo.in l.vlti.C.de adopt.
m cõmuniter docto.hic,nominatim Ias.nume.52.
n docto.in l.1.C.eo.
o l.bene.iuncta ibi glos.in verbo, iussione.C.de quadriennij præscript.
p 30.quæst.3.cano.ita diligere.
q in authen. habita.C.ne filius pro patre.
r arg.l.1.§.1.ff.de postu.
s arg.l.4.ff.de inoffi.testa.
t glos.& docto.in ca.1.de milite vasal.q contu.est.
v Iason in d.l.generaliter.ff.eodem.
x Rhocus Ignotius in tractatu iuris patronat⁹, in ver.honorificũ.55.quæst.
y communiter doctores in l.1.C.eo.
z l.lis nulla.ff.de iudi.
* l.si quis vxori.§.sed si filius mens.ff.de furtis.

peculio,& aliquot aliis modis[a]. In huiusmodi autem casibus si pater à filio conueniatur, venia opus erit, cùm in hisce peculiis filiusfa. pro patre habeatur[b]. Qua in specie illud etiam obseruandum erit, vt à filio iuramentum calumniæ exigamus, quemadmodum & ab emancipato exigi solet[c], modò illi 25. annum suæ ætatis excesserint[d] alioqui curator liti dabitur[e]. Cæterùm vbi inter extraneum & filium iudicium redditur, à quo calumniæ iuramentum exigendum sit, Accursius diligēter tractasse videtur[f]. In libertis autem istud ius constitutum est, vt nec illi patronum aut patronam, liberósve eorum citra promissum prætoris ad iudicium euocare posint[g]. Quanuis enim Iustiniani constitutione[h] liberti omnes ciuitatē Romanam consequantur, nemo tamen continuò existimet ius istud honoris & reuerentiæ, scilicet quod natura patronis præstitum esse voluit, immutatū esse[i]. Idémque esse dicendū censuerim vbi patronus extraneum hæredē reliquisset. hic enim citra veniam à liberto in ius vocari non poterit[k]. Licet liberti extraneus hæres patronum impunè iuris experiendi gratia vocare posit[l]. Differentiæ ratio in eo est, quia cùm edictum prætoris videatur, quātum ad patronos attinet, fauorabile esse, extendendum erit, vt non in patrono tantū, sed & in illius hærede etiam extraneo locū habeat[m]. At cū circa libertos aut filios eorū edictum pœnam contineat, (species etenim seruitutis est, liberè non posse contra aliquem in iudicio consistere) restringi debebit, vt in hærede extraneo ipsius liberti non obtineat[n]. Neque nouū est dispositionē partim pœnalem, partim fauorabilem esse. Nam id in aliis iuris nostri locis vt plurimū contingere solet: sicut alio loco ab interpretibus diligenter tractatum est[o]. Illud etiā constat, libertum 50. aureorum pœna mulctari, si hac solēnitate inobseruata patrono suo diē dixerit[p]: quam si per inopiam præstare nequit, ad præfectum Vrbis quasi inofficiosus litigator castigandus remitti debet[q]. Indéq; annotare possumus, eum qui non habet in ære, castigandum esse in corpore. Quod obtinet vbi pœna propter delictū alicui irrogatur[r]. Non idem erit si ex contractu imponatur[r]. Sic & pœna pecuniaria in corporalem conuerti non potest, nisi is cui debetur, expresim consentiat[t]. Súntque & aliquot alij casus in quibus is qui soluere nequit, non tamen pœna corporali punitur, sicut Iason hîc annotauit[v]. Hæc autem pœna in filiofa. locum habebit. Licet enim hodie noxale iudicium patr non debeat[x], tamen iniquum non est huiuscemodi pœnam ad eum producere[y]. Et quanuis ei qui vel impe[?]ia vel rusticitate ingenij album corruperit, pœnam in huiusmodi corruptores constitutam remittamus[z]: tamen cùm naturalis ratio dictet hunc honorem parentibus ac patronis deferendum ne illi in ius sine venia vocētur: neque rusticitas neque imperitia eos ab huiusmodi pœna immunes reddere poterit, quia citra veniā eos in ius vocauerunt[a], etiam si illi principis rescripto muniantur. Etenim cùm pœnam huiusmodi patronis ac parentibus applicandam esse constet[a], ius quod alicui acquisitum est, nec à principe quidem conuelli poterit[b]. Cessabit autem hæc pœna quoties libertus aut filius actionem remiserunt[c], vel vbi patronus in ius non venerit. Qui enim iniquum ius impetrauerit, hic si quidem eo iure vti nolit, déque ea re satis constet, in edicti pœnam commisisse non videbitur[d]. Remittitur etiam pœna quotiescunque quis per libellum supplicem delegatos à principe aduersus patronum sibi dari postulauerit[e], neque tamen eum in ius vocauerit[f]. Non incidit etiam in pœnam is qui vel tutorio vel procuratorio nomine aduersus parentem vel patronum experiri solet[g]. Idque aduersus Gometij sententiam[h] procliuius esse videtur. Est & alia in factum actio, quæ & ipsa pœnalis est[i], qua pretor eos qui in ius vocatos vi eximunt, coërcere solet. Prætor etenim ait[k]: Ne quis eum qui

a glo. in verbo, in potestate. in d.l.l.s nulla.
b l. 2. ff. ad Macedonianum.
c glo. in verbo, eum id nō impetrasset.
d arg. §. 1. auth. vt liceat matri & auiæ. colla. 8.
e l. vlt. C. de curatore furiosi. in princ.
f glo. in d. verbo, cū id non impetrasset. circa finem.
g d. l. quisque. §. prætor ait. & l. adoptiuum. §. patronum. iunctis duabus ll. sequentibus. ff. eodem.
h authen. vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo.
i arg. §. sed naturalia. sup. de iure naturali. d. glo. cū id nō impetrasset ibi, sed nunquid.
k l. venia. C. eodem.
l l. hares. ff. de obsequiis à liberis & libertis.
m arg. l. cum quidam. ff. de liberis & posthu. capit. odia. de regulis iuris in 6.
n d. l. hares. & vide glos. in l. vlt. C. de libertis & eorum liberis.
o doctō. in d. l. venia.
p l. vlt. ff. eodem.
q d. l. vlt. ff. de in ius.
r d. l. vlt.
s l. nemo carcerem. C. de exactoribus tributorum lib. 10.
t d. l. vlt. & ibi Bartol. notat. ff. eodem. arg. notato per Bartol. in l. cum duobus. §. idem respondit. 2. ff. pro socio.
v Iason numero 43.
x §. sed veteres. inf. de noxalibus actionibus.
y arg. l. si quis seruo. iuncta glo. vlt. C. de furtis.
z d. l. si quis id quod.
• l. venia. C. eodem.
a arg. notato per Bart. in l. Agraria. ff. de termino moto.
b l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico.
c l. quanuis. ff. eodem.
d Zasius in suis intellectib. singularib. titu. qui iure insquo impetrato non vtitur.

e l. libertus. 2. ff. eodem. f d. l. libertus. 2. vbi Iason notat. g l. quoties. ff. eodem. h Gometius hic numero 34. i hoc textu circa finem. k l. 1. ff. ne quis eum qui in ius.

in ius vocatus est, vi eximat, néve faciat quo magis dolo eximatur[l]. In eum autem qui contrà fecerit, quanti in litem per actorem iuratum fuerit, iudicium dabo[m]. Qui ergo in ius vocatum vi exemerit, edicti verbis continebitur. Sufficiet autem vi exemptum esse, licet dolus non accesserit[n]. Et cùm eximendi verbum generale sit[o], quoquo modo exemptum esse satis est. Et ideo qui non rapuit, moram tamen fecerit quo minus in ius veniret, vel actionis dies exiret, hic edicti verbis ligabitur[p]. In eum autem qui debitorem quo minus æs nostrum exolueret exemerit, plerique edictum istud protendendum esse respondent[q]. Cessat autem edictum quotiescunque adest iusta causa exemptionis[r], vt quia quis eum qui vel ratione personæ, vel fori priuilegio in ius vocari non poterat, exemerit[s]: aut quia is qui ad pedaneum iudicem ducebatur, eximeretur[t]. Cessat etiam vbi quis eum qui in vinculis ius dicebat[v], licet aliæ pœnæ constitutæ sint, quas ab aliis repetere quilibet potest[x]. Affinis est huic actioni & illa quæ aduersus eum qui fecit quo minus quis in iudicio sistat dari solet[y], siue ipse id fecerit, siue suo iussu alius quilibet[z]. Dolo autem malo fecisse videtur, qui aliquid triste aduersario nunciauerit propter quod ad iudicium non veniret[*]: atque ita factum est vt actionis tempus eximeretur. Solet autem tam actori quàm reo ex hoc edicto actio proponi[a], cùm contrà superiores edicto agenti tantùm consultum sit[b]. Item hæc non est merè personalis: sed quod ad actorem pertinet, rem ipsam persequitur[c]. Ab eo verò cuius opera factum est ne reus in iudicio sisteret, pœnam tantùm consequimur: cùm illi nihil ex suo dolo adsit[d]. Illa verò quæ contra eum qui in ius vocatum exemerit datur, meram pœnam continet. In primis enim rem ipsam petimus, deinde eius rei æstimationem, quanti scilicet ab actore res æstimata fuerit[e]. atque eam ob causam actionem hanc pœnalem esse puto. Non enim satis tuta est Accursij opinio[f] existimantis ideo pœnalem esse, quòd in ea in litem iuretur. Non enim id satis aliquo iure comprobatur[g]. Præterea cùm hæc actio sit stricti iuris, non tàm facilè contra regulas iuris communis[h] iuramentum in litem deferemus. Idémque videtur in bonæ fidei iudiciis dicendum esse, cùm in illis iuramentum in litem locum habeat[i]. Eadem enim nota pœnalibus actionibus asscriberentur: quod nequaquam dicendum est. Itaque nostrum istud responsum cum aliis edictis pr[illegible]nis in eo intelligendum erit qui aduersus eum agebat qui rem suam vel vsucapere vel præscribere volebat, siquidem alicuius opera factum sit quo minus ille qui rem nostram vel præscribebat vel vsucapiebat, ad iudicium euocatus interrumpendæ præscriptionis gratia non venerit. Etenim vsucapio cùm merum fauorem contineat, non aliâs quàm sententia interrumpitur[k]: neque enim citatio aut iudicium acceptum titulum aut bonam fidem quæ in vsucapione desideratur[l], euertere potest. Præscriptio quoque longi temporis vt interrumpatur, litis contestationem non recipit[m]. Et cùm prætoriis actionibus & aliquot aliis certo tempore præscribatur[n], in illis hoc responsum intelligi potest. Oportet enim illarum præscriptionem omnino iudicio cœpto impediri[o]. Sola autem præscriptio longissimi temporis quæ cum mala fide est coniuncta, neque titulo nititur, per citationem potest impediri[p], præsertim cùm in illa negligentiæ tantùm odium consideremus, quod vel citatione satis cessare intelligitur. Neque in illa præscriptione edictum istud prætorium intelligi poterit, cùm iure Digestorum præscriptionem huiusmodi incognitam fuisse constet[q]. Vnde Pauli responsum quod cõuentione interrumpi præscriptionem dicit[r], ex Alexandri Imolẽsis sententia eã interpretationem

l l. sed eximendi. §. prætor ait. ff. eodem.
m l. vlt. §. 1. ff. eodem. Bart. in l. 1. ff. eodem.
n l. quòd si quis. §. vlt. ff. eodem.
o l. sed eximendi. ff. eodem.
p d. l. sed eximendi. circa medium.
q arg. d. l. sed eximendi. Iason hic numero 103.
r d. l. sed eximẽdi. §. prætor ait.
s l. 1. §. denique. & §. vlt. iuncta l. seq. ff. eodem.
t l. quòd si quis. §. si quis ad pedaneum. ff. eodem.
v Bald. in l. addictos. C. de episcopali audientia.
x Vide Iasonem hic numero 104.
y toto titu. ff. de eo per quẽ factum erit.
z l. 1. vers. fecisse. ff. de eo per quem factum erit.
* l. 1. §. dolum autẽ malũ. ff. eo iuncta l. 2. ff. de in ius vocando.
a l. 1. §. si rem. & l. ex hoc edicto. ff. eodem.
b l. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est.
c l. 1. vers. si plures. ff. eod.
d Diuus in suis præludiis ad hunc §.
e Bartol. in l. penul. §. in eum. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est, vt eximat.
f glo. in verbo, item aduersus eum hic.
g Fulgosius in d. § in eum.
h contra l. videamus. & l. in actionibus. ff. de in litem iurando.
i d. l. videamus.
k l. si post acceptum. ff. de rei vendicatione.
l notatur in §. 1. sup. de vsucapionibus.
m l. more litis. C. de rei vẽdicatione.
n §. 1. inf. de perpetuis & temporalib. actionibus.
o arg. l. nam & postea. §. si is qui temporali. ff. de iureiurando.
p l. sicut. & l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum.
q glo. in verbo, amisit in l. qui occiderit. ff. ad legem Aquiliã. glos. magna in l. Iulianus. ff. ex quibus causis maiores.
r in l. in constitutionibus. ff. de actionibus.

accipit

accipit [r],vt quodammodo litem conteſtatam eſſe dicamus:nimirum cũ per reum ſteterit quo minus iudicium acciperetur.quæ ſententia non ita ab Accurſij ſenſu diſsidet [s].

§. Præiudiciales.

Poſtquam Iuſtinianus multa de actionibus perſonalibus & realibus quæ tam à iure ciuili quàm honorario deſcenderunt diſſeruit, placuit illi [v] ſeparatim actionibus in rem prætoriis præiudiciales actiones annectere. Dicuntur autem præiudiciales actiones, quòd actionibus ſecum concurrentibus antea poſteàve propoſitis præiudicare ſolent [x]. Et quanuis quandoque principaliter intendantur, præiudiciales tamen dici conſueuerunt [y]. Etenim ſi quam actionem haberent, illi profectò præiudicarent. Quòd ſi nullã actionem concurrentem habeant, ſatis tamen eſt eas ad id natas eſſe, vt aliis præiudicent:quod legis Aquiliæ exemplo comprobari poteſt, quæ & ipſa pœnalis eſt,vel ob inficiationem [z], vel ob anni [*], vel ob menſis [a] repetitionem: licet quandoque ea damnum tantùm rei familiaris, non item pœnam proſequamur [b]. Sed quia idonea eſt ad id, vt pœnam contineat, pœnalis dicitur. Tunc autem re vera præiudicialis eſt, quando intentioni propoſitæ in modum exceptionis obiicitur, vt ſi à me hæreditatem petas, egóque tibi quòd vel mihi ſeruus vel filius ſis obiiciam.prius etenim erit diſcutiẽdum an ſeruus ſis [c]:atque tandiu ſilebit cauſa ipſa quæ principaliter intenditur. Quòd ſi in cauſa præiudiciali pronunciatum ſit,iam quoque id de quo principaliter agitur, ſatis diſcuſſum eſſe videri poterit [d]. Atque ita Accurſij ſententiam [e] hac in parte ſic ſentiẽtis tueri poſſe crediderim. Commemorat igitur hoc loco Iuſtinianus tres ſpecies actionum præiudicialium quæ circa alicuius perſonæ ſtatum verſantur. Prima eſt per quam quæritur an aliquis liber ſit, an ſeruus. Secunda,an quis ſit libertus,an ingenuus. Tertia, de partu agnoſcendo:de quibus omnibus ſeparatim diſpiciendum. Iure etenim ciuili cautum eſt,vt ei qui falſò in ſeruitutem coniectus eſt,liceat ſtatim illius ſeruitutis iugum excutere [f]. Contrà quoque & is ex ementita libertate in ſeruitutem ſtatim redigi poterit. Siquis igitur libertatem ſibi deberi dicat, hic rectè præiudiciis aduerſus dominum conſiſtere poteſt. Dominus quoque ſeruum in libertatem proclamantem præiudicialibus actionibus ad ſe euocare poterit. Eſt & alia qua diſceptatur an aliquis ingenuus ſit,an libertinus. Etenim cùm conſtet multa à libertinis exigi poſſe, quæ ab ingenuis peti nequeunt [g], cuiuſmodi ſunt operæ tam fabriles quàm artificiales manumiſsioni impoſitæ [h], & alia id genus officia, patrono libertum vindicare conceditur, ad id ſcilicet, vt illi huiuſmodi officia præſtentur: ſicut & viciſsim liberto permiſſum eſt vt ſeſe ab huiuſmodi obſequiis eximere queat [i]. Cenſuit quoque Accurſius [k] officio iudicis etiam huiuſmodi perſonis hac in parte conſultum eſſe. Etenim vbi officium iudicis ſecundum ius commune datur, cum actione rectè concurrit [l]. at vbi contra ius commmune datur, cùm actione nunquam poteſt conſiſtere [m]. Eſt & alia præiudicialium actionum ſpecies,quæ de partu agnoſcendo redditur. Senatus enim conſulto Pauliano eſt conſtitutum, mulieri parentíve eius in cuius eſt poteſtate, vel ei cui mandatum eſt, ſi putet ſe prægnantem, denunciare intra 30.dies poſt diuortium connumerandos, ipſi marito vel parenti in cuius poteſtate eſt,aut domum denunciare ſi nullius eorum copiam habere poſsit, poſt 30. dies non niſi cauſa cognita id fieri conceditur. Pœna autem mariti hæc eſt, vt niſi cuſtodes præmiſerit, aut contrà denunciarit non eſſe ex ſe prægnantem, cogatur maritus partum agnoſcere. & ſi non agnouit, extra ordinem coërcebitur [n]. De partu itaque agnoſcendo præiudiciales actiones inſtitutæ ſunt. Filius ergo præiudiciis à patre petitur [o], quando hic ſui ipſius contro-

r Alexander Imolenſis in l.vlt. ff.eodem.

s gl.in verbo,ſtẽ aduerſus. ibi,vel verbum quaſi.

v arg.notat.per Deciũ ad rub.C.de teſta.militis.

x Placentin⁹ li.de rerũ vẽdicatione.tit.de præiudicialibus actionibus.

y cõmuniter docto.hic,ibi, Item quid ſi nulla alia.

z l.inde Neratius. §.hæc actio.ff.l.contra negantẽ. C.de lege Aquilia.

* §.1.ſup.de le.Aquilia.

a §.capite tertio.& §.vlt. ſup.de lege Aquilia.

b l.qui ſeruum.§.vlt.ff. de actionibus.

c arg. l.ſiquis libertatem. ff.de petitione hæreditatis.

d arg.l.lis nulla.& l. vix ex certis cauſis. ff. de iudiciis.& l. placuit. ff.de acqui.hæreditate.

e glo.ibi,item quare dicũtur præiudiciales.

f l.1. ſub finem.l.liberis.§. vlt.l. qui ex libertate. ff. de liberali cauſa. l.2. C. eodem.

g elegãter Zaſius in l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus.ff.de condict.indebiti.

h l. vt iuriſiurandi . ff. de operis liberto . iuncta. l. vlt.verſic.adeo.ff.de libe. cauſa.

i l.quoties.ff.ſi libertus ingenuus eſſe dicatur.

k gl.magna hic circa medium.

l l.3.§.hoc autem interdictum 2.ff.de liberis exhibendis.l.1.§.per hanc.iũcta ibi doctrina.Bart.ff. de rei vendica.

m l.quadam. ff.de edendo. l.in cauſa.2. ff. de minoribus . l .in prouinciali. verſi.quòd ſi ſocius.ff.de noui operis nunciatione.

n Placentinus lib.de ſenatuſconſultis 5. titulo ad ſenatuſconſultum Plantianum.Iulius Paul⁹ lib. 2.receptarum ſententiarum titu. de libe. agnoſcendis.

o l.1. §. per hanc. ff. de rei vendicatione.

uersiam facit, vt quia pietatem patri debitam, cæteráque alia officia præstare detrectet[p]. Nihil autem refert an hic extra potestatem patris positus sit. Etenim cùm ille suis patentibus alimenta præstare debeat[q], sicut & vicissim parens illi alimenta præstare debet[r]: consequens erit, vt inter eos præiudiciales actiones moueri possint[f]. Quin & illud receptum est, vt si pater filij quasi possessionem occupare cœperit, quia filius illi omnia officia, quæ liberi parentibus debent, exhibere solet: (his enim modis quasi possessio filiationis, vt dicunt, paratur) pater tamen aduersus filium rectè experietur[t]. Licet enim possidenti in rem actio prodita non est (satis enim est quòd possideat[v]) tamen id in rebus corporalibus, nõ autem in incorporalibus locum habet[x]. Hæc autem actio pro rebus incorporalibus, nimirum pro iure filiationis, dari consueuit[y]. Dabitur etiam in filium qui ab alio suapte tamen sponte detinetur: licet eo casu interdictum cesset[z]. Sed quid si inuitus detineatur? Et verius est præiudicialem actionem cessare: habet enim tantummodo locum vbi filius sui ipsius controuersiam facere studet. In eum verò qui filium detinet, vendicatio rei adiecta clausula, de iure Quiritum[•], sicut & interdictum[a], redditur. Patri quoque adoptiuo, qui ascendentium numero est[b]. Arrogatori quoque, in filium arrogatum præiudiciales actiones conceduntur[c]. Sed quid in matre? Et verius est, vt cùm illi alimenta debeantur[d], ei aduersus filium præiudicialem actionem concedamus, licet rei vendicatio ei non detur[e]: cùm filius quod ad matrem pertinet, iure Quiritum in matris potestate non sit[f]. Cæterùm frater aduersus fratrem præiudiciis agere non potest, quantumlibet ille fratris sui hæreditatem ad se redire speret[g]. Sed cùm à libertis his quos vetustas agnoscebat, non ita procul absint ii quos hodie proprios homines vocamus, coloni quoque ascriptitij, & censiti alij[h]: probabiliter dubitari potest nunquid illi præiudiciis rectè peti possint[i]. Et Faber hîc respondit, eum qui vel iure vel consuetudine in alicuius persona se habere contendit, actione præiudiciali vtili aduersus eum qui se huiusmodi iure eximere velit, agere posse[k]. Quòd si hic operam nobis debitam præstare detrectet, neque tamen se nobis obnoxium esse inficietur, ad id officio iudicis adigi debebit[l]. Et hæc quidem locum habent, vbi inter eos iudicium nobis datur. In extraneum verò qui illos detinet, rei vendicatione, adiecta tum causa quæ nobis vel iure vel consuetudine in illos competit, nobis agere conceditur[m]. Quin & quasi confessoria mihi dabitur[n]: neque aduersus extraneum nobis vtile interdictum de liberis exhibendis denegari debet[o]. Sed interdictum de libero homine exhibendo dabitur: non quidem ea ratione, quòd quis ius aliquod in huiusmodi personis se habere contendat[p], sed ea ratione quòd liberi sint[q], & ab aliis inuiti detineantur. Cæterùm si beneficiarius cliens dominum agnoscere nolit, consultè facturus est dominus qui ab illo beneficium tanquam commissum auocauerit[r]. Et cùm rei vendicatione dominis aduersus quoscunque possessores agere liceat[f], consequens erit vt si fundus cum iurisdictione & omnibus eiusdem fundi habitatoribus alicui concessus, ab extraneo detineatur, vt illi rem cum sua causa, siue, vt doctores nostri dicunt[t], cum omnibus iuribus & pertinentiis suis petere concedatur[v]. Immo & si sola iurisdictio ad illud pertineat, procliuius est vt illi idem concedamus. Satis enim rectè petere videbitur qui rem cum tota sua causa vendicat: cùm vulgi consuetudine is qui merum imperium habet, vulgò dominus nuncupetur. quæ consuetudo attẽdenda erit[x]. Quin & confessoriã nobis proponere cõcessum est[y]. at in eiusdem fundi inquilinos vtili

p l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de libe. agnoscendis.
q l. 1. & 2. C. de alendis liberis ac parentibus.
r d. l. si quis à liberis.
f Faber hic numero 9. l. filiũ. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.
t Faber hic numero 10.
v l. 1. §. interdictum. ff. uti possidetis.
x §. æque si agat quis. sup. eodem.
y Dinus hic.
z l. vlt. ff. de liberis exhibendis.
• d. §. per hanc.
a l. 3. ff. de libe. exhiben.
b propter l. vlt. C. de adoptionibus.
c Faber hic arg. §. 1. suprà de adoptionibus.
d d. l. si quis à liberis.
e not. in d. §. per hanc.
f §. ius autẽ. sup. de patria potestate.
g Faber hic numero 25.
h Zasius in d. §. libertus.
i glo. ibi, Itẽ quo iure adscriptitij.
k arg. l. immo. ff. de liberis exhibendis. arg. l. 2. C. eo titulo.
l l. cum satis. §. caueant. C. de agrico. & censi. lib. 11. & l. 1. §. cum patronus. ff. de officio præfecti vrbis.
m arg. d. §. per hanc. vbi Bart. notat.
n arg. l. si quis diuturno. §. agri. ff. si seruitus vendicetur. Faber in §. æquè. sup. eodem.
o arg. l. 2. C. de liberis exhibendis. & d. l. immo.
p l. vlt. §. ff. de libero homine exhibendo. arg. l. cum hæredes. §. vlt. ff. de acqui. possessione.
q l. ne diutius. C. de agrico. & censi. lib. 11.
r arg. cap. 1. si de feudo cõtentio sit inter dominum & agnatos vasalli, toto titu. quæ fuit prima causa beneficij amittendi.
f l. officium. ff. de rei vendicatione.
t Innocentius in ca. cũ ad sedẽ. de restitutione spoliatorum.
v arg. l. 1. §. 1. ff. de vi & vi armata.
x arg. l. Labeo. ff. de supellectili legata. arg. l. librorum. §. chartis. ff. de legatis. 3. Bartol. in l. non dubium. C. de legibus.
y Faber in d. §. æque.

præiudiciali

præiudiciali agi poterit, ſicuti Faber hoc loco non ineleganter docuit. Illud autem quæri ſolet, quo iure ad annuas pręſtationes aliquis compelli debeat. Et plerique omnes reſpondent [z] ex ſtipulatione agendum vbi ſtipulatio ſeu promiſsio acceſsit [y]. Idē & ſi nihil promiſſum eſt, ſi modò quis diutinæ præſtationi innitatur [a]. Si quis enim decennio aliquid ſibi ſolutum fuiſſe dicat, & alleget titulum legitimum præceſsiſſe, vtputa ſtipulationis, ſatis ex decēnio probaſſe videbitur [b]. Quod ius & ad eccleſiam [c], & ad fiſcum [d], ad ruſticum quoque (Bart. in d. l. cùm de in rē verſo. Bart. in d. l. litibus. C. de agricolis & cenſitis lib. 11.) producendum eſt. Oportet tamē ſolutionis titulo quæ per vices facta eſt (arg. notato. in l. 1. C. de fideicommiſsis. arg. notato. in l. ſi certis annis. C. de pactis.) nos munitos eſſe. Sic & vbi quis tēpus illud quod hominum memoriam excedit allegaret, ſatis titulum ipſum comprobaſſe [c] videretur, neque illi ad huiuſmodi decennij anguſtias confugiendum eſſet. (Cy. in l. ſi certis annis. in penult. quæſtione. C. de pactis.) Sed nunquid hac in ſpecie iudicis officium locum habere poterit? Et Accurſius hîc ſibiipſi non ſatis conſentiens [e], illi locum eſſe credidit. Cuius ſententia locum habet etiā ſi quis huiuſmodi præſtationes annuas ex promiſsione peteret. Cùm enim hac in ſpecie iudicium ſecundum ius cōmune detur, nihil prohibet quo minus cum actione concurrere poſsit [f]. Idq́ue aduerſus Dyni ſententiam ſibi ipſi aduerſantis [g] receptius eſſe videtur: quod & nos ſuprà aperuimus. Huiuſmodi autem præiudiciales actiones in rem ſunt [h], non in perſonā, quicquid Gometius ſenſerit [i], licet in eis ceſſant ea quæ de vendicationibus proponi conſueuerunt. In omnibus etenim vendicationibus [k] tria hæc conſiderātur. In primis is qui petit, & is à quo petitur, & res quæ petitur. At in iſtis huiuſmodi diſtinctio non obſeruatur, ſicuti Placentino [l] & Accurſio [m] viſum eſt. Sunt autem arbitrariæ actiones hæ, quæ negatiuè vt plurimum intendi conſueuerunt: quod genus in controuerſiis rerū corporalium proditū non eſt [n]. Omnes autem ex prætoris iuriſdictione deſcenderunt, præterquam quòd illa per quā quæritur an aliquis liber ſit an ſeruus, à lege ciuili eſt profecta.

§. Sic itaque diſcretis.

Cùm ſuperius dictum ſit vēdicationes omnes pro rerū noſtrarū dominio nobis accommodari, cōſequens eſt vt & ad reſtituendum tendant [a]. Neque enim ad dandum intendūtur, cū iam illarum rerum dominium habeamus [b]. Contrà verò cùm actionibus perſonalibus id quod nobis debitum eſt conſequamur, meritò ad dandum id eſt ad dominium rei debitæ conſequendū inſtituuntur: quod vbi conſecuti fuerimus, regula eſt, quæ hîc traditur, actione perſonali rem noſtram repeti non poſſe [c], illa ſcilicet ratione, quòd cùm dare ſit dominium transferre [d], & id genus actiones ad dandum intēdantur, non poterit iam ad dandum agi: cùm id quod noſtrum ſit, iam amplius noſtrum fieri nequeat [e]. Dominium etenim licet ex pluribus cauſis nobis deberi poſsit [f], ſemel tamen nobis acquiſitum, amplius nobis acquiri nequit [g], niſi cauſa aliqua aliud ſuadeat, vt quia res à nobis auocari poſsit [h], vel iure priuilegiato nobis conceſſa ſit [i], vel illius rei quaſi dominium [k] vel vtile dominium [l] habeamus [m]. Ab hac tamen regula in odium furum diſceſſum eſt [n]. Etenim præter furti vel manifeſti vel etiam non manifeſti actionem, rei vendicatio aduerſus illos dirigi poteſt [o], ſicut & furtiua condictio [p]. Quanuis enim ad dandum, ſicut & reliquæ aliæ condictiones (l. vlt. ff. de vſufruct. & quemadmodum quis vta. frua.) inſtituantur, conſtētque furem rei noſtræ dominiū nō habere, (arg. l. 1. ff. de furtis) vt qui eam citra conſenſum noſtrum habeat, (arg. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur & l. ſicut poſsidetis. C. de probat.) quíque ex ſua improbitate, rei quę no-

z communiter docto. hic. y arg. §. 1. ſuprà de verbo. obliga.
a arg. l. cū de in rem verſo. ff. de vſuris.
b d. l. cum de in rem verſo. arg. l. filiusfa. C. de petitione hæredita. l. qui in aliena poteſtate eſt. §. 1. & ibi Alexander adnotauit. ff. de acquiren. hæreditate.
c glo. in ca peruenit. de cēſibus. Saly. in d. l. cum de in rem verſo. in ſeptima quæſtione.
d arg. l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. & l. 1. C. de petitione hæredita.
e gloſa magna circa finē.
f arg. l. 3. §. hoc autem interdictum. 2. ff. de libe. exhiben.
g Dinus hic ſub ſi. gloſſa magna.
h hoc §. in principio.
i Gometius circa prin.
k glo. hic in verbo, fere.
l Placentinus libro de rerum vendicat. titulo de praiudicialibus actionibus.
m glo. in verbo, fere.
n §. æque. ſup.

a l. qui reſtituere. ff. de rei vendica.
b l. actionum genera.
c d. l. actionum.
d l. vbi autem nō apparet. §. vlt. ff. de verbo. oblig.
e l. exiſtimo. & l. Nerua. ff. de verbo. oblig.
f l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudica.
g d. §. actiones. circa finem.
h l. in bello. §. ſiquis ſeruū. ff. de capti.
i d. §. ſiquis ſeruum iūcta l. vlt. ff. de captiuis.
k Faber hic & Iaſon in l. poſsideri. §. ex pluribus. & ibi Bar. ff. de acquirē. poſſeſ.
l l. ſiquis mihi bona. §. ſed quod ſi mandauit. ff. de acquiren. hæred.
m Iaſon in explicatione glo. in verbo, magis. Decius in l. neque pignus. ff. de reg. iur.
n hoc §. verſic. plane.
o l. ſi pro fure. §. 1. ff. de condictione furtiua.
p Vide hic omnino. glo. in verbo, plane.

ſtra eſt, dominium conſequi nequeat: aduerſus tamen eum condictio furtiua vtiliter inſtituitur (l. in re. & l. ſi pro fure. §. 1. & l. 3. ff. de condict. furti.) quod Accur. ideo fieri credidit (gloſ. hîc in verbo, ſi apparet) quia hic condictione ad reſtituendum agitur. ita Faber hîc declarat gloſ. modò alleg. quæ ſententia huic noſtro reſponſo non ſatis congruit, præſertim cùm conſtet exceptionem, regulæ naturam aſſumere debere. (Bartol. & Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. Dec. ad rub. de reg. iur. in 6.) quod hoc loco minimè contingeret. Iam enim ſatis dictum eſt pro regula hîc traditum eſſe, actione perſonali rem noſtram conſequi poſſe. quod ipſum in condictione furtiua nó obſeruatur. (d. l. ſi pro fure.) Quantumlibet enim illa ſit perſonalis (dixi ad §. omnino.) domino tamen ad dandum datur, ſicut nec illud probatur quod idem Accurſius oſtendit (d. gloſ. apparet. circa ſi.) hac condictione furtiua ad rei noſtrę poſſeſsionem agendum eſſe. (l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſ.) Ita enim nihil ſpeciale contingeret, cùm idé in aliis condictionibus euenire videamus. (l. indebiti. §. ſed ſi nummi. ff. de condictione indebiti.) Non eſt igitur quòd nos cõtra vetus prouerbium nodum in ſcirpo quæramus: ſed id vnum fateamur, condictionem à ſua genuina natura in * gratiam furum diſceſsiſſe. (hoc textu, in verſic. planè.) eáque etiam ei qui dominus eſt, non ad poſſeſsionem tantùm, quod indubitatum eſt, ſed etiam ſimpliciter ad dandum [a] competere. Si enim domino condicenti fur obiiciat non poſſe eũ rem ſuam condicere, ergo, inquit dominus, fatearis rem meam eſſe, propriúmque delictum agnoſcas, qui rem meam etiam me inuito contrectare audes [b]. Meritò ergo inductum eſt vt fur ipſe non audiatur [c]. Neque cuiquam nouũ eſſe debet quòd ad dandum agatur. Videmus enim quandoque aduerſus eum qui in mora fuerit, re etiam perempta, ferri ſententiam ad id, vt rẽ ipſam det [d]. quod quanuis impoſsibile ſit per rerum naturam, tamen id odio moratoris receptum eſſe Fulgoſius & alij docuerunt [e]. Id quod & in quibuſcunque aliis malæ fidei poſſeſſoribus per omnia ſeruandum eſſe Accurſius hîc rectè animaduertit [f]. neque quiſquam eſt qui diſſentiat. Vide Decium, Paulũ, Alexandrum in d. §. res pignori.

§. Appellamus.

Oſtendit hoc loco Iuſtinianus actionibus in rem dominos agere poſſe: quod ex vendicationis verbo colligi poſſe atteſtatur. Vendicare etenim ex Vallę ſententia [g] nihil aliud eſt quàm vt vulgus doctorum loquitur, appropriare. At cùm in perſonalibus actionibus nunquam actio dictari poſſet, niſi prius aduerſario id denũciaretur, hinc factum eſt vt omnes in perſonã actiones, condictiones dicerentur ab illa priſcorum denunciatione, quæ etſi iam in deſuetudinem abiit (neque enim quiſquam debitorem ſuum extra iudiciũ interpellare tenetur [h]) in hoc tamen vtilis eſt, vt & vbi quis aduerſarium admonitum in ius traxerit, ab eo litis impendia, etiam ſę modò ſi ſoluturũ dicat, repetere poſsit: quod aliàs ei minimè concederetur [i]: ſicut & vbi quis aduerſus ſuperiorem congredi parat, adhuc tamen huiuſmodi denũciationem neceſſariam eſſe certum eſt [k]. quod Iaſon hîc latius exequitur [l].

§. Sequens. vſque ad §. Quædam.

Poſtquam Iuſtinianus commemorauit duas actionum diuiſiones (actiones enim vel à iure ciuili vel ab honorario originem habent [m], ſiue in rem ſint, ſiue in perſonam [n]) deſcendit iam ad tertiam earum diuiſionem, quæ ſecundum debiti qualitatem ſumitur [o]. Quemadmodum enim vel res vel pœna, vel vtrumque nobis debetur, ita & actiones omnes vel rem ipſam vel pœnam vel vtrumque perſequuntur [p]. Nulla etenim actio eſt [q] quæ non ad hæc tria membra redigatur ſiue quis priuato ſiue publico nomine experiatur. Satis enim rem ſuam perſequi ſtudet, qui id quod ad diuinum

* potius legendũ eſt odiũ.

a l. indebiti. §. 1. ff. de condictione indebiti.

b arg. l. aliàs. ff. de iureiurando. arg. cap. inter dilectos. de donationibus.

c arg. notato. per Barto. in l. iuſiurandum quod ex cõuentione. §. procurator. ff. de iureiurando.

d l. ſi ſeruum. §. effectus. ff. de verborum oblig.

e Raphael Fulgoſius in l. ſiquis nec cauſam. §. res pignori. ff. ſi certũ peta.

f d. l. res pignori. & l. 1. §. vlt. iuncta l. ſeq. ff. de cõdictione triticaria.

g Valla lib. elegãtia. 5. ca. 8.

h l. quidam Hiberus. ff. de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. l. 3. C. de pig.

i Speculator in tit. de renunciatione. §. 1. arg. notato per Bal. in l. nõ ignorat. in verſ. modo ergo quæro. C. de fructibus & litiũ expenſis. Faber hic.

k l. ſi manumiſſor. C. de obſequiis patrono præſtandis.

l Iaſon hic numero 43.

m §. ſed iſta. ſup. eodem.

n §. omnium. ſup. eodem.

o dixi ad. §. omniũ, in prin. gl. magna. in § ſunt præterea. inf. eodem.

p hoc §. ſequens. in princ.

q glo. hic in verbo, mixta.

uinum Christi cultum[r], vel Reipublicæ vtilitatem pertinet[s], persequitur. De singulis igitur videndum. Et in primis earum actionum numero, quibus rem persequimur, sunt omnes in rem actiones: quarum natura eiusmodi est, vt ad rei restitutionem tendant[t], licet in eis quandoque in litem iuretur[v]. Sed cùm id ipsum non ex illius actionis natura, sed per accidens tantùm fieri soleat[x] id ipsum in consideratione habendum non erit[y]. Non tam enim id quod actioni accidit, quàm quòd illius originem respicit, intueri solemus[z]. Nemo tamen existimet actiones eam ob causam pœnales esse, quòd quandoque in illis iuretur in litem. Eadem enim ratione bonæ fidei actiones pœnales dicerentur, cùm illæ iuramento decidantur[a]. Neque satis vllo iure comprobatur actiones pœnales ideo esse, quòd vel ex natura actionis in litem iuretur[b], idque aduersus Accursij in glossa in verbo in rem, aliorúmque sententiam[c], procliuius esse videtur. Similiter & actiones propemodum omnes quæ ex contractu descendunt, rem ipsam persequuntur: cuiusmodi est actio quæ ex mutuo descendit, stipulatio, emptio, & venditio, & aliæ id genus actiones. Cæterùm id vel peculiariter in deposito obseruandum erit, vt quotiescunque depositio ex voluntate fit, rei persecutionem contineat. Etenim is qui depositarij fidem elegit, nec depositum redditur, contentus esse debet simplo[d]. Sibi enim imputet, qui depositarij perfidiam non expiscatus est[e]. Vbi verò ex necessitate deponitur, vt quia tumultus, incendij, ruinæ vel naufragij causa depositum est, si quidem depositum non reddatur, in duplum actio competit[f]. Etenim vbi quis ex necessitate deponit, crescit perfidiæ crimen[g], & publica vtilitate coërcendum, vindicandæ scilicet Reip. gratia[h]. Sed nunquid ea quæ de tumultu hoc loco dicuntur, ad alios quoque casus his non absimiles producenda erunt? Finge enim peregrinantem sarcinulas suas hospiti suo commisisse, ea tantummodo gratia, quòd ipse eum locum quà iter facturus erat, insidiis expositum esse didicerit. Et si quidem hospes rem suę fidei cōmissam restituere detrectet, hic dupli pœna mulctabitur[i]; idque aduersus Ioannis Fabri sententiam[k] Iason non absurdis rationibus cōprobauit[l]. Porrò quæ ad omnium harum actionum naturam pertinent, id ex superioribus satis colligi potest[m]: & id ex Iasonis commentariis colligere cuique obuium est[n]. Iam ad pœnales descendamus. Pœnam tantùm persequimur actione furti vel manifesti vel nec manifesti[o]. Etenim cùm iam vel rei vendicatione[p], vel furtiua condictione[q] rem ipsam assecuti sumus[r], furti actionem ad pœnam tantummodo pecuniariam dirigimus. Neque enim pœna aliqua corporalis pro furto puniendo introducta est[s]. Ridiculum etenim est quod Aretinus hîc prodidit, famosos fures suspendendos esse, idque ex Callistrati responso[t]. quod tamen in latrone insidiatore (qui longo interuallo à fure differt[v]) loquitur. Sed quî fit vt durius furem manifestum puniamus ipso fure non manifesto, cùm is venia dignus esse videatur, qui palam[x], non qui clàm deliquit? Et Cynus respondet[y] hoc ideo fieri, quòd ea quæ perpetuam prohibitionis causam habent, siquidem palam & apertè fiant, durius vindicanda sunt. quæ verò modò licita modò illicita esse possunt, si palam fiant, vt plurimum veniam merentur. (d. l. vlt. & l. non existimo.) cùm iam nihil dolo vel fraude factum esse probabile est. Sunt & aliæ actiones, quæ quòd rem & pœnā contineant, mixtæ esse dicuntur. Eius generis est vi bonorum raptorum actio, quæ intra annum in quadruplum, cui inest simplum: post annū verò in simplum datur. Hic quoque raptor furti etiā manifesti cōueniri potest[z]: quod & nos suprà aperuimus[a]. Eiusdem notæ est legis Aquiliæ actio, quæ inficiatione crescit[a], aliâs mensis[b]

r l. 4. C. de hæreticis.
s l. in prouinciali. §. vlt. iuncta l. seq. ff. de noui ope. nunciat. l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico.
t l. qui restituere. ff. de rei vendicatione.
v l. Marcellus. ff. de in litē iurando.
x l. 1. ff. de in litem iurando
y arg. l. item veniunt. §. cū prędixerimus. ff. de petitione hæreditatis.
z arg. l. qui habet. ff. de tut.
a l. in actionibus. ff. de in litem iurando. Faber hic. Idem ī §. pœnales. sup. eo.
b arg. notato per Fulgos. in l. penul. §. in eū. ff. ne quis eum qui in ius vocatus est. dixi in §. pœnales. sup. eod. sub finem.
c Dinus & Iason in d. §. pœnales. communiter interpretes ad l. si quis id quod. ff. de iurisdictione omnium iudicum.
d l. 1. §. prætor ait. et §. merito. ff. depositi.
e §. præterea. sup. quib. mo. re contrahitur obligatio.
f §. in duplū. inf. eodem.
g d. §. merito.
h arg. l. inde Neratius. ff. ad l. Aquiliam. d. §. merito. arg. cap. vt famæ. de sent. excommu. in 6.
i arg. d. §. merito. arg. ca. 1. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in vsibus feudorum.
k Faber hic.
l Iason hic numero 6.
m vide titulum de obliga. vsque ad finem, lib. 4.
n vide Iasonem hic à numero 10. vsque ad §. ex maleficiis.
o l. si pro fure. §. furti. ff. de condictione furtiua.
p l. ancillā. C. de furtis.
q §. sic itaque. sup. eod.
r §. vl. sup. de oblig. quæ ex delicto nascuntur.
s authen. sed nouo iure. C. de furtis. authen. vt nulli iudicum. §. penult. colla. 9. gl. in verbo, publicus latro. in cap. inter alia. de immunitate ecclesiarum.
t l. capitalium. §. famosos latrones. ff. de pœnis.
v d. authen. sed nouo iure. vide hic Iasonē in 2. notabili. §. ex maleficiis.
x arg. l. vlt. ff. de ritu nuptiarū. l. nō existimo. ff. de administ. tutorū.
y Cynus Iacobus Butrigarius, Salyc. in l. nemo. C. de summa triu. & fide catholica.
z l. si vendidero. §. cū raptor. ff. de furtis.
a dixi ad tit. vi bonorum raptorum. sup.
a l. inde Neratius. §. hac actio. ff. ad l. Aquiliam. l. cōtra negātē. C. de l. Aquilia.
b l. cap. tertio. sup. de l. Aquilia.

vel annui ſpatij repetitione[c]. Hucpertinet actio quæ in eos à quibus legata piis locis relicta ſunt proponitur. Hi etenim ſi legatū tandiu perſoluere diſtulerint, vt in iudicium vocarentur, in duplum condemnari poſſunt[d]. Id quod fauore eccleſiæ contra iuris communis regulas receptum eſt[e]. Regula etenim eſt, ab eo qui legatū alicui debet, nihil omnino peti poſse aliud quàm quod relictum eſt, niſi vel mora[f] vel conteſtatio litis acceſſerit[g]. Hac tamen in ſpecie deciditur, pręter rē quę eccleſiæ legata eſt, adhuc illius rei ſimplū peti poſſe, ea ſolùm gratia, quòd id in eccleſiæ priuilegium introductum eſt[h]. Quod cùm ita ſit, nec ad fiſcum nec ad Remp. aut minorem depoſitio hæc protendi poterit[i]. Licet enim omnes pari priuilegio propemodū gaudeāt[k], tamen id impræſentiarū non obſeruatur, illa ſcilicet ratione, quia vbi pœna habita conſideratione ad priuilegium alicuius perſonæ imponitur, ea ad ſimiles perſonas protendi non debebit, (arg. l. vlt. iuncta ibi gloſ. in verbo, aureos, circa medium: iuncta etiā l. 2. ff. de in ius vocando. Bal. in cap. 1. 3. colūna, quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi in vſibus feudorum.) Et cùm lex noſtra in legato quod venerabilibus locis eſt relictum loquatur, cōſequēter ad ea quæ redimendorum captiuorum cauſa relicta ſunt, extendi debebit[l]. ídque aduerſus Accurſii ſententiam verius eſſe videtur. (Aretinus hîc contra gloſſam in verbo, in iudicium.) Sed nunquid idem dicendum erit vbi quid ſacerdoti vel etiam curioni eſt aliquid relictum? Et plerique idem eſſe cenſuerunt[m], cùm legatum ſacerdoti relictū, ipſi eccleſiæ factum eſſe videatur[n], centúmque annorum ſpatio duret[o]. quod tamen intelligendū eſſe exiſtimo niſi aliud ex coniecturis appareat. Quid enim ſi is qui legauit, magno neceſsitudinis vel conſanguinitatis vinculo ſacerdoti iunctus eſt? Quid item ſi rei natura aliud ſuadeat, vt quia accipitres & retia eccleſię legauerit, iſque qui illius templi curam habet, venationibus oblectetur? Neque enim legatum iſtud eccleſiæ factum eſſe intelligitur[p]. Sed quid ſi eccleſiæ ſimpliciter legauerit? Et verius eſt vt eccleſiæ parochiali relictum eſſe videatur, (arg. l. quę cōditio. §. vlt. iuncta ibi doctrina Bartoli. ff. de condit. & demonſtra.) Quòd ſi duobus legauit teſtator, egentiori relictum eſſe exiſtimandum eſt[q]. Nihil autem retulerit legatúmne particulare, an verò vniuerſale ipſi eccleſiæ fuerit, cùm vtrunque legati nomen accipiat[r]. Et cùm lex noſtra generaliter in omnibus à quibus aliquid relictum eſt loquatur[ſ], conſentaneum fuerit eam nō tantùm in hærede, ſed & in legatario & fideicommiſſario[t] & teſtamentario executore (arg. l. nulli. iuncta l. ſiquis ad declinādam. C. de epiſc. & cleri.) accipere, ſicuti communiter ab omnibus hîc traditum eſt[v]. Sed & ſi quis ab initio conuentus aliquid relictum eſſe negauerit, cœperítque poſtea eum mendacii pœnitere? adhuc tamen hoc iudicio rectè tenebitur[x], niſi eccleſia ad probandum illud legatum huius confeſsioni inniteretur. Etenim cū ita ſe oneribus probationum liberet[y], in eo grauari debebit, vt ſumptum tantùm conſequatur[z]. Sed quid ſi reus pœnam ſoluere nequeat? Et hic eam ſuo corpore luere neceſſe habebit. (arg. l. ſiquis id quod. ff. de iuriſdict. om. iud. arg. l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis. arg. notato. per Iaſonem in §. pœnales. ſup.) Profuerit autem plurimum, meminiſſe pœnam hanc nunquam irrogari, niſi eius à quo relictum eſt, dolus perſpicuis indiciis probetur[&]. alioqui vbi probabilis tantùm ignorantia adeſſet, procliuius eſt huiuſmodi pœnam debere remitti, (arg. notato. per Barto. in l. num qui. ff. de iureiurando. arg. §. ſed furti. inf. eo.) Ad eundem modum vbi quis in iudicium vocatus non eſt, ab eo pœnam huiuſmodi conſequi non poſſumus[a], ſed tantùm fructus quos ex ſua mora nobis debere conſtiterit, etiam citra aliquam interpellationē. (propter l. in minorū. C. in quibus cauſis reſtit. in integ. non eſt neceſsaria. iuncta. l. Reſp. C. ex quibus cau. maio. in integ. reſti[b].)

c §. 1. ſup. de lege Aquilia. l. qui ſeruum. §. vlt. ff. de actionibus.
d §. ex maleficiis. verſic. itē mixta.
e gl. hic in verbo diſtulerūt ibi, & eſt ſpeciale.
f l. ſi quis ſeruo. & l. Titio Seio. ff. de lega. 2. in §. 1.
g toto tit. C. de vſuris & fructibus legatorum.
h arg. § ex quibuſdā. ſup. de obligat. quæ ex quaſi contractu naſcuntur.
i gl. in verbo, in iudicium. verſic. item quid ſi Resp.
k l. Reſp. & ibi notatur. C. quib. ex cau. maiores. l. procurator. §. vlt. iuncta ibi glo. vlt. ff. de iure fiſci. l. vt inter diuinum. C. de ſacroſan. eccleſiis.
l arg. notato in §. ſacrę. ſup. de rerum diuiſione. arg. notato per Alciatū in verbo catholica, in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſiis.
m arg. l. annua §. Attelia ff. de annuis legatis.
n Bar. in cinibus. ff. de rebus dubiis.
o arg. l. ſi vſusfructus municipibus. iuncta ibi doctrina Bart. ff. de vſufructu legato.
p arg. l. an vſusfructus. ff. de vſufructu. cap. requiſiſti de teſtamentis. arg. not. ī C. edoceri. de reſcriptis. Cynus in 6. quæſtione l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Bartolus in d. l. cinibus.
q Canoniſtæ in cap. vlt. de ſepulturis.
r l. quæſtionē. C. de fideicō.
ſ hoc textu ibi, itē mixta eſt actio contra eos iūcta ibi gl in verbo, contra.
t arg. l. ab eo. C. de fideicōmiſſis. arg. l. planè. §. ſi ſi. lium. §. vlt. iuncta l. ſeq. ff. de legatis 1.
v Faber hic & Iaſon numero 22.
x l. quis ſit fugitiuus iūcta l. ſeq. poſt princ. ff. de aditio edicto.
y l. certū eſt. ff. de cōfeſ. not. in l. vnica C. de cōfeſſis.
z arg. l. cū qui. iūcta l. dit prat. poſt pri. ff. de iureiu.
& l. dolum. C. de dolo. arg. l. illud. ff. de petitione hæreditatis iūcta l. 1. c. illo tit. l. quod te. ff. ſi certū peta. l. ſciendum. ff. de vſuris.
a gl. hic in verbo, in iudiciū.
b cōmuniter interpretes hic in explicatione gl. in verbo, in iudicium.

§. Quæ-

§. Quædam actiones.

Dixerat Iustinianus[c] actiones omnes generali distributione partiendas esse in actiones personales & reales[d]: iam ostendit quasdam esse actiones quę quòd vtriusque generis naturam induant, mixtæ esse videntur. Nemo tamē cùm Accursio[e] existimet hanc esse distinctam speciem ab illis actionibus, sed cogitet huiusmodi actiones origine personales esse, etenim ex quasi contractu nascuntur[f], licet effectu tam reali q̃ personali actioni accedere dicantur[g], sicuti inferius ostendam. Videamus ergo de singulis illarum actionum formis. Et primo loco est familiæ herciscundæ actio, quæ inter eos quibus hæreditas communis est, redditur. Familia etenim iurisconsultis[h] & oratoribus[i] hæreditatem significat, & herciscere diuidere est. Æquum etenim fuit actionem introducere, cùm nemo inuitus in cōmunione esse cogatur[k], vt quæ discordias excitare soleat[l]. Licet enim testator hæreditatis diuisionem ad certum tempus prohibere possit[m], in perpetuum tamen prohibere non potest[n]: cùm id nec conuentione partium, (l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diuidundo.) etiam iurata (arg. gl. in verbo, reuocare, in cap. vlt. de procuratoribus in 6. arg. notato per Alexandrum in addit. ad Bart. ad l. certè. ff. de precario.) expressim fieri possit. (Castrensis in d. §. si centum.) Ei autem ipso iure competit, qui suam partē non possidet. (l. 1. ff. familiæ herc.) quíque ab eo qui possidet, non negatur esse cohæres. Vbi enim cohæres non est, iudex nihil illi adiudicare debet[o], neque aduersarius ei est condemnandus. huic tamen hæreditatis petitione vt agat, conceditur[p]: deinde ad diuidendæ hæreditatis actionem pergendum erit. Sed & si negetur esse cohæres, si tamen is possideat, per hanc actionem, scilicet quòd non sit cohæres, non repelletur[q]. Venient autem in hanc actionem cætera præter nomina debitorum[r]. Hæc enim iam pro hæreditariis portionibus apud hæredes esse dicuntur[s]. Veniet etiam hæreditariarum rerum euictio, (l. si familiæ. C. fami. hercis.) quæ à reliquis hæredibus præstanda est. (l. si venditor. §. vlt. ff. de euictionibus.) nisi aliud nominatim cōuentum sit. (d. l. si familiæ. vbi vide omnino glo. vlt.) Hæc autem actio mixta est, sicuti ex huiusce respōsi situ satis colligi potest[t]. Etenim cùm hęredes dominiū pro parte hæreditatis habeant, in rem agere videtur[v], qui hanc actionem proponit, vt qui rem suam petat[x]: quod ipsius vendicationis proprium est[y]. At personalis est, cùm ex quasi contractu descendat[a], & multas quoque personales præstationes contineat, vt quia fructus percepti restituuntur, item & omnis vtilitas: præterea impensarum ratio habeatur[b]. Hæc autem ciuilis est, cùm à lege 12. Tabularū proficiscatur. (l. 1. ff. fami. hercis.) eáque ad triginta annos protendi cōsueuit. (§. iā de perpetuis & temporalibus. l. 1. §. 1. ver. nemo. C. de annali exceptione.) prę sertim vbi vnus tantùm hæreditatem possidet[c]. At vbi vterque possidet, vix est vt huic actioni vllo tempore pręscribatur[d]. Affine est huic actioni Communi diuidūdo iudicium, quod inter eos quibus res cum societate (l. si actū. ff. pro socio.) vel sine (l. quib⁹. ff. pro socio) cōmunis est, redditur. (l. vt sit pro socio actio. ff. pro socio. notatur in §. item is. sup. de obliga. quæ ex quasi cōtractu. Causa autem introducendæ huius actionis hæc fuit, quòd cùm nemo perpetuò in societate esse cogatur[e], (communio etenim vt plurimum discordias excitare solet[f]) æquum fuit, actionem qua huiusmodi communio tolleretur, proponere. Licet enim societas in perpetuum coiri possit, id est quādiu viuunt[g], societatis tamen in æternum nulla coitio est[h]. Idem in communione omnino dicendum est[i]. Distat autem ab ea actione quæ pro diuidenda hæreditate proponitur, quòd hæc pro singularibus rebus[k], illa verò pro vniuersalibus dari solet[l]. Hæc autem actio ob id mixta est, quòd rei singularis dominium pro parte apud vnum sit. Præterea cùm in eā multæ per-

c §. omnium. supra.
d l. actionum genera.
e glos. 1. hic.
f §. itē si inter aliquos. sup. de obli. quæ ex quasi cōtractu. l. 1. ff. finiū regūd.
g Alberic⁹ Rosat⁹ ad rub. ff. si certū pet. Bal. in l. si certis annis. C. de pactis.
h l. prouūciatio. §. familia. ff. de verb. significa.
i Cicero lib. 1. ad Herenniū ī tractatu stat⁹ iudicialis
k l. vl. C. cōmuni diuidūdo
l l. cū pater. §. dulcissimus. ff. de lega. 2.
m l. 4. ff. de cōdit. institutio.
n Bar. in l. Quintus. ff. de annuis legatis. Castrēsis et alij in l. si nō fortē. §. si centum. ff. de conditione indebiti. Alexā. Imolē. cōsilio 101. volu. 3. col. 3.
o d. l. 1. sub finem.
p gl. in d. l. 1. Aretinus hic & Iason numero 46.
q d. l. 1. sub finem.
r l. cætera. ff. fami. hercisc.
s l. ea quæ. C. famil. hercisc. l. pacto successorum. C. de pactis. l. 1. C. si certum pet. toto tit. de hæreditariis actionibus. C.
t arg. l. imperatores. ff. de in diem addictione.
v l. actionum genera.
x Theophilus hic.
y l. in rem. ff. de rei vendic.
a d. §. item si inter aliquos.
b l. his cōsequenter. §. sumptuum iuncta l. seq. & l. item Labeo. §. penul. l. inter cohæredes. §. fructus. ff. familiæ herciscunda.
c ita Bar. intelligit illū ver. nemo. & Cyn⁹.
d Castrensis erudite in d. §. si centum. & Bartol. loco modo allegato. & Bald. sibi contrarius in l. vlt. C. communi diuidun.
e l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. cōmuni diuidūdo. l. vl. C. cōmuni diuid.
f l. cum pater. §. dulcissimis ff. de lega. 2.
g l. 1. sub finem. ff. pro socio.
h l. nulla societas. ff. pro socio.
i d. §. si conueniat.
k d. §. itē si inter aliquos.
l l. 1. ff. fami. hercis. iuncta l. hæreditas. ff. de reg. iur.

ſonales preſtationes veniant, & ex quaſi contractu naſcatur, perſonalis eſſe cenſebitur. Eiuſdem notæ eſt finium regundorũ actio, quæ ꝑ finibus regendis id eſt diuidendis proponitur. Fines enim regere, diuidere eſt[m]. Datur autem inter eos qui prædia ruſtica confinia habent[n]. In prædiis etenim vrbanis vix locum habere poteſt[o]. Neque enim confinia hæc ſunt, ſed magis vicina dicuntur[p]. Exiſtimauerunt tamen nonnulli eo caſu finium regundorum iudicium vtile[q], quæ ſententia tolerabilis eſt[r]. Inter eos quoque qui vſumfructum habent vel fructuarium, & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos qui iure pignoris poſsident, & emphyteotas, huiuſmodi iudicium competere poteſt[ſ]. Neque quicquam refert quo pacto agrorum termini turbati ſint, ſiue id irruptione fluminis ſiue aquarum inundatione cõtigerit, ſemper enim finium regundorum actio dabitur[t]. Pro rebus quoque incorporalibus in quandam conſequentiam iudicium iſtud reddi ſolet[v], idque exemplo eius quod pro communi re diuidenda proponitur, ferè receptũ eſt[x]. Sunt & aliquot alia remedia quæ pro finibus huiuſcemodi regendis proponi conſueuerunt, cuiuſmodi eſt condictio ex lege, quæ aduerſum eũ qui terminos mouerit, dari ſolet[y], & de termino moto actio[z]. Actio quoque quam Iulius Cæſar ad pœnam 40. aureorum conſtituit aduerſus eos qui terminos ſuo loco mouerint[&]. Hoc autem iſtis tribus actionibus commune eſt, vt iudici liberum ſit vni rem ex bono & æquo adiudicare, & viciſsim eũ certa pecunia alteri condemnare, ſi res ita expoſtulet[•], ſicut inferius ex officij iudicis explicatione apparere poterit[*]. Eſt & petitio hæreditatis mixta, vt Accurſius voluit[†], ſed ea potius realis eſt[a], licet propter perſonales præſtationes mixtarum actionum naturam quodammodo obtineat[b]. Sunt & aliquot aliæ actiones quas plerique mixtas eſſe crediderũt, aut anomalas, vt quæ ſine certa lege ferrentur. Sed verius eſt eas perſonales eſſe, in rem tamen ſcriptas, quod ex illarum actionum natura ſatis apparere poteſt[c].

§. Omnes vſque ad §. Actionum.

Progreditur Iuſtinianus ad quartam actionum diuiſionem, quæ ſecundum debiti quantitatem ſumitur. Sicut enim quandoque ſimplũ, duplum, triplum &c. nobis debetur, ita & actiones nonnunquam in ſimplum, duplũ, triplum, & quadruplum pro modo debiti reddi ſolent: vlterius verò nulla actio extenditur. Quamuis enim accuſationes vt plurimum quadruplũ excedere ſoleant[d], tamen omnes actiones quæ meram pœnam continent[e], vltra quadruplum non extenduntur[f], ſiue pœnæ præſtatio vni & eidem fiat, ſiue diuerſis, adhuc enim ſingulis vltra quadruplum non præſtabitur[g]. idque obſeruandum erit, vbi conſiderata rei æſtimatione pœna imponitur: quemadmodum in furto euenire videmus, in quo rei æſtimatio vel duplatur vel quadruplatur[h]. alioqui vbi vel negocij vel delicti qualitas aliud ſuadet, pœna etiam legalis in infinitum abire poterit[i]. Et hæc omnino locum habent in pœna legali. Etenim cùm lex certa ſit, certam pœnam conſtituere potuit. (Bar. in l. vnica. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt proferuntur. Idem Bar. in l. ſtipulatio iſta. ſ. alteri. & ibi Alexander & Iaſon adnotauerunt. ff. de verbo. obliga.) At pœna conuentionalis in infinitum abire poteſt, præſertim cùm conuentiones omnes obſeruandæ ſint. (l. 1. ff. de pactis.) Graue etenim eſt fidem fallere. (l. 1. ff. de conſtitu. pecu.) cùm ab initio liberum fuerit contrahentibus non contrahere. (l. in commodato. ſ. ſicut. ff. commodati.) Ex poſt facto autem cùm non liceat à contractu reſilire, conuentionem, quæ legem contractui dixit (l. 1. ſ. ſi cõueniat. ff. depoſiti.) omnino ſeruare oportet. Sibi etenim aſſcribant contrahentes quòd tantam pœnam contractui adiecerunt[k]. Quod tamen obſeruandũ erit vbi pœna certæ quantitati citra aliquam

m Cicero in Topicis.
n l. 2. ff. finium regundorũ.
o l. 4. §. vlt. ff. finium regundorum.
p d. §. vlt.
q arg. l. hac actio. ff. ſi quadrupes paupe.
r Aretinus hic numero 11.
ſ l. 4. §. finium. ff. finium regundorum.
t l. ſi irruptione. ff. finium regundorum.
v arg. l. quadam. ff. de acq. rerum dominio.
x l. arbor. §. ſi per eundem. & §. aquarum. ff. communi diuidũ. arg. l. Lucio ff. de aqua quot. & æſti. cap. ſup. eod. de parochus.
y l. ſi conſtiterit. C. finium regundorum.
z l. 1. & 2. ff. de termino moto.
& l. Agraria. ff. de termino moto.
• l. 2. §. 1. ff. finium regundorum.
*** inf. per tot. titulum de officio iudicis.
† l. hæreditatis. C. de petitione hæreditatis.
a l. ſin autem §. ſed & ii. ff. de rei vendicatione. l. ſed & ſi lege. §. petitio. ff. de petitione hæreditatis.
b vide omnino Bar. in d. §. petitio. & ita intelligitur. d. l. hæreditatis.
c ita intelligunt docto. noſtri gloſſam in verbo, confines.
d auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. §. ſic igitur in ſi colla. 2.
e hoc dictum eſt propter actiones quæ ex parte actoris rem perſequuntur, & intereſſe tamen tantũ reſpiciunt. § illud. ſup. de l. Aquilia. l. 3. §. ſenatuſconſultum. ff. de incendio, ruina, naufra. l. Iulianus de actionibus empti.
f gloſ. magna hic, ibi, ſed certè tribus cõtrariis.
g l. vlt. C. de his qui à nõ domino manumiſſi ſunt. l. & generaliter. §. vlt. l. ſi quis ab alio. in prin. ff. de calũniatoribus iuncta l. libertas. ff. de reg. iuris.
h §. furtorũ autem. ſup. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. *i* l. ſi manumiſſus. C. de libertis & eorũ liberis. l. ſi quis ſeruum. & l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis. gl. not. in verbo, cõponat. in canone, cũ deuotiſſimã 12. q. 2. *k* arg. ca. ſcienti. de reg. iur. lib. 6. & ita intellige §. alteri. ſup. de inutilib. ſtipu. allega. hic in gl. circa finem.

vſurarum

vſurarum fraudem adiicitur[l].alioqui ſi incertæ quantitati pœna adiiciatur, vix eſt vt duplum excedere poſsit[m]. Recenſet igitur hoc loco Iuſtinianus actiones quę rei perſecutioné continent,in ſimplú dari.(hoc §.ibi in ſimplú.) In duplum autem dantur furti nec manifeſti & damni per iniuriam dati actiones.(l.inde Neratius.§.hæc actio .ff. ad l. Aquiliam.) Quarum omnium ratio ex ſuperioribus ſatis haberi poteſt.Affinis eſt his ſerui corrupti actio,cuius tractatus hoc loco diſcutiendus eſt . Eius itaque ratio ſic ſe habet. Qui ſeruum ſeruámve,alienum alienámve recepiſſe, perſuaſiſſéve quid ei dicetur dolo malo, quò eum eámve deteriorem faceret,in eum quanti ea res erit in duplum iudicium datur[n]. id quod in eo qui ſeruum receperit,obſeruandum eſt[o] . Eſt autem recipere,refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtare: vnde & receptatores dicti ſunt[p]. Idem dicendum eſt in eo qui ſeruum ſolicitauerit ad aliquid vel faciendum vel cogitandum improbè, quò eum redderet deteriorem[q]. Idem e[illegible] quis ſeruum malum pepulit ad delinquédum. non enim oportet la[illegible]o augere malitiam[r]. Et generaliter ſiue hic bonum ſeruum ſiue malum fecerit deteriorem, ſemper eum corrupiſſe videbitur[ſ]. Idémque dicédum eſt & ſi quis ſeruo quem liberum putabat,aliquid perſuaſerit[t]. magis enim delinquit qui liberum putat corrumpere.Quod etiam obſeruari debet vbi ſeruus ipſe vel deceſſerit, vel alienatus vel quoquo modo manumiſſus eſt[v]. Hæc enim actio refertur ad tempus ſerui corrupti vel recepti,non ad præſens.Nec quicquam retulerit quòd huius ſerui vſumfructum tãtùm habeamus[x].ad omnes etenim corruptelas hæc actio pertinet. Et cùm filij non ita multum à ſeruorum conditione diſsideant[y],conſequés erit vt & aduerſus eos qui huiuſmodi filios corruperint,vtilem ſerui corrupti actionem nobis extendere liceat[z].Intereſt enim noſtra,liberorum noſtrorum animú non corrũpi. Quin & ipſi filio patre abſente huiuſcemodi actio non denegabitur[a]. Quod & in filia ſeruandum erit[b],adeò vt & huic dotem à corruptore conſtituendam eſſe placuerit[c]. Hæc autem actio in duplú reddi ſolet quanti ea res erit[d]. placuitque à corruptore id exigendum, quanti ſeruus ob id quòd corruptus ſit, minoris factus eſt[e]: veniétque in hoc iudicium ęſtimatio rerum quas ſecum abſtulit:quia omnino damnú duplicatur[f]. Hæc autem actio perpetua eſt[g]:In qua quadruplú,non iudicis officio,vt Accurſius voluit[h],ſed iure actionis petitur.Quibuſdã tamen caſibus huiuſmodi actio non competit: Et in primis quãdo quis ſeruú alienum,bona tamé fide emptum corruperit[i].Deinde vbi quis ſine dolo malo ſeruum alienum vel recipit, vel ei aliquid perſuadet[k]. His enim caſibus ſerui corrupti actionem nó competere verius eſt[l]. Quod ad tripli actionem pertinet,ſciendum ſportam ſiue ſportulam caniſtro non eſſe diſsimilem , ſed in alium vſum, nimirum cui noſtrum corbem applicamus[m]. Sed quî factum eſt vt ſportulas iudicum vocauerint? Et res ab antiquitate repetenda eſt.Cóſtat itaque veteri iure nullam actionem potuiſſe proponi niſi quis primùm à collegio pontificum formulá impetraſſet[n].Erãt enim in actionibus & perſonalibus & realibus certę quædam verborum formulæ[o],quas vbi litigaturi accepiſſent, ſtatim prætor ſuper ea re aditus cognoſcebat nunquid formulam quis malè concepiſſet,vt illi actionis cómoditas eximeretur.Quòd ſi rectè quis formulam cócepiſſet, interrogabat prætor an ſibi de ea re litigandi poteſtatem faceret:idque ſe facere dicebat,ſicque iudicium accipiebatur,id eſt liscon teſtabatur:deponebãtque in æde ſacra pecuniã.ea pecunia ſacramentum M.Varroni[p] & Ciceroni[q] dicitur.Erant & qui re ipſa pecuniam non deponerent, ſed ſimpliciter & in ſponſione contendere dicebantur.Sed quia ex ea pecunia ſalaria iudici præbebantur,dictæ ſunt ſportulæ iudicum,quæ delegatis ex præſcripto iuris ciuilis[a]:ordinariis pro more regionis exſoluebantur[b]. Perſoluebantur & nó-

l arg. notato in cap. ad noſtrã de emptione & vẽdicatione. arg. nota. illo vbi de pignoribus.
m arg.l.Titius.ſub fi.iũcta l.ſeq.ff.de actionibus emp.
n l.1.in princ ff. de ſeruo corrupto.
o l.1.verſi.quod autem ff de ſeruo corrupto
p toto tit.de receptatorib⁹.ff.
q d.l.1.in verſic.perſuadere
r d.1. verſi.ſed vtrum ita demum.
ſ d.verſic.ſed vtrum.
t l.doli verbũ.§ ſiquis dolo malo.ff.de ſeruo corru.
v d.l.doli.§.hæc actio iũcta l.ſeq.ff.de ſeruo corr.
x l. ſiquis ſeruum communem.§.ſi in ſeruo.ff. de ſeruo corrupto
y §.quæ autẽ diximus. inf. quod cum eo.
z l. vt tantum.§.de filio. ff. eodem.
a l.ſi longius.§.ſi filiusf.s.ff. de iudiciis.
b Iaſon in § duplũ.numero 24.inf.eodem.
c cap. 1.de adult. & ſtupr.
d d.l.doli.verſic. hæc actio etiam.
e d.l.ſiquis ſeruũ §. datur.
f l in.hoc iudiciũ. ff.de ſer. corrupto.
g l.hæc actio.ff.illo.titulo.
h Iaſon in §.in duplũ contra gloſ. in verbo, æſtimatio.
i d.l.1. § 1.ff.de ſeruo corru.
k d.l.1.§.perſuadere.
l l.3.iuncta l.ſeq.ff.de ſeruo corrupto.
m Lazarus Baifius in libello cui titulus eſt de vaſculis.
n l.2.ff.de orig.iuris.
o Alciatus in l. pecunia verbum.§. actiones.ff. de verbo.ſig.
p lib.2.de lingua Latina.
q lib.7.epiſt.ad Trebat.ſuius eſt initium.Si ij cauſam.vbi ſponſionis meminit,quæ eadẽ eſt cum ſacramento teſte Budæo ad l. 2.de reg. iur. & Alciato in l. creditori. c. de pact. Facit quod de ſportis ſcribit Pedianus lib.2. commentariorum.

a auth.en. de iudicib.§ ne autem.colla.6. b gl.in verbo,præbitis ſportulis,in auth.offeratur.C.de litis conteſtatione.

nunquam aduocatis, modò tamen id ipſum arbitrio (ſicuti Vlpianus ſcripſit[c]) iudicis fieret. Neque enim pactione aliqua, etiam ſi ſtipulatione uallaretur[d], ſalarium aduocato promitti poterat. Etiã & ſportulæ quæ ab ipſo reo executoribus debebantur: quarum ratio ſic ſe habet. Veteri iure libello, pręterquam in cauſa criminali[e], opus non fuit: hodie verò cũ libellus omnino neceſſarius ſit[f], in eo certa quantitas exprimi debebit, quò nimirum reus admoneatur cederéne velit, an verò vlterius contendere[g]. Itaque cùm pro modo petitionis ſportulę quoque & ſalaria viatoribus deberentur (hodie autem morem regionis ſpectamus[h]) plerique vt ipſi aduerſario negocium faceſſerent, nonnunquam maiorem ſummam in libello exprimebant, quò maiores ad viatorem ſportulę redirent. Quorum inſolentiá ſeu prauum nocendi ſtudium Iuſtinianus hoc reſponſo coërcuit[i], dum conſtituit tripli actionem in actorem conſtitui poſſe[k]. Qua tamen in re dolum malum petitoris exigimus[l]. Si enim quis citra fraudem errore aliquo ductus maiorem in ſuo libello quantitatem complecteretur, huius edicti pœna non tenebitur[m]: licet Accurſius in ea re ſibi ipſi non ſatis conſtitiſſe videatur[n]. Idémq; exiſtimo eſſe dicendum vbi quis maiorem quantitatem libello ſuo complexus eſt, quò eum cùm quo experitur, maioribus circa conſultores impenſis afficeret[o]. Idque aduerſus Fabri ſententiam receptius eſſe videtur[p]. Ceſſat autem hęc conſtitutio quotieſcunque executor ab iis qui à ſportulis ſoluendis immunes erant, ſportulas conſecutus eſt. Vidétur enim priuilegio ſuo renunciare[q]. Cæterùm nemo exiſtimet tripli actionem ideo ſublatam eſſe, quòd videamus nouellarum conſtitutionum iure duplæ cautionem initio litis exigi[r]. Hoc enim ea ratione fieri ſolet, ne tam facilè litem cœptam quis deſerere poſsit[ſ]. quæ ſpecies ab hoc noſtro caſu longo interuallo diſsidet. Et hæc quidem de actionibus quæ in triplum dantur. Quod ad eas actiones quæ quadrupli ſunt pertinet, earum numero ſunt furti manifeſti actio[t], & actio quod metus cauſa[v], & ea quæ ex prætoris edicto in calumniatores redditur. De actione furti manifeſti ſatis antea dictum eſt[x]. Iam ad alias ſpecies deſcendamus. Actio igitur quod metus cauſa, ei datur cui vel vis vel metus illatus eſt[y]. Oportet autem metum iuſtum fuiſſe[z], vt quia minimè vanus ſit, ſed qui vel conſtantiſsimum hominem percellere poteſt, cùm vel mortis vel corporis cruciatum contineat[a]. Et ideo præceptum principis vel iudicis qui alioqui ſæuire ſolitus eſt, iuſtum metum inducit[a]. Quod plerique in excommunicatione dicendum eſſe exiſtimauerunt[b]. Quod ad amiſsionem omnium bonorum (arg. gloſ. in verbo, vitam. in l. aduocati. C. de aduoca. diuerſo. iudiciorum.) vel maiorem partem (arg. l. propter litem. ff. de excuſatio. tuto.) vel famæ diſpendium[c], producendum eſt. Quinimo & ſi de metu nihil omnino quis atteſtetur, ei tamen actionem hanc competere verius eſt[d]. Proteſtatio etenim tantum id emolumenti nobis afferre ſolet, vt iam quodammodo oneribus probationum liberati eſſe videamur[e]. Facta autem omnia per huiuſcemodi metum, actionis iure reſcinduntur. Nonnúquam metus officio iudicis retractari ſolet: quod contingit quando vxor mariti, vel filius patris ſui minas metuens, aliquid præter ſuam voluntatem fecerit[f]. Neque enim ſola patris vel mariti præſentia ſufficit, ſed minas acceſsiſſe neceſſarium eſt. (Iaſon numero 61. in §. quadrupli. inf.) Quod ad eum qui pecuniam acceperit vt alicui negociũ faceſſeret, pertinet, ſciendum eſt actionem intra annum in quadruplum eius pecuniæ quam accepiſſe dicetur, poſt annum ſimpli in factum actionem competere[g]. Idque in eo qui ob negocium ciuile vel criminale pecuniam acceperit, receptum eſt[h]. quanquam vbi de negocio criminali exhibendo agitur, & concuſsionis[i] & repe-

c in l. 1. §. diuus. vbi Bartol. not. ff. de variis & extraordinariis cognitio.
d l. 1. §. ſi cui cautum. ff. de var. & extraor. cognit. cõtra docto. ad l. vnicam C. de ſuffragio. Alcia in libris paradoxorum.
e l. libellorum. vbi Bar. not. ff. de accuſationibus.
f authen. libellum. C. de litis conteſtatione.
g l. 1. ff. de edendo. authẽ. libellum. l. edita actio. C. de edendo.
h Faber hic & Iaſon numero 40 in d. §. tripli. et d. glo. verb. prabitus ſportulis. in auth. efferatur. C. de lit. conteſt.
i d. §. tripli.
k Theophilus hic.
l arg. notato. per Panormitanũ in ca. cognoſcentes. de conſtitutionibus. arg. notato. p Bar. in l. 1. ff. de legibus per eundem in l. vnic. C. de plꝰ petitionibꝰ
m arg. notato. per Bart. in l. reſpiciendũ. §. delinquũt. ff. de pœnis ita intelligitur gl. magna ibi, & dicas in d. §. tripli.
n glo. in verbo, conſequetur. in d. l. tripli.
o Iaſon in d. §. tripli. 1. notabili, numero 17.
p Faber in d. §. tripli.
q arg. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis.
r authen. de executoribus. §. 1. colla. 7.
ſ arg. §. 1. inf. de pœna temere litigantium.
t §. furtorum autem. ſup. de oblig. quæ ex delic. naſcũ.
v ff. quod metꝰ cauſa ꝑ totũ
x d. §. furtorum. & §. ex maleficiis. ſup.
y l. 1. ff. quod metus cauſa.
z l. metum. 1. ff. quod met. cauſ. geſt. erit.
a l. interpoſitas. C. de trãſact.
a l. 2. C. de his qui per metũ iudicis non appell. ca. ſolicitudinẽ extra de appel.
b Andreas Barbatias conſilio 30. incipiente, Beneuenim cũcta gerũtur lib. 3.
c arg. l. iuſta. ff. de manumiſ. vindicta.
d Deciꝰ in ca. vl. de appell. idẽ in l. in omnibus. ff. de reg. iur. e d. cap. ſolicitudinẽ. & l. 2. C. de his qui per metũ. not. in ca. cum Martinus Ferrarienſis. de conſtitu. Ciuiliſta in l. nõ ſolũ. §. morte ff. de noui operis nũcia. f Bar. in l. 1. §. qua onerãdæ. ad fi. ff. quarũ rerũ actio nõ detur. g l. 1. ff. de calũniatoribꝰ. h d. l. 1. §. hoc autẽ iudiciũ et l. pen. ff. eo. i l. 2. ff. de cõcuſsionib.

tundarũ

tundarum accuſatio [k],& ſimilitudo ſupplicij locum habere poſsit [l]. In eum etiam datur qui iudici aliquid vt gratioſam ſententiam ferret dederit [m]. Et generaliter vbi quis calumniæ ſtruendæ cauſa aliquod compẽdium ſenſerit.(l. & generaliter.ff.eo.)In hæredem etiam dabitur in id quod ad eum peruenerit [n]. Et cùm illa intra annum detur, ſciendum eſt annum ex quo quis pecuniam datam eſſe cognouerit, computandum eſſe [o]. Ei autem cõpetit, propter quem datũ eſt vt ei calumnia fiat [p], ſiue is ſit qui pecuniam dederit, ſiue alius quilibet ſuo mandato dederit [q]. Idem & ſi ſine mandato, ſi tamen poſtea ratum habuerit [r]. Immo & ſi neque ratum habuerit, alius tamen miſericordiæ cauſa, ne calumnia fieret, pecuniam annumerauit, adhuc tamen repetitio dabitur [ſ]. Nonnunquã condictio ob turpẽ cauſam eo nomine nobis dari ſolet [t]. Hæc autẽ actio in quadruplum hæredi non cõpetit. Sufficere enim ei debet quòd eam pecuniam quam defunctus dedit, repetere poteſt [v]. His etiã actionibus quæ in quadruplum dantur, cõnumerari ſolet ea quæ aduerſus litium executorem in quadruplum extenditur [x]. Executor etenim qui ſportularum nomine maiorem æquo pecuniam exegerit, rectè in quadruplum conuenietur: cuius pecuniæ ſimplũ litigatori, triplũ verò ærario inferendum eſt [y], ſicuti Iaſon hìc aduerſus Fabri ſententiã docuiſſe videtur. Cæterùm admonendi ſumus, actiones quæ in duplum dãtur, hac nota inter ſe diſsidere, quòd furti nec manifeſti & ſerui corrupti actio ſemper in duplum dantur, ſiue quis neget ab initio, ſiue fateatur [z]. At legis Aquiliæ actio, depoſiti etiam, ab initio in ſimplum competit [*]. At vbi quis mendacij legitimis documentis [a], non item iureiurando [b] cõuincitur, tunc in duplum actio reddi ſolet: quemadmodum fieri ſolet vbi quis legata piis locis relicta eſſe inficiatur. Nam & in eum dupli actio redditur. Immo & ſi nihil negauerit, ſi tamen diſtulerit vſque dum iuſſu magiſtratuũ conueniretur, adhuc idem eſſe dicimus [c]. Sic & quadrupli actiones aliquid inter ſe diſcriminis habent. Etenim furti manifeſti, & aliæ id genus actiones [d] ſemper in quadruplum dantur, præter eam quæ vi vel metu facta reſcindit. Ea etenim nõ aliâs in quadruplũ datur, quàm ſi à iudice iuſſus rem ipſam reſtituere nolit [e]. Feruntur etenim duæ ſententiæ, quarum vtraque eſt definitiua [f], licet plerique vnam tantùm ſufficere exiſtiment [g].

§. Actionum.

Quinta actionũ diuiſio ſecũdum iudiciorum diſtinctionẽ ſumitur [h]. Sicut enim in quibuſdã iudiciis ex bono & æquo, in quibuſdam verò ſtricto iure proceditur, ita & ſunt quędã actiones, quę modò bonæ fidei ſunt, alię ſunt ſtricti iuris, de quibus hoc loco Iuſtinianus peculiariter diſſerit, oſtẽdens omnes actiones quæ hoc §. cõnumerantur, bonæ fidei eſſe, reliquas verò ſtricti iuris. Neque quiſquã ſtatim exiſtimet hanc actionũ diuiſionẽ ineptam videri [i], vt quæ mẽbra ſibi ipſi aduerſantia non cõtineat [k]. Cogitet enim actiones bonæ fidei, ſtricti iuris actionibus oppoſitas, non quòd in iſtis actionibus bonam fidem non deſideremus, (in omnibus etenim actionibus bonã fidem acceſſiſſe neceſſariũ eſt [l]) ſed ideo bonæ fidei ſunt, quòd in illis exuberãtior fides, omniáque ex bono & æquo veniãt: ſicut in cõuentionibus pacis quæ à fecialibus populi Romani fieri ſolebant. In illis contrà ſubtiliſsimã ipſorum verborum proprietatẽ inſpicimus [m], neque vllius rei, quàm quæ inter cõtrahẽtes dicta eſt, rationẽ habere ſolemꝰ [n]: quod ipſum multis rationibꝰ indicari poteſt. Ecce enim dolus dãs cauſã cõtractui bonæ fidei, cõtractũ inutilẽ facit [o]. Videtur enim tacita ſubeſſe cõditio [p], ſi ita eſt vt aſſeueras: quæ ſi nõ adſit, tũ quoq; cõtractus tãquã cõditione defectꝰ, inutilis eſſe intelligitur [q]. At in ſtricti iuris iudiciis dolꝰ vel exceptione vel actione doli [r] retruditur. Nõ me latet quoſdã nõ infimi nominis profeſſores [ſ] aliud quãdoque ſenſiſſe: ſed verius eſt quod

lz. l. lex Iulia. §. vlti. ff. ad le. Iuliam repetun.
l l. 1. poſt princi. ff. ad l. Corneliam. de ſica. Iaſon in l. & ſi legibus. C. ſi cõtra ius vel vtili. publi.
m d. l. 1. §. ſed & verſutia. & l. in hæredem. poſt princip.
n d. l. in hæredẽ. poſt prin.
o l. annus. ff. eodem.
p d. l. & gñaliter. §. illud.
q l. ſi quis ab alio. ff. eo.
r arg. c. ratihabitionẽ. de reg. iur. in 6. Decius in l. ſemper. qui nõ prohibet. ff. de regu. iuris.
ſ d. l. ſi quis ab alio.
t d. l. in hæredem. §. 1.
v l. Heracleo. ff. eo.
x §. quadruplum. ſub fin. infrà eodem.
y authen. vt litigatores iurẽt in exordio litis. §. & hoc quoque. colla. 9.
z §. ſed furti. infrà eo.
* l. qui ſeruum. §. vlt. ff. de actio. l. 1. ff. depoſiti.
a propter l. eum qui. ff. de iureiurando.
b glo. ĩ verbo, duplicatur. in d. §. ſed furti.
c §. rei perſequendæ. verſi. item mixta. ſuprà eo.
d d. §. quadrupli.
e l. ſi cũ exceptione. §. Pedius. ff. quod metꝰ cauſa.
f arg. nota. ad l. 1. ff. de re iudicata.
g Bart. in d. l. ſi eum exceptione. §. hac autem.
h Dixi ad §. omniũ. ſup.
i Faber hic poſt Petrum.
lz. arg. l. 1. ff. de his q ſunt ſui vel alie. iuris. arg. §. 1. ſuprà de iure perſo.
l l. bonã fidem. C. de actio. l. bona fides. ff. depoſiti.
m l. quicquid adſtringenda. ff. de verbo. obliga.
n l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iuris.
o l. 3. §. vlti. ff. pro ſocio. & ibi gloſ. nota.
p Barto. in l. eleganter. ff. de dolo.
q l. cedere diem. ff. de verbo ſignifi. l. quod in diẽ. ff. de verbo. obliga. Bart. in l. ita ſtipulatus. ff. de verbo. obliga.

r l. dolo. C. de inuti. ſtipu. & ibi gloſ. ſ Perticenſis hic, idem in l. ſi dolo. & ibi Cynus notat. C. de contrahen. emptio.

modò prodidimus[t]. Credidit etiam Accursius[v] in bonæ fidei iudiciis etiam obligationi dandi, eius quod nostra interest obligationem succedere, cùm nó ita in stricti iuris actionibus eueniat, quæ sentétia vera nó est[x]. Etenim obligationes quæ in dando consistunt, non recipiunt eius quod nostra interest præstationem, siue bonæ fidei, siue stricti iuris iudiciis agamus[y], licet in obligatione faciendi aliud receptum esse videamus[z]. Cuius rei rationem Bartolus alio loco commemorauit[a], & alij non pauci sequuntur[a]. Non desuntetiam qui existiment fructus omnes in actionibus bonæ fidei actionis iure deberi[b], cùm contrà in stricti iuris iudiciis officio iudicis debeantur[c]. Vtilitas autem huiusce rei in eo est, quòd etiam si iudex de fructibus nihil omnino in sua sententia pronunciauerit, tamen iure actionis adhuc peti poterunt[d]. At vbi officio iudicis debentur, lata sententia cùm iudicis officiũ conquiescat[e], fructuum petitionem cessare æquissimum est[f]: sed hanc sententiam & Alexander Immoléšis, (ad rubri. ff. soluto matrimonio. & Iason in l. edita actio. columna 10. C. de edendo. idem in l. 1. numero 9. C. de iudiciis. idem in l. vinum. 9. columna. ff. si certum petatur.) cum aliis non paucis improbauerunt: illa scilicet ratione, quòd cùm ex regula iuris fructus omnes iudicis officio debeantur[g], ab ea recedendum non est, nisi lege aliud cautum inueniatur. At cùm nulla lege comperiamus fructus actionis iure venire, regulæ adhærendum fuerit. Existimarim tamen ita dici posse, fructus pendentes in bonæ fidei iudiciis actionis iure peti posse, cùm venditi esse intelligantur. sunt enim pars rei[h], & res ipsa propter fructus pluris vendita esse creditur[i]. quod in stricti iuris actionibus non obtinet[k]. Et vbi aliquid nobis vel in diem, vel sub conditione debetur, cautio de ea pecunia adueniente die vel conditione soluenda nobis præstari debebit[l]: quod in stricti iuris actionibus minimè euenire solet[m]. Quæ sententia tamen vera non est[n]. Præterea id quod nobis bonæ fidei iudicio debetur, solutum esse non videtur, nisi integrum redditum sit: sempérque prior actio durabit[o]: quod non est in stricti iuris actionibus. Addit Barto. (in l. 3. §. ex his. & §. item si in facto. & §. Cato. ff. de verbo. obliga. idem in l. 2. C. de hæreditariis actionibus.) ab hærede eius qui rem ex contractu bonæ fidei nobis restituere debebat, rem in solidum peti posse, etiam si pro parte hæres sit[p]. Sed id ego non tam naturæ obligationis, quàm detentioni tribuendum esse crediderim. Existimant alij pacto iuxta contractum bonæ fidei apposito vsuras peti posse[q]: quod in stricti iuris actionibus non obseruatur[r]: idque priuilegio actionis tribuendum est. Eodem modo vbi pactum contractui bon æfidei adhæret, tam actoris, quàm rei gratia inesse potest[f]. At in strictis iudiciis pro reo tantùm actioné producere solet[t]. Quid quòd Accursius cẽsuit[v], in bonę fidei actionibus ruta cęsa cóprehendi debere? cuius sentétia vulgo improbatur, cũ venditione excepta videãtur[x], nisi cóuẽtione expressa actũ sit ea venire[*]. Sunt & aliquot alia istarũ actionũ priuilegia, quæ hoc loco Accursius satis diligẽter perstrinxit[y]. Quæ omnia eò tendunt, vt animaduertamus non abs re esse quòd Iustinianus hoc loco actiones omnes aut bonæ fidei aut stricti iuris esse docuerit, cùm longè dispar sit earũ actionũ natura, neque in illis ex æquo bonã fidem intueamur. Omnes igitur actiones quæ hoc loco continentur, bonæ fidei sunt, reliquæ verò aliæ stricti iuris. Sed quî fit quòd Iustinianus eãdem vim aliis actionibns quæ hoc loco non recensentur, adiecerit? Et plerique id ad infrequentiã illarum actionum referendum esse existimauerunt[z], quæ sententia tamen vera non est, cũ & stipulatio, mutuum quoque, & alij similes contractus etiam in frequentiore vsu sint, quàm hi cótractus qui hoc loco describuntur[a]. Probabilius est igitur vt

t Vide omnino Barto. in d. l. eleganter.
v d. glo. in verbo, bona.
x communiter docto. hic.
y l. vbi autem nõ apparet. §. vlti. & l. si fundum. & l. si rem tradi. ff. de verbo. oblig. & l. si quis ab alio. §. vlti. ff. de re iu.
z notat. in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. l. vlt. ff. in ius vocati vt caut.
a Barto. in l. stipulationes nõ diuiduntur. §. Celsus. ff. de verbo. obliga.
a Iason in d. §. Celsus.
b glo. in verbo, oportere. in l. nõ solum. ff. de rei vẽd.
c § præterea infrà eo.
d Bar. in l. 4. C. depositi.
e l. Paulus. l. index. ff. de re iudicata.
f arg. l. cùm principalis. ff. de reg. iuris.
g l. ædiles. §. item sciendũ. ff. de ædil. ædicto.
h l. fructus. ff. de rei vendi. l. fundi partem. ff. de contrahen. emptione.
i arg. l. si venditor. §. sed in contrarium. ff. de seruis exportandis.
k l. si filiusfa. §. cùm fundum. ff. de verbo. obliga.
l l. in omnibus. ff. de iudi.
m glo. in d. l. in omnibus.
n Bart. in d. l. in omnibus. idem in l. dedi. 1. ff. de cõdict. causa data. idem in l. 2. & ibi Castrensis & Alexãder. ff. solu. matri. idé in l. fine apud acta. C. de transact.
o l. 3. § reddita. ff. cõmoda.
p l. 3. §. hæres. ff. commo.
q l. Lucius Titius Sempronius. ff. depositi.
r notatur in l. lecta. ff. si certum peta.
f notatur in l. in bona fidei. C. de pactis.
t l. lecta. versi. dicebam. ff. si certum peta.
v d. glos. bona.
x l. Celsus. §. idem Iulianus scribit. ff. ad exhibendũ. l. in vẽdendo. §. Quintus Mutius. ff. de contrahen. emptio. l. fundi. § si ruta. vbi Budæus notat. ff. de actio. empti. Alcia. in l. in rutis ff. de verbo. sig.
* d. §. Q. Mutius.
y glo. hic in verbo, bona fidei.
z Petrus Perticensis & alij Gallici scriptores. arg. l. iusta. ff. de vsucap. arg. l. 2. iuncta ibi glos. ff. de vsucap. pro emptore.
a arg. notat. per Iasonem ad rub. de verbo. obligat. arg. notat. per Barto. ff. si certum petatur.

dicamus

dicamus istud ipsum legislatoribus placuisse, vt actionibus hoc loco commemoratis multa priuilegia attribuerent *. Inter cæteras igitur actiones bonæ fidei primum locum occupat actio & venditio, deinde locatio & conductio, mandati actio tam directa, quàm contraria, depositi directa & contraria. Sed vnde dignoscemus directas actiones à contrariis? Et Bartolus respondet [a] id sic haberi posse, vt quotiescunque nomina contractuum & etiam contrahentium sunt diuersa, vtrinque actionem directam oriri dicamus, vt in emptionibus: alius enim est emptor, alius venditor: alia emptio, alia venditio [b]. Sic in locationibus alius est qui locat, alius qui conducit [c]. Idem dicendum est vbi & contractus & cótrahentium nomina sunt eadem. Vtrimque enim directa actio nascitur: vt in societate, est enim contractus vnus societatis [d]: rursum vterque socius dicitur. Quòd si nomina contrahentium sint diuersa, nomina verò contractuum eadem: ab altero directa, ab altero contraria nascetur, sicut in deposito. Est enim alius deponens, alius depositarius: vnus tamen contractus est, nimirum depositi. Vnde deponenti directa [e], depositario verò contraria actio dabitur [f]: quod & in negotiorum gestorum, commodati, pignoratitia, tutelæ actionibus euenisse videmus. Sic etiam familiæ herciscundæ & communi diuidundo actio bonæ fidei iudiciis asscribitur. Sed quî fit quòd finium regundorum actionem bonæ fidei iudiciis non connumerarit Iustinianus? Accursius credidit [g] eo consilio id factum esse, quia in ista actione id quod planè meum est, alteri adiudicatur [h]: cùm in aliis duabus actionibus id quod mihi cum alio commune est, alteri adiudicetur [i]: quæ sententia non immeritò Fabro displicuit [k], cùm iudicia omnia ex parte actoris [l], non autem rei metiamur. Probabilius itaque est vt dicamus & communi diuidundo & familiæ herciscundæ actionem bonæ fidei esse, propter communionem quandam quam cum societate habent [m]: quæ communio cùm in finium regundorum iudicio cesset, strictis actionibus connumerabitur [n]. Sic & præscriptis verbis actio quæ de æstimato proponitur, quæve ex permutatione competit, ideo bonæ fidei est, quòd magno necessitudinis vinculo cum emptionibus cohæreat [o]. Eius autem actionis quæ de æstimato proponitur, ratio sic se habet. Si quis rem æstimatam vendendam alicui dederit, in eum qui acceperit, de æstimato actio datur, ad id scilicet vt vel rem quam acceperit, incorruptam, vel eius rei æstimationem de qua conuenit præbeat [p]. Tenetur quoque is qui suscepit, susceptæ rei periculo. quod quidem vt nos facilius intelligamus, non alienum fuerit repetere num quando æstimatio periculo rei suscipienté adstringat. Qua in re contractus innominatos à nominatis distinguédos arbitror. In innominatis etenim contractibus regula est huiusmodi: Quotiescunque æstimatio propter rem fit (propter rem autem fieri dicitur, quando tradens vult aut rem ipsam accipere, aut illius rei æstimationem conuentam [q]) is qui rem suscepit, de periculo teneatur [r], si modò aliqua ad eum commoditas redire potest [s], vt ecce dedi tibi vestem decem aureis æstimatam, vt vel eam vendas, aut mihi illam rem, aut illius rei æstimationem restituas: & quo pluris vendideris, tibi habeas. Ecce cómoditas, quæ in eo esse potest, quòd fortè huiusmodi res pluris distraherur, facit vt quis periculo sese adstrinxisse videatur [t]. Crediderim tamen etiá si nulla spes futuri lucri subsistat, periculo tamé suscipientis rem ipsam videri. Etenim cùm in dubio æstimatio faciat venditioné [v], nominatim vbi pretiú ipsi rei respódet [x], videtur idé hoc casu statuendú quod in véditionibus cóstituimus: vt queádmodú emptione perfecta periculú statim emptoré respicit [y]: ita & vbi res æstimata data est, ex ea æstimatione venditionis cótractus elici posit [z]. Oportebit tamen æstimationé certá esse *, sicut & in venditionibus certum pretium esse debet [a]. Etenim si res æstimata de-

& arg. notato. per Bartolum in l humanitatis. C. de impuberum & aliis substitutionibus. arg. notat. per eundem Bartolú in l. ex facto. ff. de vulgari. & Decium in rub. C. de testamen. militis.

a Barto in l. 2. ff. de actio. & obliga.

b Lex empti. ff. de actionibus empti. l. 1. ff. de rerum permutatione. lib. 19.

c supra de locato.

d supra de societate.

e §. præterea. supra, quib. modis re contra. obliga.

f depositi vel contra. ff.

g glos. hic in verbo, communi diuidundo.

h l. 2. circa finem. ff. finiú regundorum.

i § quadam. versi. vlt. supra eodem.

k Faber hic.

l l. cùm quedam puella. §. vlti. ff. de iurisdic. omnium iudicum.

m arg. l. vt sit pro socio actio. ff pro socio.

n Iason hic.

o l. 1. ff. de æstimatoria actione. l. 2. C. de rerum permutatione.

p l. 1. §. æstimatio. ff. de æstimatoria actione.

q arg. notatorum per Iasonem ad l. 1. ff. de æstimatoria actione.

r l. si tibi rem. ff. de præscriptis verbis.

s Faber & Plateanus hic iuncta glos. in verbo, de æstimato.

t arg. l. id quod post emptionem. ff. de pericu. & commodo rei vendi.

v l. cùm fundus. vbi Bart. expressim notat ff. locati. glo. in l. si inter virú. C. de iure dotium. l. ex conuentione. C. de pactis. & ibi notatur.

x glos. in verbo, agendo. in l. 1. ff. de superfi.

y l. necessario. ff. de periculo & commodo rei vendita. §. cùm autem. sup. de emptione.

z d. l. cùm fundus. & l. quæro. §. Paulus. ff. locati.

* Fulgosius in l. 1. §. æstimatio. ff. de æstimatoria actione. a §. item pretium. supra de contrahenda emptione.

tur, incerta tamen æstimatione, animaduertendum erit num me rogaueris vt res illas tibi vendendas traderem: vt iam res sit tuo periculo[b]. Sed si ego te rogaui, mei periculi erunt: quemadmodum & vbi dubitatur, vter nostrûm rogauerit[c]. Quòd si æstimatio tantùm eo consilio inita sit, vt intelligamus quanti res ipsa vendi potuerit, tunc citra aliquod periculum res apud recipientem permanet[d]: queadmodum & vbi non satis constat an æstimatio ipsa propter rem, an propter valoris cognitionem facta sit. In dubio enim res ita interpretari debet, vt sine periculo sit apud eum qui acceperit[e]. Hinc & illud deciditur, quòd si res æstimata sit apud te tuo periculo, actúmque sit vt quo pluris vendideris, tibi habeas: te id quo pluris vendidisti, consequi posse[f]. At vbi res sine periculo tuo est, etiam si nominatim conuenisset vt quo pluris vendidisses rem, tibi acciperes: non propterea tamen id quo pluris vendita est res, poteris consequi[g]. Neque enim eam rem illi quæstui esse oportet priusquam periculo eius sit[h]. Sed quid in nominatis contractibus? Et si quidem eius rei æstimatio fiat in eo contractu, quòd dominium transferri potest, verius est vt æstimata res cedat periculo accipientis[i]. At vbi contractus eiusmodi naturæ est, vt dominij translationem non inducat, æstimatio nihil omnino accipientis periculo adiicit, sed contractus in sua natura remanebit, sicut in commodato, locatione, deposito euenire solet[k]: nisi quis nominatim periculum repromiserit[l]. Sed quid si à me mutuam pecuniam acceperis, postea eius generis pecunia edicto principis ab hominum cómercio exulare cœperit, continuóne tibi liberationem contigisse dicemus[m]? Et benignius est, ne tu alieno detrimento locupleteris, vt eius pecuniæ æstimationem quanti tunc fuerat, præstare debeas[n]. Idem & si fortè eiusdem pecuniæ pretio aliquid accesserit vel decesserit, modò nulla mora arguatur: alioqui quanti plurimi pecunia vel nunc est, vel olim fuit, quisque cõdemnari debet[o]. Sic & præscriptis verbis actio quæ ex permutatione datur[p], propter similitudinem quam cum venditione habet, bonæ fidei iudiciis adscribi debet[q]. In aliis autem casibus stricti iuris erit, si quidem ea pro contractu innominato, do vt des, competat. Neque enim satis verum est quod Accursius existimauit[r], contractum hunc innominatum à permutatione nulla in parte dissidere[s]. Permutatio etenim tunc dicitur, quando vtrinque facta est rei datio. Etenim si ego dedero, & tu cessas dare, non potest dici vtrinque permutationem factam esse, nisi res data sit[t]. Etenim permutatio nomen iuris est, quod executionem significat[v]. Hæc autem permutatio prout est in fieri, id est pactum de permutando, species est contractus innominati do vt des[x]. Præterea iurisconsulti viderentur frustra titulum hunc permutationis à reliquis aliorum contractuum speciebus distinxisse, si quidem existimassent, & do vt des, & permutationem idem sibi voluisse. Et cùm ex pacto iuxta contractum in continenti apposito præscriptis verbis actio detur, vt communiter omnes voluerunt[y], existimauerunt plerique eam stricti iuris actionibus connumerari[z]. Quæ sententia mihi non satis probatur. Neque enim satis verum est ex huiusmodi pactis actionem præscriptis verbis oriri[*], sed verius est vt actio ex eodem contractu nobis concedatur: quod nec aduersarij negauerunt[a]. Etenim cùm pactum istud pars contractus esse censeatur[b], impossibile est quòd actionem à suo toto discrepãtem producat[c]: quemadmodum nec rerum natura admittit vt mulier vitulum pariat. Vnde contractus nominati sicuti stricti, præscriptis verbis actionem non pariunt: ita nec pactum

b l. si gratuitam. §. si margaritas. ff. de præscriptis verbis.
c d. §. si margaritas.
d Iason in d. l. 1. ff. de æstimatoria actione.
e arg. notatorum in l. si vnus. §. pact⁹ ne peteret. ff. de pactis.
f arg. l. secundum naturam. ff. de reg. iuris.
g l. si is qui commodatum. §. si quem quæstum. iuncta glo. in verbo, eius sit. & ibi Bartolus notat. ff. cõmo. l. apud Labeonem. ff. de præscript. verbis.
h d. §. si quem quæstum.
i Panormitanus & Ioannes Andreas in cap. vnico de commodato. Vide ad nauseam Barto. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cõmodati.
k Vide notata in §. item. Is cui res aliqua. suprà quib. mod. re contrahi.
l Et ita intelligit Panormitanus in cap. modò allega. textũ in l. si vt certo. §. nunc videndũ. ver. cõmodatum. ff. cõmoda. contra Barto. ibi.
m Barto. in l. Paulus. ff. de solutionibus.
n l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. actio. cap. olim. vbi Panor. not. de censibus.
o arg. l. vinum. ff. si certũ petatur.
p l. 1. ff. de rerum permutatione.
q l. rebus. l. ex placito. & l. permutatione. C. de rerum permutatione. Iason in l. 1. ff. de rerum permutatione.
r glo. hic in verbo, ex permutatione.
s glos. in verbo, facias. in l. iurisgentium. ff. de pac.
t arg. l. vrbana familia. §. pernoctare. & ibi Albericus notat. ff. de verbo. signifi.

v cap. 1. 2. & 3. de rerũ permutatione. x l. naturalis. §. & si quidem. ff. de præscriptis verbis. Fortunius Gartia in repetitione l. iurisgentium. numero 11. idem numero 22. ff. de pactis. y communiter doctores ad §. quinimo. in d. l. iurisgentium. ff. de pactis. idem ad l. in bona fidei. C. de pactis. z communiter interpretes hic. * moderni ad §. quinimo. a Bartolus & alij in d. §. quinimo. b l. fundi parte. ff. de contrahen. emptione. c arg. l. qua de tota. ff. de rei vendicatione.

quod

quod illis cohæret, ne vna eadémque res diuerso iure censeatur [d]. Non negauerim tamen quin vbi res postulet,& natura negocij non refragetur, ex huiusmodi pacto præscriptis verbis actionem dari [e]. In summa igitur præscriptis verbis actio extra istos duos casus stricti iuris erit, vtpote quando illa pro contractibus innominatis competit, nimirum do vt des, do vt facias, facio vt facias. Non idem est in contractu, facio vt des. Rectè etenim Paulus ait [f], Quòd si faciam vt des: & posteaquam feci, cessas dare, nulla erit ciuilis actio, id est, præscriptis verbis [g], sed de dolo actio dabitur [h]. Cuius rei ratio à recentioribus iurisconsultis alicubi excussa est [i], cùm non satis vera sint quæ in eam rem vetustissimi iuris nostri interpretes [k] coniecerunt [l]. Sed quid in actione quæ in factum dicitur [m]? nunquid ea stricti iuris erit? Et quidem id videtur, nisi vbi ea cũ præscriptis verbis actione quæ vel de æstimato vel de permutatione proponitur, concurrat: ídque aduersus Accursij sententiam [n] probabilius esse videtur. In aliis autem omnibus casibus in quibus eam locum habere certum est [o], stricti iuris erit. Solet etiam actionibus annumerari petitio hæreditatis hoc textu sub finem, quæ aliâs directa, aliâs vtilis reperitur. Directa ei datur, ad quem successio veteri iure vel nouo pertinet. Veteri, ex testamento [p]. vel ab intestato. (l.3. ff. de petitione hæredita. l. lege obuenire. ff. de verborum significatione.) Nouo iure, vt ex senatuscõsultis, Tertulliano scilicet (suprà ad Tertullianum.) & Orficiano. (suprà ad Orficianũ, Rubrica, vt ex ll. & senatusconsultis bonorum possessio detur, per totum titulum, l. 1. 2. 3. 4. ff. de petitione hæredita.) Datur autem ei qui ex asse hæres est institutus [q], vel ex parte [r], aduersus eum qui totam hæreditatem possidet [s], vel illius partem [t], licet minimam. (l. licet minimam. ff. de petitione hæredita.) vel ius aliquod hæreditarium possidet, qua in specie licet tota hæreditas petatur, officio tamen iudicis id continetur. Vt quòd aduersarius possidet, tantummodo nobis restituat [v]. In eum etiam dabitur, qui res quasi hæreditarias possidet [x]. Idem & si neque hæreditaria sit vel quasi, vt puta quia ad fructus qui post aditam hæreditatem accesserunt, accommodetur [y]. Dabitur autem in eum qui nullo titulo possidet, vt quia pro hærede [z], vel pro possessore. (d.l. pro hærede. & l. qui interrogatus. & l. nec vllam. illo titulo. §. sequens. versic. pro hærede. infrà de interdictis.) Aduersus enim titulo possidentem institui nequit [a]. Nullum autem titulum existimo eum, qui vel de facto nullus est: vel si de facto processit, iuris tamen ratione subsistere non potest, ídque vel personæ causa, vt quia à furioso quis emerit [a], vel rei nomine, vt quia lite mota rem ipsam possidere cœperit [b]. Vtilis autem petitio hæreditatis modò ex actoris, modò ex rei persona iudicari debet. Ex persona actoris, vt quia ei datur qui bonorum possessor est, vel ei cui fideicommissaria hæreditas ex Trebelliano senatusconsulto restituenda est [c]. Ex persona rei, vt quia aduersus eum datur, qui dolo possidere desiit. (l. etiam. §. item si quis. ff. de petitione hęredita.) litíve se obtulit. (l. qui se. ff. de petitione hæredi. l. is qui se liti obtulit. ff. de rei vendicatione.) Datur autem aduersus emptorem, vel aliâs acceptorem, siue is bonæ fidei sit, siue malæ: licet aduersus eum qui bona fide possidet, non aliâs detur, quàm si venditor non compareat, aut modico quis distraxerit [d]. Hæc autem omnia petendæ hæreditatis remedia cessant vbi hæreditas acquisita est. Iam enim hæreditas desiit appellari, & proprium ipsius hæredis patrimonium dicitur [e]. Et ideo censuit Socynus consilio 74. volumine tertio renunciationem quam hæreditati patris fecerat mulier, ad hæreditatem fratris producendam non esse, etiam si ille patris sui hæreditatem accepisset. Qua ratione Raphaël Cumanus & Ludouicus Romanus [f] censuerunt mulierem quæ lege municipij si extra territorium nu-

d arg. notat. in l. nõ omnis numeratio ff. si cer. peta.
e l. 2. C. de pact. inter emptorẽ & vendit. compo.
f l. naturalis. §. ꝑ si faciã. ff. de præscriptis verbis.
g l. solent. circa finem. ff. de præscript. verbis.
h l. cũ proponas. C. de dolo. l. actione. cũ iuncta l. vt respõsum. C. de trãsac. Decius in d. l. actione.
i Alcia. lib. Paradoxorũ 5. cap. 7.
lz Bart & Iason in d. §. quòd si faciã. Areti. ad §. 2. sup. de locato.
l Iason hic.
m Ias. in l. 1. ff. de præscriptis verbis.
n contra glos. hic in verbo, ex permutatione. circa medium.
o glo. in §. de ordine. infrà de interdictis. glo. ex permutatione. circa finem.
p l. 1. ff. de peti. hæreditatis. iũcta nota. per Alesatũ in l. nihil aliud est. ff. de verbo. signifi.
q l. generaliter. ff. de petit. hæreditatis.
r titulo, si pars hæreditatis petatur. ff.
s d. l. regulariter.
t l. 1. §. is qui hæreditatẽ. ff. si pars hæredi. peta.
v d. l. 1. §. is qui hæreditatẽ. & d. l. licet minimã.
x l. item vidẽdum. §. vlti. & l. & non tantum. ff. de pet. hæredita.
y l. item veniunt. §. item non solum. & §. fructus. ff. & l. 2. C. de petitione hæreditatis.
z l. pro hærede. ff. de petit. hæreditatis.
a l. hæreditatis. vbi vide de ratione Barto. C. de petitione hæredita. Iason hic in materia libellorũ.
a l. nec vllam. §. 1. ff. illo titulo.
b d. ll. modò allegatis, iuncta authen. litigiosa res est. C. de litigiosis.
c l. 1. & per totum titulũ. ff. de possessoria hæreditatis petitione. l. 1. & per totum titulum: ff. de fideicommissaria hæreditatis petitione.
d d. l. etiam. §. 2.
e l. sed si plures. §. filio ff. de vulgari.
f Vterque in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. possessione.

beret, ab hæreditate patris repellebatur, eum patris ſui adita hæreditate in mariti ſui territorium tranſire poſſe. Eodem modo & ſi plebiſcito municipali caueatur mulierem ab hæreditate patris exiſtentibus maſculis repellendam eſſe, poſſe tamen fratri qui patri aliquando ſucceſsit, ſuccedere. Iam enim non tam patris hæreditatem, quàm proprium ipſius fratris patrimonium occupare dicitur. Quæ omnia eò tendunt, vt animaduertamus non ſtatim ad hæc omnia petendæ hæreditatis remedia confugiendum eſſe; vbi nos hæreditatem ipſam accepimus. Etenim cùm iam dominium habeamus, iámque à rei noſtræ poſſeſsione ceciderimus, rei vendicatione agendum eſſe conſtat[g]. Cæterùm admonendum eſt petitionem hæreditatis quæ ei cui vel ex Trebelliano vel fideicommiſſo reſtituenda eſt hæreditas, datur, ſtricti iuris eſſe[h], cùm eius nullam hoc noſtro reſponſo mentionem fieri videamus. Quæ ſententia apud me dubia eſt, præſertim cùm videam omnia quæ petitioni hæreditatis congruunt, iſtis quoque actionibus competere[i]. Satis enim expreſſa eſſe videtur à Iuſtiniano iſtarum actionum natura, dum ſcilicet ille petitionem hæreditatis expreſsit[k]. Sed dubitari poteſt, nunquid actio ex teſtamento ſit bonæ fidei[l]. Et illa ſtricti iuris eſt, licet magno neceſsitudinis vinculo cum bonæ fidei actionibus coniuncta ſit[m]: quod & in mortis cauſa donatione obſeruandum eſt[n]. Profuerit autem plurimum animaduertiſſe contractus omnes qui cum principe initi ſunt, bonæ fidei eſſe[o]. Reliqua quæ ad huiuſce reſponſi diligentiorem inueſtigationem pertinent, ex his quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis haberi poſſunt[p], & quilibet id ex Iaſonis commentariis repetere poteſt[q].

§. Fuerat.

Cùm ſtipulatio non niſi vtroque loquente concipi poſsit[r], cúmque ea ſtricti iuris actionibus annumeretur[ſ], videbatur ex ſtipulatu actio mulieri pro repetenda dote competere non poſſe, cùm nulla omnino verba interpoſuerit[t]: attamen hic aliud deciditur. Lex enim ſtipulationem acceſsiſſe fingit[v], quod & in multis aliis iuris noſtri locis euenire videmus[x]. Et cùm ea in locum rei vxoriæ actionis ſufficiatur[y], quæ & ipſa bonæ fidei erit, meritò bonæ fidei iudiciis annumerabitur[z]. Per manus etenim omnium traditum eſt[&] ſubrogatum, eius in cuius locum ſubſtituitur, naturam imitari[a]: ídque non in rebus corporalibus tantùm, ſed & in iis quæ in iure conſiſtunt, euenire videmus. (l. eum debere columnam. ff. de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.) Et hæc actio quæ in locum alterius actionis ponitur, prioris actionis naturam redolet[b], naturam inquam primam, non autem accidentariam[c], quod exemplo petitionis hæreditatis receptum eſt: quæ ſi pro damno iniuria dato accommodetur, inficiatione non creſcet. (contra l. contra negantem. C. de lege Aquilia.) Etenim Aquilianæ formulæ materiam primariam, quæ eſt vt ad ſimplum detur[d], obtinet: quod & Bartolus (conſilio incipiente, Quæritur vtrum iuri agendi, &c. Idem Bartolus in l. ſi quis filium. vbi Iaſon notat. C. de inofficioſo teſtamento.) in actione qua ad ſupplementum agitur eueniſſe oſtendit, vt quæ inſtar querelæ quinquennio finiri debeat[e], ea nimirum gratia, quòd in totum locum querelæ ſufſecta ſit. Quæ ſententia tamen non immeritò quibuſdam diſplicuit[f]. Non enim in locum querelæ datur, ſed potius illi ex diametro repugnat[g], nimirum cùm ea ad conſeruandum[h], querela verò ad euertendum teſtamentū tendat[i]. Quæ omnia eò tendunt, vt intelligamus actionem ex ſtipulatu pro dotibus

g l. actionum genera. ff. de actionibus. & §. omnium. ſuprà.
h Iaſon hic vlti. nota numero 27.
i l. 2. ff. de poſſeſſoria hæreditatis petitione. l. 2. ff. de fideicōmiſſaria hæreditatis petitione.
k arg. notatorū. per Fabrum in §. ſed iſta. infrà in §. item Seruiana. ſuprà.
l Iaſon hic in ſecundo notabili.
m l. in minorum. vbi Bartolus notat. C. in quibus cauſis in integrum reſtitu. non eſt neceſſ. l. Titia Seio. §. vſuras ff. de lega. 2. l. huiuſmodi. §. ædes. ff. de lega. 1. l. Meuius. §. fundo. vbi Barto. notat. ff. de lega. 2.
n glo. notabilis in l. Seia. §. bonæ fidei. ff. de mortis cauſa donationibus.
o communiter doctor. hic arg. notato per Iaſonē in §. de conſtituta. ſuprà.
p ſuprà de emptione & venditione, & ſequentibus titulis.
q Vide Iaſonē hic in materia libellorum.
r l. 1. ff. de verbo. obliga.
ſ arg. notatorū. in §. actionum. ſuprà.
t l. vnica §. 1. C. de rei vxor. actio.
v d. l. vnica.
x l. his verbis. ff de adopt. l. cùm oſtendimus. §. vlti. ff. de fideiuſ. tuto.
y hoc textu in princip.
z d. l. vnica. §. ſed & ſi non ignoramus. C. de rei vxo. actio.
& Bartolus & Iaſon in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. idem Iaſon in 1. notabili.
a d. §. qui iniuriarum. & arg. huius textus noſtri.
a arg. l. cæterorum. circa finem. ff. de verborum ſignificatione.
b d. §. qui iniuriarum. de actionibus. §. item furti. ſuprà.
c gloſ. in l. item veniunt. §. cùm prædixerimus. ff. de petitione hæreditatis.
d l. qui ſeruum §. vlt. ff. de actionibus. §. item furti. ſuprà.
e d. l. ſi quis filium.
f Ludouicus Romanus in l. certi condictio. ff. ſi certum petatur. Philippus Decius conſilio 30. volumine 3.
g §. igitur. ſuprà de inofficio. teſtamento.
h l. omnimodo. l. quoniam in nouellis. C. de inofficio. teſta. §. ſed hæc ita. ſuprà de inofficioſo teſtamento.
i l. vt liberis. C. de collationibus. Dixi ad §. 1. ſuprà de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

repeten-

repetendis mulieri accommodari posse, etiam si nulla verba accesserint, eamque bonæ fidei esse, vt quæ naturam rei vxoriæ actionis sapiat. Et cùm huiuscemodi actionem bonæ fidei esse constet[k], siue ea mulier, siue maritus ad promissa agat[l], consentaneum est vt & in ea vsuræ ex mora deberi incipiant[m]. Et licet Pontificum iure vsuræ in totum abrogatæ esse videantur[n], eius tamen quod nostra interest loco adhuc peti poterunt[o]. Incipiunt autem deberi vsuræ ex mora siue illa regularis sit, siue irregularis[p]. Mulier autem si ipsa sibi dotem constituit, in mora irregulari constituitur ex quo alimenta à marito recepit, & ad fructus & ad vsuras tenebitur[q]. Ratio est, quia dotis constitutio tacitam conditionem habet, si matrimonium subsequatur[r]. Præterea maritus iã mulieri ipsi contractum adimpleuisse videtur, vt qui cœperit ferre onera matrimonij, atque eo ipso mulierem in mora constituit[s]. At extraneus qui dotem mulieris nomine promisit, in mora irregulari constituitur post bienniũ. neque enim matrimonium illi adimpletum esse dici potest[t]: satísque est rationem hanc non cessare, licet alia ratio, quòd scilicet dotis promissio, matrimonij futuri tacitam conditionem habeat, cesset[v]. In mora autem regulari tam mulier quàm extraneus constituuntur, vbi dos, promissa die, soluta non est[x], aut aliqua alia mariti interpellatio accesserit (l. si ex legati causa. ff. de verbo. obliga. vbi Bart. notat.) Sed quid si toto decennio maritus nullam vsurarum mentionem fecerit? Et Bald. respondit consilio incipiente, In Christi nomine, Amen. post biennium à die ductionis &c. vsuras amplius peti non posse[y]. Quæ sententia recepta non est. (Aretinus hîc contra Bald.) Etenim cùm illæ vsuræ loco eius quod mariti interfuit debeantur[z], rectè vsque ad 30. annos peti poterũt, siue iure actionis, quod quidem indubitatum est, (l. sicut. l. omnes. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum.) siue officio iudicis debeantur: cùm illi ante 30. annorum spatium non præscribatur[a]. Nec nos quicquam mouet diui Pij rescriptum quod inter Pauli responsa relatum est[b], quo is vsuras post longum tempus id est decennium[c], peti non posse asserunt. Id enim in vsurario, siue eo cuius nihil omnino interfuit, accipiendum est[d]. Hæc autem nascitur actio soluto matrimonio[e], nisi quod aliquando vbi maritus ad inopiam vergit, constante matrimonio nascitur[f]. Soluitur autem matrimonium morte tantùm, cùm hodie pontificum iure diuortia in totum abrogata sint[g]: licet olim lex ciuilis ea permiserit. (l. 1. ff. de diuortiis. Vide omnino Alciatum in l. inter stuprum. §. diuortium. ff. de verbo. & re. signif.) Ad id autem hæc actio nascitur quòd immobilia quidem statim, mobilia verò post annum[h] ea actione mulier repetere potest[i]. & si in mobilibus dos consistat, tunc hȩredes intra annum vxorem alere debebunt, si quidẽ non habeat vnde commodè se tueri possit[k]: nisi hæredes statim dotem ipsam restituere velint[l]. Etenim cùm tempus illud in fauorem hæredum adiectum sit, (d. § exactio) poterunt illi huiusmodi fauorem in totum ab se repellere[m]. aut nisi statim ad alium maritum perrexerit. (Iason hîc numero 25.) Cæterùm si mulier paulò negligentior post annum fuerit in huiusmodi dote repetenda, verius est vt nec illa vsuras eam ob causam petere possit[n]. sibi etenim imputet mulier quæ statim dotem ipsam non repetierit. Dabitur autem hæc actio non mulieri tantùm, sed & eius patri. pater enim nomine patriæ potestatis actionem cum filia communem habere creditur[o]: propria verò actione pater agere non potest nisi expressim stipulationem adiecerit: neque solum pactum quicquam proficiet, licet in extraneo aliud receptum esse videamus, vt cui vel nudo pacto actio quæratur[p]. Differẽtiæ ratio hȩc est, quòd cũ pater in id adiuuetur, vt etiam si nulla omnino stipulatione sibi cõsuluerit, communi

k d. §. sed & si non ignoramus.
l iuxta nota in l. de diuisione ff. soluto matri.
m l. mora. §. in bona fidei. ff. de vsuris.
n toto tit. de vsuris. notatur in l. vnica. C de sentẽ. quæ pro eo quod interest. nota. in l. 1. C. de summa trinitate & fide catholica.
o cap. salubriter. de vsuris.
p Vide de mora glossam ordinariam in l. mora. ff. de vsuris.
q Bar. in l. de diuisione vbi Alexander & Iason notãt ff. soluto matrimonio.
r l. dotis fructus. & l. stipulatio ista. ff. de iure dotiũ.
s Barto. in d. l. de diuisione.
t l. vlt. §. præterea iuncta ibi glos. interlineari in verbo. siquis. C de iure dotium. quam Bart. ita intelligit in d. l. de diuisiõe.
v arg. notato per Alciatũ in l. 1. de verborum significatio. pag 5. per §. affinitatis. suprà de nuptiis.
x l. magnum. C. de contrahen. & committen. stipulatione. ar. notato per Bart. in l. si insulam. ff. de verbo. obliga.
y l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsuris.
z ca. salubriter. De vsuris.
a glo. est in verbo, persecutione in d. l. sicut.
b d. §. diuus.
c communiter interpretes ad §. ex non scripto. sup. de iure naturali. docto. in l. de quibus. ff. de legib.
d Iason hic numero 20.
e glos. vlt. circa medium in hoc. §.
f l. si constante. ff. soluto matrimonio. l. vbi. C. de iure dotium.
g toto titu. de diuortiis. in antiquis.
h l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actione.
i Bar. in l. diuortio. §. interdũ. ff. soluto matrimonio.
k Bart. Bald. & alij in d. l. diuortio.
l ar. l. si ita scriptum. §. Pegasus. ff. de lega. 2.
m ar. l. siquis in cõscribẽdo. C. de pactis. argute per Petrũ Ancharanũ in suis cõsiliis consilio. 51. in 2. dubio.
n Innocentius in d. cap. salubriter.
o l. 2. §. quòd si patris. & §. voluntate. & l. cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimonio.
p l. auia. C. de iure dotium. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoria actione.

tamē actioni etiam filia inuita, modò is bonæ frugis & vitæ laudatæ sit[q], agere posit: in eo etiam opprimitur, vt non alias quàm stipulatione expressa experiri posit[r]. At cùm extraneus nulla stipulatione interposita filiæ dotem acquirat[s], (neque enim ex interuallo interposita stipulatio quicquā proficiet[t], modò matrimonium subsequatur[u]) in eo quoque iuuari debet, vt nuda cautione satis cautum illi esse existimemus. (d.l. cū qui.) Et generaliter omnibus qui filiæ dotem constituunt, vel alioqui constituere tenentur, actionem huiusmodi accommodabimus. Eorum autem numero qui necessitate ita suadēte filiæ dotem constituere compellūtur sunt pater. ad id enim iudicis officio impelli potest. Quin & filiæ illud permittitur, vt sua sponte, iudice tamen authore, sibi ex rebus patris dotem constituere posit[y]. Videmus enim quòd licet filia aliquot aduentitia bona habeat, pater tamen qui dotem puellæ constituit in dubio de ipsius bonis dotem constituisse existimandus est[z]. Cæterùm pater obæratus filiæ dotis nomine nihil dare potest[*]: immo & si dederit, à creditoribus reuocari poterit[a]. quemadmodum nec ille ad id impellitur vbi filia à religione Christiana desciuerit[b], aut alioqui ingratitudinis notam apud patrem incurrit[c]: aut quia fortè quæstum suo corpore facere cœperit[d], neque aliquid patris culpæ imputari potest[e]. Censuerunt etiam nonnulli[f], filiæ quæ inuito parente se indigno nupserit, dotem constitui non debere. Quæ sententia tamen recepta non est[g]. Sunt & aliæ personæ quæ dotem cōstituere tenentur, cuiusmodi est auus, auia, mater, patruus, auūculus, frater, cæteríque alij quos sanguinis necessitudo ipsi filiæ coniunxerit. Hi enim filiæ inopi dotem constituere tenentur[h]. Hi igitur omnes solo pacto actionem sibi acquirunt, quæ illis propria est: nisi quòd pater expressa stipulatione sibi prospicere debet, nisi velit actione communi experiri. Hæc autem ex stipulatu actio comitem habet tacitam hypothecam[i], siue matrimonium verum sit, siue putatiuum[k]. Neque enim verum est (quod quidam existimauerunt) mulieri tantùm tacitam hanc actionem competere. Id enim legis nostræ verbis repugnat[m]. Et ideo cùm istud priuilegium actioni detur, ad quoscunque actione pro dote repetenda agentes pergere poterit[n]. Hæc autem tacita hypotheca non pro dote tantùm, sed etiam pro rebus paraphernis[o], & propter nuptias donatione competere solet. Ex eo autem tempore vim suam huiusmodi hypotheca accipit, ex quo matrimonio constante dos constituta est[q]. Nam etsi perendie sponsaliorum, ante tamē initum matrimonium dos constituatur, adhuc tamen mariti bona hypothecæ nō subiiciuntur[r]. Hęc autē tacita hypotheca in id mulierem adiuuare potest, vt ea creditoribus in dote repetenda præferatur[s]. Sed nunquid indistinctæ omnibus anteponitur? Et verior est eorum sententia, qui existimant eam tantummodo iis qui tacitæ hypothecæ iure nixi sunt, anteponendam esse, etiam si illi priores tempore fuerint[t]. Lex enim priuilegium quod aliis concessit in mulierum gratiam ab aliis auocare potest[v]. At si quis expresse nitatur hypothecę, hic mulieri anteferendus erit[x]. Lex enim id quod alij acquisitum est, non tam facilè auellere potest. Qua tamen in re ego adhuc hæreo: videtúrque Martini opinioni adhærendum[y], vt mulier indistinctè omnibus creditoribus præferatur. Etenim priuilegium semper eam interpretationem accipere debet, vt deroget iuri communi[z]: vnde & priuilegium nomen accepit. At si nos fateamur mulierem præferri tantummodo iis qui tacitam hypothecam habent, nullum erit mulieris priuilegium. Nam cùm tacita hypotheca ex priuilegio concedatur[*], si mulier contra eum qui tacitam hypothecam habet cōsistat, tunc cùm vterque sit priuilegiatus, ad ius commune recurrendum erit[a]: vt nimirum is potior sit, qui prius

q d.§. eo autem tempore.
r ar. l. eū qui. ff. de iureiurā.
s glo. nota. in verbo, fecerit. iuncta ibi doctrina Bar. in d.§. accedit. Bar. in l. 2. & in l. quoties. ff. solu. matri.
d d. glo. fecerit.
v l. si ego. in prin. ff. de iure dotium. Bart. in d. l. si cū dotem. idem in l. si donaturus. ff. de condictione ob causam datorum.
x l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. l. vlt. C. de dotis promissiōe. adde l. vlt. §. vtramque. C. de dot. promissio.
y Bal. in d. l. vlt.
z d. l. vlt. C. de dotis pmiss.
* dixi in §. item si in fraudem. suprà.
a l. ait prætor. § si cum mulier. & l. si fraudator. § si à socero. ff. quæ in fraud. credito.
b l. cognouim⁹. C. de hæret.
c ar. §. aliud est. §. causas in auth. vt cū de appel. cog.
d l. si filiam tuam. C. de inoffic. testa.
e propter d. l. si filiam tuā iuncta authen. seq.
f Paul. Castrensis in d. l. si filiam.
g Iason in d. l. si filiam tuā. & Philippus Deci⁹ in l. nuptias. ff. de reg. iuris.
h Iason in authē. res. C. cōmunia de legatis & fideicom. idem hic num. 95. vsque ad numerum 100.
i l. vnica. §. & vt plenius. ibi ī huiusmodi actiōe. C. de rei vxo. actione. Bar. in l. 1. ff. solu. matrimonio.
k l. si cum dotem. §. vlt. ff. soluto matrimonio.
l Diuus hic.
m hoc §. ibi, sed & tacitā ei dedimus hypothecam.
n l. in omnibus causis id obseruatur. & l. priuilegia. ff. de reg. iuris.
o l. vlt. C. de pactis conuentis. l. vlt. versiculo in rebus extra dotem constitutis. C. de iure dotiū.
p Iason hic in 4. notab.
q arg. l. 2. ff. de iure dotium.

r ar. nota. per Iasonem hic numero 38. s glos. hic in verbo, creditoribus. t l. assiduis. C. qui potio. in pigno. vel hypothe. hab. v d. gl. ī verbo creditorib⁹. x l. vbi. C. de iure dotium. y glos. in verbo creditoribus. in princ. z Franciscus de ripa ad rubricā. de rescriptis extra. * notatur in §. item Seruiana. suprà. a Petrus Perticensis in §. rursus. suprà.

contraxerit.

contraxerit[b]. Eo autem priuilegio mulier vtitur, quæ revera dotem ipſam numerauerit[c]. Idem & ſi de dote cauta non numerata experiatur, modò creditores de numeratione pecuniæ quam ſe marito feciſſe dicunt, nihil docuerint. Hócque caſu Bartoli ſententia defendi poteſt[d]. At vbi cum creditoribus qui de numeratione docent committitur, eam in dote cauta non numerata poſtponendam eſſe céſuerim[e]. Hócque caſu Accurſij ſententia procedere poteſt[f]. Quin & mulieri quæ ſecundo nupſerit, priuilegium hoc in bonis prioris mariti indulgebimus[g]. Licet enim maritum habeat, tamen non tam id inſpiciendum eſt, quàm illud ſcilicet quòd matrimonij onera adhuc durẽt[h]. Immo & ſi illa hanc ex ſtipulatu actionem in aliam obligationem transfuderit, adhuc tamen hoc priuilegio vtetur. Priuilegia etenim quæ legis diſpoſitione alicui obligationi inſunt, in obligatione nouante ſemper repetita eſſe exiſtimantur[i]. Illud autem tenendum eſt, mulieri eatenus hoc prælationis beneficium concedendum eſſe, cùm ea de dote ſua experietur[k]. eſt enim perſonale priuilegium, quod non facilè à perſona ſeiungi poteſt[l], niſi quòd aliquãdo filiis conceditur etiam repudiata matris hæreditate, vtpote cùm eis iure filiationis competat[m]. Nonnunquam etiam patri datur, præſertim vbi is actione communi ad dotem agit[n]. Is quoque qui mulieris nomine agit, hoc priuilegio gaudet[o], etiam ſi hic procurator in rem ſit quem mulier neceſsitate ita dictante rebus ſuis præfecerit[p]. Si enim ſuapte voluntate actionem ceſſerit, propius eſt vt hic ceſsionarius huiuſmodi beneficio iuuetur. Iaſon hîc numero 122. Et cùm iſtud priuilegium doti concedatur, conſequens eſt vt nec ad donationem propter nuptias, nec ad alia paraphernalia bona extendi poſſit, quod communiter omnes hîc ſentiunt.

b l. potior. ff. qui potiores in pigno. argum l. 2. quam omnino vide. C. de priuilegio fiſci.
c gloſ. ſingularis in verbo, date. in l. aſsiduis. C. qui potiores.
d Barto. in d. l. aſsiduis.
e arg. l. vlt. §. licentia. C. de iure deliberandi.
f d. gl. in verbo, date. vide late Iaſonem ad 4. colũnas numero 97.
g Iaſon numero 93.
h l. pro oneribus. ff. de iure dotium. ar. §. affinitatis. ſup. de nuptiis.
i Bart. in l. aliam. ff. de nouationibus.
k hoc textu. ĩ verſ. præferri ſibi, de dote ſua.
l l. priuilegia. ff. de regulis iuris.
m ar. l. quodcũque. §. ſi quis. ff. de verbo. obliga. vbi Iaſon notat. authẽ. ſi quid. verſ. ſed qualibet eius ſoboles. C. qui potiores in pignore hab. Bar. ĩ l. poſt dotem in penul. columna ff. ſolu. matri.
o l. minor. § quoniam. ff. de procuratoribus.
p notatur in l. ſi conſtante. ff ſolu. matrimo. & l. vbi. C. de iure dotium.

§. In bonæ fidei.

Inter cætera priuilegia quæ olim bonę fidei actionibus competebãt, id vnũ erat, quòd in illis iudex ex bono & æquo debitum cum credito cõpenſare poterat[a]. at in ſtriſti iuris actionibus id non procedebat, niſi quòd in cõſtitutione diui Marci factũ eſt, vt doli exceptio obiiceretur. hodie tamen Iuſtiniani conſtitutione diſcrimen iſtud in totum abrogatum eſt[b]. factúmq; eſt vt & compenſationes ipſo iure actiones minuant, ſiue in rem ſint, ſiue in perſonã, nulla differentia inter ſtricti iuris & bonæ fidei iudicia penitus inducẽda[c]. Sed quid referebat compenſationem ipſo iure, aut per exceptionẽ doli debitũ minuere? Et nõ parum fuit diſcriminis[d]. Etenim vbi ipſo iure fiebat, iudex ex ſuo officio compẽſare poterat, etiã ſi id nominatim non peteretur. At vbi exceptione doli cõpenſatio fieret, id ipſum à iudice expreſsim petendũ oportuit[e]. Sed cũ hic totus tractatus in cõpenſatione verſetur, videamus primũ quid cõpenſatio ſit, deinde quã ob cauſam introducta eſt: vltimo verò loco quæ ad cõpenſationẽ neceſſaria ſunt. Cõpẽſationẽ igitur Herẽnius Modeſtinus ſic definiuit[f], vt ſit debiti & crediti inuicem inter ſe contributio. Vnuſquiſq; etenim creditorem ſuum, eundémq; debitorem, petẽtem ſummouere poteſt, ſi paratus eſt cõpenſare[g]. Cauſa autem introducẽdæ cõpenſationis hęc fuit, quia intereſt noſtra potius non ſoluere, quã ſolutũ repetere[h]. Neq; eſt quòd Salycetus ad hãc Iulij Pauli rationẽ quicquã adiicendũ eſſe putet, ne illi ſatis impudenter dicã impingere videatur[k]. Ad hoc autẽ vt cõpẽſatio locũ habere poſsit, multa requirũtur. Et in primis debitũ in quantitate conſiſtere debet, ídq; vtrinq; (quãtitatis autẽ vocabulo omnem rem quæ numero, pondere vel menſura cõſtat, vſurpamus[l]) illa ſcilicet ratione, quia in quantitatẽ nulla cadit affectio[m]. Quæ ſententia tamen locum non habet vbi quantitates mutuam in ſuo genere functionem nõ admitterent[n]. Sic & vbi in diem vel ſub conditione deberetur, cũ debito puro compenſari non poſſet[o]. Sic & vbi quis quantitatẽ deberet purè,

a Theoph. hic eleganter.
b l. vlt. C. de compenſationibus.
c hoc textu ibi. ſed noſtra conſtitutio.
d arg. notato. per Bart. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ff. de pactis. per eundẽ in l. Marcellus. ff. de reg. iuris. per eũdem in l. eum qui ita. §. quis ita. ff. de verbo. obligatio.
e Iaſon hic in glo. in verbo doli mali.
f l. 1. ff. eodem.
g l. 2. ff. eodem.
h l. 3 ff. eodem.
i Salycetus in l. vlt. C. eodem.
k ar. notat. per Iaſonem in l. ex facto. ff. de vulgari.
l notatur in l. 2. ff. ſi certũ petatur. l. ſi creditor. §. reſponſo. ff. de peculio.
m l. nummos. ff. de iis liſẽ iurando.
n arg. l. 2. §. mutui. iunctis notatis per Zaſium. ff. ſi certum petatur. Faber & Iaſon hic.
o l. quod in diem. ff. de ſolutionibus.

alius verò quãtitatẽ vel speciem, compensationi locus esse non poterit[p]. Eodẽ modo vbi is qui quãtitatis debitor est legis dispositione speciẽ soluendo obligatione sese eximere posset, adhuc idem dicendum erit[q], sicut in noxali actione propemodum euenire videmus[r]. Eadẽ ratione vbi quantitas loco speciei esset, vt quia decem aurei in sacculo repositi debentur[s], adhuc tamen cõpensatio locum non haberet[t]. Sed nunquid speciei ad quantitatem compensatio fieri solet? Et verius est vt non posit fieri, nisi in locum speciei quantitas successerit[v], vt quia fortè cùm ab hærede Titio debitori domus aliena legata esset, & hæres huiuscemodi domum ea gratia luere non posit, quòd dominus eam domum nimio vendere velit, poterit admitti inter Titium & hæredem compensatio, cùm iam hęres non domum debeat, sed tantùm illius domus æstimationem. Speciei quoque ad speciem nulla vnquam compensatio admittitur, illa scilicet ratione, quòd in species affectionẽ cadere certisimum sit[x]. Atqui cùm singula corpora seu species vt plurimum vendicentur[y], & in actionibus in rem compensatio admittatur[z], videbatur eadem ratione in speciebus compensatio non refugienda. Sed ipse crediderim in vendicationibus rerum compensationem aliâs locum habituram, quàm si prius constitisset rem quæ posidebatur, præstari non posse[*]. qua in specie cùm iam æstimatio præstanda sit, non tã species quã quãtitas deberi videtur[a]. Sed quid in debito generis? nunquid in eo cõpensatio admittetur[*]. Et Accursius hîc respõdet[b] esse admittendam. Quæ sententia tamen Fabro & aliquot aliis displicuit[c]: licet Iason & alij non pauci Accursium sequantur[d]. Vtraque tamen sententia sic conciliari potest, vt quando vtrinque idem genus debetur, Accursij opinio procedat. Etenim cùm vtrunque debitum parem habeat æstimationem. (neque enim optimus neque pesimus, sed mediocris debetur[e]) & mutuam inter se functionem admittant, nihil prohibet quo minus compẽsatio admittatur. At vbi sunt diuersi generis, vt quia ego tibi bouẽ, tu verò asinũ mihi debeas, compensatio recipi nõ poterit, cùm hæc genera mutuam inter se functionem non habeãt. atq; ita Fabri sententia potest procedere[f]. Illud quoq; requiritur, vt id quod compẽsationi obiicitur, aperto iure nitatur[g], id est vt Theophilus interpretatur, sit debitum minimè ἀναμφιβόλως, id est non obscurum, & vt doctores nostri dicũt, liquidum. Atqui debitum obscurũ cõpensationi obiici nõ poterit, nisi spes aliqua subsit debitum huiuscemodi intra aliquod tempus liquidum fieri posse[h]. quod vt fiat cõmodius, iudex dilationem ad probãdum debitum indulgere poterit, dilationem inquam quadrimestrem[l]. Etenim cũ cõpẽsatio solutionis vim obtineat[k], quadrimestre tẽpus quod iudicatis ad soluendum datur[l], ipso compensaturo concedemus, licet aliud in fisci debitoribus receptum sit[m]. Etenim qui compensationem opponit fisco, inter duos mẽses debitum sibi docere debet. ídque speciali priuilegio fisci receptum est[n]. Illud in summa adnotandum est compensationem ab aduersario apponendã esse: quod ipsum non ineruditè Accursius multis rationibus ostendit[o]. Hæc omnia si accesserint, cõpensatio ipso iure admittetur in omnibus, siue in rem siue in personam actionibus, nullo habito delectu an bonæ fidei sint, an stricti iuris[p]. Immo & ea quæ persecutione[q], vt fideicommissa[r], vel officio iudicis nobis debentur, in compensationem rectè deduci poterunt[s], modò illud officium nobis directè competat[t]. Cessat autem compensatio in deposito, quod in pecunia numerata non obsignata consistit[v]: ídque perfidiæ vitandæ gratia receptum est[x]. Bonam etenim fidem in eo contractu quàm maximè considerari æquisimum est[y]. quod tamen ad commodatum produci nõ debet, cùm illud in speciebus in quibus compensatio nõ admittitur (l. si nõ sortem. §. si centum. ff. de condictione indebiti) tantummodo consistat. (l. 3. §.

p ar. notato in ca. alternatiuis. De reg. iuris in 6.
q l. miles. §. 1. cũ l. seq. ff. de re iudicata.
r inf. de noxalibus action.
s ar. notato in l. certi cõdictio. §. deposui. ff. si cer. pet.
t l. planè. §. 1. vers. sed hoc ita. & l. sed si certos. ff. de lega. 1.
v l. si domus §. qui confitetur. & ibi latè notatur. ff. de lege. 1.
x notatur in d. l. nummis.
y l. vendicatio. & l. si in rẽ. ff. de rei vendicatione.
z l. vlt. C. eodem.
* glo. in l. vlt. C. eodem.
a communiter docto. hic.
b gl. in verbo, iure aperto. ibi. Itẽ quid si hinc inde.
c Faber hic.
d Iason in l. si cẽtum. ff. de verbo. obliga.
e l. legatis generaliter. ff. de lega. 1.
f vide hic omnino Fabrũ numero 5. 6. & 7.
g l. vlt. C. eo. hoc textu, ibi, iure aperto.
h cõmuniter doctores hic.
i Bart. in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci.
lz l. si debitor. ff. qui potiores i pig. & hypo. habeãtur. l. amplius nõ peti & ibi Bart. expreßim notat. ff. rem ratam haberi.
l in l. vlt. C. de vsuris rei iudicata. cap. quærenti. de offi. delegati.
m d. §. qui compensationẽ.
n Iason hic numero 73. vsque ad numerum 76.
o glo. in verbo, ipso iure.
p l. vlt. C. eodem.
q l. etiam. C. eodem.
r l. pecunia verbũ. §. actionis verbũ. ff. de verbo. sig. & eleganter Theophil[o]. in §. 1. sup. de fideiussorib.
s l. si ambo. §. vlt. & l. pecuniam. ff. eod. l. qui bona fide. §. si quis quia. ff. de dam. infecto.
t Bart. & Iason in l. vlt. ff. de condict. indeb.
v l. Lucius. l. die spõsaliorũ. §. 1. ff. depositi. gl. notata in verbo, contra quod in ca. bonam fidem. De deposito. glossa teste hic in verbo, depositi.
x l. si quis vel pecunias. ibi, & cõtractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam retrahatur. C. depositi. l. 1. §. est autẽ, & §. vlt. ff. depo. & d. ca. bonam fidem.
y l. bona fides. ff. depositi. & d. cap. bonã fidẽ.

vlt. ff.

vlt.ff.commodati.) Súntque & aliquot alij casus in quibus compensatio locum nón habet, quos ab Accursio repetere liberum est. (d.glos.in verbo, depositi.glo.in l.si constat.C.eodem.) Porrò quæ ab Aretino hîc ad 6. columnas, & aliis eiusdem notæ scriptoribus[z] hoc loco de libera potestate dicuntur, ideo hîc inserere non libuit, quòd non ita ad nostrum institutum pertinere videntur.

§. Præterea.

Non solùm in bonæ fidei iudiciis arbitrium iudicis versatur, sed etiam in stricti iuris actionibus[a], dispari tamen ratione. Etenim in actionibus bonæ fidei secundum naturam actionis officium iudicis versatur[b]. Simul atque enim commissa est mora, arbitrium iudicis in eo est, vt vsuras & fructus nobis præstari iubeat[c]. Item in eis in litem iuratur[d]. súntque aliæ complures condemnationes: sed id ipsum totum secundum naturam actionis fieri solet[e]. at in strictis actionibus officium iudicis consideratur, præter tamen naturam actionis[f]. Quòd Bart. satis sensisse videtur (in l.vnica.C. vbi conueniatur qui certo loco dare promisit.) dum ita arbitrariam actionem definiret, vt sit actio in qua exercetur officium iudicis mercenarium actioni deseruiens propter aliquod extrinsecum accidens, præter naturam tamen actionis propositæ[g]. quod hoc exemplo ostendi potest. Rei vendicatio huc tendit, vt res restituatur[h]. Qui igitur restituere iussus iudici nó paret, hic arbitrio iudicis vt contra illum iuretur in litem, mulctabitur[i]. Hæc autem actio ideo arbitraria dicitur, quòd iudici ex æquo & bono permittatur condemnationem facere vltra id ad quod primùm obligatio contracta erat[k]: & omnes actiones quę accipiunt arbitrariæ adiectionis denominationem, sunt stricti iuris[l]. Officium autem iudicis in hisce actionibus quadripertitò consideratur[m]. Et in primis ratione loci, vt quia quis rem certo loco promissam non præstiterit[n]: vel quia legatum certo loco præstandum relictum est[o]: vel quia quis pecuniam certo loco reddēdam mutuauerit[p]. In his enim tribus casibus actio arbitraria efficitur, sicuti Accursius (hic in gloss. promissum est) existimauit. cuius sententia vulgò improbatur[q], cùm nulla sit stricti iuris actio quæ non ob certum locum arbitraria effici possit. Et in hac arbitraria propter locum adiectione iudex vtriusque tam actoris quàm rei vtilitatem intuebitur[r]. Sic & officium iudicis in eo versatur, quòd nonnunquam iuramentum in litem deferre soleat[s]: sicut nos videmus euenire in rerú vendicationibus. (d.l.restituere.) Et generaliter[t] in omnibus actionibus in quibus aliquis per iudicem rem ipsam restituere iussus est[v], siue in rem quis agat, (quod quidem indubitatum est[x]) siue personali actione ad rei traditionem (l.si rem tradi.ff.de verbo. obliga.) vel præstationem (l.si fundum præstari.l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.obliga) arbitraria actio esse censebitur quando præceptum iudicis cótemnitur[y]. quod & in omnibus in rem scriptis actionibus per omnia seruandum erit[z]. Et ideo nauta, caupo, stabularius qui rem receptam iudicis iussu non restituit, arbitraria actione rectè tenebitur[a]: sicut & publicanus qui vi ademptum ex præcepto iudicis non restituit. Hic enim arbitraria actione rectè conuenietur[a]. Qua ratione mulier quæ res amotas per iudicem iussa non restituit, arbitraria actione coërcetur[b]. Plerumque etiam officium iudicis versatur in interrogando, vt in noxali actione euenire solet[c]: vt ecce dominus noxali iudicio conuentus, in facultate sua habet vel damni æstimationem perferre, vel seruum suum noxæ dedere[d]. Hic si dominus per iudicem interrogatus an seruum suum dedere velit, respondeat velle, neque postea pareat, condemnandus erit vt veram illius damni æstimationem perferat[e]. Ridicula etenim sunt quæ in eam rem Accursius prodidit[f], sicuti Faber hoc loco attestatur. Nónunquam officium iudicis versatur circa pœnam: vt in a-

z Iason hic numero 13.
a gl.hic 1.colligit sic ex dictione præterea.
b dixi in §.actionū.suprà.
c l.videamus.§.in cæteris. l.mora.§.in bona fidei.ff. de vsuris.
d l.in actio.ff.de in litem iurando.
e gl.nota.hic in verb.ex arbitrio.vide oīno Iasō in l. in actio.ff.de in litē iurā.
f cōiter interpretes hic.
g idem Bart.in l.2.ff.de eo quod certo loco.
h §.sic itaque.sup.& l.officium.ff.de rei vendica.
i d.l.in action.& l.q restituere ff.de rei vendica.
k Angelus & Paul' in l.arbitraria actio.ff.de eo quod certo loco.
l l.in bona fidei.ff.de eo quod certo loco.
m Bar.in l.2.ff.eodem.
n d.l.arbitraria actio.
o l.si hæres.ff.eodem.
p l.aut si.ff.eodem.
q Bar.Bal.Alex.& Ias.in l.si hæres.ff.eod. Iason hic numero 26.
r §.loco.inf.eo.l.2.in princ. ff.eodem.
s gl.hic ī verbo rē restituat. quæ singularis est Aret. & Iasoni.
t Bar.eleganter num.10.in d.l.in actionibus.
v l.arbitrio.ff.de dolo.l.creditor.§.iussus.ff.de appel.
x d.l.qui restituere.
y Castrēsis in d.l.in action.
z Faber hic.
a l.1 cōtra gl.in verb.iudiciū.ff.nau.caupo.stab.gl. hic in verbo, similibus.
a l.1.ff.de publi.& ita sustinetur glo.hic in verbo, similibus.
b l.si cū dos.§.sab.& ibi. Bar.expressim.notat.ff.de actione rerum amotarū.
e l.mulier.§.ff.de re iudi.
d §.1.inf.de noxal.action.
e ita intelligitur textus hic ibi, vel ex noxali causa seruum dedat.
f gl hic in verbo, naturam sub finem.

ctione quod metus cauſa euenire ſolet. Etenim ſi quis condemnatus rem ipſam reſtituere nolit, hic poſtea iudicis decreto in quadruplum dãnabitur[g]. Vult igitur hoc loco Iuſtinianus oſtẽdere in ſtricti iuris actionibus officium iudicis verſari præter naturam actionis, cùm contrà in actionibus bonæ fidei ſecundum naturam actionis verſetur. Eius autẽ rei non mediocris eſt vtilitas. Fideiuſſor etenim in bonæ fidei actionibus acceptus, hic non tantùm ex mora ſua, verùm etiam ex mora rei principalis tenebitur[h]. Videtur etenim in omnia acceptus quæ iudicis officio ex natura actionis præſtari debent[i]: cùm contrà in arbitrariis actionibus ex ſua mora tantùm[k], nõ autem ex mora rei principalis teneatur[l], etiam ſi poſt moram acceptus ſit[m]. quod illa ratione fieri ſolet, quia intereſſe prẹter illarum actionum naturam officio iudicis prẹſtetur[n], non autem iure obligationis[o]. Neque nobis placet Accurſij ſententia[p] exiſtimantis in arbitrariis actionibus iudicem non eſſe cogendum vt eius quod noſtra intereſt condemnationem faciat. Hæc enim ſententia manifeſtè legis noſtræ verbis repugnat, quæ verbo debẽdi vtitur[q]. & lex alicubi ait[r] iudicem compellendum eſſe vt ad id quod noſtra intereſt condemnationem faciat. Huc accedit quod & Bart. quandoque docuit[ſ], in ea ſpecie in factũ actionem aduerſus iudicem proponi poſſe[t]. quæ ſententia receptiſſima eſt.

§. Curare.

Poſtquam Iuſtinianus diligenter & ſeorſim omnium actionum naturam explicuit, addit iudici curandum vt ſententiam omnino certam proferat[v]. Cuius rei illa eſt cauſa, quia cùm libellus debeat eſſe certus[x], ea nimirum gratia, vt reus intelligat cederéne velit, an verò contendere[y], ſententiáque libello conformis eſſe debeat[z], debebit iudex ſententiam certam omnino proferre[•], etiam ſi de incerta quãtitate apud illum litigatum fuerit, vt quia eius quod noſtra intereſt condemnationem fieri petierimus. tunc enim licet intereſſe incertum ſit[a], adhuc tamen ſententiam certam ferre oportet. Non negauerim tamen hac in ſpecie ſententiam incertam admitti[b]. Ex diuerſo ſicut ſententia certa admittitur, ita & incerta reiicitur, niſi ea certa eſſe poſſit per acta, vt dicũt, probatoria: (acta autem probatoria ſunt teſtes, inſtrumenta, præſumptiones, &c. ſicut aſſertoria quantitas vel res quæ in libello petitur) tũc enim iudex ad huiuſmodi acta relationem feciſſe videtur[c]. Quod in actis probatoriis intelligendum erit[e]: præter hoc quòd ſententia certa eſſe debet, illud quoque exigitur, vt iudex ex breuiculo ſententiam recitet[f]: niſi quòd aliquot caſibus ſcriptura neceſſaria non eſt, ſicuti Iaſon hîc circa finem numero 60. & Accurſius[g] hîc annotauerunt. Porrò ſolet quẹri nunquid petitio certa eſſe debeat. Et communiter id ab omnibus reſponſum eſt[h], niſi actionis natura aliud ſuadeat, ſicuti in petitione hæreditatis[i], & actione tutelæ euenire videmus[k]. Quid item ſi per aduerſarium ſteterit quo minus quis certam petitionem proponere poſſit? Et verius eſt vt tũ incerta petitio admittatur: vtpute quando aliquid mihi alternatiuè debetur. tunc enim vtrumque petere poſſum[l], ſicut & vbi acceſſorium petitur, vt quia quis fructus ſibi dari poſtulet[m], aut quia de interrũpenda præſcriptione agitur[n]. Et generaliter quotieſcunq; aduerſarius libellum nõ repudiat, verius eſt libellũ incertũ conſiſtere poſſe[o].

§. Si quis agens, vſque ad §. Si minus.

Explicata propemodum actionum natura, admonet Iuſtinianus cauendũ eſſe actori ne plus à reo petat quã ſibi debeatur· alioqui cauſa ſua cadere olim potuit[p]: neque illi facilè in integrum reſtitutio concedebatur, niſi minoris ætatis auxilium aliud expoſceret[q], aut niſi iuſta aliqua cauſa maiori vigintiquinque

g l. ſi cũ exceptiõe. §. in hac & l. hac autem actio & ibi Bar. not. ff. quod met' cauſa. §. quadrupli. ſuprà eodem. iunctis duobus ſequentibus.

h l. quæro. quam omnino vide ff. locati.

i arg. notatorum per Bartolũ in l. 1. ff. de in litem iurando.

k l. centum Capua in prima parte. & ibi Iaſon in 1. notab. ff. de eo quod certo loco.

l d. l. centum Capua. verſic. nec oportet.

m l. ſi poſt moram. ff. de eo quod certo loco.

n d. l. centum Capua. 3 reſponſo.

o d. l. centum. verſic. eiuſque rei.

p glo. 1. & vlt. hic.

q hoc textu ibi condemnari debet.

r l. qui reſtituere. §. vlt. ff. de rei vendica.

ſ Bart. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romæ dictam ff. de re iudic.

t Idẽ Bar. in l. vlt. ff. de variis & extraordi. cognitionibus.

v l. 1. & 2. C. de ſententia quæ ſine certa quãtitate.

x l. vt fundus. ff. communi diuidundo.

y l. 1. ff. de edendo.

z d. l. vt fundus. c. licet Heli. de Simonia.

• Theophilus hic.

a l. certi cõdictio. & ibi notatur. ff. ſi certũ petatur.

b notatur in l. vnica. C. de ſentẽtiis quæ pro eo quod intereſt.

c arg. à contrario ſenſu huius §.

d l. 3. C. de ſententia quæ ſine certa quantitate.

e Clementina 1. de praben. & dignita. vbi nota.

f l. 1. C. de ſenten. ex breuiculo recitandis.

g glo. vlt. hic.

h notatur in l. 1. ff. de edendo. & in l. edita actio. C. illo titulo.

i l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæredita. petat. l. regulariter. ff. de petitione hæredita. k l. 2. C. de iudiciis. vbi notatur. l §. huic infrà eodem. m arg. nota per Fabrum in §. omnium. ſuprà. n l. vlt. C. de annali exceptione. o Iaſon in §. omniũ. ſuprà. & vide in ſummario l. 2. C. de ſententia quæ ſine certa quantita. & ibi glo. nota. in l. ſeq. p hoc § in initio. q propter l. 1. ff. de minoribus 25. annis.

quinque annis suffragaretur[r]. Iusta autem causa erat, si quidē de alieno facto litigaretur. in eo etenim ignorantiæ causam probabilem esse fatendū est, ex regula iuris quæ habet, eos qui in alterius locū successerunt, probabilē ignorantiæ causam habere[s]: cùm contrà in facto proprio vix est vt ignorantiam toleremus, præterquam aliquot casibus ab Iasone hoc loco annotatis[t]. Et cùm hîc dicatur eos qui plus petierint, iactura causæ mulctari, declarat Iustinianus plus quatuor modis peti posse[v]. Re, vt quia pro decem aureis sibi debitis aliquis viginti peteret, idque principaliter. qui enim in accessoria causa re ipsa plus petierit, hic omnino excusabitur[x], vt puta cùm quis rem cum fructibus sibi dari postulet. licet enim fructus restitui non debeant, satis tamen fuerit præcipuam litem rectè motam fuisse. Tempore plus petitur, vt quia ante tempus quis debitum petat, siue illud in diem certam vel incertam, vel sub conditione deberetur[y]. Parúmque interest tempus impressum esse ab contrahentibus, vel tacitè ex natura rei[a], vel legis dispositione[b] adiici. Loco etiam plus petitur, quando id quod certo loco soluendum est, alio, detracta loci mentione, petitur[c], ne loci vtilitatem reo ipsi auferamus[d]. Contraxisse etenim vnusquisque eo loco intelligitur, in quo vt solueret se obligauit[e]: neque alio loco reus exigi poterit[f], nisi de ea re nominatim inter contrahentes conuenerit[g]: vel nisi reus in loco contractus domicilium haberet[h]: vel nisi mora aliqua accessisset. (In mora autem reus esse creditur, quotiescunque tantum tempus præterit, quo ad locum solutioni destinatum perueniri potuit[i].) Post moram etenim quis eo loco tantùm in quo domicilium habet, conueniri poterit, vel in eo loco in quo contractum est: idque aduersus Bartoli sententiam receptius esse videtur[k]. Causa autem seu electione (idem enim omnino est) plus petitur, quotiescunque qui id quod alternatim sibi debebatur, simpliciter petierit: vt si quis Stichum sibi dari petat, cùm illi Stichus aut Pamphilus deberetur. In contractibus etenim regula est, vt in alternatiuis electio ad debitorem pertineat[m]: nisi aliis indiciis constet alternatiuam hanc in creditoris fauorem adiectam fuisse, sicuti Barto. quandoque docuit[n], licet Fulgosius dissentire videatur[o]: sed illius sententia non est recepta[p]. Hinc illud deciditur, stipulatus sum abs te 10. vel 20. plaustra lignorū ex tua sylua mihi dari. vtrius erit electio, promissoris ne an creditoris? Et cùm hæc alternatiua creditoris fauorem respiciat, stipulatori permittemus vt 20. plaustra accipiat[q]. Sed in legatis cui electio dabitur? Et si quidem ad hæredem verba referantur, hæredi electionem dabimus[r]. sin ad legatarium referantur, legatario optionem relinquemus[s]. In dubio autem pro legatario interpretatio facienda est[t]. Quid autem in debito generis sentiendum sit, Accursius id alio loco cōmonstrauit[v]. Quotiescunque igitur electio debitoris est, si quis simpliciter alterum tantùm petierit, hic plus causa petiisse censebitur. Generaliter autem quicunque plus re, causa, tempore, loco petierit, hic totius causæ iacturam sentiet. Et hæc quidem olim iure ciuili sic se habuerunt: at hodie Zenoniana constitutione[x] aliud cautum est, nimirum vt si quis plus tempore petiisset, vt hic duplicatarum induciarum pœna mulctaretur[y]: ita vt plerisque placuerit integræ dilationis tempus esse duplicandum[z]. quod aduersus Bartoli sententiam verius est[a]. & vbi in diem incertam vel sub conditione debitum erat, ex tempore contractus induciarum duplicandarum ratio ineunda est[b]. Quæ omnia & in fisco locum habent: cùm hac in specie à priuatis hominibus dissidere non videatur[c]. Nec nos quicquam mouet Constantini imperatoris rescriptum[d], quo iustas fisci actiones concremari præcipit, eam nimirum ob causam, quòd suis temporibus proditæ non

r Theop. hic eleg. inter.
ſ l. qui in alterius. de reg. iuris.
t vide Iasonem hic in vlt. notabile.
v §. Pl⁹ autem. inf. cap. vnico de plus petitionibus
v Faber & Plateanus hic
y arg. l. dies incertus. ff. de conditionibus & demōstratio. d. cap. vnico, vers. tempore.
a l. interdū. ff. de verb. obli.
b l. vnica. §. exactio. C. de rei vxoria actione. Bart. in l. diuortio. ff. sol. matri.
c d. cap. vnico. vers. loco.
d l. 2. §. si quis Ephesi. & l. is qui certo loco. ff. de eo quod certo loco.
e l. contraxisse ff. de action.
f gl. in l. vnica. C. vbi conueniatur qui certo loco dare promisit.
g l. quæro. ff. de solutionib⁹. & ibi Bar. not. l. 3. vbi Bar. not. ff. de bo. autho. iud. possiden.
h l. hæres absens. §. vlt. ff. de iudiciis.
i arg. l. continuus actus. §. cum ita. ff. de verbo. obl. arg. §. loca sup. illo titulo.
k Bar. in l. 1. ff. de eo quod certo loco.
l Paulus, Alexander, Fulgo. & Iason ad l. 1.
m l. plerunque. §. vlt. ff. de iure dotium. cap. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. cap. inter cæteras. de rescriptis.
n Bart. in l. quamuis. ff. de pignorat. actione.
o Fulgos. in d. l. quāuis.
p arg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata.
q latissime Iason in §. huic autem. inf.
r l. si ita relictum fuerit. §. 1. ff. de lega. 2.
ſ l. plane. §. vlt. ff. de lega. 1.
t arg. ca. cū dilecti. de dona.
v glos. in l. legato generaliter. ff. de lega. 1.
x §. & hæc quidem. inf.
y §. hodie. inf. de exceptio.
z Faber & alÿ hic Canonista in cap. 1. de plus petitionibus.
a Bar. in l. iustas. C. de iure fisci. libro 10. idem in l. aut damnum. §. quisquis. per illum textum. ff. de pœnis.
b Faber in versiculo. temporales. sup.
c arg. l. 1. de petitione hæred.
d d. l. iustas.

sunt. Id enim intelligendū est in fisco qui actioni suæ præscribi permiserit[e]: neque satis in plus petente intelligi potest, quicquid hac in re Bar. & cómuniter alij prodiderint[f]. Sed hęc quę de tempore diximus, in plerisq; casibus non procedunt. Et in primis quotiescunque actorem iudicio nondum accepto motæ litis pœnituerit[g]. Deinde in fisco. hic enim ob Reip. necessitatem debitorem fiscalem ante tempus exigere potest[h]. Postremò vbi verisimile est debitorem nostrum in suspicionem fugæ venisse[i]: sicuti cómuniter omnes hîc tradiderunt. In eo verò qui vel re vel loco vel causa plus petierit, ius ita receptum est, vt hic triplicatarum circa sportulas impensarum mulcta coërceri debeat. pro aliis verò impensis simplum dabitur[k], præterquam aliquot casibus à Iasone hîc annotatis.

§. Si minus, cum §. sequenti.

Superiori responso disseruit Iustinianus quo pacto ei à quo plus petitur, succurrendum sit: in præsentia ostendit qua ratione ei qui minus petierit, consuli debeat. Igitur regula est, actorem qui sua intentione minus est cóplexus, nihil omnino periclitari, cùm eodem iudicio libellum ei emendare concedatur. quod intelligendum est siue hic sciens siue ignorans minus debito petierit[l]. Neque statim donationis coniecturam accipiamus, cùm hic actor non donasse, sed integri debiti petitione abstinuisse credatur[m]. Præterea præsumpta donatio traditionem[n] vel promissionem[o] quæ ab eo qui sciat se non teneri, interponatur, desiderat[p]. Sed quatenus libellum nobis emendare conceditur? (Emendare autem nihil aliud est quàm mendum litura rollere[q], salua remanente substantia[r]. significat enim corrigere & castigare) Et plerique vsque ad contestationē litis, libelli emendationem permissam esse asserunt: cùm id quod post contestationem acciderit, in iudicium non venisse censeatur[s]. atque ita se habet communis opinio[t]: quæ mihi vera non videtur. Probabilius etenim est vt cū Martino dicamus[v] emendationem vsque ad definitiuæ sententiæ calculum permitti: quod ex verbis responsi nostri satis apparere potest, dum in eo dicitur, in reliquum, iudicem aduersarium eodem iudicio condemnare debere. quæ verba omnino indicant vsque ad sententiam correctionem libelli tolerabilem esse, cùm semper iudicium dicatur[x]. Quid enim ineptius est quàm cum Accursio interpretari, in eodem iudicio, id est coram eodem iudice, in alia tamen instantia? quasi hic sit sensus, iudicem coram eodem iudice aduersarium condemnare debere. quæ interpretatio iurisconsultorum nitori non satis bene congruit. Præterea iudicium pro instantia accipitur[y]. at non potest esse idem iudicium, vbi est diuersa instantia. Nec nos quicquam mouet illud argumentum, in quo proram & puppim constituerunt, quo proditum est non videri in iudicium venisse, quod post contestationem acciderit[z]. Id enim intelligi debet in eo iure quod nobis non ante sed post iudicium cœptum obuenerit: sicut Faber hoc loco diligenter prosequitur[ꝰ]: & alij plerique nó infimi nominis scriptores sententiā hācamplexi sunt[a]. Si quis tamē cómuni opinioni adhęrere velit, quæ tamē vera nó est, dicat libellū vsque ad litis contestationem corrigi posse[b]: nó quidē Iustiniani cóstitutione[c], cū illa in eo qui litē cœptā deserit loquatur, nostra verò opinio in eo qui iudiciū persequi studet loquitur. quæ res lógo interuallo ab hoc nostro responso dissidet[d], cómunéque opinionē in iudiciis singularibus accipiat. In vniuersalibus enim cū ea & augmentū & diminutionē recipiāt[e], ex natura illarū actionū constitutum est vt vel ad sententiā vsque libellū nobis emendare permittatur[f]. Quę autem de libelli emendatione diximus, eadē omnia vbi de libello mutando agetur, dicenda sunt[g]. Mutatur autem libellus quotiescunque veteri actione relicta aliam mouere incipimus[h]. Quamuis enim ea quæ quis in libello profitetur, asseueranti noceant[i], tamen vbi iusta erroris causa aliter suadet, aliud

dicendum

e arg. l. x & l. in omnibus. §. 1. ff. de diuers. et tēporal. præscriptio. et iste est intellect⁹ gl. vlt. in d. l. iustas
f Bar. in d. l. iustas. Iason in §. siquis agens. sup.
g arg. l. amplius. ff. rem ratam haberi.
h l. 1. C. de condictione ex lege. vbi Bar. notat.
i l. quæsitum. & ibi Bart. notat. ff. de pignoribus. l. ait prætor, quæ Lucius. §. si debitorē. ff. quæ in fraudem creditorum. Iason ad §. 1. sup.
k Theophilus in §. & hæc quidem.
l gl. hic in verbo, intētione
m Petrus, Faber et Areti. hic
n l. cuius per errorem. ff. de reg. iuris.
o Capanus. ff. de opis libertorū l. vlt. C. ad l. falcid. notatur in l. Aristo. ff. de donat. not. in l. 1. ff. de cōdictione indebiti.
p glo. hic, in eodē iudicio.
q Alciatus in l. edita. C. de edendo.
r l. actorū. ff. de re iudicata.
s l. non potest. ff. de iudiciis.
t Bar. Salice. Castrē. et cómuniter alij in d. l. edita. Platcanus hic.
v Martin⁹ hic relat⁹ ab Accursio in gla. eodē iudicio.
x arg. l. Paulus. & l. iudex. ff de re iudicata.
y cap. dispēdia. de rescrip. lib. 6.
z d. l. non potest.
ꝰ Faber hic, Aret at Iason
a Fulgosius & Alciatus in d. l. edita.
b cōiter omnes in d. l. edita.
c authē. de litigiosis. §. omnē colla. 8. authē. q semel. C. quomodo et quādo iudex
d Iason hic numero 13. cōtra Ioannem relatū à gl. in eodem iudicio.
e notatur in l. licet. C. de iudiciis.
f Cardinalis Butrig. Barbatias in cap. 2. de libelli oblatione.
g §. siquis aliud inf. eodem.
h vide hic Theophilum.
i l. cum preciū. & ibi Bal. C. de liberali causa. Iason hic 2. nota.

dicendum est[k]. Neque hac in re dilationibus opus est, si modò quis ea instantia satis instructus esse possit[l]. licet interim iuramentum calumniæ præstandũ sit. Licebit autem huiuscemodi actionem mutare vsque ad sententiã, sicut suprà traditum est[m]. Et hæc quidem sunt quæ ad libelli vel emendationem vel mutationem pertinent. Quo pacto autem varias actiones nobis cumulare liceat, alicubi diligenter attingitur[n].

§. Sunt præterea vsque ad finem tituli.

Superioribus actionũ diuisionibus vltimo loco hæc adiicienda est[o], quòd sunt quædam actiones quibus solidum quandoque prosequimur, quandoque minus: quod Iustinianus hoc loco multis exemplis exequitur. Primum est in patre, qui si ex contractu filij conueniantur[p], & tantùm in peculio sit quantum prosequimur, in solidum damnatur. sin id minus, eatenus condẽnationem perferet, quatenus peculij quantitas patitur[q]. Meminisse autem oportebit, patremfa. nunquam ex filij sui contractu in solidum teneri, præsertim vbi de peculio disputatio est, licet in aliis omnibus exemplis quæ hoc loco recensentur, in solidum actionem proponamus: & nonnunquam minus in solido consequimur[r]. Secundum exemplum est in muliere quæ maritũ soluto matrimonio de dote actione conuenire velit. Etenim si mariti facultates patiantur, solidum consequetur: aliàs quantum facere potest, deducto scilicet ne egeat, condemnabitur. Idem & si qualibet alia actione quæ in locum actionis de dote successerit, mulier experiatur[s]. Sed & si neque ea de dote sit, sed à contractu qui constante matrimonio initus est, originem acceperit, adhuc tamen idem dicendum esse censuerim[t]. Sed quid si actio personalis ex delicto descendat? Et verius est maritum eo iure vti non posse[v]: quemadmodum nec vbi maritus suo dolo vel culpa lata facere posse desierit[x]. Ad eundem modum vbi actione in rem aduersus maritum agitur, propè est, vt ad istud beneficium non confugiatur[y]. Sic & vbi mulier inopia laboraret, absurdum esset mulieris paupertate ipsi viro consulere[z]. Ad extremum vbi res dotalis adhuc superest, ad hoc beneficium confugiendum non est[&]. Et hæc quidem in marito qui inopia dignoscitur laborare, recepta sunt[&]. In eo autem qui admodum diues est, ius ita recipitur, vt vbi hic in rem dotalẽ aliquot impensas fecerit, quamuis in solidum conueniatur, tamen retentionis iure rem ipsam retinere possit[a]. id quod in impensis necessariis omnino obseruatur, præsertim vbi circa rem dotalem factæ sunt[b]. Etenim vbi dos in pecunia numerata consistit, & maritus aliquot impensas fecerit quæ ad pecuniæ quantitatem concurrant, ratio admittit pecuniæ diminutionem fieri ipsóque iure pecunia dotalis esse desinit[c]. Si autem simpliciter fundus ipse dotalis fit, ipso iure ob impensas necessarias dotalis esse definit, sicuti Scæuola aiebat[d]: quam sententiam Vlpianus improbauit[e]. Tandiu etenim marito fundi retentionem concedemus, quandiu illi per mulierem nondum satisfactum fuerit. Absurdum etenim est, propter impensas rem quę mea fuit, desinere meam esse[f], sicut cõmuniter hic ab omnibus traditũ est[g]. Idem erit & si sine voluntate mulieris fecerit, si tamen mulier soluendo est[h]. Idẽ est dicendum in voluptariis impensis quas in re promercali fecisset[k]. Iam enim vtiles esse videntur. alioqui nec si mulieris mandato fecerit, repetere potest[i]. ei tamen interim quod sine ipsius rei detrimento potest abradi, tollere permittitur[m]. Idẽ & si maritus nomina debitorum minimè æstimata in dotem acceperit. Videtur enim ei cõcessũ vt deductis impẽsis ipsam pecuniã à debitoribus exigat[n]. Sed si debitoris nomen æstimatũ est, videtur res periculo mariti esse[o]. Quę omnia locũ nõ habẽt vbi impẽsa ipsius rei custodiã, aut impẽdens pro tẽpore cõmodum respicit[p]. Tertium exẽplum est in parente qui à filio

k Aretinus hic.
l glo. in verf. iudicium, in §. siquis aliud.
m l. de ætate. §. iusto. ff. de interrogato. actio. not. in l. error. C. de iuris & facti ignorantia.
n notatur plenꝰ ĩ d. l. edita. tractatur in §. vlt. inf. si quadruplex paupe. fecisse dicatur.
o Theoph. hic.
p §. actiones autem inf.
q §. præterea inf. tit. prox.
r Nicolaus Neapo. hic per l. quoties. §. si semel. ff. de peculio.
s l. 3. ff. de constituta pecunia.
t l. non tantum. ff. de re iudicata. Bart. in l. maritũ. ff. soluto matrimonio.
v l. si rerum. ff. de re iudica.
x l. etiam. §. licet. ff. soluto matrimonio.
y l. Nesennius Apollinaris. §. fundum in. arg. ff. de re iudicata.
z nota. in l. quod nomine. per Iaso. ff. de cõdict. inde. Bar. in d. l. maritum.
& l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxoria actione. Albericus & Guillermꝰ Cuneus in d. l. quod nomine.
& Theoph. in §. item si de dote circa medium.
a d. §. si de dote. ver. propter retentionem.
b l. 1. circa princ. ff. de impensis in rebus dota. fa.
c l. qđ dicitur. ff. de impẽsis.
d l. si is qui Stichũ. §. quod dicitur. ff. de impensis.
e d. l. quod dicitur.
f d. l. quod dicitur.
g vide Bart. plenius in d. l. quod dicitur.
h l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxoria actione.
i d. §. sed nec ob impensas. & l. vtilium. vbi Bart. not. ff. de impensis.
k l. 3. § si eę res. ff. de ĩpensis.
l d. §. sed nec ob impensas. l. in voluptariis. ff. de impensis.
m l. 3. §. sed si mutua. ff. de in rem verso.
n Bar. in l. 8. ff. de impensis.

o l. si omnes. ff. de hæredita. & actione vendita. p l. quod dicitur. 2. ff. de impensis. Bar in l. 1. §. 1. ff. illo tit. Alciatus in l. impensa. ff. de verborum significa.

emancipato in ſolidum conuentus, quatenus tamen facere poteſt damnatur[q], ea ſcilicet ratione, quia cùm filius patri inopi alimenta præſtare teneatur[r], poterit pater filium agentem hac exceptione repellere: Dolo petis, qui illud petas quod mihi ſtatim reſtituturus es[f]. Quod ius & ad filium emancipatum[t] qui à parente conuenitur[v], & ad eos fratres qui nobis cõſanguinitatis vinculo adſtricti ſunt[x], porrigitur. Quartum exemplum eſt in patrono[y], patrona, liberíſque eorum[z]. Hi etenim ſi à liberto conueniantur, quatenus facere poterunt condemnari debent, ex ratione quam modò in parẽte diximus. Ex diuerſo idem in liberto obſeruari debet, niſi ille ingratitudinis vitio apud patronum notatus ſit[o]. Quintum exemplũ eſt in eo qui pro ſocio actione conuenitur, ſiue hic ſocius ſit omnium bonorum, ſiue alicuius rei particularis, ſemper enim in vtroque idem ius ſtatuendum eſt[a]. Sextum eſt exemplum in eo qui ex cauſa ſuæ donationis conuenitur[b]. Hic enim in id quod facere poteſt damnari debet[c]. Et quidem is ſolus deducto ære alieno[d]: ne ex liberalitate ſua inops factus periclitetur[e]. Idémque recipiendum eſt ſiue ea donatio ſimplex ſit, ſiue cauſam aliquam quæ donatarij fauorem reſpicit[f], contineat[g]. Illud tenendum eſt, donatorem tunc demum eo priuilegio vti, vbi ex ſua liberalitate non item aliena[h] conuenietur. quæ res à Iaſone & Decio latius repetenda eſt[i]. Septimum exemplum eſt in compenſatione, quę ſi ab aliquo obiiciatur, ipſo iure debitum vel in totũ vel pro parte perimit[lz]. Quod quatenus intelligendũ ſit, id ex ſuperioribus licet colligere[l]. Vltimum exemplum eſt in eo qui cũ debitũ agnoſceret[m], vel in iure confiteretur, poſtea bonis ſuis ceſſerit[n]. Licet enim naturalis & ciuilis obligatio adhuc conſiſtat[o], ſi tamen is poſtea ad pinguiorem fortunam peruenlat, is quatenus facere poteſt excutietur[p]. neque enim in ſolidum condemnari debet niſi aliquot caſibus. Quid enim ſi is poſt ceſſionem bonorũ alios creditores nactus eſt[q]? hic enim rectè ab illis in ſolidum exigetur[r]. Quod ad priores creditores pertinet, cõdemnabitur quatenus facere poterit. Quid item ſi ceſſione facta, bona omnia quæ ſibi poſtea quæſierit, per fraudem adueniant? Hic enim in ſolidum excutietur[f]. Súntque & aliquot alij caſus in quibus bonorum ceſſio non admittitur: quos Iaſon ex Fabri & Aretini tumultuariis quæſtionibus diligenter pertractauit, & ab eo quilibet repetere poteſt. Tantùm admonendi ſumus, priuilegium iſtud quo quis quatenus facere poteſt exigitur, amitti, vbi quis mendacij conuictus eſt[v]: niſi ante litem conteſtatam eum huiuſce mendacij pœnitere cœperit[x]. Vel niſi generalibus verbis vſus dixerit, Nego narrata prout narrantur. quod argumento eorum quę Bar. quandoque de fideiuſſoribus docuit, recipiendum eſt[y]: communitérque omnes iſtud probant[z].

Titulus, Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, geſtum eſſe dicitur.

Cùm ſuperiore titulo dictum ſit[a], in patrẽ de peculio actionẽ dari ex cõtractu filij vel ſerui, operæpreciũ ſibi facere viſus eſt Iuſtinianus, ſi paulo altius repeteret de cęteris actionib⁹ quę eorũdẽ nomine in parẽtes vel dominos dari conſueuerũt. quod ipſum diligenter hoc titulo exequitur[b], cõmemorãs varia eſſe actionũ genera quæ ex cõtractu filiorũ vel ſeruorũ in patrẽ vel dominum dari ſolent: cuiuſmodi eſt actio quod iuſſu[c], exercitoria[d], inſtitoria[e], tributoria[f], de peculio actio[g], & ea per quã id quod in rẽ domini verſum eſt repetitur[h]. De ſingulis igitur videndũ. Et in primis quotieſcũque ſeruus iuſſu domini cõtrahit, quod iuſſu actio in ſolidum aduerſus dominũ cõceditur[i]. Iuſſum autẽ accipiendũ eſſe ait Vlpianus[k] ſiue teſtatò quis, ſiue per epiſtolã, ſiue verbis aut per nunciũ, ſiue ſpecialiter in vno cõtractu iuſſerit, ſiue generaliter. Ratio autẽ introducẽdæ actionis hęc fuit[l], quia quodãmodo cũ eo

q §. ſed ſi quis. inf. l. ſunt g. ſona. iuncta l. ſeq. ff. de re. iudicata.
r l. 1. & 2. C. de alendis liberis ac parentibus.
f l. 2. §. & generaliter. ff. de doli mali & metus exceptione.
t ꝑpter l. lis nulla. ff. de iud.
v Faber hic & Platean⁹.
x Faber hic contra gl. in verbo, fraternitatis. in l. verum. ff. pro ſocio.
y d. l. ſunt perſonæ. iunctis duabus ll. ſequentibus. ff. de re iudicata.
z l. patronus. ff. de re iudic.
o arg. l. alimenta. ff. de alimentis & ciba. legatis.
a d. l. ſunt perſonæ. iunctis tribus ſequentibus.
b l. inter eos. §. is quoque. ff. de re iudicata.
c l. diuus Pius. ff. de reg. iur.
d d. §. is quoque. l. exhæredatum. §. quemadmodũ. ff. de re iudicata.
e l. ne ex liberalitate. ff. de re iudicata.
f Paulus Caſtrenſis in l. vt liberis. C. de collatio.
g propter notata Philippi Decij ĩ l. diu⁹. ff. de re. iu.
h arg. d. l. cum ex ſua.
i Iaſon in § ſed & ſi quis Decius in d. l. diuus.
lz §. compenſatio. inf. eodẽ.
l §. in bonæ fidei. ſup.
m §. cum eo quoque. inf. eo.
n l. penul. ff. de ceſſione bo.
o Iaſon hic 2. nota.
p l. is qui bonis ceſſit. ff. de ceſſione bonorum.
q Faber Plateanus & Iaſon hic.
r arg. l. 3. à contrario ſenſu. C. de bo. autho. iud. poſſid.
f l. vlt. §. vlt. & ibi Barto. notat. ff. q̃ in frau. cred.
t Iaſon hic numero 10. vſque ad finit.
v l. ſi vnus. §. vlt. pro ſocio.
x l. electio. §. neque. ff. de noxalib. actionibus.
y Bar. in l. ſi dubitetur. § ita demum. ff. de fideiuſſorib.
z Iaſon in §. ſed & ſi quis. ſup. allegato.
a §. actiones autem. ſup. tit. proximo. Theop. hic & Faber.

b hoc §. 1. c ff toto titulo iuſſu. d toto tit. de exercitoria. ff. & C. e ff. & C. de inſtitoria. f ff. de tributo. actione toto titulo. g ff. de peculio. h toto tit. de in rem verſo. i l. 1. ff. quod iuſſu. lz d. l. 1. §. iuſſum. i d. l. 1. ſub principium.

contrahitur

contrahitur qui iubet [m]. Nihil autem refert iusśúſne acceſſerit, an verò aliquid aliud quod vim iuſſus obtineat [n]. Et ideo ſi ſerui chirographo ſe ſubſcripſerit dominus, tenetur quod iuſſu [o]: quemadmodum & ſi ratum habuerit quis, quod ſeruus eius geſſerit [p]. Rati etenim habitio retrotrahitur, & mandato comparatur [q]. Et generaliter vbi perſona quæ lege vel conſuetudine iuri noſtro ſubdita eſt, iuſſu noſtro contrahit, ſemper quod iuſſu actio dabitur [r]. Et ideo ſi iuſſu abbatis monachus contrahat, in abbatem quod iuſſu actio dari poteſt [ſ]. Non idem eſt ſi hic cœnobij iuſſu contraxerit [t], cùm illi poteſtatis iure ſubnixus non ſit [v]. Et cùm hodie moribus Gallorum ferè receptum ſit vt vxor in mariti manum tranſeat [x], videtur dicendum eſſe mulierem quæ mariti iuſſum ſequuta contraxerit, maritum quod iuſsu actione obligare. Ex diuerſo cùm famuli noſtri qui mercede conducti in domibus noſtris ſeruiunt, liberi homines ſint, illi quod iuſsu actione nos obligare nequeunt [y], cùm illa in liberis hominibus locum non habeat [z]. quanquam vtilis inſtitoria dari poſsit [a]. Sic & vbi quis alienum ſeruum contrahere iuſsit, hic quod iuſsu actione non tenebitur [b]. Cæterùm vbi dominus nominatim creditori mandauerit pecuniam ſeruo adnumerari, hic mandati tantùm actione conueniri poſse videtur: ídque aduerſus Fabri & Aretini ſententiam probabilius eſse videtur [c]. Et cùm ſuprà dictum ſit cum eo qui iubet contractum quodammodo videri [d]: hinc factum eſt vt & prætor duas alias actiones proponeret, exercitoriam ſcilicet, & inſtitoriam. Exercitoria autem in eum datur, qui ſeruum ſuum negociationi maritimæ vel fluuiatili præpoſuerit [e]: quod obtinet vbi in eam cauſam cui præpoſitus eſt contraxerit [f]. Si enim in aliam cauſam contrahat, iam hic mandati ſui fines exceſsiſse cenſebitur: vnde nec dominum obligabit [g]. Oportet autem pecuniam in ipſius nauis refectionem & vtilitatem verſam eſse [h], priuſquam exercitoria locum habere poſsit. Tunc autem locum habebit, vbi de domini mandato conſtiterit [i]: alioqui de peculio actione agendum erit [k]. Nihil autem retulerit ſeruúmne, an verò liberum quis ſuæ naui præfecerit [l]: niſi quòd vbi ſeruus alios ſibi obligauit, ſtatim domino paratur actio [m]. at vbi liber homo contraxit, ceſsione opus eſt [n], cùm per liberam perſonam nobis actio non quæratur [o]. Liberum autem eſt creditoribus, vel magiſtrum nauis, vel illius exercitorem conuenire [p]. Sed ex contrario, exercenti nauem, aduerſus eos qui cum magiſtro contrahunt, actio non datur: quia non eodem auxilio indiget, ſed aut ex locato cum magiſtro, ſi mercede operam nobis exhibeat: aut ſi gratuitam, mandati agi poteſt [q]. quod in libero homine omnino accipiendum eſt. Vix enim cum ſeruis noſtris vlla actio nobis eſse poteſt [r]. Et hæc eadem omnia in inſtitoria actione accipienda erunt. Inſtitor enim tantùm ab exercitore in hoc differt, quòd hic maritimæ, ille terreſtri negociationi præfixus eſt [ſ]. Conſiderandum tamen perpetuò fuerit, nunquid negociationi quæſtuariæ eſt præfixus inſtitor vt quæ vel in emendo vendẽdo aut permutando conſiſtat [t]. aliàs in eum qui mutuis accipiendis pecuniis ſemel procuratorẽ præfecerit, vtilis ad exemplum inſtitoriæ dabitur [v]. Neque ipſe tantùm qui inſtitorem præpoſuit, ſed & illius hęres hac actione rectè cõuenietur [x], etiamſi poſt defuncti mortem contractum ſit. Licet enim mandãtis morte finiatur mandatum [y]: tamen id non obtinet vbi mandatũ vniuerſalẽ adminiſtrationem reſpicit [z]. Hoc autem & exercitoriæ & inſtitoriæ cõmune eſt, vt nihil referat cuius conditionis ſit is qui præponitur, libérne, an ſeruus: & vtrum exercitoris vel inſtitoris, an verò alienus [a]. Et hæc omnia locum habent vbi iuſsu domini contractũ eſt. Cæterùm ſi neque ſeruus domini iuſsu [b],

m arg. not. eo. per Iaſonẽ in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acq. hereditate
n arg. l. vl. ff. mandati.
o d. l. 1. §. ſed & ſi ſerui.
p d. l. 1. §. ſi ratum.
q cap. ratihabitionẽ. de reg. iur. in 6. Decius in l. ſemper qui non prohibet. de reg. iuris ff.
r d. l. 1. Faber hic.
ſ arg. nota. per Bar. in l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. arg. notato per docto. ad §. 1. ſup. quibus non eſt permiſ. facere teſta.
t cap. penult. de fideiuſſor.
v Faber hic numero 2.
x Faber in §. 1. ſup. de ſenatuſconſulto Trebelliano. contra l. ſi vxor tua. C. de conditionibus inſertis.
y Faber hic numero 3.
z hoc §. verſi. ideo autem.
a Picus in l. ſeru°. C. de pactis. vide latè Iaſonem in l. ſi ſeruum. ff. de cõdictione indebiti.
b l. 2. §. 1. ff. quod iuſſu.
c l. ſi literas. C. mãdati. arg. l. 1. §. eſt autẽ. verſi. ſed ex cõtrario. ff. de exercitoria
d d. l. 1. poſt principium. ff. quod iuſſu.
e l. 1. §. nauẽ. et §. igitur præpoſito. ff. de exercitoria.
f l. 1. & 2. C. eodem.
g arg. l. diligenter. ff. mandati. arg. notato in ca. cũ dilecta. de reſcriptis.
h l. vlt. ff. de exercitoria. nota. in gl. vl. l. 1. C. eod.
i l. 1. ff. de exercitoria.
k z. §. præterea. inf. eodem.
l l. 1. §. magiſtrum. verſi. cuius autẽ. ff. de exercitoria
m l. plane. ff. de acq. hered.
n l. poſſeſsio quoq. §. etſi poſſeſsio. ff. de acq. poſſeſſ.
o l. 1. C. per quas perſõ. nobis acqui.
p d. l. 1. §. eſt autem. ff. de exercitoria.
q d. §. eſt autem. verſi. ſed ex contrario.
r l. vix certis ex cauſis. ff. de iudiciis.
ſ l. 1. l. inſtitor. 1. & 2. ff. de inſtitoria.
t l. ſi cum villico. ff. de inſtitoria.
v l. in eum. ff. de inſtitoria.
x l. cuicunque. §. ſi ab alio. ff. de inſtitoria.
y §. recte. ſup. de mandato. nota. in l. & quia. ff. de iuriſdic. omnium iud. not. in cap. quoniam abbas. de officio delega.
z l. ſi quis mancipiu. §. ſi impubes. ff. de inſtitoria.
a d. l. 1. §. magiſtrum. verſic. cuius autem. ff. de exercit.
b l. 1. ff. quod iuſſu.

neque ab eo præpositus[b], in peculiari merce ſciente tamen domino & conniuente negocietur: prætor in eã rem ius ſic dicere ſolet, vt ſi quid ex his mercibus comparatum atque coëmptum eſt, id inter dominum cui aliquid naturaliter debetur[c], & reliquos alios creditores ex æquis portionibus in mediũ conferri atque ita diuidi præcipiat[d]. Quòd ſi fortè non deſint qui conquerantur omnia in medium collata non eſſe, prætor eis tributoriam actionem accõmodat, qua adiuti dominum ad contribuendũ impellere ſolent. Atque tributoriæ actionis ratio Theophilo authore ſic ſe habet[e]. Æqua autem erit in hac actione creditorum omnium cõditio, neque quiſquã alij præferetur[f]: niſi merx alteri impignerata ſit[g]. Sed nec id quod domino naturaliter debetur, deducendum erit[h]. Cæterùm quæ nos hactenus diximus, ea omnia accipiẽda ſunt vbi vel ſciente vel conniuente domino ſerui ipſi cõtraxerunt. Sed quid ſi illo ignotante contractum eſt? Et ſi quidem pecunia in rem domini verſa eſt, de in rem verſo adiectio locum habebit[i]. In rem autem domini verſum eſſe videtur, quod in illius vtilitaté impenſum eſt[k]. Satis autem erit negotium ab initio vtiliter cœptum eſſe[l]. Et ideo Caſtrenſis aliquando conſultus reſpondit[m] pecuniam quam abbas in vſum ſuorum monachorũ acceptam alea profudiſſet, repeti poſſe. Immo & ſi ea res domini vtilitatem non reſpiciat, vt quia vel in vnguenta exotica quæ ad luxuriæ materiam tendunt, pecuniam accepiſſet, adhuc tamen idem dicendum eſt[n]. Nulla etenim actio eſt quæ hanc de in rem verſo adiectionem excludat, cùm iure naturæ ęquum ſit neminem cum alterius detrimento locupletiorem fieri debere[o]. Veruntamen animaduertere debebit creditor, quò vertatur pecunia. Quid enim ſi ſic accipit quaſi verteret in rem domini, nec vertit, & decepit creditorem? Non videtur verſum[p]. Illud autem tenendum eſt, vbi nihil in rem domini verſum eſt, de peculio tamen actionem locum habituram[q]: quæ quamuis cùm de in rem verſo adiectione hac nota cohæreat, quòd vtraque vbi ſine expreſſa domini voluntate contractum eſt, detur[r], diuerſas tamen habet cõdemnationes. In peculio etenim ſolidum non cõſequimur[ſ], deducitúrque illud omne quod ipſi domino, iiſque quos in poteſtate habet, debetur[t]: ſicuti quandoque admonuimus[v]. at in actione de in rem verſo ſolidum conſequimur[x]. Sed cũ de peculio déque in rem verſo detur quoties citra domini expreſſam voluntatem contractum eſt[y], videbantur ei cui exercitoria vel inſtitoria competit, minimè dari poſſe[z], cũ illi ſemper ſciente domino contrahant. Iuſtiniano tamen hoc loco aliud viſum eſt. Is enim delectum illarum actionum habendum eſſe voluit. Nam cui exercitoria & aliquot aliæ actiones competunt, deliberet apud ſe num de in rem verſo agere debeat. id quod & in aliis omnibus huiuſcemodi actionibus obſeruandum eſſe Iuſtinianus hîc eleganter docuit[a]. Et cùm hodie iure noſtro æqua ſit filiorum & ſeruorum conditio, niſi quòd aliquibus notis inter ſe diſsident[b], æquum eſt ea quæ de ſeruis dicuntur, in filiiſfa. accipere[c]. Tantùm admonendi ſumus, hac nota filiosfa. à ſeruis diſsidere, quòd illi ex mutuo obligari non poſſunt. obſtat enim Macedoniani ſenatuſconſulti exceptio[d], cui nec filius ipſe renunciare poteſt[e], vt quod principaliter in Macedonis ciuis Romani odiũ propter parricidium à ſe admiſſum[f] introductum eſt, licet in muliere quæ Velleiano iuuatur[g], aliud conſtitutum eſſe videamus. Etenim cũ principaliter mulieris fauorem contineat, nihil vetat quo minus ei mulier renunciare poſsit[h]. Plus dico, nec in patrem de peculio actionem dari[i], cùm mutuum illud nulla lege ſubſiſtere poſsit. Ceſſat autem Macedonianum quibuſdã caſibus, vtpote ſi quis filiofa. qui paterfa. eſſe videbatur, pecuniã mutuauerit[k]. Neque tamen ſola ipſius filij aſſeueratio ſufficiet, ſed oportebit probabili ex cauſa hunc patremfa. exiſtimari[l]. Sed & ſi pater mutuum iſtud ratum habeat ſiue expreſſim[m] ſiue tacitè de ratihabitione conſtiterit, vt quia literas quibus pater ipſe

b propter l. 1. ff. de exercitoria. & l. 1. ff. de tributor.
c notatur in l. frater à fratre. ff. de condict. inde.
d l. 1. ff. de tributoria.
e Theoph. hic eleganter.
f l. procuratoris. §. penult. ff. de tributoria.
g d. l. procuratoris. §. antepenult.
h l. 1. ff. de tributoria. §. praeterea. inf. eo.
i l. 1. ff. de in rẽ verſo. l. & ideo. eod. tit.
k hoc §. praeterea. circa medium. l. 3. §. 1. de in rẽ verſo.
l arg. l. ſi pupillum. §. vlt. ff. de nego. geſtis.
m Paulus in l. vlt. ff. de exercitoria.
n l. 3. §. necnon. ff. eodem.
o l. nam hoc natura. ff. de condict. indebi. l. iure naturae. ff. de reg. iuris.
p l. 3. §. ſed ſi ſic accepit. ff. de in rem verſo.
q l. 2. C. eodem.
r hoc §. verſ. licet.
ſ l. ſi quis ſeruum. §. etiam. ff. de peculio.
t §. cũ autẽ quaeritur inf. eo.
v dixi in §. actiones ſup. de actionibus.
x dixi. l. 1. ff. de in rẽ verſo.
y d. §. praeterea.
z glo. 1. hic.
a §. 1. inf. eod.
b glo. eadem in hoc.
c arg. §. vlt. inf. tit. proxi.
d toto tit. ad Macedo. ff. & C.
e Faber in §. quod diximus numero 7.
f Theoph. hic eleganter.
g toto tit. ad Velleianum.
h arg. l. ſi quis in conſcribẽdo. vbi Alciatus notat. C. de pactis.
i l. ſed & ſi. §. non ſolum. ff. & l. ſi filius tuus. C. ad Macedonianum.
k l. 2. ff. ad Macedonianũ.
l Bar. in d. l. 2.
m l. vlt. C. ad ſenatuſcõſul. Macedonia.

mutui

mutui admonebatur receperit, neque contrariæ voluntatis testationẽ interposuit[n], ex mutuo patri obligatus esse creditur. Sic & si in ocium literarium filiifa. aliquid est mutuatum, cessat Macedonianum[o]. Neque enim est quòd pater detrectet sumptũ agnoscere, quem ipse alioqui facturus esset. Idq́ue obseruandum erit vbi filiusfa. volente patre in studiis versatur[p]. Idem & si eo inuito, modò diligẽtem operam literis nauauerit[q]: nisi fortè proponas mihi patrem qui expresśim mutuari filiofa. noluerit[r]. Sunt & aliquot alij casus quos Accursius diligenter annotauit[s]: ad quos per ociũ confugere licebit.

§. Illud in summa.

Quatenus pater dominúsve ex filiorum vel seruorũ cõtractibus obligentur, satis hactenus dictum est. Iam admonet Iustinianus recta via posse repeti huiuscemodi pecuniam ab ipsis parentibus vel dominis, tanquam cùm ipsis principaliter negociatum esset. Semper enim domini iussu contractum esse videtur[t], siue quis quod iussu experiatur (quod quidem nullam habet dubitationem,) siue exercitoria institoriáve agatur[v]. Et ideo plerique[x] huius nostræ legis argumento responderunt ex facto procuratoris cui dominus mandauit vt suo nomine fidem suam adstringeret, contra dominum agi posse: satísq; rectè intentionem proponit, qui sibi dominum obligatum esse dicit[y]: cùm per procuratorem is obligatus esse videatur.

Tit. De noxalibus actionibus.

Quemadmodum ex contractibus seruorum domini obligantur[a], ita & si quid illi admiserint, dominũ suum obligare solent[b], idque noxali actione. Noxales autem actiones appellantur[c], quæ non ex cõtractu, sed ex noxia atque maleficio seruorum aduersum nos instituuntur: quarum actionum vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis quod deliquerit, euitare litis æstimationem[d]. Licet enim tantummodo damnum sit in obligatione[e], & ad illius æstimationem condemnationem ferri oporteat, tamẽ lex ciuilis permittit vt noxæ deditione huiusmodi æstimationem nobis euitare liceat. quod cùm ita sit, nobis vsque dum iudicati actione conueniemur, id facere concessum est[f]. Sed cùm hi qui in dominorum potestate sunt, furtum eis quidem faciant, sed furti actio non detur[g]: consequẽs est vt in maleficio quod in extraneũ dominus admisit, respõsum hoc accipiamus[h]. Vsque adeò enim ex huiusmodi furto quod in rebus domini factum est, furti actio non datur, vt nec si postea seruus ipse manumittatur, adhuc tamen conueniri posśit[i]. Nam & illud receptum est, vt & si alienus seruus nobis damnum aliquod dederit, etiam si in iura nostra veniat, adhuc tamen nobis actio non detur[k], illa scilicet ratione, quia res ad eũ casum deuenerit, à quo per legem incipere non potuit[l]. Quin & maleficium istud insciente domino admissum esse oportet[m]. Si enim eo sciente fecerit, in solidum dominum obligat. ipse enim dominus damnum dedisse videtur. Et quod nos in maleficio diximus, idem & in quasi maleficio recipiendũ esse plerique omnes censuerunt[n]. Et hæc quidem omnia in delictis priuatis locum habent[o]: in publicis autem iudiciis vbi aduersus dominum ciuili iudicio statur, idem dicendum est[p]. Vbi autem criminaliter agitur, plerique seruum instar liberi hominis puniendum esse tradiderunt[q].

§. Dominus.

Ex deditione serui facta duplex vtilitas redire solet. Prior est, quòd liberatio domino paratur[r]. Altera, quòd dominium in eum cui noxæ deditus est, transit[s]. sed istud dominium excuti poterit si pecunia aliquo modo quæsita seruus damnum emẽdare velit[t]: eóque inuito libertatẽ cõsequetur. Libertatis enim fauor promeretur[v], vt etiã id quod nobis quæsitũ est aufferre liceat[x].

n l. si filiusfa. ff. eodem.
o l. Macedoniani. C. ad Macedonianum.
p Aretinus hic numero 2.
q doctores in d. l. Macedoniani. arg. notato in l. qua pater. ff. famil. hercis.
r arg. notato per Bart. in l. 1. §. nec castren. ff. de colla. bonorum.
r arg. l. vlt. C. de nego. gest.
s glo. hic in verbo, senat[9]. notatur in l. 3. C. ad Macedonianum.
t Faber hic.
v Theophilus hic.
x Aretinus hic & Faber numero 4.
y Aretium hic.
a sup. tit. proximo.
b Theophilus hic in initio.
c l. 1. ff. eodem.
d l. 2. C. eodẽ. l. miles. §. decẽ. & ibi Iason notat. ff. de re iudicata.
e Faber in §. curare. suprà de actionib[9]. d. §. decem.
f arg. notato. per Bart. in l. si quis stipulatus sit decem in melle. ff. de solutionib[9] vide Iaso. in d. §. decem.
g §. hi qui. sup. de obliga. qua ex delic. nascuntur.
h §. si seruus, inf. eodem.
i l. cũ seruum. ff. eodem.
k l. ancillarũ. §. si seruus. vers. sed si alieno. ff. de peculio.
l arg. l. cætera. ff. de lega. 1.
m l. 2. l. in delictis. ff. de noxalib. actionibus.
n l. vlt. §. seruorum. ff. nau. caupo. stabu.
o communiter doctores hic.
p l. 2. C. de accusatio.
q l. hoc accusare. §. omnib[9]. ff. de accusatio.
r arg. §. 1. sup. quibus modis tollitur obliga.
s l. vel ex causa. ff. [illegible] Publicana in rem actione.
t Theophilus hic, contra quem Aretinus sentit.
v arg. l. inter pares. ff. de re indicata. arg. notato in l. libertas. ff. de reg. iuris.
x contrà l. mãdati. contra notata per Iasonẽm in l. vlt. ff. de constitutionib[9] principum.

Eadem ratione nonnulli respondent [y] mancipium Christianum quod paganus emerit, libertatem etiam inuito domino consequi posse oblata pecunia in præmium redemptionis, quæ Græcis λύτρον dicitur [z]. ídque ad clientes beneficiarios eius qui bonis cesserit, produci debet [*]: vt illi dominium quod postea nacti sunt, excutere posint.

§. Sunt autem.

Noxalium adiectionum siue actionum diuisio hæc est, quòd quædam ciuiles sunt, quædam prætoriæ. Ciuiles sunt, quæ ex lege 12. tabularum, vtpote furti siue manifesti siue non manifesti actio [a], vel ex plebiscito [b], vel aliqua alia iuris ciuilis parte descéderunt. Prætoriæ sunt quæ à prætore introductæ sunt, cuiusmodi est vi bonorum raptorum [c], iniuriarum [d] noxales actiones.

§. Omnis.

Regula est, In noxalibus actionibus, noxa caput sequitur [e]. Et ideo quisquis seruum posidet, noxali iudicio rectè conuenietur, siue hic dominus sit, siue alius quilibet [f]. Immo & si quis dolo desierit posidere, adhuc tamen idem dicendum est [g]. Quin & illud receptum est, vt is etiam manumissus teneatur [h]. Idémque in monachis receptum est [i], vt illi ex suo maleficio quod antequam monachorum institutum professi essent, admiserunt, rectè conueniantur. Vidétur enim tum fraudis causa ad illud institutum decurrisse [k]: híque ex omnibus contractibus antea gestis côueniri possunt [l]. Neque enim multum à liberis hominibus abesse dicuntur [m].

§. Vltimus.

Quæ de seruorum maleficiis dicta sunt, eadem omnia & in filiisfa. olim obseruata fuerunt [n]: quod Iustiniano satis absurdum videtur: cùm illi ex proprio delicto conueniri posint [o]. Neque enim pater ex filij delicto tenetur, nisi litis contestatio accesserit [p]. nam tum pater ex quasi contractu filij conueniri videtur, non inspecta prioris actionis origine, quæ vel ex delicto vel quasi delicto proficiscitur [q]. Cæterùm propter filij contumaciam in possesionem peculij profectitij creditores mittendos non esse plerisque visum est [r]. cuius rei nos aliquando admonuimus [s]. Et cùm hîc tradatur noxæ deditionem in liberis hominibus locũ non habere, consequens est vt nec pro maleficiis famulorum nostrorum noxæ deditionem patiamur. hi etenim liberi homines sunt, nec pro suo maleficio nos adstringere solent [t], nisi aliquibus coniecturis maleficium huiusmodi, voluntate nostra factum esse appareat [v].

Tit. Si quadrupes pauperiem.

Ad rubricam.

Non tantùm ex maleficiis seruorum noxales actiones introductæ sunt [x], verumetiam quadrupedum nomine, quas tamen neque furti noxales, aut iniuriarum, aut vi bonorum raptorum vocare solemus [y]. Immo nec Aquiliæ noxales dici possunt: sed de pauperie actiones dicuntur. Etenim cùm neque furtum [z], neque iniuria, neque aliquod aliud delictum citra iniuriam fieri posit, constétque iniuriam seu iniustitiam in animo sedem habere, consequens est vt cùm bruta animantia rationis expertia sint, alio vocabulo damnum quod ab illis animantibus datũ est, nuncupemus: & ideo iurisconsulti pauperiem, id est damnum citra iniuriam facientis datum vocauerunt [*].

§. Primus.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, actio ex lege 12. tab. descendit, quæ lex voluit aut dari animal quod noxiam commisit, aut æstimationem noxæ offerri [a]. Hæc autem actio tunc demum locum habet, cùm commota feritate quadrupes damnum dederit [b], vel lasciuia [c]. Et ideo si fortè pecus tuum

y Faber hic, Aretin⁹, & Plateanus.
z cap. 1. & 2. de Iudæis.
* Idem faber hic.
a Theophilus in §. 1. suprà de perpetuis & temporalibus actio. contra quem sentit Accursius & cõmuniter interpretes.
b C. 1. & 2. ff. ad l. Aquil.
c sup. vi bonorũ raptorũ.
d l. prætor edixit. ff. de iniuriis.
e l. licet. C. an seru⁹ ex suo facto. &c.
f Aretinus hic 2. notab.
g l. si bona fide. & l. elect. §. si is. ff. de noxalibus actionibus.
h d. l. licet. & l. vlt. C. an seruus ex suo facto.
i Plateanus hic.
k arg. l. cum quadã puella. ff. de iurisdic. omnium iudic. arg. l. vlt. ff. de iis qui ante senten. mor. si consci. arg. l. siquis posteaquam. ff. de iudiciis.
l glo in authẽ. ingressi. C. de sacrosan. ecclesiis.
m notatur in §. 1. p Fabrũ sup. tit. proximo. nota. ĩ §. 1. sup. de iure personarũ.
n arg. §. qua diximus. sup. tit. proximo.
o hoc § circa finem.
p l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. l. 1. §. filiusfa. ff. de his qui deiece. vel effude.
q d. §. idem scribit.
r Iason in l. cũ filiusfa. ff. de verbo. obliga. Bar. in 3. quæstione incipiẽte, Perusinæ ciuitatis statuto.
s dixi in §. actiones autem. sup. de actionibus.
t glo. in cap. cũ ad sedẽ de restitutione spoliatorum.
v Alciatus in l. seruus. C. de pactis.
x toto titulo de noxalibus actionibus.
y Theoph. hic eleganter.
z §. placuit tamen. sup. de obliga. quæ ex delicto.
* l. 1. §. ait prætor. ff. eodem.
a l. 1. ff. eod. Riuallius in historia iuris ciuilis.
b l. 1. §. ait p̃tor. vers. itaque.
c de lasciuia vide Budæũ in l. ex conducto. ff. locati. eundẽ in l. lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de sicar.

tuum nimia lasciuia segetem meam aut pratum corruperit, de pauperie aduersum te actio dabitur[d]: nisi te præsente damnum datum fuerit. tunc enim in solidum dānari debes[e]. Et generaliter toties hæc actio locum habet, quoties contra naturam fera mota pauperiem dederit[f]. Ideóque si dum equus tuus libidinis causa in meas equas prosilierit, eáque gratia ianuam effregerit, adhuc tamen mihi in te actio competitura est[g]. Licet enim coniunctionis appetitus illi conueniat[h], contra tamen naturam equorum factum esse videtur quòd equus ostium effregerit. Cæterùm si non immisso pecore segetem depascam, vtilis de pastu pecoris actio locum habet[i]. Idem & si seruus pecus meum immiserit. Iam enim puniendus sum ea gratia, quòd tam negligētem seruum in meum cōtubernium adsciuerim[lz]. Hæc autem actio vtiliter competit vbi à bipede damnum datum est[l].

§. Cæterùm.

Quæ superiore responso dicta sunt, eadem omnia in animalibus minimè feris locum habent. In feris autem bestiis ius tale ædilium curulium edicto receptum est[m], ne quis canem, verrem, aprum, lupum, vrsum, leonem, & generaliter quodcunque animal siue solutum siue ligatum continere queat, quà vulgò iter fieri solet[n]. alioqui si contra ea factū sit, & liber homo ex ea re perierit, ducenti solidi præstabuntur. si nocitum libero homini esse dicatur, quanti bonum & æquum iudicantis religioni videbitur, condēnari potest[o]. cæterarum verò rerum quantum damnum datum factúmve sit, dupli condemnatio subsequi debet. Quin & ea in specie de pauperie actionem locum habere receptum est, cùm ex regula iuris nunquam actiones præsertim noxales de eadem re concurrentes alia aliam consumat[p], quod quatenus intelligendum sit, id ex Accursij[q], Dini[r], Fabri, Aretini[s], Decij[t] sententia satis colligi potest.

Tit. De iis per quos agere possumus.

Postquam de actionibus quæ vel ex contractibus vel ex delictis seruorū nostrorum, vel pauperie animalium aduersum nos dari solent, disputatum est[v], nunc admonendi sumus actiones omnes posse à nobis moueri, vel nostro nomine vel alieno: licet olim id ipsum non nisi certis in causis facere liceret[x]. At cùm per aduersam valetudinem vel necessariam absentiam non semper quis suis negociis superesse posit[y], vtile fuit in vsum forensem procuratorum vsum inducere, ea gratia scilicet, vt illi nostro nomine litem instituere posint[z]. Igitur regula est quæ hîc traditur, Procuratores alieno nomine litem instituere posse. Neque semper necesitate suadente procuratorem constitutum esse oportet[*]. satis enim fuerit aliquem nolle suis negociis superesse, ad hoc vt procuratorem aliquem constituat[a]. Lex quoque ait[b] quēlibet procuratorio nomine litem suscipere posse. quod tamē ad idoneas personas restringendum erit[c]. Plerique etenim procuratores esse nequeunt: cuiusmodi est miles[d], furiosus quoque[e], mutus[f], & is qui aliquando capitis arcessitus est[g], minor 25. annis[h], mulier quoque[i], & aliæ id genus personę quę legibus prohibitæ esse cēsentur. hæ etenim procuratorio nomine litem agitare non possunt[k], modò quis eas iudicio nondum cœpto à litigādo repellat[l]. Quin & quibuslibet verbis procuratores constitui poterunt. Satis enim est generale mandatum accessisse[m]: nisi quòd in quibusdam casibus speciale mandatum exigimus quos tam Accursius[n] quàm Faber & alij eiusdem notæ scriptores magno studio huc congesserunt[o]. In quibus omnibus speciebus etiam is cui nihil nominatim mādatum est, accedere potest, si modò cū

d Faber hic, & Aretinus numero 4.
e arg. l. 2. ff. de noxalibus actionibus.
f l. 1. §. sed & si canis vers. & generaliter. ff. eodem.
g Faber hic & Aretinus numero 2.
h Cicero 1. officiorum cap. Principio.
i l. Quintus Mutius. & l. seq. ff. ad l. Aquiliam. l. qui seruandarum. §. vlt. ff. præscriptis verbis.
lz l. si seruus seruum. §. si fructuari⁹. ff. ad l. Aquil.
l l. hac actio. ff. eodem. arg. glossa in l. si quis id quod. in verbo, sententiam. ff. de iurisdictione omnium iudicum.
m l. hi enim §. deinde. cum duabus ll. sequentibus. ff. de ædilitio edicto.
n l. quà vulgo. ff. de ædilitio edicto.
o arg. l. ex hac lege. ff. eodē. arg. l. vlt. ff. de his qui deiece. vel effude.
p l. nunquam. §. 1. ff. de reg. iuris.
q gl. magna hic.
r in cap. nullus plurib⁹. de reg. iuris in 6.
s Vterque hic.
t in d. l. nunquam. §. 1.
v Theophilus hic.
x hoc textu, & ibi Theophilus diligenter annotauit.
y l. 1. §. vsus autem procuratoris. ff. de procuratoribus.
z d. §. vsus.
* glo. hic in verbo, impedimento.
a d. §. vsus.
b hoc textu in prin. in verbo, quemlibet iuncta ibi glo. & in §. procurator. inf. eodem.
c arg. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muneribus & honoribus.
d l. militem. l. ita demū. C. de procuratoribus.
e l. 2. §. furiosus. ff. de procuratoribus.
f l. mutuus. 1. respōso. ff. eo.
g l. reum. C. eodem.
h l. minor. ff. eodem. i l. alienam. C. eodem. lz Speculator in titulo de procuratore. l l. ita demum. & l. exigendi. C. eodem.
m §. procurator. inf. eodem. n glo. in l. illud. §. 1. vbi Bart. notat. ff. de minorib. o glos. hic in verbo, neque certis. & ad eam. Faber & Aretinus.

libera rerũ administratione constitutus esse doceatur[p]. Censuerunt quoque alij etiam aduersario absente[q] procuratorem rectè constitui posse: licet consultius sit procuratoris sui personam apud acta iudicis firmare[r]. Ita enim eũ cautionibus rati & aliis eiusmodi satisdationibus liberare poterit, quod communiter omnes hîc tradiderunt[s].

Tit. De satisdationibus.

Ad rubricam.

Nunc de satisdationibus quæ tam ab actore quàm à reo litigaturis petuntur, dicendum est. Satisdatio autem eo modo appellata est, quo satisfactio[t]. Nam vt satisfacere dicimur ei cuius desiderum adimplemus, ita satisdare dicimur aduersario nostro cui pro eo quod à nobis petiit, ita cauemus, vt eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus[v]. Porrò quid cautionis nomine veniat, id ex Castrensis[x] & Alciati sententia[y] repeti potest.

§. Primus cum sequenti.

Iustinianus de satisdationibus dicturus, paulo altius repetit quisnã apud veteres illarum vsus fuerit[z]. deinde ostendit quid hodie circa huiusmodi satisdationes obseruandum sit. Hoc igitur dicit, Hodie remissa iudicatum solui satisdatione, sola iudicio sisti cautio à reo præstanda est, qui suo nomine litigauerit. Hæc autem stipulatio eam vim habet, quòd ipse permanebit in iudicio vsque ad sententiæ definitiuæ terminum[a]. Tunc autẽ interponi debebit, quando reus nulla immobilia possidet[b]. Nam si possideat, illi satisdatio in totum remittetur. Id quod cùm iure veteri constitutũ sit[c], ad hanc tamen nostram constitutionem, etiam si nouam, produci debebit[d]. Neque enim nouum est, leges nouas à veteribus interpretationem suam accipere[e]. Oportet autem hæc immobilia liti quæ mota est respondere[f]. Quid enim si vilissima prædia sint? quid itẽ si in alio agro immobilia quis possidet, quàm quo iudicium institutum est[g]? Quid etiam si is mala fide citra aliquem titulum immobilia huiusmodi possideat? Certè huiusmodi immobilia ad satisdationis remissionem sufficere non poterunt[h]. Necessariò quoque in huiusmodi stipulatione fideiussores dari debebunt[i]. id quod tã ex natura cautionis (ea etenim prætoria est[k]) quàm ex dictione satisdationis colligi potest[l]. satisdat enim, qui dat fideiussores[m]. Sed qualem hunc fideiussorem esse oportet? Et iurisconsultus ait eum non tam facultatibus, quàm conueniendi facilitate idoneum esse debere. Sed quandiu tenebitur? Et si quidem actor causam suam diligenter prosequatur, tunc vsque ad iudicatum tenebitur[n]. Vbi verò is remissior fuerit, fideiussor post duos menses liberabitur[o]: nisi ille verbis generalibus fidem suam adstrinxerit, aut in causa publica, aut in scriptis fideiusserit[q], tunc enim perpetuò tenebitur[r]. Sed nunquid pœnali stipulatione huiuscemodi fideiussio muniri poterit? Et verius est vt non aliàs id fieri possit, nisi de ea re nominatim conueniat[s]. qua in specie cũ iam ille conuentionali stipulatione munitus esse incipiat, ex mora sua tantùm tenebitur[t]: neque illi ad moram suam diluendã semestre illud tempus quod Iustiniani constitutione fideiussoribus datum est, concedi poterit[v]: cùm illa non in conuentionalibus sed in prætoriis stipulationibus[x] & iudicialibus[y] locum habeat[z] quod aduersus Accursii sententiam (in glossa, ad terminum. ibi, sed si est promissa, in d. §. hodie.) receptius esse videtur. Interdum huiusmodi satisdatio non fideiussores, sed iuratoriam cautionem desiderat. (d. §. sed hodie. ibi, vel committitur suæ promissioni.) Idque & in eo qui immobilia possidet (glos. hîc in verbo, promissioni. & Aretinus ad eam.) & aliis

personis

p arg. not. per Bar. in l. procurator cui generaliter. ff. de pcurato. Aretinus hic numero 2.
q d. §. procurator.
r §. sus autẽ p pcuratorẽ. inf. de satisdationibus.
s notatur in d. §. fin autem. & in l. 1. C. de procuratoribus.
t l. 1. ff. qui satisdare cogantur.
v l. satisdationis. ff. de ver. significatione.
x Paul° de castro in l. sancimus. C. de verbo. signifi.
y in d. l. satisdationis.
z hoc textu circa princip. vbi vide Theophilum.
a §. sed hodie. circa pri. hic.
b l. sciendũ. ff. qui satisdare cogantur.
c d. l. sciendum.
d arg. l. non est nouum. cũ l. seq. ff. de legibus
e d. l. non est nouum. arg. glos. in auth. offeratur. C. de litis contestatione.
f gl. in verbo, ad terminũ. sub finem.
g Iason copiose in d. l. sciendum.
h Vide omnino Bart. in d. l. sciendum.
i gl. in §. sed hodie hic.
k l. 1. ff. de pratoriis stipulationibus.
l arg. notato. per Castrensem in l. sancimus. C. de verbo. signifi.
m l. 1. ff. qui satisdare cogantur.
n l. 2. ff. qui satisdare cogantur. in princ.
o l. grace. § & post litẽ. ff. de fideiussoribus.
p l. penult. C. de fideiussoribus. Bartol. in d. §. & post litem. idem in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. & ibi Iason. & in l. 2. §. vlt. ff. qui satisdare cogantur.
q d. l. penultima.
r arg. nota. per Bar. & Iason in l. 1. ff. de in litẽ iurando.
s l. 2. §. vlt. & ibi notatur. ff. qui satisdare cogãtur.
t arg. notato. per Barto. & Iason in l. cum Capua. & l. si post moram. ff. de eo quod certo loco. arg. l. quaero. ff. locati.
v l. sancimus. C. de fideiussoribus.
x l. 1. ff. de pretoriis stipulationibus.
y notat Theophilus in §. vnico suprà de diuisione stipulatio. l. 5. ff. de verbo. obligat.
z Aretinus hic.

personis quæ dignitate splendeant (l.quoties. C.de dignita.lib.10.nota.in d. l sciendū.) receptum est. Interdum nudæ alicuius promissioni standū erit [a], vt in œconomo, sacerdote, clerico, & aliis id genus personis quę Deo dicatæ sunt, traditum extat [b]. Neque nos quicquam mouet quòd Iustiniani noua constitutione cautum esse videamus omnino satisdādum esse [c]. quæ res non aliâs quàm cum fideiussoribus transigi poterit [d]. ea enim lex ab hac nostra constitutione quantumlibet priore [e] interpretationem mutuò accipere debet [f]: sicuti & nos in alia specie paulò antè docuimus. Cæterùm huiusmodi satisdatio locum non habet vbi de re mobili disceptatio est [g], periculúmque est ne res ipsa depereat. tunc enim sequestro res committi debet [h]. Et hęc omnia in reo locum habent. Sed quid in actore? Et duplicem cautionē ille præstare debebit [i]. Prior est, quòd intra duorum mensium spacium litem contestabitur [k]. Altera, quòd ille vsque ad terminum litis, euentum sententiæ expectabit. deinde si compertum sit eum iniustè litem mouisse, decimam partem litis expensarum nomine persoluere tenebitur [l]. sed hæc mulcta in desuetudinem abiit [m].

§. Sin autem.

Quæ superiore respōso dicta sunt, eadem omnia locum habent vbi quis suo nomine iudicium instituit [n]. Sed quid si per alium iudicium accipiatur? Et regula est, procuratorem actoris ad rati cautionem compellendum esse [o]. Ratum autem habiturum dominum procurator promittit, dum cauet se effecturum vt ratum habeat dominus id quod procurator gesserit, perinde ac si dominus ipse litigasset [p]. Neque enim interuentu procuratoris deterior ipsius aduersarij conditio esse debet [q]. Nihil autem prohibet cautionē hanc lite demū contestata [r], vel antequā ipsa lis contestetur interponere [s]. Vtroque etenim tempore semper interponi poterit. Exigitur autem hæc cautio à procuratore, qui vel ab eo qui quasi dominus erat, constitutus est [t], vtpote siquis à tutore vel curatore procurator constitutus est. hic enim satisdationē præstare debebit [v]. Idem & si pater in filij sui bonis iudicium per procuratorem accipiat. Sed quid si pater, tutores quoque & curatores ipsi litem instituerint [x]? Et in patre aduersus Accursij sententiam receptum est cautionem rati interponendam esse [y]. Etenim cùm lex filij consensum desideret [z], satis constat, vbi de filij assensu nihil omnino constiterit, cautionem interponēdam esse. In tutoribus verò aliud receptum est. Hi etenim quasi dominium habere dicuntur [a]. Præterea necessitas subeundæ administrationis facit vt illi satisdationis remissione digni esse videantur [a]: cùm contrà pater non nisi volens ad filij sui bonorum administrationem procedat [b]: licet vbi illi tutores vel curatores esse negentur, adhuc tamen satisdationem pręstare necesse habeant [c]. Ita autem demum satisdationem hanc requirimus, vbi de ipsius procuratoris mandato incertum est [d]. Incertum est autem, non vt Accursius voluit [e], rei inficiatione, sed quando procurator de mandato semiplenè docuerit, per vnum testem scilicet [f]. Idem & si per literas, quæ tamen veri speciē nō contineant, de suo mandato docuerit [g]. Idem & si plenè de suo mandato doceat, alter verò semiplenè reuocatum esse mandatum asserat [h]. At vbi certum est mandatum eum habere, vt quia per testes vel per instrumēta [i] appareat [k], etiam citra cautionem admittitur. Quid si certissimum sit procuratorē nullū habere mandatū? Nec cū rati cautione admitti debebit [l]. Et hæc quidē omnia locū habent vbi alieno nomine lis infertur. Sed quid si lis per procuratorem suscipiatur? Et verius est vt non aliâs huiusmodi procuratorē ad litigandum admittamus, quàm si is iudicatum solui stipulationē interposuerit [m]. Neque quicquam obfuerit quòd ille litem contestatus non sit. Nemo etenim ex

a d.§.sed hodie. sub fi.
b glo.hic in verbo, nudam promissionem.
c auth. libellum. C.de litis protestatione.
d l. satisdationis.ff.de verborum significa.
e arg.notato.ad proœmiū. suprà.
f arg.d.l.non est nouum.
g l.si fideiussor.§.vlt. ff. qui satisdare cogantur.
h Faber hic & Aretinus, arg.notato. per Fabrum ad l.vnicam.C.de prohibita sequestra.pecu.
i glo.1.ibi, sed econtra.
lz auth.de executoribus litiū.cū authentica libellū.
l Theophilus eleganter in §.hac autem inf.de pœna temere litigantium.
m d.§.hac autem.
n Theophilus hic.
o l.1.C.de procuratoribus.
p l.sed et hac.§. defendere. ff.de procuratoribus.
q l.2.§.defendi.ff.ex quibus causis in possess.eatur. vide gl.hic ī ver.habiturū.
r l.2.C.de cōsortib⁹ eiusdē litis. vbi Bart.notat.
s l.Pōponi⁹.§.ratihabitionē.vbi vide omnino Bar. ff.de procura.glo.in ver. satisdationē, in §. pximo.
t hoc textu, ibi, eodem obseruando.
v gl.in verbo, psona, hic.
x d gl.iuncta gl. in verbo, per alium.
y l.vlt.C.de bo.qua liberis. §.vbi autem.
z d.§.vbi autem.
a l.interdū §.tutelam.ff.de furtis.
a arg.§.1.sup..de excu.tut.
b notat. in l. 1. C.de bonis maternis.
c Aretin⁹ hic numero 10.
d d.l.1.C.de procurato.
e gl.in d.l.1.
f Bar.in l.in bonæ fidei.C. de reb⁹ creditis.idē ī l.admonēdi.ff.de iureiurādo.
g arg.notat.in ca. inter dilectos.de fide instrumen.
h Bar.in d.l.1. C.de procuratoribus.
i arg.l.in exercendis. C.de fide instrumentorum.

lz Bartol & Iason in d.l. 1. contra Petrum & quosdam alios. l arg.l.si pupilli.§.videamus. ff. de nego.gest. vide omnino Bar.in d.l 2. m hoc textu ibi, si verò aliquis l.vnica.C.de satisdando. l.exigendi.C.de procurato.§. 1.sup eodem.

regula iuris[n] alienæ litis defenſor citra ſatiſdationem idoneus eſſe creditur. Quin & ſi dominus ipſe præſens eſt,adhuc tamen iudicatum ſolui cautionẽ procurator promittere debet:niſi fortè dominus vel in iudicio vel extra iudicium ſatiſdare pro ſuo procuratore velit[o]. ſed ex Bartoli ſententia[p] domino adhuc immobilia adeſſe neceſſe eſt. Eſt & alia cautio quæ ab eodem procuratore exigi poteſt. Procurator etenim poſt litem cõteſtatã acceptus[q], de iudicato ſoluendo ſatiſdare debet, ſi quidem reus ſub tempus ſententiæ ferendæ in iudicium non venerit.

§. Si verò reus.

Suprà dixerat dominum præſentem ſui procuratoris perſonam vel in iudicio vel extra iudicium firmare poſſe[r]: hîc oſtendit procuratorem rei abſentis nomine litem inſtituere poſſe[ſ], modò ille ſatiſdationem obtulerit. Nemo etenim alienæ litis defenſor ſine ſatiſdatione idoneus eſſe videtur: quod nos modò aperuimus.

§. Quam formam.

Poſtquam Iuſtinianus diligenter explicuit ſatiſdationum omnium formulas,admonet in ea re cotidianum ipſius fori vſum inſpiciendum eſſe. qui ſi apparere nequeat, ad vrbis Conſtantinopolitanæ conſuetudinem confugiendum:ſicuti euenire videmus in iis cauſis in quibus lege municipii deficiente,ad ius ciuile ipſorum Romanorum redire nobis permiſſum eſt[t].

Tit. De perpetuis & temporalibus actionibus.

Actiones omnes aut à iure ciuili,aut à iure prætorio deſcenderunt:earum tamen omnium longè diſpar eſt conditio[a]. Etenim earum aliæ temporales ſunt,aliæ perpetuò dantur[b]. Rurſus quædam hæredibus dantur, & aduerſus hæredes trãſire ſolent.quod quatenus intelligendum ſit,hoc titulo diſſeritur.

§. Primus.

Olim actiones omnes citra aliquam temporis præfinitionem perpetuò competebant[c]: at hodie imperatorum conſtitutionibus[d],certis quibuſdam finibus coërcentur. Actiones enim quæ vel à lege ciuili vel ab aliqua iuris ciuilis parte deſcenderunt,triginta annorum ſpatio circũſcribuntur[e]: cuiuſmodi ſunt eæ quæ vel à legibus[f],plebiſcitis[g], ſenatuſconſultis[h], reſcriptis principum deſcenderunt[i], quibus adnumerare licet eas actiones quæ municipiorũ ſtatutis conſtitutę ſunt[k],quęque etiam vel à Legatis[l], Ducibus, Epiſcopis,Marchionibus, Purpuratis regiis quos Barones vocant[m], qui neminẽ ſuperiorem agnoſcunt[n],conſtitutę ſunt actiones:condictiones quoque quæ ex noua aliqua lege oriuntur[o],quod tamen in l. Iulia Repetundarum locum non habet[p]. Hæc enim quanuis à lege ciuili deſcenderit,anno tamen circumſcribitur. Et hæc quidem in perſonalibus actionibus. Sed quid in realibus? Et hæ quidem pro præſcriptionum varietate modò triennio, interdum decennio,nonnunquam & vicennio, plerumque 30. annorum ſpatio dãtur[q], præſertim vbi quis neque titulum neque etiam bonam fidem habuerit[r]. Idémque propemodum in hypothecaria ſeruatur[ſ].quod & nos ſuprà aperuimus[t]. In breuius tempus protenduntur prætoriæ actiones. tantùm enim anno durant,ea ratione,quòd ante edicti perpetui inuentionem ex edicto tẽporali ius dicerent[v].quod in pœnalibus actionibus quàm maximè obſeruatur,ſiue vtrinque pœnam contineant[x], ſiue ab altera tantùm parte[y]: niſi ex furto manifeſto deſcendant.(hoc §. verſi.furti.& ibi Theoph.eleganter.) Idẽ & in his actionibus quæ aduerſus falſum tutorẽ inſtituuntur,(l.huius actionis.§. hac actione.ff.quod falſo tutore authore)quæq; ad reuocanda in fraudem creditorum alienata competunt. (l.ait prætor.§. ſi debitorem.ff. quæ in

fraudem

n §.1. ſup.eodem.
o l. ſi defunctus. in princ. ff.de procurato.
p Barto.hic apud Aretinũ numero 3.idem Bar.in d. l. ſciendum.
q hoc textu ibi,alia in ſup.
r §.proximo.ſup.
ſ l. ſeruum.§.publice. ff.de procuratoribus.
t §. ſed ius quidem ciuile. ſuprà de iure naturali. Plateanus hic.
a §. ſed ipſe. ſup.de actionibus Theophilus hic.
b l.in honorariis.vbi Bart. not. ff.de actionibus.
c hoc textu in princ.iuncta gloſſa.
d l.ſicut.l.cum notiſsimi.l. oẽs. C.de pſcriptione 30. vel 40.anno. l. 1 §.1. C. de annali exceptione.
e l modo allega.gl.in verbo,perpetua in canone,ea enim §. perpetus.decima cauſa quæſtione 2.
f gl.hic in verbo,ex lege.
g l.1.& 2.ff.ad l. Aquiliã.
h glo. in verbo, ſenatúſve conſulto.
i gl.ĩ verbo, cõſtitutionib⁹.
k arg.§.ſed ius quidẽ ciuile. ſup.de iure naturale. arg.l. oẽs populi. & ibi not.ff.de iuſtitia & iure.
l cap.vlt.de off.legati.
m Faberĩ §. ſed quod principi.ſup.de iure naturali.
n Bar.in l.1.§. de qua autẽ reſtitutione.ff.de poſtulãdo.idẽ in l continu⁹ act⁹. §.cum quidã. ff.de verb. obligatio. idem in l.relegati.ff.de pœnis.
o l.vnica vbi Bart.& Iaſon notant.ff.de cõdictione ex lege.
p l.2. ff. ad l. Iuliam repetundarum.
q tit.de vſucap. ſup.
r d.l.cum notiſsimi.
ſ gl.in verbo,ſpatiũ.in d.l. cum notiſsimi.
t dixi ad §.Seruiana. ſup. de actionibus.
v Theoph.hic.Aſconi⁹ Pedian⁹ in ſuis cõmentariis ad orationes Ciceronis.
x l.ſiquis id quod.ff.de iuriſdict. omniũ iudicum. l.penult.ff. de in ius vocando.l. vel poſt annum. ff. de alienatione iudi.mutandæ cauſa facta.
y gloſſa,eas.& gloſſa,plerumque hic.

fraudem creditorum.)Sed hæc omnia in prætoriis actionibus quæ rei persecutionem continent, non obseruantur [z]. Hæ enim perpetuò competunt, nisi vel contra ius ciuile [y], vel contra contrahétium conuentioné accómodentur. (l.2.C.de ædilitiis actionibus.l.sciendum.§.vlt.ff.de ædilitio edicto.)Et ideo cùm hæredes & bonorum possessores eodem propemodū iure censeantur: (l.prætor.ff.de reg.iuris) ita idem fatendum erit in bonorum possessoribus, quod & in iis qui petunt hæreditatem sibi dari: vt sicut istis petitio hæreditatis, ita & illis bonorum possessoria aut fideicommissoria hæreditatis petitio perpetuò competat [a]. Sanè iniuriarum actio quanuis prætoria sit, & ideo anno finiatur [b], tribus tamen casibus perpetuò competit [c]: sed id eò fit, quòd illa tum à L.Cornelio Sylla [d], atque ita à iure ciuili profecta sit [e].

§. Non autem.

Progreditur Iustinianus ad rubricæ nostræ explicationé, ostendens quæ actiones hæredibus dentur, & in hæredes transeant [f]. Hoc igitur dicit, Ex maleficiis pœnales actiones hæredibus competere, sed in hæredes nó dari [g]. peccata etenim suos authores tenere debent [h]. Idem & in delictis tam priuatorū quàm publicorum iudiciorum regulare est [i], siue ciuiliter in illis, siue criminaliter agatur [k]. Defuncto etenim eo qui reus est criminis, pœna extincta est, etiam si litis contestatio, immo & si sententia accesserit [l], nisi quòd sententia accedente, quæstio ciuilis aduersus hæredes executioni mandari poterit: cùm iam hi non ex delicto, sed ex quasi contractu teneri videantur [m]. Súntq; & aliquot casus in quibus lite contestata post defuncti mortem de delicto adhuc disceptatur, sicuti hîc Accursius adnotauit [o]. Sed quid si ex quasi delicto quis conueniatur? Et idem quod in delictis obseruatum est. ex eo enim hæres teneri non potest [p]. Sed hæc omnia quibusdam casibus non procedunt. Ecce enim iniuriarum actio neque hæredi datur, neque in hæredem competit [q]. Cuius rei illa est causa, quòd in bonis nostris non computetur antequam litem contestemur [r]: item quia illa magis vindictæ quàm pecuniæ persecutionem habet [s]. Huc accedit, quòd & iniuria quæ alicui irrogatur, personalis est, neque hæredem ipsum ita constringit [t]. Súntque & aliquot aliæ similes actiones [v]. Illud tenendum est, pœnalès actiones iudicio semel inclusas, aduersus hæredes transire [x]. Iam enim quasi contractum esse videtur [y]. Item & si aliquid aliud contestationis vice accesserit [z], vt quia reus ad iudicium euocatus contumax esse cœperit. Neque tamen sola citatio sufficit, quemadmodum nec præparatio: quicquid Accursius hac in re senserit [*]. Sed & si constet defunctum nonnunquam confessum esse quo pacto litis contestatio facta fuerit, adhuc idem dicendum esse existimabimus [a]. His autem casibus hæredes pro portionibus hæreditariis conueniri debent [b]. Sed quod de litis contestatione diximus, idem omnino dicendum erit vbi quid ex delicto defuncti hæres ipse lucri senserit [c]. Turpia etenim lucra ab hæredibus sunt extorquenda.(l.in hæredem.ff.de calumniatoribus.l.videamus.ff.quod metus causa.)nisi quòd vi bonorum raptorum actio aduersus hæredem non datur etiam de eo quod ad eum peruenerit [d]: illa scilicet ratione, quòd sufficere debeat condictio [e]. Ridiculum etenim est quod Bart. (in l.1.ff. de priuatis delic.& Salyce.in d.l.vnica.) & alij eiusdem farinæ authores in eam rem commenti sunt. Sed quid in actionibus quæ ex contractu vel quasi proficiscuntur? Et iurisconsultus ait [f] ex contractibus descendentes actiones & hæredibus & in hæredes dari [g], præterquam in deposito [h] quod tumultus incēdij, ruinæ aut naufragij causa factum est. Etenim earum rerum quæ suprà

z l. in honorariis.ff. de actionibus.
y d.l.in honorariis.§ sed cū rescissa.
a arg.notato.in §.1.sup.eo. & nota. in §. actionum sup.de actionibus.
b l. si non conuicij. C. de iniuriis.
c l.lex Cornelia. ff. de iniuriis.
d l.hos accusare.ff.de accusationibus.
e §.deinde Lucius Cornelius Sylla.l.2.ff.de origine iuris.
f ad rubricam. sup.
g l.vnica. C.ex delictis defunctorū. l.ex iudiciorū. ff.de accusationibus.
h l.sancimus. C.de pœnis. cap. quæ sunt. de his quæ fiunt à maiore parte cap.
i l.defuncto. ff. de publicis iudiciis vbi Bart.notat.
k §. liberum. sup. de lege Aquilia.
l l. is qui. ff. ad l. Iuliam maiestatis.
m arg.l. licet prætor. §.idē scribit ff.de peculio.
n d.l.ex iudiciorum.
o glo.in verbo, maleficiis.
p l. vlt. §. hæc iudicia. ff. nautæ, caupo.stab.l.Iulianus autem. ff.de iudiciis. Vide in l.4. §. vlt. ff. de damno infecto. & Aretinum hic.
q l.iniuriarū.1. ff. de iniur.
r l.iniuriarū.3.ff.de iniur.
s l.2.§. emancipatus filius. ff.de colla.bonorum.
t Theophilus hic elegāter arg.l.generaliter in prin. C.de rebus creditis.
v gl.hic ī verb. iniuriarū.
x l. pœnalia iudicia. ff. de reg.iuris.d.l. vnica. C.ex delicto defunctorum.
y d.§.idem scribit.
z l. constitutionibus. ff. de actionibus & obliga.ita Faber hic ītelligit & Alexander Imolensis in l. pen.§.1.ff.ne quis eū qui in ius vocatus est.dixi in §. pœnales.suprà de actionibus.

* glo.in verbo, contestata. hic, quæ communiter improbatur. a Aretinus hic numero 10. & 11. b l.2.C. de hæreditariis actionibus.arg. l. eadem. §. Cato. ff. de verbo.obliga. c d.l.vnica. C. ex delictis defunctorum. d l.2. §. vlt. ff. vi bonorum raptorum. e d.§.vlt. f in l.ex contractibus. & in l.ex depositi. ff. de actionibus & obligat. g ll.modo allegatis. h hoc §. ibi, aliquando.

comprehensæ sunt, in duplum in ipsum cui res committitur: at in hæredem eius, quod dolo malo eius qui mortuus sit, factum esse dicetur, in simplum: quod verò ipsius hæredis dolo malo factum erit, in duplum iudicium datur[k]. Neque satis verum est quod Barto. in hanc rem prodidit[l], sed hic est verus & genuinus huiusce responsi sensus, quē & Theoph.[m] & Accursius[n] hîc agnouerunt. Sunt & aliquot aliæ actiones quæ & si ex contractibus descendunt, in hæredes tamen non dantur, cuiusmodi est ea quę aduersus eum qui falsum modum dixerit, datur[o]. ea quoque quæ aduersus eū qui in causa iniuriarū iudicio stare promiserat, datur[p]. Sed hęc vltima exceptio quãuis vera sit, huic tamen responso non satis congruit, præsertim cùm iam ex delicto quis obligatus esse videatur[q]. At manifestum est ex delictus actiones descendentes in hæredes non competere[r].

§. Vltimus, Superest.

In omnibus quæ de iudiciis dicta sunt, & illud adiiciendum est[s], reum qui aliâs condemnari debebat, si ante sententiam actoris soluerit, absoluendū esse. Etenim solutione eius quod debetur, causa principalis seu obligatio tollitur[t]. Neque tamen hic propterea impensarum solutionem detrectare poterit[v], cùm interim nullam omnino iustam causam habeat[x]. Videmus etenim quandoque in ipsius sententiæ executione impensas peti posse, sicuti Plateanus hîc & Faber & alij plerique annotauerunt[y].

Tit. De exceptionibus.

Ad rubricam.

Postquam de actionibus diximus quibus actor reum solet impetere[z], ita & eodem ordine de exceptionibus dicendum est, quibus reo contra actorem adminiculum aliquod paratur. Exceptionem autem Vlpianus sic definiuit[a], actionis exclusionem, quæ interponi actioni cuiusque rei solet ad excludendum id quod in intentionem condemnationémve[a] deductū est. Exceptionibus etenim agentes repellere solemus, sicuti inferius apparebit[b]. Finxerūt autem interpretes nostri[c] varias exceptionum species: vnam meræ negationis, aliam intentionis, tertiam iuris. Eam quæ meræ negationis est, sic exaudiunt, qua negamus neque hodie neque olim obligatos fuisse. Intētionis exceptio est, qua debitum aliquando fuisse non inficiamur, licet solutione, nouatione, vel alio quouis modo sublatū sit[d]. At ea quæ iuris est, sic accipitur, quando obligationem natam esse non inficiamur, & eam adhuc durare dicimus: verū propter aliquem actum qui postea subsecutus est, dico iniquū esse me condemnari[e]. Fatentur autem omnes[f] in exceptione iuris hunc titulum accipiendum esse: cui sententiæ ego vix accesserim, præsertim cùm videam acutissimum iuris interpretem Zasium[g] ab hac cōmuni sententia descuisse: quantūcunque ex illius verbis colligi potest, viderentur omnes hæ exceptionis species intentionis exceptione contineri. Etenim cùm cōstet exceptionē esse intentionis exclusionem[h], constētque intentionis vocabulum iurisconsultis[i] & rhetoribus[k] pro actione ipsa vsurpari, viderentur omnes exceptiones quæ intentionem ipsam exterminant atque eliminant, intentionis exceptiones dici posse. Et ideo omnes peremptoriæ exceptiones[l], intentionis exceptiones dicuntur: quæ verò actiones differunt, eæ non sunt propriè intentionis exceptiones: sicut nec eæ quę in tractatu aut aliâs progressu controuersię incidūt, cùm eæ principaliter actioni non obiiciantur, sed simpliciter erūt exceptiones[m]. Illud autem in summa adnotandum fuerit, exceptionis voca-

i §. in duplum. sup. de actionib. & in §. ex maleficiis. versic. item mixta. illo tit.
k l. 1. §. prætor ait. ff. depositi. Theoph. hic cū glo.
l Bar. in d. l. ex cōtractibus & d. l. ex depositi. idem in l. si hominem. §. datur. ff. depositi. Idem & Salicetus & alij omnes.
m Theoph. hic circa finem.
n glo. hic in verbo, actio. ibi, vel pone casum.
o l. 3. §. penul. ff. si mensor fal. mo. dixe.
p l. si eum. §. quando iniuriarum. ff. si quis cautionibus.
q arg. §. fuerat. sup. de actionibus.
r d. l. vnica.
s Theoph. hic melius quàm glo. 1.
t §. 1. sup. quib. modis tollitur oblig.
v arg. l. si quis inficiatus. ff. depositi.
x arg. not. in l. properandū. §. sin autem alterutra. C. de iudiciis.
y Speculator in titulo de executione sententiæ. §. postremo. versic. quod si bona fide.
z Theoph. hic & glos rubrica.
a l. 2. ff. eodem.
a l. tametsi. ff. ad Macedo. l. Mesennius. §. vlt. ff. de re iudicata.
b §. 1. inf. eodē. & per totū titulum.
c doctores in l. qui se debere. ff. de cōdictione causa data.
d glo. notab. secūdū docto. in d. l. qui se debere.
e Dinus in l. 2. ff. eodem.
f hoc tit. & d. l. 2. Plateanus hic & cumulista alij.
g Zasius in d. l. qui se debere.
h d. l. 2.
i l. si quis intentione. ff. de iudiciis. l. 2. in princ. & l. generaliter ff. eodē vbique expressum est. ff. si certum peta. l. 1. post princ. ff. si mensor falsum modum dixerit. §. si quis agens. suprà de actionibus.
k Cicero sub finem partitio. orator. Quintilianus, Trapezuntius in suis institutionibus rhetor. Lucas actorum cap. 22.
l l. exceptiones aut perpetuæ. ff. eodem. Trapezuntius lib. 2 suæ rhetorices.
m d. l. 1. §. 1. & 2.

bulú

bulum propriè esse accipiendum[n]: aliàs generaliter accipitur, vt omné omnino defensionem contineat[o], siue ea replicatio siue duplicatio siue triplicatio siue quadruplicatio sit. quo sensu hoc loco vsurpari non potest. id quod diuersitas titulorum satis arguit[p].

§. Primus vsque ad §. Appellantur.

Dicturus de exceptionibus Iustinianus, initio proponit quænam fuerit causa introducendarum in vsum forensem exceptionum[q]. Ostendit igitur exceptiones ad id esse inuentas, vt causæ defensio reo acquiratur aduersus actionem, quæ quanuis iusta esse videbatur, per exceptionem iniqua esse detegitur. quod Iustinianus hoc loco septem exemplis exequitur: quorum omnium ratio sic haberi potest. Ecce enim is qui per metum aliquid promisit, ex stipulatu obligatus esse creditur: coactus etenim voluit[r]. Qui igitur ab eo petit, hic rectè petit[s]: sed quia iniquum est eum condemnari, ideo prætor illi accommodat metus exceptionem, qua is agentis intentionem exterminare posit[t]. Ei autem dabitur, qui sibi metum in genere illatum esse proponet[v]: modò hic spontanea voluntate huiusmodi contractum postea non approbauerit[x]. Sed huius exceptionis ratio satis ex natura actionis haberi potest[y]. Eiusdem notæ est doli exceptio[z]. Si quis enim dolo inductus est vt aliquid promittat, hic ex promissione obligatus esse creditur[a]: si tamen conueniatur, hac doli exceptione se tueri potest. quæ ob eam causam introducta est, ne cuiquam dolus suus patrocinetur[a]. Eodem modo qui per errorem aliquid promisit, obligatur[b]. sed hic si à parente vel patrono conueniatur, in factum exceptioné: sin ab extraneo, vel doli vel in factum exceptione se tueri potest. Eadem omnino ratione is qui spe futuræ numerationis pecuniam quam non acceperat, dare spopondit, ex stipulatu conuentus, pecuniæ non numeratæ exceptionem obiicere potest[d]. quod intra biennium tantùm illi facere conceditur[e]. In eóque ab aliarum exceptionum natura degenerat, quæ etsi temporales sunt, perpetuò tamen competunt[f]. Similiter & illius exceptionis probandæ onus ipsi aduersario incumbit[g], sicuti paulò antè in literarum obligatione docuimus. Sic & vbi quis pactus est ne peteret, ei adhuc actio ad petendum salua est[h]: (etenim pactum obligationem naturalem tollit[i]. naturalis etenim causa naturalem obligationem tollere potest[k] ciuili adhuc interim subsistente, (d. §. pactus.) quæ quòd aliquando naturali coniuncta fuit, actioni pariundæ sufficit[l]) sed ipsi reo pacti de non petendo exceptio dabitur: quam vbi reus in iudicio proposuerit, non tantùm (vt doctores voluerunt[m]) actionem ipsam extenuat aut debilitat, sed elidit, id est perimit[n]. elidere etenim necare & prorsus extinguere est[o]. Pactum etenim perpetuum, cuiusmodi est de non petendo conuentio, exceptionem peremptoriam facit. At peremptoriæ exceptiones semper agentis intentionem perimere solent[q]. Et cùm constet sublatam iam esse ab initio naturalem obligationem[r]. & lex ciuilis dicat peréptoriæ exceptionis obiectu ré de qua agitur perimi[f], superest vt pacti de nó petendo exceptione opposita, ciuilem obligationé peremptá esse fateamur, Ceterú adnotandú est, pactú de non petendo eá vim habere, vt obligationé naturalé ipso iure perimat[a]. deinde ciuilé solet elidere[b]: postremò eum qui pactus est, ad nó petendú adstringi[c]. Et ideo Bal. censuit[d], mulierem quæ lege municipij sese obligare non potuit, de non petendo pacisci non potuisse[e]. Qua ratione & iurisiurádi delata conditione, cùm adhuc is qui iuramentú detulit, actioné habeat præsertim cú

n l. verbum oportebit. §. vlt. ff. de verbo signif.
o Faber hic ad rubricam.
p tit. De replicationibus.
q Theophilus hic initio.
r l. si mulier. §. si metu. ff. quod metus causa. l. sed metus. ff. de acquirenda hæred. Decius in l. velle. ff. de reg. iuris.
s argum. notatorum in l. interpositas. C. de transactionibus.
t l. si donation. C. quod metus causa.
v l. si exceptioné. §. in hac. ff. quod metus causa.
x Decius in l. in omnibus causis pro facto &c. ff. de regulis iuris.
y Dixi ad §. quadrupli. suprà de actionibus.
z toto titulo de doli mali exceptione. ff.
a l. doctores. C. de inutilibus stipulationibus. dixi ad §. actionum. suprà de actionibus. glo. hic in verbo, dolo.
a l. 1. §. planè. ff. de tutelis & rationibus distrahendis. not. in l. 2. C. de transactionibus.
b l. 2. §. circa primam. ff. de doli mali & metus exceptione.
c l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de doli mali & metus exceptio. Bart in l. infamem. ff. de publ. iudiciis. Iason in §. 1. suprà de actionibus.
d l. in contractibus. C. de nó numerata pecunia.
e Faber ad principium tituli. suprà de literarum obligatione. vbi dixi contra communem in l. qui pecuniam. ff. si cert. petat.
f l. qua téporalia ff. de reg. iur. l. purè. §. vlt. ff. de doli ma. & metus exceptio.
g l. in cótract. C. de nó numerata pecu. cótra l. 1. ff. eod.
h l. si vnus. §. pact[o] ne peteret. ff. de pactis. vbi latissime Fortunius.
i l. Stichú aut Pamphilum §. naturales. ff. de solutionibus. k arg. l. prout quisque. ff. de solutionibus. & l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. & l. fere eodem. l Bart. & ibi communiter in l. pacta nouissima. C. de pactis. m in d. §. pactus. n Zasius in suis intellectibus singularibus ad d. §. pactus. o cap. quoniam contra falsam. de probationibus. Virgilius & Suetonius in Cæsare. p l. exceptiones aut perpetua. ff. eodem. q §. appellatur. inf. eo. r d. §. pactus. s d. l. except. a d. §. naturalis. b d. §. pactus. c communiter interpretes hic. d Bal. ad rub. C. de pactis. e Alcia. ad rub. C. de pactis. idé ad l. Labeo. lib. 1. ff. de verbo. signi. Iason in §. omnium sup. de actionibus.

naturalis tantùm obligatio ſublata ſit[f], ſi tamen quis vel rem ſuam eſſe vel ſe non debere iurauerit, hic ſi conueniatur, iuriſiurandi exceptione tueri ſe poterit. Iniquum etenim eſſet, cauſam iureiurando deciſam periurij prætextu retractare[g]. Et cùm ſententia iure ciuili inuenta ſit[h]: conſequens eſt vt ea tantùm ciuilem obligationem tollat[i]. ſed tamen cùm iniquum ſit eum qui aduerſario non probante[k], iudicis ſententia abſolutus eſt, conueniri[l]: æquiſsimè exceptionem rei iudicatæ iuriſconſulti accommodauerunt[m]. Quæ omnia eò tendunt, vt perſpiciamus, actionem quæ alioqui ſummo iure iuſta videtur, exceptionis æquitate perimi[n]. In ſumma autem adnotandum fuerit, omnes exceptiones, ſicut & actiones[o], vel à lege ciuili, cuiuſmodi eſt ea qua quis coram non ſuo iudice reſpondere nolit[p], Macedoniani quoque & Velleiani exceptiones[q], vel à iure honorario profluxiſſe, ſicut doli & metus exceptiones[r]: pactúmque quo ne quis peteret, ſeſe adſtrinxerit[ſ], & aliæ id genus exceptiones, quæ ex Pandectarum libris colligi poſſunt.

§. Appellantur.

Exceptionum aliæ ſunt perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ[t]. Perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, qualis eſt doli mali[v], rei iudicatæ[x], & ſi quid contra leges ſenatúſve conſulta factum eſt[a]. Harum autem exceptionum duplex eſt effectus. Primus eſt, quòd rem de qua agitur, extinguunt, ſi ante ſententiam obiiciantur[b]. poſt ſententiam etenim opponi non poſſunt[c]. Etenim cùm ex ſententia iudicis[d], vtpote iudicati actio oriatur[e]: licet illud quod perpetua exceptione infirmari poterat, ante ſententiam debitum non eſſet[f], poſt ſententiam tamen debitum eſſe dicitur[g]. Nonnunquam tamen vbi vel minoris ætatis fauor[h], vel perſonæ conditio (l. 1. C. de iuris & facti ignoran.) aliter ſuadet, poſt ſententiam opponi poterunt. Secundus effectus eſt, quòd perpetuò obiici poſſunt etiam actioni temporali, (l. licet vnde vi interdictum. C. eodem. Zaſius in d.l. qui ſe debere.) niſi ex priuilegio contra communis iuris regulas concedatur. Et ideo cùm non numeratæ pecuniæ exceptio priuilegio ſpeciali debitoribus accommodatur, contra iuris noſtri regulas (dare etenim eos oportet, cùm ex ſtipulatu[i], vel literarum obligatione[k] teneantur) ea intra biennium tantùm proponi poterit[l]. Sic & inofficioſi teſtamenti querela cùm contra iuris ciuilis regulas recepta ſit[m], vt quæ vltimas hominum voluntates (quas lex ciuilis obſeruari voluit[n]) euertat, intra quinquennium tantùm rectè proponetur[o]. Quòd & in integrum reſtitutione impetranda euenire ſolet[p]. Ea enim intra quadriénium tantùm opponi conſueuit[q]. Et hæc quidem ſunt quæ ad perpetuas & peremptorias pertinent. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent, (l. 3. §. temporales. ff. eodem.) ſed quæ euitari poſſunt, qualis eſt pacti conuenti temporalis, id eſt ne fortè intra quinquennium petatur. Huiuſmodi autem exceptiones ante litem conteſtatam proponi cōſueuerunt[r]: illa ſcilicet ratione, quòd cùm is qui dilatoriā proponit, indicet ſe nolle diutius litigare, iam hic litem conteſtando ſibi ipſi diffidens eſſe videtur[ſ]. vnde is tanquam ſibi ipſi repugnans admittendus non eſt. Quanuis autem ante litem cōteſtatam proponi debeant, ſatis tamen fuerit poſtquam actor plenè de intentione ſua docuerit, huiuſmodi exceptionem comprobare[t]. Harū exceptionum ſunt fori præſcriptiones[v], quæ ante iudiciū cœptum & opponi & probari debent[x]. Qui enim apud iudicem litē conteſtatur, hic quodāmodo iudicē ipſum approbare

f l. vlt. ff. de iureiurando.
g l. 1. C. de rebus creditis. vide §. item ſi quis poſtulante. ſuprà de actionibus. & glo. hic in verbo, iniquum.
h notat. ad rubricam. de re iudicata. ff.
i Bar. in l. Iulianus verum debitorem ff. de condictione indebiti.
k l. qui accuſare. C. de edendo.
l Plateanus hic.
m toto tit. de exceptione rei iudicatæ.
n Theophilus ad §. 1. ſub finem.
o §. ſed iſte. ſuprà de actionibus.
p l. vlt. C. eodem.
q tit. ad Macedo. & tit. ad Vellia. ff. & C.
r toto tit. de doli mali & metus exceptione.
ſ d. §. pactum.
t l. 3. ff. eodem.
v l. 2. ff. de doli mali exceptione.
x cap. 1. de litis conteſtatione. in 6.
a l. 2. ad Velleianum.
b l. cum nondum. & l. præſcriptionem. C. eodem l. peremptorias. C. ſententiam reſcindi non poſſe.
c arg. à ſpeciali. l. 1. C. de iuris & facti ignorantia.
d gloſſa vlt. in l. pen. C. de iudiciis.
e l. miles. §. ita iudicati. ff. de re iudicata.
f l. creditores. & l. creditor. ff. de verbo. ſignifica.
g arg. notato per Bart. in l. eleganter. §. vlt. vbi Iaſon notat. ff. de cōdict. indeb. idem Iaſon in l. 1. C. de iuris & facti ignorā.
h l. minor 25. annis omiſſā allegationē ff. de minorib.
i § idem iuris. ſuprà.
k ſup. de literarum oblig.
l l. ſi intra. & l. aſſeueratio. C. de non numerata pecu.
m Theophilus in §. ſup. de inoffic. teſtamento.
n l. 1. C. de ſacroſan eccle.
o l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de inoffi. teſta. iuncta l. ſcimus. §. vlt. C. de inoffi. teſtamen. Dixi ad §. fuerat. ſup. de actionib. p l. nec nō §. exemplo. ff. ex quibus cauſis maiores l. nā poſtea. §. ſi minor. de iureiurando. ff. q l. per hanc. & l. vlt. C. de tempo. in integ. reſtit. petēda. r l. ſi quidē. C. eo. l. exceptionē. C. de proba. & Iaſ. in d. l. 2. eleganter. d. §. vlt. vide eundē Iaſonē ita demū ponentē. 16. limitationes. C. de procura. ſ ar. l. ſi conuenerit ff. de iuriſdict. omniū iudicū. t d. l. except. not. in c. except. iūcta ibi glo. de exceptionibus. v l. vlt. C. eod. x Bart. in l. quidam conſulebant. circa medium. ff de re iudicata. Panormita. in ea. inter monaſterium. De re iudica.

videtur

videtur [y]. Consultius tamen fuerit ipsi litigaturo asserere se velle contendere, saluis tamen suis explicationibus [z]. In earum album referendæ sunt illæ exceptiones quibus quis quatenus facere poterit damnandus est [*]. Hæc enim dilatoria esse videtur, si is qui ea vti debebat, ad pinguiorem fortunam postea peruenerit [*]. Rursus & ea peremptoria esse creditur, si nunquam euenerit. Hæ autem dilatoriarum exceptionum ideo nomen habent, quòd iam ad tempus debitum differant. neque enim ante illud tempus quod conuentione comprehensum est, vel quod actioni lex indulsit [b], pecunia peti poterit [c], nisi quis induciarum duplicatarum pœna mulctari velit: quod hoc loco Iustinianus aperit [d]: & eius rei antea meminimus [e].

§. Præterea.

Dilatoriarum exceptionum aliæ ex re, aliæ ex persona dilationem capiunt [f]. Ex re, veluti est pactum temporale. (l. exceptiones aut perpetuæ. §. temporales. ff. eodem.) A persona verò, quales sunt procuratoriæ exceptiones [g], cuiusmodi sunt eæ ex quibus quis procuratorio muneri inidoneus esse ostenditur [h], vt quia sit miles, mulier, (l. alienam. C. de procuratoribus.) furiosus, aut aliquis alius qui ab huiusmodi munere prohibetur [k]. Hæc autem exceptio ante litem contestatam proponi debet [l]. Alia est falsi procuratoris exceptio, quæ finita sententia obiici potest [m]. Alia est exceptio qua quis citra mandatum ad causam gerendam accessisse commonstratur [n]: cuius rei pontifices mentionem quandoque fecerunt, cap. in nostra iuncta ibi glossa in verbo, exceptionem. De procuratoribus.

§. Eas verò.

Erant olim exceptiones procuratoriæ, quæ vel propter infamiam constituentis vel ipsius procuratoris obiiciebantur. Si quis enim iniuriarum [o], vel depositi (l. 1. §. merito. ff. depositi.) damnatus erat, huic infamiæ nota inurebatur. at infames præterquam quòd nec iudicandi nec aliquo alio munere fungi poterant [p], hac quoque mulcta puniebantur, vt nec procuratores, nec procuratorem constituere possent [q]. Quòd si illi procuratores [illegible]stituissent, dilatoria exceptione repellebantur: quam Iustinianus sustulit, partim quòd illa à iudiciorum vsu recessisset, partim quòd nefas esset, propter alicuius infamiam negocium remorari [r].

Titulus, De replicationibus.

Quemadmodum actiones quæ alioqui iustæ videbantur, exceptionibus oppositis eliduntur [f], ita & exceptio quæ iusta apparet, replicationibus obtunditur. Replicationes autem nihil aliud sunt quàm exceptiones quæ à parte actoris veniunt [t]: quæ quidem ideo necessariæ sunt, vt exceptiones excludant. Semper enim replicatio idcirco obiicitur, vt exceptionem oppugnet [v]. Oportebit autem replicationem recta via & ex diametro aduersari exceptioni [x]: alioqui non facilè replicatio admittetur. Deinde illud curandum est iudici, ne aliquam replicationem exaudiat, nisi vbi euidens æquitatis ratio id suadet [y]. Solet nonnunquam replicatio elidi duplicatione, & rursus duplicatio triplicatione, & sic deinceps in infinitum: sed ad religionem iudicantis pertinebit non tam facilè has triplicationes admittere, ne captiosis hominibus ansa calumniandi præbeatur [z].

§. Exceptionibus.

Plerumque exceptiones quę reis principalibus dantur, ad fideiussores quoque transeunt [*], ne alioqui inutilis sit ipsi reo exceptio. Etenim quicquid nomine rei soluerint fideiussores, id ab ipso mandati iudicio recuperare pote-

y d. l. si conuenerit.
z communiter doctores hic Bart. in l. non solū. § morte. ff. de noui operis nunciatione.
* l. sunt qui in id quod. ff. de re iudica. §. sunt præterea. sup. de actionibus.
a communiter docto. hic intelligunt glo. magnam circa medium.
b l. vnica. § ex actio. C. de rei vxoria actione.
c §. & hæc quidem. suprà de actionibus.
d §. hodie infrà eodem.
e dixi in §. & hæc quidem.
f Theophilus hic.
g hoc §.
h dixi suprà tit. de his per quos agere possumus. & vide Speculato. in tit. de procuratore.
i l. militem. l. qui stipendia. C. de procuratoribus.
k glossa hic in verbo mulierem.
l l. ita demum. C. de procuratoribus. dixi §. suprà proximo.
m l. licet. C. de procuratorib.
n §. sin autem. vbi dixi suprà de satisdationibus. vide Bar. in d. l. exceptiones aut perpetuæ. eundem Bartolum in l. de pupillo. §. vlt. iuncta l. non solum. ff. de noui operis nunciatio.
o l. iniuriarum. C. ex quibus causis infamia irrogetur.
p erudite Iason in l. cunctos populos. in 2. prælectione. C. de summa Trinitate.
q eleganter Theophilus hic quem omnino vide.
r arg. l. properandum. C. de iudiciis.
f suprà titulo proximo.
t l. 2. § replicationis. & l. exceptio. § replicatio. ff. de exceptionibus.
v d. l. 2. §. illud tenendum.
x cap. dilecti filij vbi notatur. de exceptionibus.
y l. aduersus exceptionē. ff. de exceptionibus. l. apud Celsum. §. item quæritur. versiculo, Marcellus. ff. de doli mali & metus exceptione. glossa vlt. in d. cap. dilecti.
z Faber hic in principio.
* l. exceptionem quæ personæ. §. rei. ff. de exceptionibus l. vlt. ff. de pactis.

runt [a]. semper enim tacitè mandatum esse videtur vt soluant [b]. Sed id in exceptionibus quæ rei ipsi cohærent, cuiusmodi est rei iudicatæ, doli mali, metus, & iurisiurandi exceptio, accipiendum est [c]. Et generaliter quotiescunque creditor in rem pactus est, omnino exceptio fideiussori competit [d]. At vbi exceptiones personæ cohærent, eidem competere non posse dicimus [e]. Neque enim priuilegia personalia personas egrediuntur, aut ad alios transeunt [f]. Et idec exceptio quæ competit personis, vt quatenus facere poßint exigantur [g], fideiussorem non sequitur [h]. Sic minoris fideiussor, restitutionis beneficio iuuari non potest [i], nisi dolo inductum esse minorem ostenderit [k]. Cessio quoque bonorum quæ à reo facta est, fideiussori minimè commodare potest [l]. Suntque & alia multa huiusce rei priuilegia quæ ab interpretibus variis huc congesta sunt [m].

Titulus, De interdictis.

Ad rubricam.

Postquam de actionibus diximus, exceptionibus, & etiam replicationibus, nobis ad interdicta descendendum ste, seu ad actiones quæ pro his proponuntur [n]. Sciendum est autem interdicta omnia esse personalia [o], in rem tamen scripta [p]. Nascuntur etenim ex delicto vel quasi, vnde personalia dicũtur. Sed quia etiam aduersus quoscunque rei nostræ possessores intẽduntur, ideo & in rem scripta dici cœperunt [q]. Sunt autem omnia interdicta honoraria [r]: vnde & anno finiri ea placuit [s], nisi rei persecutionem contineant. tum enim perpetuò dantur [t]. quod & nos suprà aperuimus [v].

§. Primus.

Principio huius tituli admonendi sumus, interdicta omnia certis quibusdam verborum formulis concepta fuisse [x]: quod illis cum actionibus commune fuit [y]. in hoc tantùm discrepabant, quòd actiones de proprietate, interdicta autem de possessione redderentur. Sed vt nos id ipsum facilius intelligamus, operæpretium fuerit animaduertisse ad definitionẽ possessionis. Possessionẽ itaque Herennius Modestinus sic finiri posse credidit [z], vt sit vsus apprehensæ rei à iure separatus. Quæ definitio omnibus suis numeris absoluta est, vt quæ genere, differentiis & proprio constet [*]. Vsus enim vocabulum, generis loco positum est, vt quod latissimè pateat. Vtimur enim nonnunquam iure familiaritatis & amicitiæ [a], nonnũquam & via publica vtimur [b]. vtimur interdum opera amici, plerunque consilio [c], licet in istis omnibus rebus id citra nomen possessionis fieri soleat. Sequitur in definitione, apprehensæ rei, quæ res proprij vicem obtinet: proprium etenim possessionis est apprehensio, vnde & saisire Galli dicunt: & Græci eam κατοχὴν vocauerunt [d], affectionem tenẽdi dixit Paulus in l.1.ff.de acquir.possess. Tunc enim propriè possidere dicimur, quando naturaliter ipsi rei insistimus [e]. Porrò differentiæ loco posita sunt illa vocabula separationis à iure: quorum duplex potest esse sensus. Prior est, quòd possessio à iure, id est seruitute [f] secernitur, item & à dominio. nihil enim commune habet possessio cum proprietate [g]. quicquid enim apprehendimus cuius possessio ad nos non pertinet, aut nec pertinere potest, id possidere dicimur [h]. Alius est huius rei sensus, quòd possessio facti est, nõ iuris [i]. Possessio etenim semper facti est, quomodocunque eam consideraueris [k]. Ridiculum etenim est q́ pleriq; acquisitionẽ & retentionẽ à possessionis cõseruatione distinxerũt. Perinde enim mihi agere videntur, atq; si quis hominẽ, dũ nascitur

a §. fideiussor. suprà de fideiussoribus.
b l. indebitam pecuniam. ff. de condictione indebiti.
c d. §. res autem.
d argu. l. iuris gentium. §. pactorum. & eorũ quæ notantur in l. quod dictũ. ff. de pactis.
e d. l. exceptiones.
f l. priuilegia ff. de regulis iuris.
g §. sunt præterea. suprà de actionibus.
h d. l. exceptiones. notatur in l. alia. ff. soluto matrimonio.
i l. 1. & 2. C. de fideiussor. minorum.
k d. l. 2. C. de fideiussorib. minorum.
l hoc textu circa finem. vide Salycetum. in l. vniuersa. C. de precibus imperato. offeren.
m docto. in d. l. exceptiones. & Plateanus hic.
n hoc §. in princ. vbi Theophilus notat.
o l. 1. versic. interdicta. ff. eodem.
p argum. notatorum per Iasonem in §. omniũ in suis præludiis suprà de actionibus.
q d. §. omnium. arg. l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa.
r l. 1. ff. eodem.
s §. 1. suprà de perpetuis & temporalibus actionibus.
t l. in honorariis ff. de actionibus.
v suprà de perpetuis.
x hoc princ. & l. vlt. C.
y l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iuris.
z in l. quæstio. ff. de verbo. signif.
* argum. notatorum per Bartolum, in l. 1. ff. de testamen.
a l. qui iure ff. de acquirenda vel amitten. possessione.
c notatur in l. nemo ambigit. C. de acquiren. possessione. f §. vnico. suprà de rebus corporalibus. g l. naturaliter. §. nihil commune. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirenda possess. l. 1. §. si vir vxori. l. cum herede. §. vlt. iũcta ibi glossa vltima l. qui vniuersas. § possidere. ff. de acquirenda vel amittenda possessione. h in d. l. quæstio. i d. l. 1. §. adipiscimur. & d. §. si vir vxori. l. 1. §. Scæuola. ff. si familia furtum fecisse dicatur. k contra Franciscum de Ripa ad rubricam de causa possessionis & proprietatis, per d. l. nemo ambigit.

iuit,

& viuit, hominem: dum moritur verò, asinum esse fingant[l]. Neque nos quicquam mouet quòd iuris possesionem quandoque legamus. Ius enim sic accipi debet, quasi ex facto, id est possesione oriatur[m]. Et cùm hæc possessio à iure gentium profecta sit, facti est[n]. Et ideo siue causa contractus à iure ciuili improbetur, semper tamen possessio consistet[o]: siue res ipsa iure ciuili posſideri nequeat, vt liber homo[p], possessio tamen nunquam impedietur, ea scilicet ratione, quia res facti, iure ciuili infirmari non potest[q]. Sed tamen hæc posſesſio quæ causam à lege ciuili improbatam habet, iniusta erit, perindéque eo iure æstimabitur, ac si nulla causa accesſisset: at vbi lex ciuilis eã comprobat, possessio quæ antea naturalis erat, eam qualitatem sumit, vt ciuilis seu iusta esse videatur. Non enim ciuilis à naturali in substantia differt, sed eiusdem sunt generis[r]. Hæc autem possessio in rebus corporalibus propriè consistit, sicut & in incorporalibus quasi possessio[s]. Circa autẽ possessiones interdicta omnia versantur[v]. Licet enim posſesſio lege ciuili, vtpote condictionibus[x] & in rem actionibus petatur, nonnunquam tamen ea prætorio iure auocari solet: quod ipsum interdictis fieri cósueuit[y]. Pro posſesſione igitur rerum corporalium interdicta nobis accómodantur. Non negauerim tamen aliquando interdicta iuris nostri declarationem exigere[a]: sed frequentius est vt posſesſionis gratia dentur[b].

§. Summa.

Prima interdictorum diuisio hæc est, quòd interdicta omnia prohibitoria sint, aut restitutoria, aut exhibitoria. De singulis igitur videndum. Prohibitoria sunt ea quibus prætor aliquid fieri prohibet, cuiusmodi est retinendæ posſesſionis interdictum. ei etenim qui posſidet, prętor vim fieri prohibet[c]. Eiusmodi est interdictum de mortuo inferendo, déque sepulchro ædificando[d]. Etenim si is cui ius erat mortuum inferendi, suo iure vti prohibeatur, hic interdicto huiuscemodi adiuuari poterit[e]. Eiusmodi est & interdictum quo aliquid in loco sacro[f], aut itinere publico[g], aut flumine publico[h] fieri prohibetur. Eiusdem notæ est interdictum illud quo creditores misſi in posſesſionem debitoris, à prætore in sua posſesſione seruantur[i]. Licet enim illi non posſideant[k], antequam scilicet ex secundo prætoris iusſu in posſesſionem misſi sint[l], prætor tamen illos tuetur. Sunt & restitutoria quædam interdicta, quibus nobis posſesſio restitui iubetur[m]. cuiusmodi est vnde vi interdictum[n], & interdictum quorum bonorum: quod qua ratione restitutorium sit, Accursius satis rectè hoc loco prosecutus est[o]. Sunt & aliæ interdicta exhibitoria, quibus liber homo qui ab alio inuitus detinetur, exhiberi cogitur[p]. Exhibere autem est in publico copiam facere[q]. Species etenim seruitutis est, quem inuitũ detineri. (l. 2. ff. de libero homine exhibendo.) Eiusdem notæ est interdictum de liberis exhibẽdis, quo pater filium qui ab alio detinetur, exhiberi postulat, petítque vt filij deducendi libera facultas concedatur. Parum etenim fuerit filium exhibitum esse, nisi & eum nobis deducere concedatur[r].

§. Sequens diuisio.

Secunda interdictorum diuisio secundũ triplicem quę in posſesſione est cõsiderationem sumitur. Aut enim posſesſionẽ adipisci conamur, aut adeptam retinere studemus[s], aut ablatam à nobis conquerimur[v]. Pro ptimo est interdictum adipiscendæ posſesſionis, pro aliis verò recuperandæ & retinẽdæ posſesſionis interdicta cóparata sunt. Videndum est de singulis. Adipiscẽdę pos-

l erudite Alciatus. in l. quinque pedum. C. finiũ regundarum. Idem in d. l. quæstio.
m l. si ex plagis. §. in cliuo Capitolino. ff. ad l. Aquiliam.
n arg. §. feræ. suprà de rerum diuisione.
o d. §. si vir vxori.
p d. l. cum hæredes §. vlt.
q l. in bello. §. facta autem. ff. de captiuis.
r l. si eum qui mihi vendiderit. ff. de dona. inter vi. & vxorem. d. §. qui ad nundinas.
s Azo in l. licet. C. de acquiren. posſeſsione. Zasius in suis intellectibus singularibus cap. 1.
t l. seruus. §. incorporales. ff. de acquirendo rerum domi.
v §. sequens infrà eodem.
x glossa hic in verbo, maximè, circa finem. l. si coloni, vbi Bartolus notat. C. de agrico. & censi. lib. 11. C.
y l. is qui destinauit. ff. de rei vendicatione.
a d. glos. maximè.
b hoc textu, iuncta glossa vlt.
c §. retinenda. infrà eodem. vbi notatur. Theophilus hic circa medium.
d totu tit. de mortuo inferendo ff.
e l. 1. §. prætor ait. ff. de mortuo inferendo.
f toto tit. ne quid in loco sacro fiat.
g totu titulo, ne quid in loco publico.
h totu titulo ne quid in flumine publico.
i toto titulo, ne vis fiat ei qui in posſeſsionem misſus est
k l. si duo. §. creditores. ff. vti posſidetis.
l l. si finita. §. Iulianus, vbi notatur. ff. de damno infecto.
m hoc textu in verbo, restitutoria. n l. 1. C. vnde vi. l. 1. ff. de vi & vi armata. o glos. in verbo, bonorum. circa finem. quam sequitur Faber & Aret. p l. 1. ff. de libero homine exhibendo q l. 3. ff de libero homine exhibendo. l. 2. ff. ad exhibendum. r toto titulo de liberis deducendis & exhibendis. Bar. & ibi gloss. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendica. communiter interpretes in §. præiudiciales. suprà de actionibus. s l. 3. ff. de liberis exhibendis. t §. retinendæ infrà. v §. recuperandæ infrà.

ſeſsionis gratia introducta ſunt, quorum bonorum, quorum legatorum, & Saluianum interdictum. Quorum bonorum interdictum duplex: quoddam enim eſt directum, aliud eſt vtile. Directum, bonorum poſſeſſori, cæteriſque omnibus qui iure prætorio ſuccedunt, accommodari ſolet[x]. Etenim vbi quis bonorum poſſeſsionem adipiſci ſtudet, hic iam rerum hæreditariarũ dominus eſſe creditur[y]: ſed illarum rerum poſſeſsionem non aliàs habiturus eſt, quàm ſi eas apprehenderit[z]. Si igitur fortè res hæreditariæ apud alium ſint, huic bonorum poſſeſſori poſſeſſorio remedio, quorum bonorum ſcilicet, auocare conceditur. Datur autẽ in eum aduerſus quem bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio dari ſolet[a]. Eſt & vtile quorũ bonorum interdictum: quod iis qui iure ciuili ſuccedunt, accommodatur: vtpote iis ad quos hæreditas vel antiquo vel etiam nouo iure redire ſolet[a]. Cæterùm hodie aliter hæres ſcriptus poſſeſsionem rerum hæreditariarum adipiſci poteſt. vtpote ſi teſtamentum minimè vitiatum apud iudicem proferat[b], nam inſpecto teſtamento iudex poſſeſsionem rerum defuncti adiudicare non cunctabitur[c]. In hunc ordinem interdictorum referri debet, quorum legatorum interdictum[d], quod hæredi conceditur ad vocandum legatum propria authoritate à legatario occupatum, ad id ſcilicet vt hæredi quartam Falcidię detrahere liceat[e]. Debet autem hæres ſatiſdare de ea reſtituenda ſi Falcidia non immineat[f]: niſi fortè adita hæreditate legatarius rem legatam accepiſſet. Tãtum etenim abeſt vt illi reſtitutio fieri debeat, vt etiam in decretum diui Marci commiſiſſe videatur[g]: rémque quæ ſibi legata eſt, amittit[h]. At vbi ante aditam hæreditatem accepiſſet, non poterit legatarius hæredem hac exceptione repellere, quòd dolo videatur facere, qui petat quod ſtatim reſtituturus eſt[i]. Huiuſmodi enim exceptio non admittitur, cùm adhuc incertũ ſit an hęreditati Falcidia immineat[k]. Tertia interdictorum ſpecies in Saluiano interdicto verſatur[l]: cuius cognitio ex Seruianæ tractatu ſatis haberi poteſt[m].

§. Retinendæ.

Eſt & aliud interdictum, quo nos poſſeſsionem iam acquiſitam conſeruare ac retinere ſtudemus: quòd ſi pro rebus immobilibus competat, vti poſsidetis[n]: pro mobilibus verò vtrobi dicitur[o]. Cauſa autem huiuſce interdicti introducendi hæc fuit, quòd plerique dum ſe alicuius rei dominium habere aſſererent, neque ſatis in rem actio inſtitui poſset, vt quia poſseſsionem ſe habere etiam contenderent, oportuit prius diſpicere apud quem poſseſsio eſse deberet[o], quò intentionem actoris exciperet. Realis etenim actio poſsidenti nunquam datur[p], ſed ſemper aduerſus poſseſsorẽ eſt[q]. Sed quò facilius inſpiceremus quis poſsidere deberet, neceſsariò prætor propoſuit hæc interdicta retinendæ poſseſsionis[r]. Atque ab iſtis initiis hæc interdicta originem habuiſse probabile eſt. Quorum omnium vt ratio facilior ſit non alienũ fuerit cognoſcere vnde hæc interdicta naſcantur: deinde cui & aduerſus quem dentur. tertio loco quid in illis probandum ſit: poſtremo verò quid in illa interdicta veniat. Quod ad primum pertinet, naſcuntur hæc interdicta ex delicto, cùm à vi proficiſcantur[s], vi inquam, vt doctores noſtri voluerunt[t], turbatiua ſeu inquietatiua. Vis autem delictum eſt[v]. Ei autem competit qui poſsidet, modò nec vi nec clã nec precario ab aduerſario poſsideat[x], ſiue ipſe poſsideat, ſiue alius quilibet ſuo nomine, vt quia coloni vel ſerui ſui corpore poſsideat[y]. Et ideo ſi quis colonum aut depoſitarium aut commodatarium[z] turbauerit, dominus hoc interdicto adiuuabitur[a]. Immo & ſi colonus dominum turbet, domino aduerſus eum vtile interdictũ cõpetit[b] Quin & ſi non ſimpli-

x l.1.ff. quorum bonorum.
y l. cum hæredes ff. de acquiren. poſſeſsione.
z d.l. cum hæredes.
a titulo de bonorum poſſeſſori. hæreditatis petitione. ff. dixi in §. actionum ſup. de actionibus.
a l.1.2.3. & 4. ff. de petitione hæredita. gloſſ. in verbo, bonorum. §. ſuprà proximo.
b l. vlt. C. de edicto diui Adriani tollendo.
c d l. vlt. vbi vide Caſtrenſem & Iaſonem.
d l.1. ff. quorum legatorum. l. vnica. C. quorum legatorum.
e ſup. ad l. Falcidiam.
f communiter interpretes hic.
g l. extat. ff. quod metus cauſa.
h l. non eſt dubium. vbi Iaſon notat. C. de legat. gloſſa penult. in cap. vlt. de ſucceſsionibus ab inteſtato.
i l.2. §. & generaliter. ff. de dolo mali & metus exceptione.
k Petrus perticenſis, Cynus & Salice. in l.1. C. quorum legatorum.
l titulo de precario & Saluiano interdicto. C. titulo de Sal. inter. ff.
m dixi ad §. Seruiana. ſuprà de actionibus.
n l.1. 1. reſponſo. ff. vti poſſidetis.
o §. ſed interdicto. infrà eodem. l. ordinarij iuris. C. de rei vendicatione. l. incerti iuris. C. de interdictis. l. ſi de vi. ff. de iudiciis.
p §. æque, ſub finem. ſuprà de actionibus.
q l. qui reſtituere. & l. qui officium. ff. de rei vendicatione.
r hoc §. vbi diligẽter Theophilus annotauit.
ſ l. vim facit. ff. de vi & vi armata.
t gloſ. in l. 1. C. de his quæ vi metúſve cauſa fiunt. gloſſ. in verbo, cauſa. in cap. ad audientiã, illo titulo.
v arg. tituli, vi bonorum raptorum. iuncta rubrica de obliga. quæ ex delicto naſcuntur.
x l.1. §. interdictum. verſic. quod ait prætor. & d.l.2. ff. vti poßidetis.
y §. poßidere. infrà eodem. Alciatus in repetitione. l. quinque pedũ. C. finium regundorum.
z d.l. officium
a d.§. poßidere.
b Faber hic numero 7. idem Faber in §. iniuria. ſuprà de iniuriis. idem Faber in §. præiudiciales. ſuprà de actionibus.

citer

citer possidet, sed sub modo vel ob causam possidet (non idem si sub conditione[c]) adhuc tamen ei hoc interdictum competit: veluti dedi tibi prædium vt mihi sacellum ædifices, vel aliquid aliud facias, vel ne ad fratrẽ tuum perueniat. Hic si quis te impediat, etiam si modò vel huic causæ nondum parueris, tibi tamen adhuc hoc interdictum proficiet, illa scilicet ratione, quia sicut propter causam vel modum dominium non suspenditur[d], ita nec possessio[e]. Et cùm interdictum hoc possidenti detur, consequens est vt detinenti nihil omnino proficiat: Illi enim aliis remediis consultum est[f]. In eum autem competit, qui vim facit. Vis autem pro rerum diuersitate contingere solet. Aliter enim in rebus corporalibus, aliter in incorporalibus huiusmodi vis contingit. In rebus etenim corporalibus vim facit, qui non sinit possidentem eo quod possideat vti arbitrio suo[g], siue in serendo, siue redigẽdo, siue arando, siue ædificando, siue quid omnino faciendo per quod liberam possessionem aduersarij non relinquit[h]. In rebus autem incorporalibus vis ita colligitur, Si quis me prohibeat vti meo iure, vt quia traiicientibus portorium seu naulum exigi prohibeat, aut quia fortè curet vt alio deducãtur ne ipsi portorium soluant: aut si quis fortè iurisdictione nostra vti velit, aut quia præcipiat meis debitoribus, ne id quod mihi debetur persoluant: siue istud ipsum sua sponte, siue iudicis authoritate faciat[i]. Immo & si debitores solutionem continuare nolint, adhuc tamen Innocentius censuit[k] eos hoc interdicto cogendos esse: quod etiamnum hodie vsus forensis obseruat. Dabitur etiam in eum qui vi vel clam, vel precariò ab aduersario possidet[l], siue hic ex sua, siue ex authoris sui persona possidere cœperit, cui vel vniuersalis successor est[m], vel singularis, ex causa tamen lucratiua[n]. Qui enim ex causa onerosa successor est, hic non aliàs, quàm si sui authoris adminiculo vti velit, conueniendus est[o]. Neque quicquam refert an is qui possidet, eum à quo vi vel clam, vel precario possidet, conueniat. Semper enim hæc exceptio, quod à me vi possides, agentis intentionem infirmare solet[a]. Ei autem qui illis interdictis agit, probandum erit se olim possedisse & iam quoque litis contestatæ tempore possidere[b]. Cæterùm si reus de possessione docuerit, debet actor probare illum vi vel clam vel precariò possidere: quod ex eo probabitur, quod iam ille antiquiorem possessionem probare velit. Sed si ex æquo vtrumque probatum sit, potior erit qui de dominio suo docuerit[c]. Veniunt autem in hanc actionem damna quæ quis ex hac turbatione perpessus est: immo & fructus restituentur[d]: & in summa omne detrimentum quod ipsi actori ex hac turbatione accessit, ei inferendum erit[e].

§. Recuperandæ.

Recuperandæ possessionis interdictum ei competit, qui vi possessione sua deiectus est[f]: tendit enim (sicuti & vox ipsa suadet) ad possessionem qua deiecti sumus, recuperãdam. Hoc autẽ interdicto experitur, qui vi vel clam vel precariò ab aduersario possidet[g], vt quia ego qui te antea vi deiecerim, postea abs te deiectus sim, ex interuallo quidem. non idem est si incontinenti[h]. Licet enim quod ad te pertinet, vbi possideam: mihi tamen hoc interdictum dabitur. Prædo etenim secundum rigorem iuris restitui debet[i]. Immo & conditionibus principalibus[k], & legibus quoque publicorum iudiciorum tenebitur is qui rem suam per vim recuperare studuerit[l]. Ei autem dabitur, qui possessione rerum immobilium deiectus est. Etenim pro rebus mobilibus vi bonorum raptorum actio datur[m]: nisi fortè rebus immobilibus accedant[n]. Hoc autem interdicto is solus tenebitur, qui vi me deiecerit. Licet enim interdicta omnia in rem sint scripta[o], tamen cum eo qui causam à deiiciente habet, non possum experiri[p]. Etenim cùm magis in delictum vergat istud interdictum, facilius quàm cætera interdicta extinguitur[q]. Hodie tamen qui sciens

c l. qui absentis. §. 1. ff. de acquiren. possess.
d l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo obliga l. 1. C. de reuocan. donat. l. ea lege. C. de condict. ob causam datorũ. vbi Fab. notat.
e Faber hic numero 3.
f l. si duo. §. creditores ff. vti possidetis. iũcta rub. ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.
g l. vim facit. ff. de vi & vi armata.
h l. si duo. §. interdictum. ff. eodem.
i Faber hic numero 6. post speculato. in titu. de restitu. spoliato.
k Innocen. in ca. querelã. de electio. idem in cap. 21 de electione.
l l. vnica. C. eo.
m l. an vitium. ff. de diuersis & tẽpora. præscript.
n l. apud Celsum. §. si quis antẽ. sũcto versi. authoris antẽ. ff. de doli mali & metus exceptione.
o l. Põponius refert. ff. de acquirẽ. vel amit. possess.
a Faber hic.
b §. quorũ. circa finẽ. infr.
c Faber hic numero 14.
d l. si duo. §. vlti. ff. eo.
e arg. l. videamus. 2. §. in Fabiana ff. de vsuris.
f l. 1. ff. de vi & vi arma.
g hoc textu circa fi. l. 1. §. qui à me. ff. eo.
h l. 3 §. cũ igitur. ff. eo. Ias. in l. vt vim vi. ff. de iustitia & iure.
i cap. in literis. versi. vlti. de restitu. spolia.
k l. si quis in tantam. C. vnde vi. §. sed ex cõstitutionibus. infr. eo. § 1. sup. vi bonorum rapto.
l d. §. sed ex constitutionibus. § itẽ lex Iulia de vi publica. infr. de pub. iud.
m l. 1. §. hoc interdictũ. § sl iud. § planè. ff. eo.
n d. l. 1. §. interdictũ. versi. illud vtiq. ff. eo. arg. not. per Ias. in ver. rẽ corporalem. sup. de actio.
o l. 1. § interdicta. ff. de inter.
p tex. not. in l. cũ à te. ff. eo.
q ar. l. cũ quidã. ff. de libe. & posthu. arg. ca. odia. de reg. iur. lib. 6.

rem acceperit ab eo qui per vim deiecerat, hic Consiliari constitutione tenebitur[r]. Idem & si ignorans acceperit. hic enim aliis cōditionibus tenebitur[s].

§. Tertia.

Tertia interdictorum diuisio hæc est, quòd omnia interdicta aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia ea sunt, in quibus actor à reo facilè distinguitur, vt in restitutoriis & exhibitoriis interdictis, & etiam in aliquot prohibitoriis[t]. Duplicia verò sunt ea in quibus vterque actoris & rei partibus fungitur: quo in numero sunt Vti possidetis & Vtrobi interdicta[v]. In illis etenim vterque actor est & reus. Quod sic est accipiendum, vt si is qui ad iudicium prouocauit, de sua possessione non docuerit, à reo tamen possessionis probationem exigimus. alioqui res apud iudicem tanquam vacans remanebit[x].

§. Ordine.

Certis quibusdam modis olim iudicia, certísque verborum formulis concipiebantur[y]: vnde & iudicia ordinaria vocauerunt. Sublatis tamen Constantini constitutione actionum formulis[z], sicut & interdictorum, Arcadij rescripto[*], cœperunt omnia iudicia extraordinaria esse[a]. Hinc factum est vt loco formularum quibus interdicta olim cōcipiebantur[b], actio in factum honoraria introducta sit[c].

Titulus, De pœna temerè litigantium.

Postquam Iustinianus multa de actionibus, exceptionibus quoque & interdictis differuit, admonet non esse statim temerè litigandum[d]. Temeritas etenim litigantium quandoque iurisiurandi religione[e], quandoque pecuniaria mulcta[f], nonnunquam & famæ iactura[g] coërcetur. Qui enim per calumniam litem aliquam instituit, hic præterquam quòd variis pœnis per legem suppositus est[h], adhuc tamen iurisiurandi religione coërcetur. Quotiescunque enim aliquis ad iudicium euocatur, hic in primis iurare debet, quòd dolo malo iudicium suscipere nolit[i]: quod iuramentum ab actore[k], patronis quoque causarum & procuratoribus exigendum est[l]. Neque id in ciuili tantùm, sed & in criminali[m] & spirituali causa[n] præstari debet: adeò vt si quis huiusmodi sacramentum præstare detrectet, hunc totius causæ iactura afficiendum esse placuerit[o]. Semel autem tantùm præstitum esse huiusmodi iuramentum sufficiet[p], nisi mutatio personarū accesserit, vt quia actor ipse mortuus est: tunc enim ab eius hærede iuramentum exigimus[q]. Idem & in hærede eius qui conuenitur[r]. Idem & si fortè procurator mutatus sit. Non idem erit & si iudicis persona mutetur, cùm nihil referat coram quo iudice litigatum fuerit[s], modò mutatio personarum non cōtingat. Hoc autem iuramentum in locum veteris actionis quæ temerarios litigatores decima parte litis puniebat[t], successit[v]: licet ea nouella Iustiniani constitutione renouata esse videatur[x]. Hodie autem temerarius litigator præter hanc iuramenti pœnam hac pœna punitur, vt omnia ipsius litis impendia aduersario refundat[y]: nisi iusta causa reum excuset[z]. Iusta autem causa erit, si postquam de debito fides instrumento vel testibus facta est, statim destiterit: alioqui si vlterius in lite pergat, hic omnes impensas refundere tenetur: idque aduersus Bartoli sententiam receptius esse Philippus Decius asserit[*]. Præter hanc impēsarum iacturam illud quoque constitutum est, vt etiam pecuniaria pœna quandoque reus mulctetur,[a] sicuti paulò antè in actionum tractatu dictum est[b]: & id ipsum hoc loco repetitur.

§. Ex quibusdam.

Dixerat improbitatem litigatorum variis modis coërcitam esse, vtpote

infamiæ

r cap. sæpe. de restit. spolia.
s canone, redintegrando. 1. & 2. tertia causa. quæstione 1.
t §. summa. suprà.
v §. retinendæ. suprà.
x Faber hic. notatur in l. in tribus. ff. de iudiciis.
y l. ordo. ff. de pub. iudiciis.
z l. 1. C. de formulis.
* l. vlt. C. de interdictis.
a hoc §. Alciatus in l. cū filiusfami. in verbo, extraordinario. ff. si certum petatur.
b §. 1 suprà.
c l. vlt. C. eod. hoc §. circa finem.
d Theophilus hic.
e §. ecce § itē. §. vtriusque. cum §. hac autem. infrà.
f §. at aduersus. §. statim. §. omnium. infrà.
g §. ex quibusdam. infrà.
h Faber hic in princip.
i toto titu. de iureiurando propter calumniā dando. C. & titulo de iuramento calumniæ. extra.
k item infrà.
l § vtriusque. infr. eo.
m glo. in l. 2. vbi Bart. Bal. & Salice. notant. C. de iuramento calum.
n cap. 2. de iuramen. calumniæ. extra.
o Iacobus Butrigarius in l. 2. C. de iuramento calumniæ.
p Aretinus hic nume. 11.
q arg. l. generaliter. §. 1. C. de rebus creditis.
r arg. l. nihil. C. de procuratoribus.
s arg. l. proponebatur. ff. de iudiciis.
t gloss. 1. in. § sed nouo in re. sup. de satisda.
v Vide omnino Theophi. in §. hac autem. infr. eo.
x authen. de litigiosis. §. ad excludendas. Bar. in l. generaliter. C. de episcopis & clericis.
y l. eum quem temere. ff. de iudiciis. l. properandū. §. siu antè alterutra. vbi latissimè Ias. C. de iudic.
z Barto. in l. qui in alterius. ff. de regu. iur.
* Decius cōtra Bartolum in d. l. qui in alterius. quę omnino vide.
a §. at aduersus. & §. sequenti. infrà.
b Dixi in §. ex maleficiis.

infamiæ metu:quod hoc loco explicat, proponens, eum qui vel furti[c], iniuriarum[d], vi bonorum raptorum, & doli actione, quíve tutelæ, mandati, depositi directa,& pro socio condemnatus est,famæ iacturá sustinere[e]. Oportet autem sententia iudicis definitiua[f], non item interlocutoria quem damnatum esse[g]. Neque quicquam profuerit sententiam ab ordinario aut delegato datam esse,siue huic delegato causa peculiariter mandata est,siue hic ad vniuersitatem causarum delegatus sit[h]. Non idem est in arbitro[i], nisi illius sententia lege municipij executionem habeat[k]. Hoc autem edictum tunc demum locum habet, quotiescunque aliquis suo nomine iudicium acceperit[l]. si enim peralium, propè est vt huiusmodi infamia cesset[m]. Rursus & illud exigitur, vt ab hac sentétia minimè prouocatum sit[n], appellatio etenim pronunciatum extinguit[o]. Illud tenendum est,eum qui super actionibus ex delicto descendentibus,quas Iustinianus hîc cómemorauit(non idem si ex contractu nascantur)pactum aliquod fecerit,infamem esse,perinde atque si sententia iudicis damnatus esset:nisi fortè quis proponat pactű istud iudicis iussu factű esse[p]. Cæterùm quo pacto infamia definiatur[q], & in quot species scindatur,id à Dino[r], Iasone[s], & Aretino hîc numero 9.repetendum est.

§. Omnium.

Ostendit quo pacto temerarius litigator pecuniaria mulcta plecti debeat præter ea quæ in eam rem superius commemorauit[t]. Si enim libertus vel filius emancipatus parentem vel patronum in ius non impetrata venia vocauerint,hi quinquaginta aureorum pœnam sustinere debent[v]. Sufficiet auté, vt pœna cómittatur,sola citatio, cùm principium iudiciorum à citatione proficisci debeat. Citatio etenim vsque adeò necessaria est, vt si ea omittatur, propemodum acta omnia iudiciaria corruitura sint[x]: nisi quòd quibusdam casibus omitti potest, præsertim vbi aduersarius noster præsens est[y]. Sunt & aliquot alij casus,quos à Fabro & Aretino perdiscere operæprecium est[z].

Titulus, De officio iudicis.

Hactenus Iustinianus multa de litigantium actionibus simul & exceptionibus disseruit, déque iudiciorum ordine ac forma: sed quia iudicium illud mácum est quod iudice caret, (neque enim iudicium esse potest[a])ideo videndum oportuit de ipsius iudicis officio. Etenim cùm iudex ab eo quòd ius dicat,nomen habeat,(ius enim vnicuique tribuere debet[b])operæprecium est animaduertere quid iudicis officio incumbat. Porrò licet iudicis officium variis modis in iure consideretur[c]:(accipitur enim quandoque pro eo quod in deficientis actionis locum datur[d]) hîc tamen pro officio iudicis mercenario quod actioni propositæ famulatur & deseruit, accipiendum est: siue vt nos simpliciter officium cósideremus,pro eo quod iudex facere debet[e]:quo sensu officium tam iurisconsultis quàm oratoribus vt plurimum accipi solet.

§. Primus.

Curare debet iudex,vt sententiam proferat quæ neque legibus neque moribus aut etiam principum cóstitutionibus repugnet[f]. Sed quomodo sententia contra leges lata esse dicitur? Et si quidem ea expressum errorem iuris contineat[g]: eáque ipso iure nulla est, adeò vt nec prouocationis adminiculo opus habeat[h]: sic & sententia quæ contra principum constitutionem lata est, ipso iure non subsistit,etiam si constitutiones illæ in corpus iuris relatæ non sint, modò ab omnibus intelligi potuerint, ita vt propè sint in vsu quotidiano[i]. Sic & sententia quæ moribus alicuius ciuitatis repugnat, ipso iure

c l.1.§ qui furti.& l.furti.ff.de his qui notan.infa.l.si furti.illo tit.C.
d l iniuriarű.C.ex quib' causis infa.irroga.
e d.§.qui furti.
f l.quid ergo.§.quantum. vbi Bal.notat.ff.eo.
g arg.notato per Iasonem in repetitione 2.l.1.C.de summa trinitate.
h Aretinus hic.
i d.l.quid ergo.§.ex compromisso.
k Barto. in d.§.ex compromisso.
l glos.hic damnati.
m d.l.furti.§.si quis.
n d l.furti.§.1.
o l.in actionibus.ff.eo.
p Aretinus hic numero 6. arg.notato in l.iustè possidet.ff. de acquirenda possessione.
q l.cognitionum.§. existimatio.arg.à cōtrario sensu.ff.de variis & extraordi.cognitio.
r Dinus & Ioãnes Andreas in regula,infamibus.de reg.iuris.in 6.
s in l.cunctos populos. C. de summa trinitate.
t in §.at aduersus.
v l.penult.ff.de in ius vocando.dixi in §.pœnales. suprà de actionibus.
x Clemētina,pastoralis,de senten.& re iudica. Clēmentina,sæpe. vbi notatur,de verbo.signi.Bart. in extrauaganti, ad reprimendum.quomodo in læsa maiestatis crimine procedatur.colla.11.
y Expreßè Iason in l.1.ff. de in ius vocando. Felinus in cap.cùm oportet. in tertio notabili. de accusationibus.
z Faber & Aretinus.
a cap forus.de verborum significa.
b arg.iuris præcepta.sup. de iustitia & iure.
c Bartolus in l.imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum. idem in l.4.C.depositi.

d l.quòd si minor.§. restitutio.ff.de minoribus. e arg.notatorum per Ciceronem lib.1.Officiorum. f Hoc textu in princip. arg.l.de qua re.ff. de re iudicata. f contra l.ferri dicitur. h l.§.item cùm contrà.ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur. i Aretinus hic in glos.constitutionibus.

nulla est[k]. Nec nos quicquam mouet quòd lex quandoque sententiam rescindi dicat, quæ contra consuetudines lata est[l]: rescinditur enim, id est, non valuisse ostenditur[m].

§. Et si in rem.

Præscripsit in genere quid iudicaturo faciendum est: ostendit iam quod officium iudicis in realibus actionibus singularibus esse debeat. In realibus, inquit, actionibus actore damnato reus absolui debet[n]. Sin is victus sit qui conuenitur, condemnare eum debet iudex vt rem cum omni sua causa restituat[o], id est, cum fructibus & aliis omnibus rebus quæ rei ipsi accedere solent. Erit autem in reali incontinenti restitutio facienda[p], quod & in omnibus actionibus in quibus ad rei restitutionem agitur, obseruandum est, etiam si illæ personales sint[q]: licet regulariter in personam agétibus iudicatis quadrimestre tempus indulgeri soleat[r].

§. Et si hæreditas.

Quéadmodum in singularibus iudiciis res cum sua causa restitui debet[f], ita & in iudiciis vniuersalibus realibus obseruandum est. Qui enim hæreditatis petitione damnatur, hic ipsius rei omnes fructus inferre cogitur[t], quod ipsum tamé aliter in bonæ fidei possessore, aliter in eo qui malæ fidei est, obseruari consueuit. Malæ fidei etenim possessor omnes fructus restituit[v]: at bonæ fidei possessor extantes tantùm restituit, præterquam vbi contestatio litis facta est[x]. Iudicio etenim cœpto omnes malæ fidei possessores esse incipiút[y]. Cæterùm quia mentio fructuum semel atque iterum incidit, ideo de fructibus hîc differere superuacuum esse existimo[z].

§. Si ad exhibendum.

In actione ad exhibendum id obseruandum est, vt is cum quo agitur, rem cum omni sua causa exhibere debeat: vnde nihil profuerit eius rei vsucapionem pendente iudicio factam fuisse[a]. Cæterùm qualiter vsucapio post institutum iudicium locum habeat, id nos suprà abundè tractauimus[b]. In hac autem actione, cùm illa in rem scripta sit, id obseruari debet, vt res ipsa nobis statim restituatur: alioqui cautionibus res tota expediri debebit[b].

§. Si familiæ, vsque ad finem tituli.

In actionibus quæ mixtá causam obtinere videntur, id iudici obseruandum est, vt res singulas singulis adiudicet, si quidem cómodam diuisionem admittant: alioqui vni soli adiudicabit. Adiudicationibus autem statim eius rei dominium nancisci solemus[d]. Generaliter etenim traditum est ex sententia iudicis dominium transferri[e]: quod in incorporalibus rebus procedit[f]. At in corporalibus, siue reali siue personali agatur, & pro actore sit pronunciatum, receptum est vt non antea ex sententia transferatur dominium, nisi traditio subsequatur. Etenim cùm sententia iudicis consensui æquiparetur[g], siculi consensu partium solo dominium transferri non potest[h], ita nec iudicis sententia id fieri poterit*. Traditio autem eam habet vim, vt vel dominium in nos transferat, vel vsucapiendi conditionem[i]. Idem & si contra actorem iudicatum sit. Res etenim mihi quæritur, siue personali agatur, (quod quidem nullam habet dubitationem, cùm iam non de dominio, sed de contractu vel quasi disceptatio sit, & ideo actor vendicatione rei postea agere non prohibetur[k]) siue reali actum fuerit[a]: quia res inter alios acta, aliis præiudicare non debet[b], nisi reus plenissimè de dominio suo probauerit[c].

Titulus, De publicis iudiciis.

Hactenus de ciuilibus & priuatis iudiciis dictum est, iam ad publica iudicia

---

k notatur in l. de quibus. ff. de legibus. notatur in §. ex non scripto. suprà de iure naturali.
l l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.
m arg. notato in l. si dolo. C. de rescinden. venditio. notatur in §. actionū. suprà de actionibus.
n l. officium. ff. de rei vendicatione. l. vlti. C. de rei vendicatione.
o l. præterea. l. non solum. l. fructus. l. & ex diuerso. ff. de rei vendica.
p l. qui restituere. ff. de rei vendicatione.
q d. l. officium. versi. denique. Aretinus hic numero 2.
r l. vlti. C. de executione rei iudicatæ.
f suprà §. proximo.
t l. præterea. l. item videndum. ff. de peti. hæredi.
v l. mala fide. C. de condictione ex lege.
x l. 2. C. de peti. hæredita.
y l. 1. C. de peti. hæredita.
z Dixi in §. si quis à non domino. suprà de rerum diuisione. & in §. omnium. suprà de actioni. Vide omnino Barto. in d. l. ex diuerso.
a l. post acceptum. ff. de rei vendicatione.
b Dixi in §. pœnales. sup. de actionibus.
c hoc textu circa finem.
d §. vlti. infrà eo.
e d. §. vlti. iuncta ibi glos.
f l. quod ad statum. & l. in seruorū. §. qui ex causa. ff. de pœnis.
g nota. in l. si ob causam. C. de euictionibus.
h l. traditionib[us]. C. de pac.
* l. 2. §. vlti. ff. si ex noxa. causa aga.
i l. sunt & alia. ff. de Publiciana. l. traditio. ff. de acquiren. rerum dominio.
k l. & an eadem. §. actiones. ff. de exceptione rei iudicata.
a l. sed & si possessori. ff. de iureiur.
b arg. rubr. res inter alios acta. c Ioannes Imol. in ea propos. fuit. de concess. præben. communiter omnes interpretes hic.

cia descendamus[d]. Principiò Iustinianus ostendit hæc iudicia multùm differre à priuatis actionibus. Etenim actionibus id quod nobis debetur persequimur[e]: at accusationibus id quod ipsi fisco vel Reipublicæ debetur[f]. Itẽ ciuilia iudicia per actiones, publica verò per accusationes[g] inquisitiones[h], denunciationes quoque[i] & exceptiones[k]. Et cùm in ciuilibus causis actori soli probandi necessitas incumbat, (in l. actor. ff. de probationibus.) nisi reus fortè id oneris assumere velit, (l. circa. ff. de probationibus.) in criminalibus tamen ab vtroque probatio exigenda est. (l. vbi. C. de falsis. l. fallaciter. C. de abolitionibus.) Et quamuis lex nostra ea omnia nihil similitudinis habere asserat, (hoc textu in principio.) in publicis tamen iudiciis & libellus offerri[l], & lis contestari, iuramentum quoque calumniæ præstari debet[m]: id quod illi cum ciuilibus iudiciis commune est. Hæc autem publica iudicia licet variis modis considerentur[n], hîc tamen publicum pro eo accipitur quod cuilibet è populo competit: eóque damnati, statim existimationis suæ periculum subeunt[o]. Hæc autem publica iudicia duplicia sunt: quædam capitalia, non capitalia alia[p]. Capitalia sunt ea quibus vel ciuilis vel naturalis mors irrogatur. Non capitalia, quibus infamia cum damno pecuniario infertur[q].

§. Publica.

Capitalia iudicia hæc sunt, lex Iulia maiestatis, adulteriorum, &c. Lex autem Iulia maiestatis capite punit eos qui aliquid sinistri in principem, vel rem Romanorum publicam moliri solent[r]. Idem & si contra eam ciuitatem delinquat, quæ neminem in superiorem agnoscit: aliâs legis Iuliæ de vi accusatio locum habere debet[s]. Hoc autem commune cum cæteris publicis iudiciis habet, vt statim atque delictum admissum est, illi libera bonorum suorum alendorum facultas adempta esse videatur[t]: éxque eo tempore alienata fiscus reuocare poterit[v]. Hoc tamen peculiare habet, vt licet omnia crimina morte extinguantur[x], tamen post accusati mortem de crimine adhuc quæri possit: quod obseruari debet vbi quis perduellionis arcessitus est[y]. Sic etiam quamuis præter delictum nemo facultatibus suis exui debeat, bona tamen à filiis auferuntur[z], prætetquam quòd filiabus in certa parte bonorum matris, non autem patris succedere permittitur[&]. Immo & liberi eius perpetuam infamiæ notàm subire solent. Eodem modo cùm ab omni crimine prouocare liceat[a], ab hoc tamen crimine prouocatio non est[b].

§. Item lex Iulia.

Adulterium in nuptam[c], stuprum verò in viduam, vel virginem quæ corpore suo quæstum non faciat[d], sicut & in puerum meritorium committitur. Varia autem pœnarum genera his criminibus sunt imposita. Adulterium etenim gladio persequimur[e]: mulier verò fustibus cæsa in monasteriũ detruditur[f]. Stupratores virginum, modò plumbatarũ, modò fustium, modò verberum pœna puniũtur, si quidem obscuro loco nati sunt: qui verò nobiliores sunt, dimidia bonorum parte mulctantur[g]. At aduersus eum qui venere præpostera vtitur, iura armantur gladio, & vterque infamia notatur[h]. liberi quoque eius fiunt intestabiles: testamentúmque quod ante accusationẽ motam factum erat, euanescit[i].

§. Item lex Cornelia.

Lege Cornelia de sicariis occiditur, qui hominẽ occiderit[k]. Idem & si nó

d Theophilus hic.
e l. nihil aliud. ff. de actio. & oblig. & in princip. tit. de actio. suprà.
f arg. notatorum per Bartolum in l. Agrariæ. ff. de termino moto.
g l. libellorum l. si cui crimen. ff. de accusat. l. vlt. C. illo titulo.
h l. congruit ff. de officio præsidis.
i l. Diuus Adrianus. ff. de custodia reorum. l. ea quidem. C. de accusatio. cap. nouit. de iudiciis.
k Bartolus in l. 2. §. stipulationibus. ff. de adulter. Bartolus in verbo, denũciationem. in extrauaganti, ad reprimendum. quomodo in læsæ maiestatis crimi. proce. Canonista in cap. tua nos. de procurator.
l d. l. libellorum. vbi Bart. notat.
m Barto. in l. 3. C. de iuramento calum.
n Bartolus in l. 1. §. consequens. ff. de suspect. tuto. idem Bart. in l. 1. ff. eo.
o l. infamem. ff. de public. iudiciis.
p l. 2. ff. eo.
q hoc textu circa finem.
r l. 1. 2. & 3. ff. ad le. Iuliam maiesta. l. quisquis. C. illo titulo.
s Bartolus in l. 1. ff. eo. Barto. in l. hostes. ff. de capti.
t Bart. in l. post contractũ. ff. de donationibus. Iason in §. si quis in fraudem. suprà de actio.
v toto tit. si reus vel accusator mortuus fuerit.
x l. vtrum. & l. vlt. ff. eo.
y authen. bona damnatorum. C. de bo. damnato.
z l. quisquis. §. filij verò. iuncto §. ad filias. C. ad leg. Iuliam maiesta.
& comuniter doctores hic.
a toto tit. de appellatio.
b Aretinus hic sub finẽ, idem in tractatu maleficiorum.

c l. inter stuprum. ff. de verborum signification. d l. stuprum. §. 1. ff. ad legem Iuliam. de adulter. e toto titulo. ff. eodem.
f authen. sed hodie. C. eodem. g l. 1. in fine. ff. de extraordinariis criminibus. h l. cum vir. C. eodem. i Alciatus in d. l. inter stuprum. Vide Lactantium Firmianum libro primo de Falsa religione, titulo vndecimo aduersus Iouem pulchrè de ea re disserentem. k l. 1. ff. ad legem Corneliam de sicariis.

occiderit, occidẽdi tamẽ animo aliquid admisit. quod ex re constituendũ est[l]. Oportet autem semper dolo malo quem occisum esse[m]. Neque enim culpa sola sufficeret[n], etiamsi plebiscito municipali homicidium puniretur[o]. Interdum tamen, si res mali exempli est, punietur is qui nullum dolum admisit, vt quia fortè mulier poculum amatorium amatori prębuerit, ex eóque statim mors ipsum amatorem secuta est[p]. Eiusdem legis Corneliæ pœna plectuntur venefici, quíque venenũ necandi hominis causa vel vendiderint, vel cõfecerint[q]. Eadem lege puniũtur incẽdiarij, qui aliorum insulas exurere solent[r].

§. Alia.

Est aliud publicum iudicium legis Pompeiæ de parricidiis, quo is qui parentes vtriusque sexus occiderit, puniri debet[s]. Parentes autem hic accipiemus eos qui ascendentium appellatione continentur, etiam in infinitum[t]. Hac autem pœna tenetur etiam is qui aliquando occidere tentarit[v]. Extraneus quoque qui huius delicti conscius fuerit[x]. Parens qui filium aut aliquem alium qui descendentium numero est occiderit, hac lege coërcebitur[y]. Sed nunquid hi legis Corneliæ pœnam sustinebunt? Et Accursius[z] hac in re non satis sibi cõstitit. Verius est tamen vt pœnam legis Corneliæ quam huic delicto Marcellus præstituit[•], pro lege parricidij accipiamus[a], pręsertim cũ hæc actio primo loco à Lucio Cornelio originem acceperit. deinde cùm à Pompeio reformata esset, Pompeiæ nomen sibi fecit[b].

§. Item lex Cornelia.

Est & aliud publicum iudicium, quod lege Cornelia testamẽtaria ei imponitur qui testamentum falsum aut scripserit aut recitauerit[c]. Et generaliter quicunque in quauis re falsum fecit, vel vt verum non appareret quid celauerit, surripuerit dolóve malo subiecerit, resignauerit, hac pœna punietur[d]. Neque enim tantùm hoc responsum in falsis testamentis accipiendum est, sed & in eo qui alieni instrumenti describendi aduersario copiam fecit[e]: sicut & in eo qui falso diplomate vias commeauit[f], aut illicitis insignibus vsus est. Pœna autem ordinaria hæc est, vt seruus capite puniatur, liber verò deportetur. Poterit tamen falsarius extra ordinem coërceri[g].

l l.1.§.diuus. vbi Bart.notat.ff.eo.l.is qui cũ telo. vbi Hippolytus de Marsiliis notat.C.eo. Felinus in tractatu de conatu.
m arg.nota.per Panormitanum in ca.cognoscentes.de constitu.l.1.ff.eo.
n l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis.
o Castrensis in l.decuriones.C.ex quib.cau.infa.
ꝉ irroge. Iason in l.1.ff.de legibus.
p l.si quis.§.qua abortionis.ff.de pœnis.
q l.3.ff.eodem.
r l.si quis dolo malo.ff.eo.
s l.1.ff.eodem.
t arg.l.quique.ff.de in ius vocando.& §.accedit.in l.vnica.C.de rei vxoria actione.
v l.1.in fine ff.eo.
x l.vtrum.ff.eo.
y d.l.1.
z in d.l.1.
• d.l.1.sub finem.
a l.2.§.deinde.l.Cornelius Sylla.ff.de origi.iuris.
b Zasius in d.§.deinde.
c l.1.ff.ad l.Cornel.de fal.
d l.Paulus.ff.eo.
e d.l.1.§.si qui deposita.
f l.eos.§.vlt.ff.eo.
g Faber hic.

§. Item lex Iulia de vi pública.

Qui vim armatam admisit, hic lege Iulia de vi publica, sicut & qui sine armis, lege Iulia de vi priuata conueniri debet[h]: diuerso tamen modo vtrũque flagitium emendatur. Etenim armata vis, gladio: priuata verò deportatione punitur. Vterque tamen notatur infamia[i]. Et qui vi virginem aut Deo dicatam mulierem abduxerit, capitali supplicio plectitur[k], etiam si volẽtem abduxerit[l]. licet hodie pontificum iure is qui vel inuitam rapuit, postea illi nubere non prohibeatur[m]. Hinc fit vt iam omnis pœna eo propemodum iure abolita sit[n].

h §.recuperandæ.cum §.sequen.sup.de interdict.
i l.2.C.eo.
k l.vnica.C.de rap.virg.
l d.l.vnica.
m cap.1.& 2.de raptori.
n arg.cap.1.de adulte.

§. Item lex Iulia peculatus.

Qui ex pecunia sacra religiosáve aliquid abstulit, hic peculatus pœna tenetur[o]. Hi quoque qui ad rem illis auxilium prębuerunt, hoc edicto coërcentur, necnon etiam furti[p]. Sic & iudex qui administrationis suæ tempore aliquid surripuit, hac pœna puniri debet[q]. Cæterùm peculatus crimen ante quinquennium admissum obiici non oportebit[r]. quod & in adulterio obseruatur[s]: licet aliæ accusationes non minori quàm viginti annorum spatio tollantur[t].

o l.1.ff.eo.
p l.ob pecuniam.(si modò loco dictionis nõ.legatur necnon, secundum Alciatum in lib. dispũctionum.)ff.de furtis.
q hoc §.ver.sed si quidẽ.
r l.peculatus crimen.ff.eo.
s Aretin⁹ hic in glo.vlt.
t l.querelam,C.de falsis.

§. Est & inter.

Plagiariorũ accusatio publica est. hæc autẽ locũ habet quãdo liberũ hominẽ emptor sciens emerit[v]. quod etiã in venditione seruatur[x]. Pœna autem

v l.1.ff.eo.
x argu.l.1.C.de expressis.lib.12.C.

modò

modò capitalis, modò non capitalis est, sicuti Accursius hîc attestatur[y].

§. Sunt præterea.

Hoc responso Iustinianus quatuor publicorum iudiciorũ accusationes[z] exequitur, quæ non capitales sunt[&]. Prima est legis Iuliæ de ambitu, qua cauetur, eũ qui in municipio honorẽ sibi decerni postulauerit, centũ aureorum pœna, cum infamia puniendũ esse[a]. Et cùm hæc accusatio non ita multum à simonia differat[a]: consequens est eam in iis qui sacra vendunt accipere[b]. Alia est legis Iuliæ repetundarum, quæ ad eas pecunias pertinet, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio munere, ministerio officióve publico acceperit[c]. Qua pœna & is punitur qui ob iudicandum vel non iudicandum, denũciandum vel non denunciandum testimonium pecuniam acceperit[d]. Est & alia lex Iulia de annona, qua pœna statuitur aduersus eum qui annonam attriuerit, societatémve coierit quò annona carior fieret[e]. Vltimo loco est lex Iulia de residuis[f]: cuius rationem Accursius hîc satis rectè aperuit[g].

§. vltimus.

Iustinianus publicorum iudiciorum tractatui finem impositurus ostẽdit publicorum iudiciorum copiosiorem rationem ex Pandectarum libris peti posse[h]. Satis etenim est rem ipsam per transennam, siue vt ipse loquitur, summo digito[i] demonstratam esse.

FINIS.

y glossa, de plagiariis. & glo. capitis.

3 §. 1. sup eodem.

& l. 1. ff ad l. Iul de ambitu.

a Laurentius Valla lib. 4. elegantiarũ ca. 19.

b cap. cum in ecclesia corpore. de simonia. canone, qui studet. canone, cito turpem. 1. q. 1.

c l. lege Iulia. ff. ad l. Iuliã repetundarum.

d l. eadẽ lege. ff. ad legem Iul. repetundarum.

e toto tit. ad legem Iuliam. de annona. ff.

f l. 2. ff. ad leg. Iuliam peculatus

g gl. hic ĩ verbo, lex Iulia.

h à titulo de publicis iudiciis vsque ad tit. de appellationibus.

i Alciatus lib. 4. de verborum significa. in explicatione troporũ iuris ciuilis.

INDEX TITVLORVM, SEV RVBRIcarum institutionum Iustinianarum.

A

de Acquisitione per arrogationem 181. a
de Actionibus 257. a
de Ademptione & translatione legatorum 149.b
de Adoptionibus 39. c
de Asignatione libertorum 174.a
de Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur 56. c
de Authoritate tutorum 58. c

B

de Bonorum possessionibus 174. c

C

de Capitis diminutione 53. a
de Codicillis 155. c
de Curatoribus 61. b

D

de Diuisione stipulationum 198. c
de Donationibus 99. a
de Duobus reis stipulandi & promittendi 196.b

E

de Emptione & venditione 218. a
de Eo cui libertatis causa, bona addicuntur 182. b
de Exceptionibus 336. b
de Excusatione tutorum & curatorum 65.a
de Exhæredatione liberorum 115.c

F

de Fideicommissariis hæreditatibus 151. c
de Fideiussoribus 211. a
de Fiduciaria tutela 55. c

G

de Gradibus cognationum 167. b

H

de Hæredibus instituendis 116.b
de Hęreditatibus quæ ab intestato deferuntur 157. a
de Hæredum qualitate & differentia 133. b
de His per quos agere possumus 331. b
de His qui sunt sui vel alieni iuris 29. b

I

de Ingenuis 21. c
de Iniuriis 252. a
de Iure naturali, gentiũ, & ciuili 8.b
de Inofficioso testamento 131.b
de Interdictis 340. a
de Inutilibus stipulationibus 200.a
de Iure personarum 19. c
de Iustitia & iure 6. a

L

de Legatis 135. c
de Legitima agnatorum tutela 52.b
de Lege Aquilia 248. b
de Lege Falcidia 150. b
de Lege Fusia Caninia tollẽda 29.b
de Legitima agnatorum successione 161. c
de Legitima parentum tutela 55. c
de Legitima patronorum tutela 55.a
de Libertinis 23. c
de Literarum obligationibus 215. a
de Locatione & cõductione 222.a

M

de Mandato 327.c
de Militari testamento 111. a

N

de Noxalibus actionibus 329. b
de Nuptiis 33. b

*A. i.

O

de Obligationibus 184. b
de Obligationibus ex cõſenſu 217.b
de Obligationibus quæ ex quaſi cõtractu naſcuntur 231. c
de Obligationibus quæ ex delicto naſcuntur 240.a
de Obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur 255. a
de Officio iudicis 345. b
de Orficiano ſenatuſconſulto 165.c

P

de Patria poteſtate 31.c
de Perpetuis & temporalibus actionibus 334. b
Per quas perſonas nobis acquiritur 103. c
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur 234.b
de Pœna temere litigãtium 344. b
de Publicis iudiciis 346.c
de Pupillari ſubſtitutione 126. b

Q

Qui teſtaměto tutores dari poſſunt 50. b
Quibus alienare licet, vel non 101.b
Quibus ex cauſis manumittere non licet 26. b
Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur 44. c
Quibus modis re contrahitur obligatio 186.b
Quibus modis teſtamenta infirmẽtur 128. c
Quibus modis tollitur obligatio 255. a
Quibus modis tutela finitur 60.a
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum 113. c
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, geſtũ eſſe dicitur 326. c

R

de Rebus corporalibus & incorporalibus 87. b
de Replicationibus 339. c
de Rerum diuiſione, & acquirendo ipſarum dominio 73.a

S

de Satiſdatione tutorum & curatorum 63. a
de Satiſdationibus 332. a
de Senatuſconſulto Orficiano 165.c
de Senatuſcõſult. Tertulliano 184.b
de Seruili cognatione 172. a
de Seruitutibus ruſticorum & vrbanorum prædiorum 87. c
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 330. c
de Singulis rebus per fideicommiſſum relictis 154. c
de Societate 225. a
de Stipulatione ſeruorum 197. b
de Succeſſione cognatorum 166. b
de Succeſſione libertorum 172. c
de Succeſſionibus quæ fiebant per bonorum venditionem, ſublatis 183. b
de Suſpectis tutoribus vel curatoribus 70. a

T

de Teſtamentis ordinandis 105. c
de Tutelis 48. a

V

de Verborum obligationibus 192.a
de Vi bonorum raptorum 247. a
de Vſucapionibus, & longi temporis preſcriptionibus 94.c
de Vſu & habitatione 93. c
de Vſufructu 91. c
de Vulgari ſubſtitutione 119. b

INDEX ALPHABETICVS IN COMMENTARIOS STEPHANI BODEI IVRISCONSVLTI in Institutionum, seu Elementorum Iuris Ciuilis libros quatuor: cuius indicis hæc est ratio, vt numerus paginam indicet, A litera octodecim priores eiusdē paginę versus, B medios, C verò reliquos.

Abbas ex monachi sui contractibus vt obligetur 294.c
si Abbas pecuniam in vsum suorum monachorum acceptā alea profuderit, repeti potest 328.b
si Abbatis iussu monachus contrahat, in abbatē quod iussu actio dari potest 327.a
Abbates & monachi testari nō possunt 114.b
Ablatius absoluti in cōditiōes resolui solēt 278.c
Abdicatio & exhæredatio quid differāt 116.a
Abdicatus non exhæredatus testamētum rumpit, & ab intestato succedit 116.a
Absens ex iusta causa contra præsentem, & cōtrà, in integrum restitui potest 280.a
Absentis iam loco habetur, qui abitionē Reipub. nomine parat. 66.a
Absentes etiam sunt, qui se inuicem adire nequeunt 207.a *& qui se mutuò non intelligunt.* ibid.
Absentia Reipublicæ causa quando à tutela excuset 66.a
Abstinendi ab hæreditate ius suis hæredibus Prætor nonnunquam permittit 134.a
Acceptilatio etiā sine pecunia fieri solet 235.b
Acceptilatio imaginaria est solutio 237.a
Accepto ferre quid sit ibid.
Accessiōis species duæ, discreta & cōcreta 79.a
Accessionis rei ad rem modus triplex 80.c
quæ Accessionū locū obtinent, cùm principales rei extinguūtur, ipsa quoque pereunt 143.a
in Accessoria causa plus petens excusatur 323.a
Accessorium, principalis causæ naturam induere debet 213.b
Accidere & contingere pro defungi accipiuntur 99.c
Accipi iudicium vt diceretur 309.c
Accipitres & retia ecclesiæ legans, cui ita legasse videatur 306.b
Accrescendi ius vnde inductum 118. tert.b.c
Accursii sentētia reiecta 23.b. & c. 48.b. 312.a. 322.a. 324.b. *& multis aliis locis.*
Accusatio si lege instituitur, mulcta ipsius fisci commodis applicari debet 242.c
Accusatio suspecti tutoris mixtam naturam habet 70.a
Accusationes & actiones à lege ciuili descendentes perpetuò competere solent 298.a
Accusationibus id persequimur, quod fisco vel Reip. debetur actionibus, quod nobis 347.a
Accusatori liberti aduocationem præstans, à bonis liberti propter hoc non reiicitur 133.a
Acquirendarū rerū modus duplex, singulariter & vniuersaliter 73.b
Acquirendarum rerum modi præcipui duo, ius gentium primarium, & ius ciuile. 77.c.
Acquiri non dicitur, quod iniustè acquiritur 30.b
Acquisitio vniuersalis vt fiat 105.c
Acta probatoria quæ sint 322.b
Actionis vocabulo quid significetur 258.c
Actio ad supplementum quæ sit 132.c
Actio ad supplementum querelæ ex diametro pugnat 316.c
Actio albi prætoris corrupti cuiuis è populo datur 297.a
Actio arbitraria quæ sit 321.a
quando Actio ciuilis criminalem tollat, & cōtrà 254.b
Actio de peculio in personam est, & mortuo seruo, vel filio emancipato finitur 294.c.
Actio de recepto, aduersus nautas, caupones, stabularios 256.b
Actio & causa quid differant 261.b
Actio & officium iudicis differunt 262.a.b
Actio ex iuramēto descendēs, ī quē detur 296.b
Actio ex nudo pacto nōnullis casib⁹ datur 292.a
Actio ex stipulatu de dotibus exigendis quando detur 142.a
Actio ex stipulatu pro dote, comitem habet tacitam hypothecam 18.b
Actio ex testamento, stricti iuris est 316.a
Actio in factum quæ dicatur 276.b
Actio in factum an stricti iuris sit 315.a
Actio in personā quæ sit, & cui detur 264.c
Actio in quadruplū hæredi nō competit 311.a
Actio legis Aquiliæ hero datur 251. primo.a
Actio nobis cum seruis nostris nulla esse potest 327.c
Actio personalis, in rem tamen scripta esse potest 285.b

Actio qua non nisi extra ordinem succurri solet, non aliàs permittitur quàm vbi nulla actio competit 78.c
Actio quæ alioqui summo iure iusta videtur, exceptionis æquitate nonnunquam perimitur 338.a
Actio quæ ex testamento datur, ex quasi contractu oriri solet 233.c
Actio quæ in alterius actionis naturam ponitur prioris actionis naturam redolet 316.c
Actio quæ iure cõmuni conceditur, semper etiã pro re leuiuscula conceditur 78.c
Actio semel extincta reuiuiscere non potest 254.c
Actio vsque ad sententiã mutari potest 325.a
Actionis de æstimato ratio 313.b
Actionis de peculio consideratio 293. per to.
Actionis in factum ex iuramento, consideratio 295.a, & dein.
Actionis in factum pœnalis, eius quæ contra eos datur qui in ius vocatos vi eximunt, consideratio 299.c
Actionis nomen ineptè exprimens, an causa cadat 269.a
Actionis quod metus causa cõsideratio 310.b.c
Actionis serui corrupti consideratio 309.a, & dein.
Actionis tripli consideratio 309.c
quando Actionem lex introducit, id quod petitur, agenti cedere solet 297.c
Actione personali rem nostram repetere non possumus 303.c
Actione personali rem nostram consequi possumus 304.a
in Actione etiam criminali pro iniuria, per procuratorum iudicium accipere potest etiã dignitate aliqua insignitus 254.b
Actiones à iure ciuili formã acceperunt 184.c
Actiones à nostra persona initium accipere debent 182.a
Actiones à quo iure profectæ sint, iuréne gentium, an ciuili 258.c & 261.a
Actiones bonæ fidei cur dicuntur quædam, & stricti iuris aliæ 311.c
Actiones bonæ fidei quæ sint 313.a, *earum priuilegia* 312.c
Actiones de eadem re concurrentes, alia aliam non consumit 331.b
Actiones directæ vnde dignoscantur à contrariis 313.a
Actiones & in rem & in personam à prætore introductæ 290.c
Actiones ex contractibus descẽdentes, ad hæredes protenduntur 288.b & 335.c & 336
Actiones ex delictis descendentes, in hæredem dari non solent 246.c 336.a
Actiones in personam omnes olim condictiones dicebantur 304.c
Actiones mixtæ quæ sint 305.c
Actiones mixtæ, origine personales sunt 307.a
Actiones non ideò pœnales dicuntur, quòd in eis in litem iuretur 305.a
Actiones omnes à iure gentium profectæ, postea iuris ciuilis esse cœperunt 273.a
Actiones omnes quæ ex contractu descendunt, rem ipsam persequuntur 305.a
Actiones omnes quæ meram pœnam continent, vltra quadruplum non extenduntur 308.c
Actiones personales ad dominium rei debitæ consequendum instituuntur 303.c
Actiones personales, reales, prætoriæ, diuersis terminis finiuntur 334.c
Actiones plures contra aliquem concedi, nouũ non est 296.a
Actiones plures eiusdem rei nomine in eodem libello simul & semel cumulari non possunt 136.c
Actiones pœnales honorariæ intra annum dantur 298.a
Actiones pœnales non tollũtur, nisi in eo quòd concurrunt 247.b
Actiones præiudiciales quæ sint 301.a. *earũ species tres*, ibidem b
Actiones præiudiciales in rem sunt, nõ in personam 303.b
Actiones quæ in duplum dantur, inter se differunt 311.b
Actiones speciali nomine designatas, prætor in factum actione quãdoque cõplectitur 280.c
Actiones tam ab hæredibus quàm contra heredes incipere possunt 149.a
Actiones tertiam iuris partem continent 184.b
Actionum cessio in obligationibus quæ ex delicto descendunt, difficulter admittitur 257.a
Actionum & accusationum differentia 247.a
Actionum & interdictorum discrimen 261.b & 340.b
Actionum diuisiones multiplices 264.a & 304.c
Actionum diuisio secundum debiti qualitatem 304.c. & *secundum debiti quantitatem* 308.b.
Actionum diuisio secundum iudiciorum distinctionem 311.b.c
Actionum formulæ iure Quiritum sunt inuentæ 290.c

Actionum genera quæ ex contractu filiorum vel seruorum in patrem vel dominum dantur multiplicia sunt 326.c
Actionum legatum quid contineat 144.b
Actionum noxalium quædam ciuiles sunt, quædam prætoriæ 330.a
Actionum omnium certi quidam sunt fines, sed ij differentes, vt & ipsæ differentes sunt 334.b
Actionũ quæ quadrupli sunt, cõsideratio 310.
Actionum quædam solidum persequuntur, quædam minus 325.a
Actionum realium consideratio 265.c
Actionum realium & personalium differentia 269.b
Actionum vtilium consideratio 268.b
Actionibus prætoriis & aliquot aliis certo tempore præscribitur 300.c
de Actionibus cur dixerit potius Iustinianus, quàm de agendo 258.b
Actor ne plus à reo petat, quàm sibi debetur 322.c
Actor seu adiutor quando constituatur 62.c
Actori in iudiciis magis quàm reo credendum est 210.a
Actus & iter quid differant 88.b
in Actibus voluntariis quoties id de quo agitur, aliquibus incommodare potest, necessariò hi euocari debent 42.c
in Ad exhibendum actione quid obseruandum sit 346.b
Addicere quid sit 282.b
Addictus summo supplicio, testari non potest 46.a
Addicti serui sunt, licet temporalem seruitutem habeant 20.a
Addictionis bonorum libertatis causa, consideratio 182.b
Ademptio legatorum quæ sit 149.b
Adiectæ persona nõ semper rectè soluitur 202.b
Adiectio cur vocetur actio de peculio 263.a
Adiectum à fure alicui rei ornandi causa ab eo condictione furtiua peti poterit 80.c
Aditæ hæreditatis an pœnitere liceat 135.a
Adoptans adoptatum plena pubertate præcedere debet 42.b
Adoptator extraneus nihil iuris in filium adoptiuum acquirit 161.a
Adoptatoris & adoptatæ matrimonium cur prohibeatur 34.b
Adoptatus omnibus adoptantis agnatis, non cognatis, agnascitur 35.a
Adoptio quid sit 39.c
Adoptio aut arrogatio per procuratorem fieri non potest 25.b
Adoptio non ius sanguinis, sed ius agnationis affert 34.b
Adoptio emancipatione facilè tollitur 160.c
Adoptio vbi fieri poßit 40.a
Adoptionis species duæ 39.c
Adoptionis vocabulũ dupliciter sumitur 43.c
Adoptioni libertas cohæret 44.b
Adoptione vel arrogatione post testamentũ facta, testamentum rumpitur 129.a
Adoptiuus filius an impunè testamemto patris præteriri poßit 118.a
Adoptiuus filius emancipatus nihil ex adoptiui patris bonis sperare potest 161.a
Adoptiuus filius si emancipetur, vxorem patris ducere prohibetur 34.b
Adoptiuus filius in testamento præteritus, eodẽ iure quo suus admittitur 132.b
Adoptiuũ patrẽ in ius vocare nemo potest 298.b
in Adoptiuos filios maiorem potestatem habebant patres quàm in naturales & legitimos 39.c
Aduentitium peculium quod sit 104.b
Aduersa valetudo à tutela excusat 133.a
Adulter manifestus qui sit 242.a
Adulterino coitu nati, an legitimi fieri poßint 39.a
Adulterium ante quinquennium admissum obiici non poterit 348.c
Adulterium vt puniatur 347.c
Adulteria iure gentium prohibita non apud omnes gentes puniebantur 242.a
si Adultus curatorem habens citra illius operã cõtraxerit, cõtractꝰ est ipso iure nullus 189.c
Aduocatus aduersus proximum suum causam dicere cogendus non est 167.c
Aduocatus non accusat 133.a
ab Aduocati munere omnino repellendi sunt literarum rudes 67.b
Aduocati negligentis aut imperiti culpa vt puniatur 252.primo b
Aduocato salarium pactione aliqua constitui non poterat 310.a
Aedificans in solo suo ex aliena materia, & in alieno ex sua, quid differant 81.c & 82.a
Aedificatione dominium acquiritur 81.b c
Aedificator bonæ fidei & ædificator malæ fidei, aliter atque aliter conueniuntur 81.c
Aedificiũ solo non cohærens qui alieno solo imponit, donare non intelligitur 82.a
Aedilitiæ cautiones vbi locum habeant 199.c
Aediliũ curuliũ edicta, iuris honorarij portio 16.

Aedes sacræ consecratione in patrimonium dei transeunt 76. b

Aedium vsu marito relicto, ipse cum suis tam inhabitare potest 94. a

Aedituus patronum ecclesiasticum sine venia in ius vocare potest 298. c

apud Aegyptios furta impunita erant 241. c

Aes alienum perire non solet 221. a

Aes alienum, quod alii debetur 151. b

Aere luere qui non potest, corpore luit 299. b

quando res Aestimata data in nominatis contractibus, periculum faciat accipientis 314. a. b

Aestimatio certa facit venditionem 313. c

an Aestimatio periculo rei suscipientem astringat 313. c

Aestimatio propter rem quomodo fieri dicatur 313. c

Aestimatio regulariter venditionē facit 102. a

Aestimationis functio in eodem genere in mutuo esse debet 188. a

Aestimationem simul & rem an consequi quis possit 138. c

Aetas causis in foro actitandis idonea, xvii. annus 28. b

Aetas nuptiis contrahendis idonea quæ sit 33. b

Aetas perfecta, viginti quinque annorum intelligitur 56. c

Aetati & imprudentiæ succurrendum est 246. b

Affectio in quantitatem non cadit 319. c. *sed bene in speciem* 320. a

Affectionis coniunctio quatenus testari prohibet 109. c

Affines qui sint 35. b

Affinitas iure Pontificio non tantùm ex iustis nuptiis contrahitur, sed etiam ex illicito coitu 35. b

Affinitas matrimonium impediens, quæ sit 35. c

Affinitas quam vtilitatem afferat 36. b

Affinitas quandiu durare intelligatur 36. a. b

Affinitas vnde initium accipiat 36. b. *inter quos contrahatur ibidem*

Affinitate sola, nulla accedente sanguinis coniunctione, frater ac soror existere non possunt 36. b

Agere prohibito an currat præscriptio 280. b

vbi de Aggressore non constat, pro occidente iudicandum est 12. a

Agnatio à patre est, cognatio à matre 167. a

Agnationis & cognationis iura hodie exæquata sunt 167. b

Agnationis iura vel minima capitis diminutione tolluntur 160. b. & 166. c

Agnationis iura per arrogationem pereunt 181. c.

Agnatus capite minutus licet tanquam legitimus ad successionem admitti non possit, vt cognatus tamen admitti poterit 166. c

Agnatus proximior vlteriorem excludit 162. b

Agnati cognatis præferuntur 161. b

Agnato proximiori permissa licentia rem à suo agnato venditam luendi, an omnibus qui eiusdem gradus sunt, permissa videatur 163. b

Agnati & in hæreditatibus occupandis, & in tutelis primum sibi locum vendicant 55. a

Agnati primum locum à liberis in successione sibi vendicanda occupant 52. b

Agnatorum tutela omni capitis diminutione perire solet, cognationis ius non nisi maxima & media 53. a

Agnomen ab euentu initium habuit 147. b

Agnoscendi partus actio præiudicialis, vt reddatur 301. c.

Alani, populus ab Alano fluuio, vnde Alanicus 3. b

Album Prætoris vnde cœperit 16. b. *quid fuerit* 297. a

Albi corrupti actio quæ sit 297. a. c

Alemanicus, ab Alemanis dictus 2. c

Alexander Imperator Christum in larario suo semper habuit 2. b

Alienationis verbo quid significetur 101. c

Alienationes in fraudem alicuius facta, licet perfecta, à Prætore rescinduntur 281. b

Alienationes in fraudem legis facta, nullius sunt momenti 281. c

an Aliena res legari possit 137. c & 138. a

Aliena res nec expreßim nec tacitè impignerari potest 286. c

Aliena res vendi potest, sed in ea pignus cōstitui non potest 200. c

Alienæ litis defensor nemo citra satisdationem idoneus esse creditur 334. a

Alienæ rei legatum qua actione petatur 136. c

Alieni facti ignorantia tanquam probabilis admittitur 28. a

an Alienum factum promittendo obligari quis possit 201. b

Alieni facti stipulatio non aliàs rectè conci-

pitur, nisi pœna aliqua adijciatur 209.c
an in Alieno liceat feram persequi 77.c
Alienus seruus hæres institutus, domini iussu hæreditatem adiens, eam illi acquirit 118. iterum.c
Aliud pro alio an solui possit 236.b
Alij nocere non debet, quod inter alios actum est 296.b
Alimenta an omnino liberis debeantur, & quatenus 9.b
Alimenta liberis à parentibus negari possunt iis casibus ex quibus exhæredari possunt 19.b
Alioqui dictionis vsus 292.b
Alluuio, accessio concreta 79.b
Alteri stipulari nemo potest, præterquam &c. 201.c & 202.a
Alternata conditio & conditio subiuncta 119.a
qui Alternatim debitum simpliciter petit, causa plus petit 323.b
Alternatiuarum & disiunctiuarum dictionũ vis differens est 277.a
in Alternatiuis, cuius sit electio, creditorisne an debitoris 323.b
Altius tollendi seruitus dupliciter consideratur 271.b
Amatorium porrigens mulier quod exitio sit, lege Cornelia de sicariis punitur 348.a
in Ambiguo plus valet quod scriptura continetur, quàm quod actum est 137.a
Ambigua vox, ex subiectæ rei argumento accipienda est 134.b
in Ambiguo testamentis quid agendum 137.a
Ambitus pœna quæ sit 349.a
Amita adoptiua, vxor duci non potest 35.a
si Ancilla cum filiis suis legata sit, ea etiam mortua vel alienata vel manumissa filij ad legatarium pertinebunt 143.a
Ancilla an instè manumittatur concubinæ habendæ causa 28.b
Ancillæ partus in fructu non est 84.c & 96.b
Ancillarum fœtus quibus fideicommissaria libertas relicta est, cessantibus hæredibus filij earum liberi nascuntur 22.a
Anima hominum quibuscunque causis vel vasis præseruantur 76.b
Animalia domestica occupationis iure in aliorum patrimonium non veniunt 78.c
Animalia fera, occupanti conceduntur 78.b
Animi sola destinatione ab hæreditate se eximere hæres legitimus & testamẽtarius potest 135.b
quæ in Animo consistunt, simplici assertione, quæ tamen iurata sit, probari possunt 277.c
Animo solo hæres legitimus itémque testamentarius adire hæreditatem potest 135.b
Animorum coniunctio inter masculum & concubinam esse dici non potest 32.c
Annuaria lex vnde dicta 13.b
Annuæ præstationes quo iure exigantur 303.a
in Annuis legatis, primi anni legatum purum est, sequentium conditionale 194.c
Annomalæ actiones, quæ sine certa lege feruntur 308.b
Annus cœptus plerumque pro completo habetur 68.b
Annus xvij ætas causis in foro actitandis idonea 28.b
cui Antecedens permittitur, consequens quoque permissum esse intelligitur 27.b
Antes populi ad Istrum 3.a
Antestatus, qui conuocabat sistebatque testes 107.a
Antiquum ius, quod naturali ratione inter homines constitutum est 18.c id in quo consistat ibidem.
Antoninus Pius Imperator impijssimus fuit 3.b
Annulo alieno testamentum signari nihil impedit 108.b
si Annulos aliquot ex aurificis materia tibi fieri cupiens, decem eius rei nomine promittas, non locatio est, sed emptio: secus si tu aurum suppedites 224. b
Apes non antè nostræ sunt, quàm si eas alueario incluserimus 78. b
Aphrica strictè capta, minor in qua est Carthago 4. c
Aphricanus vnde dictus Iustinianus 3. b
Appellatio tolli non potest ab eo municipio quod superiorem agnoscit 10.b
Apprehensio bonorum in hærede necessaria est, licet dominium rerum hæreditariarum ad eum statim transeat 181.b
Apprehensio, possessionis propria est 340.b
Aqua duci nulla potest nisi quæ perennis est 90 b
Aqua ex flumine publico sine principis authoritate duci non potest 91. b
quibus Aqua & igni interdictum est, nõ multum absunt à morte naturali 45. a
Aquæductus quid sit 89.a
Aquæductus seruitus quæ sit 271. c
Aquæductus ex cisterna concedi non potest 90.b

Aquæ haustus & aquæ ductus differunt 89.a
Aquiliæ legis actio in hæredes non datur 252. primo c
Aquiliæ legis actio pœnalis est 301. a
Aquiliæ legis actio inficiatione crescit 305.c
Aquiliæ legis triplex actio datur 253. primo c
Aquiliana formula Corneliæ non præiudicat 252. primo b
C. Aquilij Galli commendatio 248.b
Aquiliana stipulatio cur sit inducta 337.c
Aquiliana stipulatio vnde manarit, & quid contineat 248.c
Aquilianæ stipulationis vsus quis sit 192. b
Arbitramentum in ecclesia fieri potest 25.a
Arbitrariæ actionis definitio 321. a
Arbitrariæ omnes actiones, stricti iuris sunt 321. c
Arbitrium iudicis quibus in iudiciis versetur 321. a
Arbitrium quod iterum non redit, hominibus maximè liberum esse debet 29. b
Arbitrij non recepti non eadem vbique vis est 220. a
Arboris transplantatæ actio quæ sit 83. a
Arbores in agrum alienum alluuione illatæ, quando eius domino cedant 79. b
in loco Arborum vento aut turbine deiectarum fructuarius alias summittere non debet 85. a
Architectus si quid è sublimi deiiciens, aut casu delabi sinens, hominem occidat, quatenus teneatur 252. primo a
Argumentatio à contractibus ad vltimas voluntates in iure recepta est 29. a.b
Argumentatio à re ad tempus in iure valida est 224. a & item à tempore ad locum 263. b
Argumentum ab etymologia an valeat 107.c
Arma deperdita in delicto pro altero suscepto mandatarius à mandatore repetere non potest 229. a
Arma & leges ab inuicem separari non possunt 4. a
Arma locans aut commodans iis quos aliquid sinistri in alium molituros intelligeret, recuperandi facultatem non habet 229. a
Armorum generis ratio in vi repellenda haberi non debet 11. a
si Arra precij nomine data sit, non in argumentum emptionis & venditionis contractæ, res iam solo consensu dissolui non poterit 239. b
Arræ, siue arrabones cui vsui sint 218. b
Arrarum vsus in emptione qui sit 219. a
quomodo repeti debeant ibidem.
Arrogari qui dicantur 39. c. & *vbi fiat arrogatio* ibidem.
Arrogatio vnde dicatur 40. a
Arrogatio impuberis non temerè committi debet 40. c
cur Arrogatio non sine principe, adoptio verò apud omnes qui habent plenum iurisdictionis ordinarium, fieri potest 40. a
Arrogatio vel minima capitis diminutione perit 40. c
Arrogationis proprium 43. c *effectus* 181.a.b & dein.
vt Arrogatione acquirantur bona 181. a. b. & dein.
Arrogatione testatoris irritatur testamentum 130. a
Arrogator quatenus arrogati filij nomine teneatur 182. a
Arrogatori patri per filium ita hæreditas acquiritur, vt ei vel filio inuito eam adire concedatur 181.b
Arrogatus filius an perinde bonorum possessionem pari arrogatori acquirat, atque hæreditatem ibidem
Arrogati filij emancipatio vt fiat 41. b
Arrogato filio quarta ex constitutione diui Pij debetur 132.b
Ars quoad potest naturam imitatur 48. a
Arte etiam, non sola natura, liberi in nostram potestatem transeunt 39. c
Articulus iure ciuili dubius, iure canonico aperto decidendus est 28. b
As in duodecim vncias distribuitur 118.tert.b
Ascendentes qui sint 162. a. & 167. c
Ascendentes hodie transuersalibus præponuntur 162. a
Ascendentes qui intelligãtur, & de eorum successione Canon 158.c
Aßignare libertum quid sit 174. a
Atrox iniuria vnde censeatur 100.c. & 254.a
Atticus non dicatur Iustinianus, sed Anticus 3. a
Attilianus tutor quis diceretur 57. a
Augusti & Cæsaris differentia 2. c
Augusti cur dicantur imperatores 3.c
cur Augustus non antè Tiberium adoptauerit, quàm is Germanicum adoptasset 44. a
Auo in adoptionem datus, patri naturali nec ab intestato successurus est 40.b
Aurũ iactare soli Imperatori permittitur 87.a
Authenticarum ius nouißimum & Codicem,

& Pandectas emendat 1. c
Authoritate publicum, & utilitate publicum differunt 75. c
Auxilium proximo pro virili ferre an teneamur 8. a
Auxilium vicino periclitanti præstandū quale esse debeat 11. c. & 12. a

B

Banniti nostri temporis, relegatis similes sunt 45. c
qui in Baptismo puellæ fideiusserit, eam uxorē ducere non potest 37. b
Barbaricæ gentes quæ intelligantur Iustiniano 4. c
Barones, purpurati regii 163. b
Bartoli sententia reiecta 316. c
an Bastardi omnes spurii dici possint 37. c
Beare, id est, ditem facere 236. c
Bella unde orta, & in quem finem 12. c
Bellum in Turcas, licitum: in Christianos, plus quàm parricidale 12. c
Bellum inferre etiam priuato liceat 12. c
Bellum iustum est, quod aduersus rei Christianorum publicæ hostes geritur 111. b
Bello Christiano capta, capientibus non acquiruntur 12. c
Bellorum finis, pax 20. c
Beneficium à lege indultum, à priuato auferri non potest 41. c
Beneficium etiam inuitus aliquando agnoscere compellitur 236. a
Beneficia principū, largè interpretenda 264. c
Beneficia principum ex iuris communis dispositione interpretationē accipere noscūtur 43. c
Benignior sensus in ambiguis semper sequendus 19. c
Bestiarum ferarum custodia, ne noceant, ædiliū curulium edicto præcepta est 331. b
Bestias non ex feritate magis, quàm ex animaliū genere interpretari debemus 251. primo a
Bestiarii qui sint 53. b
Bis idem exigi ex bonæ fidei præscripto non potest 136. c
Blasphemus in deum ex recepta & praua consuetudine, pœna capitis puniri potest 296. c
Bona cuiusquam de lapide emi, ignominiosum erat 133. c
Bona non nisi deducto ære alieno intelliguntur 26. c. 151. b. 225. c. & 282. a
Bona fides ad perpēdiculum iure canonico exigitur 275. b
Bona fides cum titulo desideratur in accipiente rem venditam: in tradente verò bona tantum inspicitur 96. c
Bona fides emptoris quo tempore consideratur 84. a
Bona fides in omnibus actionibus necessaria est 311. c
Bona fides in usucapione perpetua & minimè interrupta esse debet 95. b
Bonæ fidei actiones quæ sint, & quæ stricti iuris 311. c
Bona vacantia quæ dicantur, 97. c. ea quomodo præscribantur.
Bonorū addictio libertatis causa ut fiat 182. b. c
Bonorum appellatione æstimatio continetur 226. c
Bonorum possessio quid sit 174. c. & dein. quibus de causis inuenta 175. b. & dein.
Bonorum possessio alia edictalis, alia decretalis 179. c
Bonorum possessio alia utilis, alia necessaria 106. b
Bonorum possessio cognationis nomine illis datur, qui defuncto mortis tempore cognati fuerunt 160. a
Bonorum possessio contra tabulas quæ dicatur 176. b. quibus detur, ibidem, & dein. quādo detur 116. b
Bonorum possessio contra tabulas aditionem hæreditatis non desiderat ut competat 132. b
Bonorum contra tabulas possessio testamentum patris rescindit 116. b
Bonorum possessio & hæreditas in quibus differant 175. a. b
Bonorum possessio extraordinaria quæ sit 178. c
Bonorum possessio necessaria ibi non est, ubi est hæreditas 106. b
Bonorum possessio quædam agnoscendæ litis nomine datur 179. c
Bonorum possessio secundū tabulas quæ sit 176. c. ad eam requisita ibidem.
Bonorum possessio secundum tabulas prætorio iure introducta est 130. b
Bonorum possessio tanquam ex familia, quibus detur 177. c
Bonorum possessio unde liberi, quibus indulgenda 160. b. c
Bonorum possessionem nemo accipere compellitur, sicut nec hæreditatem 179. b
Bonorum possessionē non antè quis habere dicitur, quàm eā decreto prætoris acceperit 174. c
Bonorum possessiones ab intestato multæ sunt 176. b
Bonorum possessiones anno terminātur 118. a

Bonorum possessor, hæredis loco est 176.a
Bonorum vẽditio sub præconis voce hastáque, probro non caret eius cuius ea sunt 27.a
Breuiloqua substitutio quæ sit 123.a.b
Breuitatis comes obscuritas 16.c
Bruta iniuriam facere cur nõ dicantur 330.c

C

Cadaueris illatione locum suum parum quisque religiosum facere potest 76.c
Cæcus cui testari possit 115.b
Iul. Cæsar nisi morte præuentus leges restituisset 3.b.5.a
Cæsares vnde dicti sint 2.c
Cæsones qui sint 2.c
qualiter Calatis comitiis fierẽt testamẽta 106.c
Calcis coquendæ ius, rustica seruitus 89.b
Caluisiana actio cui detur 283.a
Calumniæ iuramento quid contineatur 344.b
Calumniæ struendæ causa compendium aliquod sentiens, qua actione conueniatur 311.a
Calumniose litem instituẽs, præter cætera etiã iurisiurandi religione coërcetur 344.b
si in Canone seu reditu persoluẽdo emphyteota paulò diutius cessauerit, post triennium iure suo cadere videtur 223.b
Canonici iuris authoritas in iis sequẽda est, quæ iure ciuili obscura sunt & dubia 28.b
in Capita succedere quid sit 158.a
Capitalia iudicia quæ sint, & quæ non capitalia 347.a.b
Capitis arcessitus ex cõdemnatione publica, facultatibus omnibus exuendus, testandi facultatem habere non potest 113.a
Capitis diminutio triplex est 53.b
Capitis diminutio prætorium testamentum infringere non potest 130.c
quæ Capitis diminutio testatoris testamentum rumpat 130.a
Capite puniri seruus potest, licet capite minui non possit 54.b
Capitulum, an citra consensum episcopi statutum facere possit 15.b
Captio debitorũ vt permittẽda à iudicibus 263.a
Captus ab hostibus an testamentum facere possit 115.c
Captus in bello, in capientis ius atque dominiũ venit: sed reuersus postliminio ad sua omnia restituitur 78.c
filii Captorum ab hostibus, liberine sint, an serui 29.c
Carboniana bonorum possessio, extraordinaria est 178.c & 179.a. & dein.
Carboniani edicti effectus 179.b. & dein.
Castitatis violãdæ gratia domum alienam ingressus qua pœna mulctetur 77.b
Castrati, quasi casti, vel castè nati 43.a
Castrense peculium quod sit 104.a
in Castrensis peculii successione liberi fratribus præferuntur, vt olim fratres parentibus 114.b. vide infra, Peculium.
Casualis conditio 119.a
Casum hominis luctuosum & aduersam fortunam expectare nõ debemus 200.c. in fine
Casus aduentitios iurisconsulti in obseruatione non habuerunt 41.a
Casus fortuitus à nemine præstari debet 165.a
Casus fortuitus in bonæ fidei iudiciis nunquam exigitur 192.b
Catonianæ regulæ definitio 148.b
Causa an semper in libello, aut actione sit exprimenda 269.b
Causa & actio quid differant 261.b.c
Causa limitata limitatũ effectũ producit 61.b
Causa quælibet iusta, imò etiam iniusta, à dolo excusat 297.c
Causa seu electiõe quãdo plus peti dicatur 323.b
cum omni sua Causa, id est, cũ iuribus & pertinentiis 267.a
Causæ duæ omnibus actionibus cõueniunt, propinqua, & remotior 269.b
Cautionis verbum quid contineat 211.b
Cautio de dolo vbi locum habeat 199.a
Cautio de seruo persequendo vbi locum habeat 199.a.b
Cautio Mutiana quæ sit 195.a
Cautio rati vbi locum habeat 200.a
Cautio rem pupilli, vel adolescẽtis saluam fore vbi locum habeat 199.c. & dein.
Centum anni, longissimum vitæ hominis tempus 97.b
ni Centum debentur, si quinquaginta petas, petitione submouendus non est 208.c
Certi condictio in quibusdam casibus vtilis est, in aliis necessaria 188.c
Certi condictio specialis, & certi condictio generalis 188.b
quando Certo loco promissum, alibi exigi potest 323.b
Cessio bonorum à reo facta, fideiussori nihil cõmodat 340.a
Cessio bonorum non omnibus debitoribus permittitur 284.c
Cessio bonorum societatem soluit 226.b
Cessio bonorũ soluendo quẽ nõ esse arguit. 283.c
Cessio legati bipertitò consideratur 143.c

qui Cessionem fecerit, si meliore postea fortuna vtatur in quātū facere potest damnatur 326.b
Cessionarius cui mulier actionem cessit, prælationis beneficio iuuatur 319.b
Chirographū alienum euertens vel surripiens qua pœna mulctetur 297.b
Chirographum delens ne aduersus debitorem probari possit, furti tenetur 241.b
quod ad Christi cultum vel reip. vtilitatem pertinet, persequens, suis rem suam persequi dicitur 304.c
Christianus Iudeā vxorē ducere nō potest 37.b
Christiani interest, nunquam iniuriæ meminisse 254.c
Citatio in ecclesia fieri potest 24.c
Citatio sola non sufficit vt iudicium cœptum dicatur 335.c
Citatio vel verbo vel prehensioni iuncta facit rem non videri integram 230.a
Citationis vsus in iudiciis 345.b.c
Citatione impeditur præscriptio longissimi tēporis cum mala fide coniuncta 300.c
Ciuilia iudicia per actiones expediuntur: publica per accusationes, inquisitiones & c. 347.a
Ciuilis actio criminali non præiudicat 251. primo.b
Ciuilis aut prætoria actio vnde cognoscatur 273.b
Ciuilis obligatio quæ sit 185.a ea inter patrē & filium, & dominum ac seruum consistere non potest 185.a
Ciuitas an delinquere & an cōsentire possit 14.b
Ciuitas ecclesiæ similis est quo ad præscriptionem 97.b c
Ciuitas ruinis deturpari nō debet 289.c. in fine
res Ciuitatis quanto tēpore præscribātur 97.b
Ciuitatem Romanam nullus seruorum recusare potest 182.c
Ciuitates & oppida in integrum restitutionem impetrare possunt si per suos magistratus detrimentum accipiant 279.b
Ciuitates in quibus loco priuatorum habeantur 97.c
quæ Ciuitates leges municipales condere possint 10.a
Clam alienare quis dicatur 281.c
Clauium traditio, vim traditionis habet 275.a
Clauium traditione nōnunquam possessio transfertur 86.c
etiam Clericus debitor fugiens vbi nulla iudicis copia adest, à debitore capi potest 262.c
Clericus si iniuria afficiatur, & ipsi & ecclesiæ iniuriarum actio dabitur 255.a
in Clerici bonis mulier ecclesiæ antefertur in Oriente 178.a
Clerico adoptio inhibetur 43.b
Clericum in crimine deprehensum percutiens, in canonem latæ sententiæ non incidit 30.c
Clericum percutiens in sui tuitione, excommunicatus non est, licet irregularitatem incurrat 12.a
Clerici statuto laicorum obnoxij non sunt 14.a
quando Cliens beneficiarius dominū in ius vocare possit, quando non 298.c
vide Vasallus.
Coadiutor episcopo datus quandiu duret 61.b
Codex quo nunc vtimur, vt sit repastinatus 1.c
Codicis locus emendatus. l. extraneum. 1. de hæredibus instituendis 118. quart.b
Codicillaris substitutio ad fideicommissam trahitur 123.b
Codicillorum consideratio 155.c & dein.
Codicilli aut scriptura cōstāt, aut sola voce 155.c
Codicilli etiam ab intestato relicti valent 156.a
Codicilli confirmantur si vel præcedant vel sequantur testamentum 156.a
Codicillorum confirmatorum & non confirmatorum differentia ibidem.b
Codicilli vt à testamentis secernantur 107.b.c
ad Codicillorum comprobationem quinque testes sufficiunt. 156.c
Codicillis etiam ademptio & translatio legatorum fieri potest 149.c
in Codicillis facta substitutio, benigna interpretatione toleratur 125.a
Codicillis neque dari neque adimi hæreditas potest 124.c
Codicillis nec hæredis institutio, nec filij exhæredatio fieri potest 156.b
Coëundi vis ac potestas in viro vix est ante xiiij. annum 33.b
Cœlibatus olim prohibitus 9.a
Cœmeteriū pari iure cū ecclesia ferè cēsetur 31.a
Cœnobiarchæ à monachis suis in ius sine venia vocari non possunt 298.c
Cogitationis pœnam nemo meretur 243.c
Cognati vnde dicti sint 166.c
Cognati per adoptionem tantùm ij fiunt, qui per eam agnoscuntur 34.c
Cognati propriè sunt, qui per fœmininam lineā nobis iunguntur 166.c & 167.a
Cognatorum successionis consideratio 166.c
Cognatorum species tres 162.a
Cognatio etiam quædam inter seruos est 36.c
Cognatio, minima capitis diminutione non interuertitur 166.a

Cognatio spiritualis, quam compatronatum vocant, per procuratorem fieri non potest 25.b
Cognationis ius an in seruis cõsistere poßit 172.b
Cognationis ius maxima & media capitis diminutione perit, non minima 54.c
Cognationis iura à matre proficiscuntur 167.a
Cognationis nomen in tres species scinditur, ascendẽtes, descẽdentes & transuersales 167.c
Cognationis triplex species, ascendentium, descendentium & transuersalium 172.c
Cognatos lex 12. tab. non agnoscebat 164.b
Cognomen quod sit 147.b
Coharentia contractus, vestimenti causa esse solet 187.a
si Cohæres quis negetur esse, quid agat 307.b
Cohæredis deficientis portio in successione testamẽtaria ad aliũ cohæredem pertinet 166.b
ex Coitu legibus damnato atque interdicto natus lege ciuili nec alimenta accipere merebatur 158.c
ex Coitu nefario & legibus improbato nati, olim nec matri succedebant 166.b
Collateralium successio qualis sit 158.c
Collegatarij deficientis portio an ad collegam pertineat 140.a
Collegia hominum illicita omnia sunt, nisi expreßim permissa reperiantur 75.c
Collegij moderator cum suo collegio particularem legem statuere potest 15.a
Colonus propriè qui sit 287.c
Coloni à fundo semoueri non possunt 203.a
Coloni triplici specie, & quomodo hi fructus suos faciant aut non faciant 84.c
Coloni aßcriptitij & censiti præiudiciis rectè peti possunt 302.b
Colonus partiarius cũ domino fundi nõ ex conducto, sed pro socio actione agere debet 222.b
Colonus partiarius, impropriè colonus vocatur, & item socius 287.c
Columnæ transportandæ conductor quam culpam præstet 190.c
Columnarum legatum an valere poßit 290.a
Commerciis hominum exemptæ res, in stipulatum deduci non possunt 201.a
Commiserationis causa adiectum tempus solutioni, compensationi nihil omnino officit 194.a *& præscriptioni impedimento esse nequit ibi.*
Commixtio vt fiat 80.c
Commixtum fortuitò casu, inter dominos specierum cõmunicatur, nisi si diduci poßint materiæ 81.a
Commoda eũ sequũtur, quẽ & incõmoda 165.b
Commodatarius exactißimam diligentiam, non etiam vim maiorem præstare debet 190.a
Commodatarius non poßidere sed tãtùm detinere intelligitur 248.a
Commodatarius quam culpam præstet 191.a.b
Commodati consideratio 190.a
re Commodata aliter vtens quàm vtendam acceperit, furtum committit 241.c
Commodata re furto sublata, dominus rei vel cum commodatario commodati iudicio, vel cũ fure furti actione rem persequi potest 246.a
Commodatum etiam in re soli seu immobili cõsistit. 190.a
Commodatum in quo à locatione differat 190.a
in quo & à precario ibi.
in quo à mutuo ibi.
Commodatum non aliàs quàm expleto suo vsu reuocari potest 190.b
in Commodato compensatio nõ admittitur 320.c
Commoditas periculum rei in accipientem transfert 313.c
Communi diuidundo iudicij consideratio 307.c
Communi diuidundo actio quibus detur 233.a
Communia quæ dicantur 73.c & 74.a
Communio discordias excitare solet 307.a & c
in Communione esse inuitus nemo cogitur 307.a & c
Communis seruus quomodo dominis suis acquirat 235.a
Compendiosa substitutio quæ sit 123.c & deinc.
Compensationis consideratio 319.b
Compensatio hodie tam in stricti iuris actionibus quàm bonæ fidei admittenda est 319.b
Compensatio ipso iure fiat, an doli exceptione, multum refert 319.b
Compensatio si ab aliquo obijciatur, ipso iure debitum vel in totum vel pro parte remittit 326.b
Compensatio, solutionis vim obtinet 320.c
Compromißum an in ecclesia fierit poßit 25.a
Compromissa, ad iudiciorum similitudinem redacta sunt 255.c
Conceptionis tempus in plerisque casibus inspicere solemus 47.c
Conceptus, quodammodo in rerum natura esse existimatur 159.c
Concesso aliquo, id quoque videtur concessum, sine quo ad illud perueniri non potest 27.b
Conclusionum in libellis formulæ 269.c
Concubina fiscum excludit 36.b
an Concubinæ habendæ causa ancilla iustè manumittatur 28.b
Concubinarũ filij vt efficiantur legitimi 38.c

Concubinatus iure Pontificũ ſublatus eſt 32.c
Concubitus omnis extra matrimonium illicitus eſt iure Pontificum 32.c
Concilium ciuitatis quod hodie vocatur, in locũ ampliſsimi ordinis ſucceſsit 14.a
Concußionis & repetundarũ accuſatio in quos detur 310.c. *in fine.*
Condemnandi verbum an in concluſionibus ſit neceſſarium 269.c. & dein.
Condictio domino tantũmodo dari debet 81.a
Condictio furti aduerſus furem & eius hæredes datur 246.c
Condictio furtiua à ſua genuina natura propter fures diſceßit 304.b
Condictio furtiua, voce perſonalis eſt 265.c
Condictio indebiti non aliàs competit, quàm ſi aliqua ad dominum redierit vtilitas 142.c
Condictio triticaria, qua omnes res præter pecuniam numeratam petimus 193.b
in Condictionibus ceſſat infamia 188.c
in Condictitiam actionem quæ veniant 189.b
Conditio ad præſens tempus relata ſtipulationẽ non ſuſpendit 195.a. & c. *nec ad præteritum* 196.a
Conditio in qua nunquam alteri per nos afferẽda eſt 78.a
Cõditio mixta, ex poteſtatiua & caſuali 119.a
Conditio negatiua ſimilis eſt ei quam quis cũm morietur alij promittit 195.a
Conditio nouißima in legatis, adimpleri debet 119.a
Conditio poßibilis tribus modis accipitur 119.a
Conditio pro modo vſurpatur 42.a
Conditio vera, quam incertum eſt extiturã 195
Conditiones in inſtitutionibus apponi ſolita 118. *quart.* b
Conditionum aliæ poßibiles, alia impoßibiles 118. *quart.* c. & 206.a
Conditionum diſiunctiuo modo conceptarũ alteram euenire ſufficit: contrà in copulatiuis omnes euenire oportet 119.a
Conditionale legatum quando cedat 143.c
Conditionales creditores vide dicantur 194.c
Conditionalis inſtitutio puram ſubſecuta, eam non vitiat 129.c
Conditionalis ſtipulatio ad hæredes tranſmittitur, non legatum 195.b
Condonatio iniuriæ vt intelligatur 254.c
Conductor diutius penſionem perſoluere differens, vſurarũ etiã nomine tenebitur 224.b
Conductor quod ad vias muniendas, aut tributa ſoluenda perſoluit, in ſumma mercedis rectè computabit 224.b
Conductor ſi ampliorem locũ extruxerit, videtur repetendi animo id feciſſe 82.b
Conductoris hæredes intra tempus conductionis morientis in conductione ſuccedunt 224.c
Conductori propter ſterilitatem penſio remittitur 224.a
Confeßio in iure facta, confitenti nocet: ſecus ſi coram tabellione 44.b
Confeſſoria actionis conſideratio 270.b. & dein. 271.c. & 272.a
Confuſio, cùm duo corpora in vnam ſpeciem cõ funduntur 80.c
Confuſione acquiritur dominium 81.a
Coniugum duorum ethnicorũ alter ad Chriſtianiſmum conuolans, priore conſorte relicta alteri nubere impune poteſt 32.b
Coniunctio in legatis triplex eſt, realis, verbalis, mixta 139.a.b. & dein.
Conſenſus an per errorem vitietur 32.a
Conſenſus in nuptiis voluntarius debet eſſe & ſpontaneus 32.a
Conſenſus mutuus maximè nuptias facit 36.c
Conſenſu, res inſtrumentu veſtitur 186.c
Conſentire non videntur, qui mala conſilia agitant 32.c
quæ in Conſequentiam veniunt, rarius conſiderantur 48.c
apud Conſilium aliquid facere, quid ſit 28.a
an ex Conſilio quis teneri poßit 228.b
Conſobrini qui ſint 162.b
Conſobrinorum matrimonia, iure ciuili licita, Pontificio illicita ſunt 35.a
Conſolidatio in iure ceßio 93.b
Conſtantinopolis, Roma noua 4.c
Conſtituere, id eſt debitorem facere 291.b
Conſtituere qui non poßint 292.c
Conſtitutæ pecuniæ actio quã originem habuerit 190.c. & 291.a
Conſtituti & fideiußionis differentia 292.b.c
Conſtitutum, cui, & in quem competat 292.a
Conſtitutum, prætorio iure, nõ autem ciuili introductum eſt 292.b
Conſtitutiones quid à legibus differant 4.c
Conſuetudo etiã ad ſimiles caſus extẽditur 18.b
Conſuetudo etiam ius ſeruitutis parit 89.c
Conſuetudo legi derogat, imò & legẽ tollit 18.a
Conſuetudo longi temporis vicem ſeruitutis obtinet 91.b
Conſuetudo, optima legum interpres 19.b
Conſuetudo vt probetur 17.c. & dein.
Conſuetudinis effectus 18.a
Conſuetudinis introducendæ ratio 17.a.b
Conſuetudinis pro iure introductæ definitio 17.

Consuetudine ligantur etiam qui consensum nõ habene 18. b
Contextus testamenti vnus esse debet, non interruptus 108. a. & 110. b
Contingere & accidere pro defungi accipiuntur 99. c
Continua possessio vnde præsumatur 95. c
Continuatio rubricarum an necessaria sit 258. a
Contracta fiducia, id est saluo iure succedendi 55. c. & 164. a
Contractus definitio 186. a
Contractus à testamentis longè latéque differũt 108. b. multa habent similia 118. quart. b
Contractus cõtra legem vel statutum in fraudẽ alterius factus, cõtrahentem constringit, aliũ verò minimé. 26. c
Contractus emphyteotici definitio 223. b
Contractus in ecclesia fieri non possunt præter quàm in causa pietatis 25. a
Contractus in testamento an fieri possit 108. a
Contractus substantia, partium verbis non mutatur 188. b
Cõtractus innominati, Do vt des, do vt facias, facio vt facias 315. a
Contractus nominatus præscriptis verbis actionem non parit 314. c
Contractus vnus est etiam si plures res stipulatione contineantur 208. c
Contractui prohibito interposita stipulatio euictionis nomine, an aliquid conducat 221. c
Contractu prohibito, alia etiam quædam prohibita intelliguntur 265. b
Contractúsne nudi quidam sint, & vestimento opus habeant 186. c
Contractus omnes cum principe miti, bonæ fidei sunt 316. a
Contractus vniformes, & contractus difformes 257. c
Contractuũ quidã vtrũque cõtrahẽtiũ obligãt, quidam alterum tantùm 217. c. & dein.
à Contractibus ad vltimas voluntates in iure recepta est argumentatio 29. a. b
in Cõtractibus aliu alia præstari debent 190. c
Contraria pignoratitia actio quãdo detur 192. a
Contrariæ actiones vnde dignoscãtur à directis 313. a
Contrariorum eadem est disciplina 29. c
Contrectatur id quod suo loco mouetur 240. c
Cõtumacia rei ad iudicium vocati adesse nolẽtis, vice litis contẽstationis est 335. c
Conuentionis vocabulũ quid cõplectatur 206. c
Conuentio an inter absentes fieri possit 206. c
Conuentio nuda nullã actionẽ parit 291. b
Conuentionis nudæ vestimentum, causa 187. a
Conuentione partium fieri nõ potest vt in cõmunione quis perpetuò maneat 307. a
Conuentiones duorum (minimùm) consensum desiderant 286. b
Cõuentiones etiam tacitæ sæpe valent 285. c
Cõuentiones iuris ciuilis, & cõuentiones iuris gẽtium vel prætoriæ diuerso iure cẽsentur 291. c
Cõuentiones legitimæ à prætorib9 inuectæ 291. a
Conuentiones omnes olim iure gentiũ naturalẽ obligationem pariebant 290. c
Conuicium facere quid sit 252. secund. b
inter Conuictores societatis negotium contrahitur 224. c
Corpus triplex, solidum, coniunctitium, discretum 266. b
Corpore luit, qui ære luere non potest 297. b. 299. b. & 306. c
Correctio legũ, quoad fieri potest, vitãda est 19
Correctio libelli vsque ad sententiam tolerabilis est 324. b
in Correctoriis extensio nunquã admittitur 275
Creditores qui intelliguntur 282. b
Creditor & vsufructuarius quasi domini non sunt 270. c
Creditor non statim cum sacco paratus venire debet 210. c. & 291. c
quomodo Creditor suum à debitore auxilio iudicis consequatur 183. c & dein.
an Creditori debitum legari possit 141. c
Creditores, quibus quacunque ex causa actio cũ fraudatore competit 26. c
Creditores vt debita sua à debitoribus tergiuersantibus consequantur 183. c
aduersus Criminis rei defuncti hæredes quæstio ciuilis executioni mandari potest, accedente sententia 335. b
Crimina omnia morte extinguuntur 212. a
Culpa vbi & quando præstari debeat 190. b
Culpa lata, & culpa leuis 190. b. c
Culpa simpliciter dicta, leuis intelligitur ibid.
Culpa versutiæ, & culpa ignauiæ ibid.
ex Culpa sua nemo cõmoditatẽ ferre debet 226.
Cum omni sua causa, id est, cũ fructib9 & aliis omnib9 rebus, quæ rei ipsi accedere solẽt 302.
Cupiditas vt explodatur 7. c
Cura, curatio, curatura quid differant 48. b
Curatorum consideratio 61. b. c. & dein.
Curator adultis quorum tutelam administrauit, de administratione non tenetur 69. b
Curator ante xxv. annũ esse nemo definit 69. c
Curator extra ordinem tanquam suspectus remoueri sine nota non potest ibidem

Curator in gratiam rerum constituitur 48. c
Curator legitimus qui sit 56. b
Curator loco tutoris datus, vt suo munere defungatur 61. b
Curator testamento dari non solet 63. b
Curatorem accipere nemo inuitus compellitur, nisi aut conueniat aut conueniatur 61. c
Curatorem habens adultus, sine illius authoritate rem suam vendere non potest 103.a.b
Curatorē habēti, curator alius dari potest 62.c
Curatores ab iisdem magistratibus à quibus & tutores constitui solent 61. c
Curia, ordo Decurionum 38. b
Curiæ offerri quis vt possit 38. b
Curiales, serui reipub. 38. b
Cura puberes continet, tutela impuberes 48.a

D

ad Dandū, id est ad dominiū rei debitæ consequendū actiones personales instituūtur 303.c
per Damnationem relinquere quid sit 136. b
Damni infecti cautio vbi locum habeat 199.c
Damnum deducto omni lucro intelligitur 225.c
Damnum fatale, vis maior 190. b
Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi non aliis ascribere debet 229. a
Damnum tripliciter dari potest 253. prim.c
Dare, id est dominium transferre 303. c
Dare nōnunquā sentētia iudicis etiā is cōdemnatur, cuius mora res perempta est 304. b
Dare pro declarare 52. c
Datio pro detectio, in definitione manumissionis 24. a
Deberi verbum quid significet 263. b. c
Debitor asseuerans creditorem aliquid dolo vel culpa egisse, probare id debet 192. a
Debitor bona sua in fraudem creditorum alienans, vt tractandus sit 283. per tot. & dein. 284. item per tot.
Debitor falso persuasus à creditore vt solueret, furti actionem intendere potest 189. b
Debitor fugam adornans vt capi possit 263.a
Debitor fugiens, vbi nulla iudicis copia adest, à creditore capi potest 262. c. & 263. a
Debitor fugitiu' ab ecclesia extrahi potest 263.b
Debitor in fuga suspicionem veniens, ante tempus exigi potest 324. a
Debitor non soluendo dum contraheret, an capi possit 263. a
Debitor olim lege xii. tabularum creditoribus partiendus permittebatur 27.a
Debitor qui se soluendo esse creditori initio persuasit, si postea fugiat, capi potest 263.a
Debitor rem suā à se impigneratam surripiēs, furti tenetur 244. a. & 245. b
Debitores re vera quando dicantur 185.c
Debitores vt exigantur 183. c. & dein.
Debitoribus omnibus ea quæ debent rectè leguntur 141. c
in Debitoribus capi permittendis, iudicū cautio 263. a
Debitum quod intelligatur 263. b
Debitum bonæ fidei iudicio, solutum non videtur nisi integrū redditum sit: secus in stricti iuris actionibus 312. b
Debitum conditionale in constitutum deduci potest 194.c
Debitum in diem, aut sub conditione, purè legari potest 141. c
Debitum naturale indebiti condictionem impedit 146. c
Debitum obscurum compensationi obiici non potest 320. b
qui Debiti partem persoluerit, debitum ipsum agnouisse censendus est 217. a
Debiti realis & debiti personalis differētia 184.
Debiti remissio an insinuationem exigat 100.b
Debito probando tempus quadrimestre à iudice conceditur 320. c
Debita defuncti olim integra luebant hæredes, legata tantum ad dodrantem 135.a
Decennalis præstatio cum legitimo titulo, præiudicialis est 303. a
Decemuiralis lex, lex xii. tab. 49. a
Decepto vltra dimidiam iusti precij in omnibus bonæ fidei iudiciis regulariter succurritur 222.
Decimarum percipiendarū commoditas hypothecæ rectè datur 289.c
Decimus septimus annus ætas causis in foro agitandis idonea 28. b
Decisum in vno, decisum intelligitur & in alio, modò tamen eadem ratio subsit 29. c
Decretalis bonorum possessio 179.c
Decretū primum iudicis vt interponatur 183.c
Eius effectus 184. a
Decretum secundum in personali debito necessarium est 184. a
Decretorū rubricæ nullā authoritatē habēt 258.
Dedicare loca sacra solis episcopis & summis pontificibus permittitur 76. a. b
Dedititij libertini qui fuerint 26. a
Defensores ciuitatum in ius vocari sine venia non possunt 298.c
Definitio, fundamentum omnis de re quacūque institutionis 6. a
Definitio omnis in iure ciuili periculosa est 6.a
quod Defossum aut conditū sub terra est, custodiæ vel lucri, vel metus causa, thesaurus nō

est, nec inuenientis efficitur 85. b
Deiectorum aut effusorum actio quæ sit 255. c
Delegari omnia possunt, quæ iure magistratus alicui competunt 40. a
Deliberandi ius ad adeundam hæreditatem cur olim à Prætoribus indultum 135. a
Delictum grauius est quod in loco publico committitur, quàm quod in priuato: & quod noctu, quàm quod interdiu 240. b
Delicti consultor, eo etiam non perpetrato tenetur 228. c
quasi Delicti pœna ab vno eorum qui plures quasi deliquerunt exacta, ab aliis repeti non potest 298. a
quibus ex Delicto aliquid debetur, propriè creditores esse censentur 282. b
de Delicto nõnunquam adhuc post rei defuncti mortem disceptatur 335. b
Delicta nocturnũ cognita esse expedit 252 *secũd.c*
Delictorũ fœda atque turpis est cõmunio 225. a
in Delictis, eius etiam quod extra rem est, computatio facienda est 253. *primo* a
ex Delictis priuatis duplex nascitur actio, vna quæ parti læsæ datur, altera quæ reip. 241. b
quasi Delinquere quid sit 255. a
Demonstratio falsa an legatum vitiet 147. c
Denunciatio creditoris debitum suum repetentis vbi fieri debeat 304. c
Denunciationes tres ante venditionem pignoris necessariæ sunt 102. c
Deponenti directa actio datur, depositario contraria 313. a
Deportare cui permittatur 45. b
Deportatus ciuitatem amittit 45. b
Deportatus & relegatus quid differant 45. c
Deportati hæredes instituí nõ possunt 116. *iee*. c
Deportati, in locum eorũ quibus aqua & igni interdicebatur, successerunt 54. a
re Deposita aut pignerata tanquam dominus vtens, furtum committit 241. c. & 243. a
Depositarius cui res surrepta est, furti agere nõ potest 246. a
Depositarius quam culpam præstet 191. b
quam diligentiam 227. b
Depositi actio ab initio in simplum datur, sed ex mendacio in duplum 311. b
Depositio duplex est: voluntaria, & necessaria, eiúsque duplex est actio 305. b
Depositi tumultus, incendij, ruinæ, aut naufragij causa facti actio in depositariũ dolosum in duplum, in hæredẽ verò eius in simplum datur 336. a. *in princ.*
ex Deposito actio nunc in simplum competit, nunc in duplum 305. b
in Deposito & commodato solus dolus præstari debet 190. c
in Deposito bona fides quammaximè consideratur 320. c. *& in eo compensatio non admittitur* 320. c
Deposito vtẽs depositari⁹ vt furtũ faciat 243. a
res pro Derelicto à domino habita, occupanti conceditur 87. a
Derogatum legi quando diceretur 13. b
Descendentes qui sint 158. a. 162. a & 167. c
Desidia in iure ciuili passim mulctata 79. b & 82. a
vt Diaconus quis ordinetur, apud episcopũ iurare debet se nemini nupturum 37. b
Dicere nemo præsumitur nisi id quod prius mẽte cogitauit 44. b
quando Dies in legatis cedere dicatur 143. c
Dies incertus pro cõditione habetur 118. *quart.* a
Dies solutioni apposita, obligationem nasci nõ impedit 194. a
Diei cõtractibus adiectæ cõsideratio 194. b. c
Digesta cur dicantur Pandectæ 5. c
Dignitas à patria potestate eximit in fauorabilibus, non in detrimentosis 46. b
Dignitas matrimonium impedit 37. a
Dignitate sua ignominiosè motus, infamis est 54. c
Dignitatum ordines quatuor 5. b
Δίκη Græcis, nobis est actio 258. c
Dilatoriæ exceptiones aut à re, aut à persona sumuntur 339. a
qualis Diligẽtia in societate præstãda sit 227. b
Diligentia non eadem ab omnibus exigitur qui res alienas tractant 191. a
Directa actio quando nascatur 313. a
Directarum actionum consideratio 266. a. & *deinde vsque* 268. b.
Directa verba in substitutionib⁹ quæ sint 124. a
Disiunctiuarum dictionum quæ sit vis, quæ alternatiuarum 277. a
Dispensatum cum indigno nunquã intelligitur, nisi expreßim id factum sit 27. b
Dispositionem partim pœnalẽ partim fauorabilem esse, non est nouum 299. b
Diuersitas responsionis in stipulando, an stipulationem semper vitiet 203. b
Diuisionis beneficium vt inter contutores ac cõfideiussores detur 213. c. & 214. a. b
Diuisionis membra inter se contraria esse debent 311. c
Diuisionem hæreditatis testator ad tempus prohibere potest, non in perpetuum 307. a
Diuortium non vitiat commune matrimonij sacramentum 32. a

Diuortium vtrius culpa contingat, multum interest, virine an mulieris 178. b
Diuortia iure Pontific. in totũ abrogata 317. c
Docendi optima portio 7. b
Doctoratus dignitas an à patria potestate liberet 46. b
Doctorum seu interpretũ iuris authoritas quãta haberi debeat 17. a
cur Doctoribus liceat doctores constituere 17. a
Dodrante amplius legatis erogari Falcidius vetuit 150. c
Dolus dans causam contractui bonæ fidei, contractum inutilem facit 311. c. *nõ ita in stricti iuris iudiciis ibidem.*
Dolus nemini patrocinari debet 64. b
Dolus pro possessore habetur 266. c
Doli actio contra ciuitatem nõ cõceditur 14. b
Doli actio non permittitur, vbi alia actio competit 78. c
Doli capax, id est, natus annos decem & sex menses 60. c
Doli exceptio biennio finitur 216. b
Doli exceptio, olim cõpensationis loco erat 319. c
Doli exceptio, quò prosit 337. b
Doli experts nonnunquã tamen punitur 348. a
Doli mali definitio 190. b
Dolo possidere desiisse quis dicatur 266. c
à Dolo qualibet erronea & falsa causa excusare potest 247. c
Domanium principis quanto tempore vsucapi possit 97. b
Domestici testimonij fides improbatur 109. b
quod sit domesticum testimonium ibidem.
Dominabus suis se immiscentium seruorum & liberorum hominum mercede seruientium di uersa est conditio 118. *iterum.*
Domicilium ibi non habens quis vbi tutor datus est, excusare se potest 67. c
in Dominicanorũ aut Franciscanorũ sodalitiũ se cõferens, arrogari videtur: ac proinde testamentum ab eo factum, irritari 130. b
Dominia rerũ ĩ incerto nõ esse, reip. interest 95. b
Dominium bonorum morte patris in filium continuari fingitur 133. c
Dominium directum vsucapione, sicut & præscriptione, nobis addici potest 95. a
Dominium eiusdem rei ex duabus causis lucratiuis consequi non possumus 138. c
Dominium, iuris est, & facilè in alium legis authoritate transfertur 94. c
Dominium solo partium consensu transferri nõ potest 346. c
Dominium propter causam vel modum nõ suspenditur 343. a
Dominium quando ex sententia iudicis transfe ratur 346. c
Dominium quomodo probetur 266. b
Dominium semel acquisitum, amplius acquiri non potest 303. c
Dominium sine traditione rei quandoque nanciscimur 85. c
Dominij effectus præcipuus qui sit 101. c
Dominij per legem ciuilem acquirendi ratio 94. c. & *deinde.*
Dominicæ potestatis seu imperij in seruos, effectus multiplex 30. a
Dominus à seruo stipulari non potest 204. a
quasi Dominus, bonæ fidei possessor 79. a
Dominus fundi, ingressu eius prohiberi aliquãdo potest, colonus non potest
Dominus furti actio in eos qui in sua potestate sunt, non datur 329. b
quasi Dominus in re sua vsumfructum vel ius pignoris habere nequit 270. c
Dominus rei quandoque eius alienandæ potestatem non habet: & contrà non domino quãdoque conceditur 101. c
Dominus serui vicem obit 24. b
Dominus seruo inuito hæreditatem non acquirit 118. *iterum* c
Dominus seruo naturaliter obligatur 24. a
inter Dominum & colonum partiarium veluti locationis contractus contrahitur 287. c
Domini tam ex contractibus, quàm ex noxis seruorum obligantur 329. b
Domitiani superbia 44. a
Domus qualibet naturali libertate libera esse præsumitur 271. b
Domus legatum quid contineat 145. b
Domum alienam ingredientis pœna 77. b
Donare, perdere est: & ne tutore quidem authore pupillo permittitur 58. c
Donatarius nullo nisi remuneratorio vinculo donatori obligatus est 188. b
Donationum consideratio 99. a. b. & *dein.*
Donatio, quasi doni datio 107. b
Donatio in testamẽtis fieri non potest, cùm extraneus actus sit 136. a
Donatio mortis causa, & donatio inter viuos 99. b
Donatio ob benemerita fieri solet 223. b
Donatio quinquaginta aureos excedẽs insinuatione indiget 100. a
Donatio vt perfecta intelligatur 100. a
Donatio vxori à marito facta, impigneratione rei donatæ reuocatur 141. b
Donationis pars quæ modum excedit, non à do

natore tantùm, sed & ab illius hærede vsque ad 30. annos reuocari potest 100. b
Donationis propter nuptias cōsideratio 101. a. b
Donationis reuocatio vt admittatur 100. c
Donator euictionis non tenetur 100. a
Donator in id quod facere potest dānatur 326. a
Dos etiam rei mobilis quæ seruando seruari non potest, constitui potest 102. a
an Dos in illicitis nuptiis exigi possit 37. c
Dos in locum legitimæ succedit 282. a
Dos in mobilibus consistens, post annum repeti potest 194. a
Dos marito pro oneribus dari debet 142. b. 319. a
Dos sine nuptiis esse non potest 37. c
Dotis constitutio tacitam conditionem habet, si matrimonium subsequatur 317. a
Dotis dominium ad vxorem soluto matrimonio reuertitur 101. a
Dotis legatum certa quantitate expressa, valet. 142. b
Dotis priuilegia 318. b. c
Dotis quantitas pro modo facultatum & natalium dignitate constitui potest 142. b
Dotis repetendæ actio ad quid detur, & quādo 317. c
Dotis repetendæ actione mobilia post annum, immobilia verò statim soluto matrimonio repetuntur ibidem.
Dotis repetendæ actio quibus competat 318. a
in Dotē constitui prouētus sacerdotij potest 9. c
Dotem filiæ constituere pater officio iudicis cōpellitur 318. a
Dotem filiæ constituere qui præter patrem teneantur 318. b
Dotem maritus ex vi conuentionis nudæ petere potest 292. a
Dotem maritus vxori legare potest 142. a
in Dote puellæ promissa, tacita conditio inesse videtur, cùm scilicet illa nupserit 195. c
pro Dote conseruāda aut restituenda fideiussor dari non potest 211. c
vt Dote patris indignā se reddat filia 318. a. b
in Dote restituenda maritus quatenus facere potest conuenitur 142. a
pro Dotibus repetendis actio ex stipulatu mulieribus accommodari potest, etiam si nulla verba accesserint 316. c
Dotalis rei alienatio nonnunquam permittitur 102. a. b
Dotalis rei fructus maritus pro modo oneris à se lati percipit 84. c
Dotalis rei venditæ euictionis nomine, maritus bonæ fidei emptori obligatur 102. c
Dotalem fundum ab vxore mercatus, euictionis nomine stipulatione interposita, nihil agit 221. c. *secus si à marito mercetur ibid.*
Dotalem rem maritus, etiam si eius dominus, alienare non potest 101. a. c
in Dotali stipulatione conuentio tacita intercessisse fingitur 286. a
Dotatas esse mulieres, plurimum & ipsarū, & reipub. per consequentiam interest 102. b
in Dubio semper bona fides præsumitur 277. a
Duo rei debēdi diuisionis beneficiū habēt 212. b
Duo rei stipulādi, & promittēdi vt fiant 197. a
Duo specialia circa eandem rem concurrere nō possunt 39. a. 112. a
Duodecim, compendio dicebantur leges xii. tabularum 5. a
Duplicatio & triplicatio non facilè à iudice admittenda est 339. c
Duplicia interdicta sunt, in quibus vterque & actoris & rei partibus fungitur 344. a
Dupondium vnde dicatur 118. tert. c
Durior causa quæ intelligatur quo ad fideiussores 213. c
Dux bonus esse nō potest, qui leges neglexit 4. a

E

Ecclesia cum alterius iactura locupletari non debet 234. a
Ecclesia qua actione rei citra iuris solemnitatem alienatæ possessionem auocare possit 189. a
Ecclesia rem priuati triginta annis præscribit 95. c
Ecclesia res alioqui inutiles communi clericorū assensu in perpetuam emphyteosim dare potest 223. b
Ecclesiæ priuilegium in legatis 306. a
Ecclesiæ rem à Cæsare vel fisco emptam nō statim restituēs, videtur sacris interdictis 99. a
Ecclesiæ res quanto tempore præscribātur 97. b
Ecclesiæ simpliciter relictum, parochiali ecclesia relictum videtur 306. b
in Ecclesiam sine traditione dominium transfertur 275. a
ex Ecclesia extrahere quem cui liceat 31. a
ab Ecclesia extrahi an possint, qui in illam confugerint 30. c
in Ecclesia non contractus sed iudicia exerceri possunt 24. c
Ecclesiasticæ rei præscribendæ, quadraginta anni necessarij sunt 95. c
res Ecclesiasticas episcopus vendere potest, etiā si dominus earum non sit 103. a

Edictalis bonorum possessio 179. c
Edictum prætoris perpetuum & generale euertens autmutans, albi corrupti actione tenetur 297. a
Edictum quo maioribus viginti quinque annis succurritur, in duo capita distributum 279.a
Edicti de patrono in ius vocando pœna quibus casibus remittatur 299. c
Edictis tribus, aut vno peremptorio pro tribus, creditores ad iudicium euocandi sunt 183. c
Effigiem in alicuius ignominiam publicè positam detrahens, albi corrupti pœna mulctatur 297. a
Electio facta immutari non potest 15. c
Electione permissa variare postea nō licet 246 a
Elephantorum & Camelorum natura mixta est 251. primo. a
Elidere, id est, necare, & prorsus extinguere 337. c
Emancipandus filius patri ne aliquid tribuat, an ab eo potius accipiat 46. b
Emancipare filium pater nonnunquam cogitur 31. a
Emancipari nemo potest inuitus 40. b 54 b
Emancipatus adoptione in alienam familiam perpetuò ascitus, ad intestati patris bona admitti non debet 160. b
Emancipati & sui an pari iure censeantur quo ad successionem 118. c
Emancipati filij tutelā pater administrat 47. b
Emancipati olim ad hæreditatem non admittebantur 160. a & 164. b
Emancipati suis existentibus ad legitimæ hæreditatis iura venire olim non poterant 160.a
Emancipatio filijfa. ad castrense peculium non trahitur 113. b & 114. b
Emancipatio iura suitatis non autem filiationis euertit 160. b. c
Emācipatio per procuratorē fieri nō potest 25. b
Emācipatio quid vtilitatis filiofa. afferat 164.b
Emancipatio vt olim fieret 47. a *eiusdem vtilitas & filio & parenti ibi.*
Emancipationis arrogati filij consideratio 41.b
Emancipationis premium quod sit patri 104.b & 164. b
Emācipato filio tutor à patre cōstitui potest 50. a
Emancipatorum & suorum differentia 118. a
Emendare quid sit 324. b
Emphyteosis solùm in immobilibus constitui potest 223. a
Emphyteosis vim filiorum soli ex pluribus à patre assignari non potest 174. a
Emphyteota ecclesiæ emphyteomata sua alteri concedere potest 223. c
si Emphyteota fundum suum alteri vendat, verus dominus potest eum soluto precio sibi seruare: secus si ille eum alteri donet 223. b
Ephyteota secundus à vero domino in possessionem mitti debet 223. c
Emphyteota vsumfructum non habet 92. a
Emphyteota vtile dominium habet, & ius suū in alium transferre potest 223. b
Emphyteotæ canon non diminuitur quamdiu aliquid ex ipsa re superest 224. a
Emphyteotæ & emptoris differentia 222. c
ab Emphyteota res auocari potest, si toto triennio canonem soluere desierit 223. a
Emphyteoticæ rei quæ ab hostibus occupata est quatenus soluatur pensio 224. a
Emphyteoticus contractus, iuris ciuilis est, reliqui iuris gentium 223. b
Emphyteoticus contractus, locationi sne, an venditionis iure censeri debeat. 222. c
Emendi vendendiq́ue origo à permutatione originem habet 218. a
Emptæ & venditæ rei periculum aut commodū perfecta emptione ad quē pertineat 220.c
Emptio quando intelligatur perfecta 220. c
Emptionis & venditionis duo sunt genera, vnū scriptura, alterum sine scriptura 218. b
Emptione perfecta periculum rei emptorem respicit 313. c
Emptor bonæ aut malæ fidei quis dicatur vnde discas 84. a
Emptor bonæ fidei quos fructus suos faciat 83.b
Emptor malæ fidei omnes fructus deducta impensa restituere debet 83. c
Emptor nummos facere emptoris cogitur 219. c
Emptor rem sibi venditam ante preciū solutum surripiens, actione furti tenetur 245. c
Emptoris fidem quando sequi dicamur 86. a
Episcopalu dignitas à patria potestate liberat 46. b
Episcopus legem particularē facere potest 15. a
Episcopus omnium canonicorum assensu electus omnia ecclesiæ bona sine apprehensione possidet 181. b
Episcopus res ecclesiasticas solennitate legitima obseruata vendere potest 103. a
Episcopis & pontificibus summis solis ecclesiam dedicare conceditur 76. a. b
qua per Epistolam expediri possunt, per nuncium quoque possunt 25. a
Equitij nomen in vno equo retineri non potest 143. b
Equus ostium effringens libidinis causa, contra

naturam suam fecisse videatur 331. a
Error consensum non habet 50. c
Error consensum vitiat 85. c
Error improbabilis non est, si quis hoc nesciat quod vnus atque alter intelligit 109. a
Error in vocabulo artificij seu instituti, legatū non vitiat 147. c
Error iuris in vsucapione non toleratur 96. c
Error iustus vel alioqui leuis à mala fide excusat 96. c
Error matrimonium impediens 32. a. b
Error nominis legatum non vitiat, cū de mente testatoris constat 147. b
Error triplex, iniustus, iustus, iustissimus: eorumque effectus 98. b
ἐτυμασίς numeri in iure frequentissima 20. a
Etiam, particula ampliatiua 118. quart. b
ab Etymologia argumentum an valeat 107. c
ad Eucharistiam confugiens cùm ad agrum defertur, immunitatem meretur 31. a
id quod Euenire potest, in plerisque iuris ciuilis locis consideratur 78. a
an Euictioni locus sit in legatis 138. a
Ex, particula vsus 5. b
Exceptionū cōsideratio 336. b & dein. 337. per to.
Exceptio qua quis quatenus facere potest damnatur, dilatoria videtur 339. a
Exceptio, regulæ naturam assumere debet 272. c & 304. a
Exceptionis vocabulum & propriè & generaliter accipi potest 337. a
Exceptiones an post sententiam opponi possint 338. b
Exceptiones omnes aut à iure ciuili profectæ sunt, aut ab honorario 338. a
Exceptiones reis competentes non semper etiam fideiussoribus competunt 340. a
Exceptionum aliæ perpetuæ sunt & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ 338. a
qui Excipit, an agere dici possit 262. c & 273. a
Excommunicationis iustus est metus 310. c
Excommunicationē an fateatur, qui absolutionem simpliciter expostulat 23. a
Excommunicatus an testari possit 54. a
Excommunicati, sacris interdicti, similes ferè iis quibus olim aqua & igni interdicebatur 54. a
Excusationis tutorum & curatorum consideratio 65. a. b & dein.
Excusationis forma 283. b. c
Excusationum à tutela causæ vt proponendæ sunt 68. c & 69. a
Excussionis beneficiū quib' detur 213. b & 283. b
Excussio non admittitur 284. a
Executor litium qui maiorem æquo pecuniam exigit, rectè in quadruplū cōuenitur 311. a
Exemplaris substitutio quæ sit 122. eius effectus ibi. c
Exemplarium corruptorum pernicies 56. b
mali Exempli res, punienda 348. a
Exemptio à patria potestate, fauorabilis est, nō detrimentosa 45. a
Exemptionis ius nepotibus acquisitum, ab eis tolli sine suo facto non potest 44. c
Exercitor & institor quid differant 37. c
Exercitoris culpam quando præstare debet dominus 256. b
Exercitoria actio in quem detur 327. b
Exhæredare filium nemini permittitur sine causa adiectione 131. b
Exhæredari filius potest ob derelictos in aduersa valetudine parentes 48. a
Exhæredatio quid sit 115. c
Exhæredatio & emancipatio ex ijsdem causis conceduntur 48. a
Exhæredatio semel promerita non facilè reuocatur 129. b
Exhæredationis odium 127. c
in Exhæredationem tam parentum quàm filiorum, causa semper addenda est 116. iterum b
Exhæredatus filius legatus onerari potest 127. c
filio Exhæredato pupillariter substitui potest 127. b
Exhæredato substitutus an legatis grauari possit 127. b
Exhibere quid sit 341. c
Exhibitoria interdicta quæ sint 341. c
Eximendi verbum generale est 300. a
vi Eximens in ius vocatum, qua pœna mulctetur 300. a & dein
Expressa vulgaris substitutio quæ sit 120. a
Expressi & taciti eadem sæpe vis est 285. c
Exprimi aliquid in specie, vel in genere quod ad vnā speciē referri potest, paria sunt 296. a
Exquæstor qui sit 5. b
Ex quasi contractu obligationes cur dicantur 231. c
Extensio in correctoriis nūquā admittitur 275. c
Extranea persona nihil nobis acquirit, præter &c. 105. b
Extraneis hæredibus instituendis quæ cautio adhibeatur 134. b
Extraneus quis intelligatur 40. b 134. b
Extraneus in dote mulieris repetenda solius pacti nudi virtute agere potest, non pater 317. c & dein

Extraneus institui hæres potest, non exhæredari 129. a
Extraneo stipulari nemo potest, tamen hic solutioni obligationis adijci potest 202. b
Extraordinariæ bonorum possessiones cur solæ decretales dicantur 180. c
Extraordinarium remedium non ante ordinarium adhibendum est 283. a
Extraordinarium remedium non facilè cum ordinario admittitur 178. c
Extraordinario remedio locus est si vberius eo nobis quàm ordinario consulatur 132. a
Exulare propter delictum coactus, apud quosdam impunè lædi potest 235. c

F

FF nota cur Pandectæ indicentur 5. c
Fabiana actio cui detur 283. a
Facere nonnunquam quis cogitur quod sibi non incommodat, & alteri prodest 105. a
contractus, Facio vt des, non ciuilem actionem præscriptis verbis, sed de dolo actionem pariet 15. a
Factionem testamenti habent, qui ex testamento aliquid accipere possunt 146. b
Factum legitimè, retractari non potest 183. b
Facti alieni ignorantia, tolerabilis est, sui non item 323. a
in Facti causa quoquo modo erratum fuerit, nullum est quod agitur 70. a
res Facti, iure ciuili infirmari non potest 241. a
Facti narratio in litibus difficilis non est, sed causa & conclusio 269. b
Facti stipulatio à seruo facta, ipsi soli prodest 198. a
ab iis quæ de Facto procedunt, an vllus iuris effectus proficiscatur 22. c & 23. a
Facta, maioris momenti sunt quàm verba 130. c
Facta non præsumuntur, nisi probentur 17. b
Facultates suas sæpe ignorant homines 27. c
Falcidia vbi locum habeat 150. b
Falcidiæ & Trebellianica differentia 150. b. c
Falcidiæ legis ratio in singulis hæredibus locum habere potest 150. c
Falcidiæ ratio vt habeatur, multa necessariò deducenda prius sunt 151. b
quando Falcidiam ex legatis hæres non consequatur 135. b
in Falcidiam quæ veniant 150. c
Falcidius trib. pl. quo tempore vixerit 150. b
Falsa causa an legatum vitiet 148. a
Falsarij punitio quæ sit 348. b
Falsum quæcunque in re faciens, lege Cornelia testamentaria teneatur 348. b
Fama non minus quàm ipsa vita curæ nobis esse debet 11. a
Famæ iactura, sententia iudicis definitiua, non autem interlocutoria, affertur 345. a
Familia nomen ne dispereat, frater, non soror, patri succedit, multis in municipiis 29. c
ad Familiarum decus & dignitatem pertinet in masculis hæreditatem conseruari 161. b
Familiæ herciscundæ actio quæ sit 233. b
Familiæ herciscundæ actionis cõsideratio 307. a & dein.
cur Familiæ herciscundæ actio, & communi diuidundo, bonæ fidei sunt, non autem finium regundorum 313. b
Familiam veteres hæreditatem appellabant 233. b & 307. a
Famis causa, quæ in Dei patrimonio sunt, hypotheca & pignori supponi possunt 76. b
in Famis necessitate res dotalis alienari potest 102. a & liber homo vendi ibi.
Famulitio alieno in perpetuum se quis addicere possit 21. a
Famulorum factum præstare quando debeat dominus 256. b
pro Famulorum nostrorum maleficiis noxæ deditionem non patimur 330. b
Fata etiam Iouem regunt 7. a
Fauendum ei non est qui temere se in necessitatem conijcit 213. a
Fauori in suam gratiam introducto quatenus renunciare liceat 102. b 213. b & 257. b
Fera in laqueum alicuius prolapsa, non antè illius fit, quàm si eam incluserit 78. b
Fera ita vulnerata vt capi possit, non aliàs eius fit qui vulnerauit quàm si eam ceperit 78. a
Feudum ad extraneos hæredes non transit 181. c
Feudum, beneficiarius fundus 42. c
Feudum monasterio per monachum acquiri an possit 181. c
Feudi dominus ad tutelam sui clientis euocatur 55. b
si de Feudo controuersia inter Comites oriatur, vassalli euocari debent 42. c
Fictioni nunquã locus est nisi adsit æquitas 30. b
Fictiones iuris, duæ 46. c
Fideicommissariam in testamento libertatem accipiens, in genus efficitur 21. c
Fideicommissariarum hæreditatum consideratio 151. c
Fideicommissarius legatarij partiarij locum habere est iussus 153. a
Fideicommissarius simul & hæres inter se lucrum & damnum ex æquo diuidebant 153. a

Fideicommissorum species 151 c & 152. a
Fideicommissorum origo vnde nata sit 152. b
Fideicommissum ab intestato quoque morituro relinqui potest 154. a
per Fideicommissum etiam singulares res relinqui possunt 554. c
in Fideicommissis vsurpari solita verba 155. b
Fideiussionum consideratio 211. a
Fideiussio iure ciuili inuenta est 292. b
Fideiussio in duriorem causam quàm sit principalis obligatio, concipi nequit 203. a
Fideiussio in quo à mandato differat 212. b
Fideiussio sine stipulatione fieri nequit 192. b & 291. c
Fideiussio vt existimetur legitimè facta 215. a
Fideiussor agere nonnunquam potest vt liberetur fideiussione 214. c
Fideiussor an in criminibus teneatur 212. a
Fideiussor cautionis iudicio sisti, qualis esse debeat 332. b
Fideiussor in bonæ fidei actionibus acceptus, nō ex sua solùm mora, sed etiam ex mora rei principalis tenebitur 322. a
Fideiussor in plus obligari quàm reus principalis debeat non potest 213. c
Fideiussor nonnunquam firmius ipso reo obligatur 214. b
Fideiussor olim etiam reo debendi nondum excusso conueniri poterat 228. a
Fideiussor, principalis rei loco est 213. b
Fideiussor pro dote conseruanda aut restituenda dari non potest 211. c
Fideiussor qui pro debitore soluit, mandati eum habet obligatum 214. b & 339. c
Fideiussor quibuslibet obligationibus accedere potest 211. b
Fideiussor soluens reum liberat, & contra 136. b
Fideiussor totū exoluens neglecto diuisionis beneficio, non cessis sibi actionibus, aduersus confideiussores agere non potest 212. c
Fideiussoris conditionem leuiorem facere licet, non deteriorem 214. a
Fideiussoris obligatio in futurum concipi potest 212. a
cur Fideiussores durius in iure quàm tutores tractentur 212. c & 213. a
Fideiussores vnde dicantur 211. a
Fideiussores omnes in solidum ne teneantur, an diuisionis beneficium eis concedatur 212. b
Fideiussores qui se fideiussores esse inficiantur, posteaque mendacij conuincuntur, diuisionis beneficio sunt indigni 213. a & 283. c
Fideiussoribus non semper eadem priuilegia competunt quæ reis principalibus 340. a
Fides nulla esse in Rep. potest, nisi erit necessaria rerum creditarum solutio 26. c
Fides optimè remp. continet ibidem
Fidem alienam sequi quibus non permittatur in venditione 86. b
Fidem fallere, grauissimum est 291. a
Fiduciariæ possessiones, rentæ vulgo 174. b
Fiduciariæ tutelæ consideratio 55. c & deinc.
Fieri non posse dicuntur quæ impia sunt, aut cōtra bonos mores 206. b
Filia authore iudice dotem sibi ex rebus patris constituere potest 318. a
Filia præterita hodie rumpit testamentum nominatimque exhæredari debet 116. c
Filia quibus casibus patris dote se indignam facit 318. a. b
Filiæ corruptor dotem ei cōstituere debet 309. b
si Filiæ fiat iniuria, etiam elocatæ, patri iniuriarum actio dabitur, & marito quoque, ac etiam filiæ socero 253. a
Filiæ quæ indigno se nubit, dotem à patre constitui non debere sententia nunc recepta non est 318. b
Filiam pater de sua pecunia dotasse censetur, etiam si bona aliquot filiæ superfint 232. b *cōtrà de filio, præsertim si bona aliquot habeat* ibi. c
quæ in Filia loquitur lex municipalis, in nepte quoque locum habet 34. c
Filiæ perinde atque filij, vel instituì hæredes, vel nominatim exhæredari debent 118. b *id tribus casibus exceptionem patitur* ibidem.
ex Filiabus nati cognationis vinculo nobis iunguntur 161. b
Filiatio ex vicinæ fama probatur. 44. c
Filiationis quasi possessio quæ sit 302. a
Filius à matre præteritus in testamento pro exhæredato habetur 116. iterum a
Filius à paterna hæreditate beneficio prætoris abstinens, non ob id hæredis nomen amittit 176. a
Filius an in patris testamento testis esse possit 109. b
Filius defuncti à creditoribus hæreditariis debitum exigens, si filius esse negetur, Carboniano edicto iuuari debet 179. b
Filius emancipatus à patre conuentus, quatenus facere potest condemnatur 326. a
Filius emancipatus à patre sibi aliquid, sicut & quilibet extraneus, stipulari potest 204. b
Filius in necessitate à patre, non autem à matre, vendi potest, aut obligari 33. a

Filius in testamento nominatus à testatore, qui filius mansit, & scriptus hæres, an meritò hæreditatem petere possit 44. b

Filius iure pontificio citra patris consensum matrimonium contrahere potest 33. c

Filius iure Quiritum in matris potestate nõ est 302. b

Filius naturalis à principe natalibus restitutus, iura legitimorũ filiorũ nãciscitur 158. b

Filius neque hæres institutus neque exhæredatus rumpit patris testamentum 116. a

Filius nõdum natus exhæredari nõ potest 117. a

quando Filius præiudicio à patre petatur 301. c

Filius quod ex fœneratitio contractu acquirit, patri minimè acquirere censetur 30. b

Filius rem patris surripiens an à iudice puniri debeat 244. c

Filius sine causa adiectione à patre præteriri in testamento non potest 176. b

Filius sui ipsius controuersiam faciens, rectè à patre conuenitur 302. a

Filius viuente patre quodammodo dominus est bonorum patris 120. b

Filium defuncti se esse probare volenti, impensa ad litem ex bonis defuncti præbenda est 179. a

Filium etiam vulgo quæsitum mater alere debet, non spurium 9. c

Filiũ paterna hæreditate carere, ignominiosum est 116. a

Filium qui vendidit, patri, si eius rei conscius non fuit, vendicare licet 21. b

quod pro Filio ex delicto damnato pater soluit, an repetere possit 293. c & 294. a

Filij eorum qui ab hostibus capti sunt, liberine sint, an serui 29. c

Filij etiam familias peculium habeant 104. c

Filij etiam viuente patre quodammodo domini bonorum patris intelliguntur 133. c

an Filij ex ea muliere nati quæ in absentia prioris mariti quem mortuum crediderit, aut etiã ipsa finxerit, alteri nupserit, illegitimi sint 36. a

Filij legitimi conditionem patris sequuntur in honoribus, non vulgo quæsiti 20. c

Filij parentibus alimenta, & contrà, præstare debent 302. a

Filij propter patrem perduellionis reũ bona sua perdunt 347. c

Filij vulgo quæsiti matri succedunt, & contrà, nisi mater illustris sit 166. b

Filiorum appellatio non tam lata est quàm liberorum 116. c

Filiorum appellatione an nepotes veniant 52. a

Filiorum & filiarum in præteritione testamenti differentia 117. a

Filiorum & seruorum eadem propemodum est ratio in iure ciuili 104. c 309. b & 328. c

Filiorum & seruorum longa & lata est differentia quod ad stipulationes pertinet 204. b

Filiorum nomen fictitia emancipatio tollere non potest 160. c

Filiorum species variæ 121. b

Filiis naturali æquitate parentum suorum hæreditas debetur 164. c

Filios naturales tantùm aut illegitimos pater in sua non tenet potestate 31. c

Filios nostros corrumpens, serui corrupti vtili actione nobis obstringitur 309. b

Filiusfa. castrense aut quasi castrense peculium habens, in eo pro furto patri facto conueniri potest 245. a

si Filiusfa. & filius emancipatus cum patre agãt, iuramentũ calũniæ præstare debẽt 299. a

Filiusfa. hæres institutus, patris iussu hæreditatem adiens eam illi acquirit 118. iterum c

Filiusfa. in castrẽsibus bonis pro patrefa. semper habetur 113. b 299. a

Filiusfa. in causa criminali etiam patre non assentiente in iudicio consistere potest 33. b

Filiusfa. in potestate patris, tutor dari potest 50. c

Filiusfa. iniussu patris litigare non potest 33. a

Filiusfa. morte patris non suapte sponte sui iuris efficitur 54. b

Filiusfa. quatenus tutor constitui possit 51. b

Filiusfa. quicquid extra castrensis aut quasi castrensis peculij causam acquirit, patri acquirit 234. b

Filiusfa. cur testari non possit, sed bene mortis causa donare 114. b

Filiusfa. volente patre in studiis versans, mutuum recipere potest quod pater meritò agnosceret 329. a

Filijsfa. simul & serui vice fungi nemo potest 44. b

Filijsfa. surrepti nomine pecuniariterne an criminaliter agatur 243. c & dein.

Filiosfa. ex publica condemnatione facultatibus omnibus exuto, an omne eius peculium ea condemnatione contineatur 294. b

quæ Filiosfa. fit iniuria, in patrem redundat 252. c

Filiosfa. per patrem lis inferri cur nõ possit 33. a

Filijsfa. à seruis hac nota dissident, quòd ex mutuo obligari non possunt 328. c

Filijfa. ex propriis delictis conueniri possunt 330. b
Filijfa. vltimo supplicio affecti bonis publicatis, pater quartam iure naturæ filio debitam persoluere non tenetur 294. b
Filijfamilias vt à patria potestate soluantur 44. c
Filiorumfa. & seruorum iure ciuili æqua est conditio 328. c
Filiorumfamilias priuilegia 204. b
Filijffa. parentes testamenta faciunt 121. b
Fines regere, diuidere est 308. a
Finium regundorum actio quæ sit 233. b & 308. a & dein. & 313. b
Fiscus ad diuitiarum cumulum per discriminū atque dedecorum vestigia peruenire non debet 131. a
Fiscus in iis bonis publicati non succedit, quæ post publicationem illi deferuntur 227. a
Fiscus omnium vicem sustinet 118. tert. b
Fiscus quadriennio creditoris actioni præscribit 99. a
Fiscus, respubl. & ecclesia pari propemodum priuilegio gaudent 306. a
Fisci actiones non suis temporibus proditæ, concremari olim iussa 323. c
in Fisci fraudem simulatè vendita reuocari possunt 284. a
res Fisci quanto tempore vsucapi poßint. 97. b
Fisco compensationem obijciens, bimestre solum tempus ad debitū sibi probandū habet 320. c
Fisco etiam fraudatorium remedium competit in eum qui ante contractum capitale crimen bona sua alienauit 282. c
aduersus Fiscum qui damnati publicata bona inuasit creditores actiones suas mouere non prohibentur 227. a
à Fisco bona fide tanquam rem suam vendente aliquid emens, securus est 98. c
cum Fisco contrahentium bona vniuersa vice pignorum obligata esse intelliguntur 286. a
ius Fisco quæsitum index sua permißione auferre nequit 113. a
Fisco soluentes, aliud pro alio quandoque præstant. 236. c
Flauius quod nomen sit 2. c
Fluctus hyberni maximi sunt 75. a
Flumen, pro alueo aqua cooperto 74. c
Fluminis dominium nancisci quis longa consuetudine potest 74. c
Fluminis publici & fluminis priuati aliud ius est 79. c
Flumina publica, censitorū vice fungūtur 79. c
Flumina quo iure censeantur 74. b. c
Fœminæ ex æquo cum aliis agnatis ad legitimas successiones admißæ sunt 162. c
Fœminæ liberis tutores dare non possunt 49. a
Fori exceptiones ante iudicium cœptum & opponi & probari debent 338. c
Formæ omißio actum quandoque omnino vitiat (ita enim legendum est) 183. a versu 11.
Formiter iurare quid sit 295. c quid informiter 296. a
Formula excidens, an causa sua cadat 269. a
Formulæ actionum & interdictorum sublatæ sunt 344. b
Formulæ verborum antiquitus in actionibus obseruari solitæ 309. c
Formularum loco quibus interdicta olim concipiebantur, actio in factum honoraria introducta est 344. b
Fortunæ arbitrio locus nonnunquam est in optionis legato 146. a
Fortunæ imperium in rebus humanis maximum est 31. b
Franciscanus aut Augustinianus sodalis testimonium facere potest 101. c in fi.
in Franciscanorum aut Dominicanorum sodalitium se conferens, is eò omnia sua bona trāstulisse videtur 85. c
Frater ac soror per affinitatem solam, nulla accedente sanguinis coniunctione existere non possunt 36. b
Frater aduersus fratrem præiudiciis agere non potest 302. b
Frater emācipatus capite minutus, quomodo cū integri iuris fratribus succedat 166. c
Frater, fratris consanguinei testamentum subuertit, si turpibus personis est postpositus 132. a
Frater veiliter fratri stipulatur 198. a
Frater homini à natura videtur datus vt minus amicitiis externis egeat 156. c
Frater non nisi turpibus personis institutis inofficiosi querelam mouet 172. b
Frater vt sorori succedat, non tamen patri sororem succedere dicemus 29. c
in Fratris vicem nemo sibi quenquam adoptare potest 42. b & 43. b
Fratri mortuo qui succedant 158. c
Fratres & sorores à sese inuicem, si inopia laborent, ali debent 9. c
Fratrum duorū filij quomodo patrui hæreditatem diuidant, in stirpes, an in capita 159. b
Fraudandi creditoris animum habere qui dicantur. 27. a

Fraudatorium remediũ quibus competat 282.b. & 283.b
Fraus debitoris vnde arguatur 281. c
Fraus emptoris vt puniatur 284. b
Fraus inter viuos cum euentu cõsideratur 282.a
in Fraudem alterius suo iure vti nemo potest 26. c
quando in Fraudem creditorum alienatio facta præsumitur 281. c
Frigidi natura ac steriles, vel sine testibus geniti, matrimonium contrahere non possunt 43. a
Fructuarius & bonæ fidei possessor quid differant quo ad fructus suos faciendos 48. b
Fructuarius & vsuarius vt differant 93. c & 94. a
Fructuarius seruus duplici ratione vsucapi non potest 105. b
Fructus ex re pignorata percepti, debiti quantitatem releuant 192. a
Fructus iacente hæreditate percepti, an in Falcidiam computentur 151. a
Fructus in rei vendicatione vt restituantur 267. c
Fructus naturales, bonæ fidei emptoris non fiũt 83. c
Fructus omnes deductis impensis intelliguntur 83. c
Fructus pendẽtes, pars sunt rei, & actionis iure in bonæ fidei iudicio petuntur 312. b
Fructus quo iure in actionibus bonæ fidei & stricti iuris iudicio petantur ibidem
Fructuum dominus efficitur emptor bonæ fidei, non ipsius rei 84. a
Fructuum legatum nondum maturorum, tractũ temporis habet 139. a
quos Fructus faciat suos bonæ fidei emptor 83. c
Frumentum dominorum consensu commixtum, commune est 81. b
Frumentum in alieno prædio satum, ipsi solo cedit 83. a
Fugitiuus seruus semper à domino poßideri intelligitur 96. a
Fullo pro re sibi subrepta furti actionem habet 245. b
Fundus simpliciter dotalis, ipso iure ob impensas necessarias dotalis esse desinit 325. c
Fundi instructi legatũ plenius est quàm fundi cum instrumento, aut fundi & instrumenti 143. a
Fundi legatum quid contineat 145. b
Fundum alienum inuito domino ingrediens, ac prohibitioni non parens, vim facit 78. a
Furor superueniens matrimonium contractum non dirimit 37. b
Furor vt probetur 115. a
Furiosus à tutela reiicitur 51. a
Furiosus legitimos filios gignere nõ potest 123. a
Furiosus nubere prohibetur 37. b
Furiosus nullum contractũ facere potest 205. a
Furiosus, pecuniæ à se mutuò datæ dominium non transfert 187. c
Furiosi & infantis conditio per omnia exæquatur 205 c
Furioso sacerdotium conferri non potest 51. b
à Furioso factum testamentũ an valeat 114. c
Furiosis etiam maioribus xxv. annis curatores dantur 62. a
Fur acerbius quàm raptor punitur 247. c
Fur à latrone manifestè differt 247. a
Fur cui dominus rei culpam remittit, an hoc nomine immunis euadat 241. b
Fur rei alienæ dominium non habet 303. c
Fur, etiam trifur, iure ciuili furca suspendendus non est 246. c
Fur manifestus cur acerbius quàm non manifestus puniatur 305. c
Fur nummos credendi animo donans, eos accipientis non facit 187. c
Furis diurni ac nocturni differentia 251. c
Furi opem ferens, etiam furti tenetur 244. b
Furi pœna corporalis antiquitus posita nõ erat 303. c
aduersus Furem actiones quædam pœnam respiciunt, quædam rei persecutionem 246. c
Furem consilio instruxisse non sufficit vt furti quis arguatur, nisi & furtum secutum sit 244. b
Furem indicare an teneamur 242. c
aduersus Furem quæ actiones intendãtur 303. c
rem à Fure bona fide emens, eius dominiũ vsucapione acquirere non potest 96. a
à Fure rei etiam quæ decesßit, vtiliter petitur, & in eam condemnatio fit 200. b
Fures receptantis pœna 244. c
Furtiua res an aliquando vsucapi poßit 96. a. b 244. c
is apud quẽ Furtiua res inuenta est, si malè audire non vult, furem arguere debet 242. c
Furtiuæ possesßionis nullus est titulus 277. c
an Furtiuam rem in alienis ædibus perquirere liceat 242. b. c
Furti definitio 240. c. & 241. a. b
Furtum aliud manifestum, aliud nec manifestum 242. a
Furtum casibus fortuitis annumeratur 277. b

Furtū consentiente domino an fieri poßit 243.b
an Furtum etiā rei immobilis fieri poßit 240.c
Furtum fit etiam vsus aut possessionis, nō tantùm proprietatis 241.c
Furtum naturali æquitati repugnat 241.c
Furtum non cuiusque rei fit, sed eius quæ mobilium, aut corporalium rerum numero continetur 240.c
Furtum quo iure prohibitum sit 241.c
Furti actio dominis in suos seruos non datur 329.b
Furti actio in hæredes furis nō competit 246.c
sed bene condictio ibidem
Furti actio nonnunquam etiam non domino cōpetit 245.a
Furti manifesti & non manifesti pœna 242.c
Furti nec manifesti actio semper in duplum datur 311.b
Furti suspectus, impetrata à iudice venia vel in propria domo perquiri potest 242.b
ex Furto vel alio maleficio quæsitum, in societatem conferri non debet 225.a
Futura per rerum naturam certa, vim conditionis non habent 196.a

G

Galli Aquilij tribuni plebis lex de posthumo nepote hærede instituendo 117.c
Generandi vis & consuetudo in homine magis spectanda est, quàm vitium aliquod temporale 43.a
Genus perire non solet 221.a
Genus quod confusum est & incertum 144.c. *eius tres sunt gradus* ibidem & dein.
Generis ad genus an fiat compensatio 320.b
Generis debitor dominiū debet transferre 138.a
Generis legati consideratio 145. per totum
in Generis seu optionis legato ante electionem vendicatio denegatur 137.a. & in eo locus est euictionis 138.a
quæcunque Gerimus, à persona nostra initium sumere debent 59.c
Gotthia regio, quæ & Suenia 3.a
Gothlandia, regio 3.a
Gradus legitimæ successionis triplex 158.a
Gradu proximior non semper vlteriorem excludit 159.b
qui Gradu remotiore sunt, nonnunquam proximioribus anteferuntur 172.c
Graduum cognationum consideratio 167.b
Graduum cognationis distantiæ vt sumantur, pulcherrima demonstratio 167.c
Graduum cognitio cur iurisconsulto sit necessaria 167.c
Grammatici & rhetores ac medici à tutela excusantur 68.b.c
Grauamini esse nō potest quod sponte & liberè suscipitur 41.c
Grex vendicari potest, nō ita hæreditas 87.c
Gregis legatum quid contineat 143.b
Gregis nomen in vna oue retineri non potest ibidem
Gregem sibi legatum vsufructuarius supplere debet, aut aliunde fœtus conquirere 85.a

H

Habitatio, seruitus personalis est 94.b
Habitationis legatum in quo cum vsufructu & vsu conueniat, ac differat 94.b
Hæres adeundo hæreditatem quasi contrahere videtur 233.c
Hæres apud antiquos familiæ emptor dicebatur 107.a
Hæres aliquando propter non vindicatam necē defuncti indignus est hæreditatis commodo 110.c
qui semel Hæres est, nunquam hæredis nomen exuit 118. quart. a
Hæres grauatus hæreditatem restituere, eam adire detrectans, per iudicem compellendus est 153.c
Hæres in alterius locum succedens, iustam ignorantiæ causam habere intelligitur 96.b
Hæres in testamento scriptus, in eo testis esse non potest 109.c. *nec coniunctæ personæ* ibidem
Hæres necessarius, substitutione vulgari voluntarius fieri potest 125.a
Hæres nemo esse potest qui hæreditatem adierit 132.b
Hæres suus & necessarius vt fiat voluntarius 176.a
Hæres vniuersalis, videtur esse vitiorum & omnis culpæ hæres 98.a
Hæredis appellatio, hæredis hæredem continet 128.b
Hæredis appellatione in lege municipij vel consuetudine bonorum quoque possessor continetur 175.a
si propter Hæredis delictum fiscus hæreditatem occupet, tunc libertas & legata ab eo præstanda sunt 183.a
Hæredis institutio caput est & principium testamentorum 148.c. & 152.c
Hæredis institutio etiam cum iuramento facta, mutari tamen potest 149.b

Hæredis institutio in incertum tempus conferri potest 118.quart.b
Hæredis nomen exuere Prætor nullum iubet 179. a
Hæredis nomen non ob id amittit filius, quòd Prætoris beneficio à paterna hæreditate abstineat 176. a
Hæredis quando sit electio in legatis alternatiuis, quando legatarij 323. c
Hæredis seruo an legari possit 148. b
Hæredem neminem prætor facere potest 176 a
Hæredem sibi extraneum instituere potest etiã animam agens 118 quart.b
Hæredes & bonorum possessores eodem propemodum iure censentur 335. a
Hæredes iidem esse possunt & testes in testamento 108. c
Hæredes instituì qui non possint 116. iterum c
Hæredes sibi omnes homines instituere, ridiculum sit 118.tert.b
Hæredum alij necessarij, alij sui & necessarij, alij voluntary 133. b
Hæredũ extraneorũ & suorũ differẽtia 134.b.c
Hæredum gradus plures facere, cuique liberum est in testamento, non in codicillis 124. c
Hæredum quidam necessariò, quidam sponte hæreditatem adeunt 133. b
Hæredum vocabulum honestius est quàm legatariorum 116.a 133.a
quæ de Hæredibus dicuntur, propemodum etiã in bonorũ possessoribus obseruari solẽt 274.b
Hæreditarius seruus hæreditati acquirit 197.b
Hæreditariæ rei furtum fieri nequit 241.a
Hæreditas ab intestato nobis obtingens, vnde legitima dicatur 157 .b
Hæreditas alia, alia bonorũ possessio 106.b. & 175. a. b
Hæreditas alia testamẽtaria, alia legitima seu iusta 106. b
Hæreditas defunctum in omnibus propemodum repræsentat 197. c
Hæreditas domina creditur, & defunctum non hæredem repræsentare 118. iterum c
Hæreditas duplici iure nobis obtingit 106. b
Hæreditas iusta, lege xii. tab. ei defertur, qui moriente eo de cuius hæreditate quæritur, in rerum natura est, vel qui eo viuo conceptus est 160.a
Hæreditas licet non possideat, possessionem tamen à defuncto cœptã cõtinuare potest 98.b
Hæreditas non adita ad extraneum transmitti non potest 166. b
Hæreditas nõ rectè seruo adimitur, propter quã liber & hæres esse iussus est 118. iterum b
Hæreditas nuda voluntate adimi non potest vt legatum 150. a
Hæreditas nulli nisi libero acquiri potest 116. iterum c
Hæreditas præscriptionem impleret, etiam si hæres id non faceret 98. c
Hæreditas præter rerum vniuersitatem habet nescio quid iuris 87. c
Hæreditas proximo agnato, id est ei quem nemo antecedit, defertur 163. a
Hæreditas pupillo sine tutoris authoritate non acquiritur 175. b
Hæreditas quando desinat appellari hæreditas 315. c
Hæreditas seu as in duodecim vncias distribuitur 118. tert. b
Hæreditas simul & legatum in eadem persona consistere non potest 148. c
Hæreditas triplici iure nobis defertur 135. b
ex Hæreditatis aditione præcipua vis testamẽti pendet 133. b
Hæreditatis diuisionem testator ad tempus non in perpetuum prohibere potest 307. a
Hæreditatis iacentis incrementum aut diminutio cuius sit lucro aut damno 151. b
Hæreditatis petitio aliàs directa, aliàs vtilis reperitur 315. a
Hæreditatis petitione damnatus, omnes rei fructus inferre cogitur 346. b
Hæreditatis summa diuisio in tres articulos propemodum diducitur 118. tert. c
Hæreditati furtum fieri nequit 197. c. *nisi in casibus quibusdam.* ibidem
Hæreditati legitimæ nullus locus est quandiu testamentaria superest 57. a
nullius Hæreditatem diuus Pertinax adire voluit, aut adulatione alicuius delatam, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes & necessarij priuarentur 131. a
Hæreditatẽ restituere grauatus, quid agat 352.c
Hæreditate adita hæres omnibus legatariis & creditoribus obligatur 144. a
in Hæreditate acquirenda tempus aditionis consideratur 118. iterum c
an Hæreditate domini iacente seruus hæres institui possit 118. iterum c
Hæreditate paterna filium carere, ignominiosum est 116. a
Hæresis patris filiis incommodat 22. c
Herciscere, diuidere est 233. b. 307. a
in Hermaphrodito sexus præualens attẽdendus est in adoptatione 43. a. b

*C.ij.

Heterosis numeri in iure frequentissima est. 91. *a*
Hippocentaurus in rerum natura esse non potest 200. *b. nec legari potest* 139. *b*
Homeri locus de patris incertitudine 22. *b*
Homicidium alterius mandato perpetrans, ubi puniatur. 228. *c*
Homicidium an aliquando sit licitum 11. *b. c*
Homicidium lege Cornelia de sicariis pun ur 347. *c. & dein.*
Homicidij præsumptio in eo qui stricto ... se vixdum ædes illius qui occisus est egrediatur 242. *a*
Homo ad imperium natus est, non ad seruitutem 20. *b*
Homo in fructu esse non potest 96. *b. &* 84. *c*
Homo in seruitutem deiectus, propemodum ab hominum genere in pecudum naturam conuersus est 200. *b*
Homo tripliciter considerari potest, ut animal, ut homo, ut ciuis 9. *a*
Hominis liberi, quãdo seruus erit, stipulatio inutilis est 20. *c*
Hominis prouisio, legis dispositionẽ tollit 287. *b*
Homines omnes ab initio natura liberi creati sunt 20. *b*
Homines omnes siue serui siue liberi hæredes institui possunt 116. *iterum c*
Hominum alij pagani siue togati, alij militares 111. *a*
Hominũ dispositiones multum à legalibus dispositionibus differunt 52. *b*
Honestas publica in matrimoniis copulandis semper spectanda est 34. *b*
quod Honestè per naturam non licet, per legem quoque non permittitur 43. *b*
Honestè viuere quid sit 7. *c*
cur Honoraria actio aduersus nautas, caupo. stab. inducta sit, cùm ciuilis superesset 176.
Honorariam actionem frustra desiderat, qui ciuilem habet 274. *b*
Honorarium ius, ius prætorium 16. *b*
Honorarium petere an mãdatarius possit 231. *b*
Honorarium remedium breuioribus finibus circunscribitur quàm ciuile 175. *b*
Horatij locus elucidatus 3. *c*
Hospes ab hospite apud se depositum restituere si detractet, qua pœna mulctetur 305. *b*
Hostium rem an stipulari possumus 201. *b*
Hypotheca in bonis mariti quãdo incipiat currere 318. *b*
Hypotheca liberam rei alienationem impedit 290. *b*
Hypotheca tacita ex priuilegio cõceditur 318. *c*
Hypotheca tacita omnibus actione ad dotem repetendam agentibus conceditur 318. *b*
Hypotheca tacita locum habere non potest ubi expressæ nullus locus est 287.
Hypotheca tacita non pro dote tantùm, sed & pro rebus paraphernis, & propter nuptias donatione competit 318. *b*
Hypotheca tacita ubi intelligatur 287. *per tot. & dein.* 288.
Hypotheca supponi quæ res possint 289. *c*
Hypothecam expressam habẽs in bonis mariti, mulieri anteferendus est 318. *c*
Hypothecaria actio cui detur 289. *b*
Hypothecaria actio quasi ex contractu descendit 233. *c*
Hypothecaria actio, eadem qua & quasi Seruiana 285. *c &* 286. *a*
Hypothecariæ seu quasi Seruianæ actionis cõsideratio 289. *b*

I

Ignorantia aliena in ignorantis dispendiũ uti non possumus 243. *b*
Ignorantia alieni facti, tanquam probabilis admittitur 28. *a.* 323. *a*
Ignorantia eorũ quæ per alios exercemus, in nobis excusabilis est 27. *c*
Ignorantiæ probabilis nonnunquam eum furti excusat, qui rem alienam inuito domino contrectat 243. *a*
Ignorantia proprij facti an tolerabilis sit 27. *c*
quòd Ignotus patri pupillorum quis fuerit, non satis excusat à tutela 67. *c*
Ignoti etiam hæredes scribi possunt 119. *b*
Illiterati an à tutela excusentur 67. *a*
Illustres 5. *b*
Immobilium naturam sapit res, quæ diutius seruari potest 102. *a*
in Immobilibus rebus præscribendis sciẽtia aduersarij non requiritur 91. *b*
Impedimentum nõ præstat, quod nullum de iure sortitur effectum 129. *b*
Impensæ aliter à bonæ fidei possessore repetuntur, aliter à malæ fidei possessore 267. *b*
quæ Impensæ in res dotales factæ à marito retineri possint 325. *b. c*
Impensarum species triplex, necessaria, utiles, voluptariæ 82. *b. c*
Imperator, dignitatis nomen nunc est 2. *c*
Imperatoris veri officium 1. *b. &* 3. *c*
Imperatore mortuo summus pontifex succedit in administratione 40. *a*

Imperatores partim Christi hostes, partim eius cultores 2. a
Imperitia culpæ annumeratur 252. prim. a
Imperitia militaris, excusabilis 111. c
Imperitia vel rusticitas albi prætorij corruptores excusat, non item qui parentes aut patronos sine venia in ius vocauerint 299. c
Imperitia aut rusticitate ingenij album Prætoris corrumpens, aut à Prætore iussus, edicto albi corrupti non tenetur 297. c
Impersonaliter stipulari quid sit 197. c
Imperiū orientale & imperiū occidētale 4. c
Imperium vnde ortum cœperit 14. c
Impignerata res, alienata dicitur 241. a
Impignerata res furto sublata an vsucapi possit 97. a
Impigneratam rem creditor quatenus alienare possit 102. c
Impignerationis effectus 141. b
Impigneratione rei donatæ, donatio quæ vxori à marito fieri solet, reuocatur 141. b
Impossibilis conditio quæ dicatur 118. quart. c
Impossibilis conditio stipulationi adiecta, inutilem stipulationem facit 200. a, & 206. a
Impossibilis conditio contractum vitiat, in testamentis verò reiicitur 118 quart. c
de Improbitate sua actionem nemo consequi debet 276 a
Imprudentiæ & ætati succurrendū est 246. b
Impubes doli capax furtum facere potest 246. b
Impubes filius patris odio à matre prægrauari non debet 122. a
Impubes, testis esse non potest 108. c
Impuberes suspectos tutores facere non possunt, adolescentes possunt 71. a
Impuberes testamentū facere non possunt 114. c
Impuberum qui sub tutoribus sunt, & qui in patrus potestate agūt, diuersa est cōditio 205. c
Incontinenti fieri quid dicatur 11. b
In factum actio aduersus hæredes quidem non datur, sed bene hæredibus 256. c
In factum exceptio quò prosit 337. b
In iure cessio, vulgo consolidatio 93. b
In procinctu testamenta vt fierent 107. a
In rem domini id versum videtur, quod in illius vtilitatem impensum est 328. a
In rem scripta actio vnde dicatur 281. b
de In rem verso actio quando locū habeat 328. a
Incendium an inter casus fortuitos referri possit 191. b
quod Incendij aut ruinæ causa proiectum est, occupanti non conceditur 87. a. b
Incerta persona quæ sit 146. c. an ei legari aliquid possit ibidem
Incerti condictio vnde sit nuncupata 193. c
Incertitudo in contractibus adiecta, ferè nihil à conditione differt 194. c
ex Incertitudine dominiorum plerunque lites oboriuntur 95. b
Incestæ nuptiæ dotem non habent 37. c
Incorporalia iura ita nobis adhærent, vt nulla ratione à nobis diuelli possint 87. c
Incorporalia non vendicantur 267. a. b
Indebitum quid intelligatur 189. a
Indebitum errore solutum vt repetatur 189. a. & 233. c
qui Indebitum prudens & sciens recipit, ad quid teneatur 189. b
Indebiti condictionis effectus 189. a
Indebiti cōdictione nobis obligatus est, cui quid per errorem solutum est 233. c
ex Indiciis grauioribus admoneri quis potest 242. b
quæ ad Indiuidui conseruationem pertinent, vnicuique à natura insitum est, vt ea diligenter paret 12. c
Indiuidua multis modis considerantur 203. a
Induciæ inter reges pactæ, an belli mentionem arguant 23. a
Inducta & illata in prædiis rusticis, pignori esse nequeūt: secus in prædiis vrbanis 286. b
Inducta ad vnum effectum, ad alium non protenduntur 65. c
Indulgere & restituere multum differunt 45. b
Industria personæ in societatibus coëundis consideratur 226. c. 227. b
Infamia nunquam nisi ex delicto irrogari potest 188. c
Infamia in condictionibus cessat 188. c
Infamiæ nota vt inuratur 345. a
Infamiam sententia iudicis definitiua irrogat, non interlocutoria 345. a
Infamis est, qui super actionibus ex delicto descendentibus paciscitur 345. a
Infamis postulari non potest qui vel principis vel senatus iussu famæ restitutus est 14. b
Infames aut spurij ad dignitates admitti nō deberent 252. secund. c
Infames, nec iudicandi nec alio vllo munere fungi poterant: sed nec procuratores esse, aut procuratorem constituere 339. b
Infans arrogari potest, etiam si fari non possit 40. a
Infans, aut infantiæ proximus neque velle neque nolle censetur 59. a

Infans si quid promittat alicui, neque naturaliter, neque ciuiliter obligatur 189.b
Infantis & furiosi conditio per omnia exaequatur 205.c
Inferior, superioris legẽ tollere, aut mutare, &c. non potest 15.b
Inficiationis crimen vt mulctetur 311.b
Inficiationis punitio 267.a. & 311.b
Ingenui qui sint, & vt efficiãtur 21.c. & 22.a
Ingenuorum successiones in quo à libertorũ successionibus differant 173.c
Ingrati vitium quàm grauiter puniatur 100.c
Ingratitudinis actio vt conciperetur 53.c
Ingratitudinis ergô libertus in seruitutem reuocari potest 26.b
Inhonestarum rerum nulla est societas 225.a
Inimicitiae excusationẽ à tutela praestant 67.b
Inimicitiis capitalibus pôst secutis legatum tacitè ademptum videtur 149.c
Iniuriae consideratio 252. secund. a. b. & dein.
Iniuria etiam quae reipub. commodare potest, iniuria dicitur 252. secund. c
Iniuria in animo sedem habet 330.c
Iniuria in lege Aquilia quae intelligatur 251. primo b
Iniuria non re tantũ, sed etiã verbis fit 240.b
Iniuria quae corpori infertur, etiã leuiuscula, maior in infinitum est ea quae rerum iacturam sustinet 242.b
Iniuria seruis illata vt vindicetur 253.a
Iniuria testamento remissa reuocari non potest 254. c. sed nec in confessione secreta ibid.
Iniuria vt intelligatur condonata 254.c
Iniuriae vindicandae poena vt ineatur 253.c
Iniuriam omnino remittere, an cuiuis liceat 8.a
Iniuriarum actio ad vindictam publicam tendit 254.b
Iniuriarum actio anno finitur 335.a
Iniuriarum actio cui detur 252.c
Iniuriarum actio neque haeredi datur, neque in haeredem competit 335.b
Iniuriarũ actio sola dissimulatione tollitur 254
Iniuriarum vel depositi damnatus, infamiae nota afficiebatur 339.b
Innominatae conuentiones stipulatione ita firmãtur, vt in eis poenitẽtiae locus nõ sit 192.b
Inofficiosi querela adita demum haereditate competit 132.b
Inofficiosi testamenti consideratio 131. b.c
Inquilinus qui sit 287.c
Inscriptio etiam in accusatione suspecti tutoris necessaria est 70.a
Inscriptione an obstringatur mulier in accusatione 70.c
Insidiis struendis tempore opportunitatéque vel maxima opus est 127.b
Insinuatio in donatione 50. aureos excedente quid effectus habeat 100.b
Institor ab exercitore quid differat 327.c
Institor an domini morte continuò reuocatus esse intelligatur 230.c
Institoriae & exercitoriae actioni cõmune 327.c
Institutio ab initio inutilis, tractu temporis non debet confirmari 116.b
Institutio ad certum aliquod tempus fieri non potest, nec substitutio 128.c
Institutio aut pura esse potest, aut sub conditione, non in diem, aut ad certum tempus 118. quarto a.b
Institutio aut substitutio directa an in obliquã verti possit 156.b
Institutio in testamento tantùm locum sibi vẽdicat 222.c
Institutio prior est, deinde substitutio 128.a
Institutio pura conditionali vberius consulit 129.c
Institutionis titulus, non in liberis tantùm, sed & in parentibus desideratur 133.a
ex Institutionis titulo maior vtilitas ad filium redit, quàm ex aliquo alio titulo 133.a
Institutionum Iustinianarum componendarum authores 1.c
Institutionum locus emendatus 12.b. & 56.b
Instituto in certa re sine cohaerede, reliqua haereditatis portio accrescit 129.c
Instrumentum vt improbari possit 207.b
Instrumenti improbationi vnus testis sufficit, modò is ex eorum numero sit qui instrumẽto fidem suam accommodauerit 207.b
Instrumenta quando sine die & consule edenda sint, & quando aliàs 207.a
Instrumentorum authoritas 208.b
Insula varijs modis dicitur 79.c
Insula in flumine publico nata, cuius sit 79.c
Insula in mari nata, occupantis fit ibidem
Insularius, insulae custos, Gallicè, Cõcierge 79.
Integra quando dicatur esse res 229.c
Intentionis vocabulum pro actione ipsa vsurpatur 336.c
Inter caeteros, hoc ἀορίστως seu indefinitè 116.c
Interdictorum consideratio 340.a
Interdictum de liberis exhibẽdis ad quid detur 341.c
Interdictũ de mortuo inferendo cui detur 341.b
Interdictum fraudatorium vbi locum habeat. 283.b
Interdicta ad priuatam causam, nõ ad publicã accommodata sunt 74.c

Interdicta ex vi profecta 342. c
Interdicta omnia aut simplicia sunt, aut duplicia 344. a
Interdicta oïa circa possessiones versantur 341. a
Interdicta omnia in rem suue scripta 343. c
Interdicta, quasi inter plures dicta 261. b
Interdictorum diuisio 341. b
Interdictorum & actionum discrimen 261. b
Interdictorum formulæ Arcadij rescripto sublatæ sunt 344. b
Interesse nostrum vt probari possit 196. b
Intestabiles etiam intestati dicuntur 157. c
Intestatus decessisse intelligitur is cuius hæreditas non aditur, etiamsi maximè testamentum scripserit 133. b
Intestatus decessisse quomodo quis intelligatur quod ad tutelam pertinet 52. c
Intestatus quis dicatur 157. b. c
ad Intestatorum successionem primùn liberi, deinde agnati, tertio loco cognati euocantur 161. a
in Intestatorum successione quis ordo seruandus sit 166. b. c
Inuecta & illata in rem conductam, pro pensione pignoris loco sunt 285. c
Inuenisse thesaurũ qua ratione quẽ dicamus 85. a
Inuentarij beneficium hæreditatem adituris hodie necessarium est 135. a
Inuitus beneficium agnoscere quandoque compellitur quis 236. a
Inuitum quem detineri, species seruitutis est 341. c
Inundatio ab alluuione vt secernatur 80. a
Ioannis Longouallij lucubrationes tanquam aurum Midæ 91. c
Ira vt explodatur 7. c
Iter & actus quid differant 88. b
Itineris possessionem quis acquirat, scientia aduersarij minimè requiritur 91. b
Itinerum frequentatorum obsessor insidiosus impune occidi potest 162. c
cum Iubente quodammodo contrahitur 327. a
Iudex à iure dicendo dictus est 345. b. c
Iudex an etiam & quando officium suum inuitus impertiri nobis debeat 262. b
Iudex an semper secundum acta iudicare debeat, an etiam aliquando secundum conscientiam 60. b
Iudex compellendus est vt ad id quod nostra interest, condemnationem faciat 322. a
an Iudex esse possit qui minor est 25. annis 56. c
Iudex & certam sententiam & ex breuiculo recitare debet 322. b
Iudex ex officio in quibusdam causis aliquid supplere potest 296. c
Iudex filiusfa. quatenus sibi est in peculio, tenetur de iis quæ peccat 255. a
Iudex in ambiguis testamentis quid sequatur 137. a
Iudex nulli nisi petenti officium suum impertiri tenetur 269. c
Iudex per imperitiam malè iudicans, ex quasi delicto obligatus videtur 255. a & quatenus ibidem. c
Iudex quilibet iurisdictionem suam pœnali aliquo remedio tueri potest 183. c
Iudex quot annos natus esse debeat 56. c
Iudicis error quando tolerabilis sit 255. c
Iudicis imprudentia hæredi incommodare non debet 138. a
Iudicis munus in actione malè proposita 269. b
Iudicis officium circa quæ versetur 321. a b. c & dein. 345. c
Iudicis sententia consensui æquiparatur 346. c
Iudicis sententia omnino certa esse debet 322. b
Iudici data pecunia ob iudicandum, condici nõ potest 210. b
si ex duobus Iudicibus eiusdem agri alter delinquentem acceperit, is solus de ea causa cognoscit 78. b
Iudicandi munere à principe minori concesso, dispensatum cum eo intelligitur 27. b
Iudicati actio ex sententia iudicis oritur 338. b
Iudicati actio, id est in factum actio ex iudicato descendens 296. b
Iudicatis quadrimestre tempus ad soluendum dari solet 193. c
Iudicium, id est iudicialis conflictus, siue contentiosa iurisdictio 262. c & 324. c
Iudicium quod iudice caret, mancum est 345. b
Iudicium vt accipi diceretur 39. c
Iudicio quem sisti dolo malo impediens, qua actione teneatur 300. a
Iudicio sisti cautio, quam vim habeat 332. b & quando interponi debeat ibidem
in eodem Iudicio, vt interpretandum sit 324. b
Iudicia famæ iacturam afferentia 345. a
Iudicia in ecclesia exerceri licita 24. c
Iudicia omnia Arcadij rescripto extraordinaria esse cœperunt 344. b
Iudicia omnia ex parte actoris, non autem rei, metimur 313. b
Iudiciorũ ciuiliũ & publicorũ differẽtia 347. a
Iulius Cæsar ad pœnam 40. aureorum actionem in eos cõstituit, qui terminos suo loco mouerint 308. b

Iulius Cæsar nisi morte præuentus fuisset, leges restituisset 3. b & 5. a
Iulij Cæsaris ambitio tyrannica 14. c. *vide Cæsar*
Iulij Velleij ad legem Aquiliam de posthumorū institutione additio 117. c
Iupiter etiam fatis subditus 7. a
Iuramentū à parte in ecclesia recipi potest 24. c
Iuramentum calumniæ à quibus præstandum sit 344. b
Iuramentum in litem vbi locum habeat 300. b
Iuramentum in rebus turpibus & illicitis, non est obligatorium 228. c
Iuramentum priori testamento adhibitum, non vetat quo min' posteriore mutari possit 149. b
Iuramentum pro veritate habetur 276. b
Iuramentum quod vel bonis moribus vel legibus repugnat, obligatorium non est 257. a
Iuramenti deferendi ac referendi & recusandi remittendique consideratio 295. a. b & dein. 296. a. b
Iuramenti vis quanta sit 296. b
Iuramēto vltroneo an aliquando stādū sit 295. a.
qui Iurare per iudicem cogitur, huic omnino vt iuret necessitas est 295. b
Ius, id est seruitus 92. a
Ius quid significet 261. c 92. a
Iuris diuisio in naturale, gentium & ciuile à triplici hominis consideratione desumpta 9. a
Ius accrescendi & successorium edictum differunt 163. c
Ius ad rem habere qui dicantur 274. c
Ius alicui quæsitum, nec à principe quidem cōuelli potest 299. c
Ius ciuile quod sit 12. b
Ius gentium ab imperatore & lege ciuili comprobatum est 86. c
Ius gentium non ab vna aut altera tantùm gente metiendum est 241. c
Ius gentium primarium & ius gentium secundarium 10. c & 77. c
Ius restituere ac reparare olim & Pōpeius magnus & Iulius Cæsar statuerant 3. b & 5. a
Iuris gentium & ciuilis differentia 10. a
Iure gentium dicuntur acquiri etiam ea quæ lege xij. tab. acquiruntur, & quare 86. b
Ius iniquum impetrauit, si eo vti nolit, idque constet, in edicti pœnam commisisse non videtur 299. c
Ius naturale cur dicātur animalia docta esse 8. c
Ius naturæ iure ciuili iuuatur 19. a
Ius naturale, nunc gentium, & ius antiquum dicitur. 74. a
Ius naturale primarium, & ius naturale secundarium 10. b. c
Ius nonnunquam vocantur omnia defuncti bona in vnum veluti cumulum collecta 174. c
Ius nostrum in quo consistat 19. c
Ius omne Romanorum in tres partes relatū 19. c
Ius patronatus hypothecæ supponi potest 289. c
Ius persequendi cur dicatur 174. c
Ius personarum quid sit 19. c
Ius prætorium, ius ciuile quandoque emendat, quandoque corrigit, quandoque impugnat 175. b. c
Ius prætorium, ius honorarium 16. b
Ius publicum in quibus consistat 8. b
Iuris publici constitutionem iudex immutare nō potest 113. a
Ius sibi dicere nemo potest 252. *secun.* b
Ius trium liberorum, sublatum est 165. a
in Ius vocatum vi eximens, qua pœna teneatur 300. a
Iuris ciuilis bona pars, eáque difficilior, circa testamenta consistit 106. a
Iurisconsulti captiunculas non excogitant 193. c
Iurisconsultorum leges, quæ & responsa vocātur, quanta in authoritate fuint habitæ 16. c & dein.
in Iuris deliberandi locū, inuentarij beneficium surrogatum est 135. a
Iurisdictio in iis quæ mixti imperij sunt desideratur 58. a
Iurisdictio mandata reuocari quæ possit, quæ nō 15. c
quæ voluntariæ Iurisdictionis sunt, etiam extra iudicium sine prætore expediri possūt 25. b
quæ contentiosam Iurisdictionem desiderant, pro tribunali iudicis expediri debent 25. c
Iuris ignorantia nemini in damnis vitandis nocere solet 221. c
Iuris interpretum auctoritati, quos Doctores vocant quatenus standum sit 17. a
Iurisiurandi cōtempta religio deum vltorem habet 296. c
Iurisiurandi exceptio quo prosit 338. a
Iuris non scripti consideratio 17. a
Iuris possessio quomodo intelligatur 341. a
Iurisprudentia circa ius publicum & ius priuatum consistit 8. b
Iurisprudentiæ professores à tutela excusantur 68. c
Iurisprudentiam quis habeat 6. b
Iure suo cum alterius detrimento vti permittitur nemini 26. b. c
Iura incorporalia nunquam simpliciter vsuca-

piuntur, sed bene corporalia 87. c
Iura promptiora sunt ad absoluendum quàm ad condemnandum 11. c
Iura quæ ex re nobis debentur, oppignerari nequeunt 289. c
Iura quæ quis in personam se habere contendit, hypothecæ supponi non possunt 289.c
Iussus domini qualibus verbis concipiatur, parum refert 104.c.
Iussus in actione quod iussu quomodo accipi debeat 326. c
Iusta causa, idonea: iniusta, non idonea 28.c
Iusta causa, iustus titulus 265. b
Iusta hæreditas 23.c 157.b
Iusta seruitus quæ dicatur 23. c
Iusta voluntas, id est solennis & plena 107. b
Iusta vxor, iusti liberi 23. c
Iustæ nuptiæ quæ dicantur 33. b
Iustinianus imperator, Accursio Christian' 2. a
Iustinianus bis triumphauit 3.b
Iustinianus & iuris & armorum studium fœlicissimè amplexus 1. b
Iustiniani virtus in recuperandis Romani imperij prouinciis 4. c
Iustinus, auunculus Iustiniani 101.b
Iustus amor 23. c
Iustitiæ definitio expenditur 6. a. b
Iustitia perpetua esse debet 6.b
Iustius succedit, qui duplici iure succedit, & per manus iudicis bona accipit 175. c
Iustum pactum, quod alij vestitum vocant 23.c
Iustum prælium ibidem.

L

Lacedæmonij furari laudi ducebant 241. c
Lacedæmoniorum constantia in legibus suis immutatis conseruandis 18.c
Lamiæ curiosæ esse non debemus 28. a
Latro famosus meritò suspendatur, non quidem fur 247. a
Latro insidiator longo intervallo à fure distat 305. c
Latro itinera obsidens impune occidatur 262. c
de Lapide emi cuiusquā bona, olim valde ignominiosum erat 133. c
Lasciuia, ludus improbior 244. b
Lata culpa dolo malo proxima est 190. b
Lata culpa versutiæ, & culpa ignauiæ 190. b & 191. a
Latinorum libertinorū conditio qualis esset 25.c
Laurentij Vallæ sententia reiecta 22. a
Lædere se ipsum nemini permittitur 7. c
Læsio hominis liberi vt compensetur 256. a
Legales dispositiones & humanæ multùm differunt 52. a
à quo Legare possumus, ab eius harede legare possumus 127.c
Legare vltra dodrantem, lege Falcidia vetitum 150. b
Legari quæ possint 137.c
Legari quibus non potest, ijsdem quoque libertas inutiliter relinquitur 116. iterum c
Legatarius in testamento testis esse an possit 19. c & dein.
Legatarius, rei alienæ sibi legatæ dominium ex causa onerosa nactus, eius rei æstimationem petere non prohibetur 138. b. c *aliud si ex causa lucratiua* ibi.
Legatario res sua legari non potest 141. a
Legatarij & fideicommissarij quatenus creditores esse dicantur 282. c
Legatarij triplici actione legatum sibi relictum consequi possunt 136.c
Legatariorum coniūctio triplex est, realis, verbalis, mixta 139. a. b & dein.
Legatariis ad petendum legatum triplex actio competit 233. b
Legatus in prouincia legem particularem facere potest 15. a
Legati municipiorum, reip. causa absentes intelliguntur 279. a
Legatum quid sit 136. c
Legatum à legatario relinqui potest 154. c
Legatum ad pias causas, ob incertitudinem non vitiatur 12.b
Legatum adimi potest, vt hæredis institutio mutari 149.b
Legatum id ademptum videtur, quod tanti à testatore impigneratum est, quanti vendi potuisset 141. b
ab eo qui Legatum alicui debet, nihil omnino peti potest aliud quàm quod relictum est &c. 306. a
Legatum ecclesiæ relictum à testatore qui duabus subest, egentiori relictum videtur 306.b
Legatum ecclesiæ relictum, in obscuro, matrici ecclesiæ debetur 12.b
Legatum facilius adimitur quā institutio 119.b
qui Legatum ex testamento petijt, an ad querelam postea venire possit 133. a
Legatum fideicommisso singulari æquiparatur non vniuersali 151.b
qui Legatum in diem relictum, ante diem repudiat, nihil egisse videtur 194.b
Legatum, pœnæ nomine relinqui potest 149. a
Legatum quid differat à donationibus 136.a

Legatum sacerdoti relictum ipsi etiam ecclesiæ factum videtur 306.b nisi aliud ex coniecturis appareat 306.b
Legatum seruo factum extra causam alimentorum, inutile est 104.c
Legatum tandiu præstandum est, quandiu testatorem à sua voluntate desciuisse non cōstiterit 141.b
Legatum vniuersitatis cum suo onere transit 138.b
Legati & mortis causa donationis differentia 100.a
in Legato adipiscendo tempus testatoris mortis inspicitur 118. iterum. c
Legata conditionalia ante conditionis euentum ad hæredes non transmittuntur 146.a
Legata & donationes inter socios conferri nō debent, si societas simpliciter coita sit 225.b
Legata fideicommißis per omnia exæquata sunt 149.a
Legata in solidum persequimur, nisi sicubi Falcidiæ ratio aliud suaserit 142.a
Legata olim varijs modis relinquebantur 136.b
Legata piis locis relicta inficians, aut differens donec à magistratu conueniatur, duplici actione conuenitur & 306.a 311.b
Legata plus quàm per legem Falcidiam licet soluta, hæres non reuocabit 135.a
Legata quibus actionibus petantur 136.c
Legata seu fideicommissa in fraudem creditorum facta indebiti condictione seu vtili reuocatoria reuocari possunt 281.a
Legata tot sunt, quot præstationes 194.c
Legatorum ademptionis & translationis consideratio 149.b.c
Legatorum appellatione etiam libertates continentur 28.c
Legatorum cautio vbi locum habeat 199.c
Legatorum ceßionis consideratio 143.c
Legatorum coniunctim aut diuisim relictorum consideratio 129.b.c
Legatorum & fideicommißorum vna est natura 74.a & 154.c
Legatorum ius olim erat amplius quàm fideicōmißorum 137.b
Legatorum omnium vna & eadem est natura 234.a
Legatorum venerabilibus locis relictorum priuilegium, ad ea etiam quæ redimendis captiuis relicta sunt extendi debet 306.a
in Legatis alternatiuis, cuius sit electio, hæredisne, an legatarij 323.c
Legatis an locus sit euictioni 138.a
Legitima, quarta pars est eius quod quilibet ab intestato habiturus erat 132.c
Legitima vnde dicatur hæreditas 157.a
Legitimare filios quibus permittatur 39.b
Legatio filiorum vt fiat 25.b 38b.c & 39.a.b
Legitimatus à Cæsare ad hæreditatem quoque vocatus videtur 39.c
Legitimatus à summo pontifice, ad quæ videatur legitimatus 39.b
Legitimi filij.i.adoptiui, patri intestato succedunt 158.b
Legitimi hæredes qui vocentur 162.a
Lemanus lacus vnde Alemani 2.c
qui Leprosum aliquem vocat, iniuriam illi facit 152. secun. c
Leuis culpa, & leuißima culpa 190.b.c
Lex Ælia Sentia quid contineat 27.b & 28.a
Lex Attinia furtiuarum rerum vsucapionem prohibet 96.a & 97.a
Lex Cornelia de captiuorum statu, primo bello Punico lata est 115.c
Lex Cornelia testamentaria in quē detur 348 b
Lex de affinitate loquens, sponsos non complectitur 35.c
Lex domina est membrorum hominis 21.a
Lex xij.tab. nihil aliud est quàm ius ciuile 86.b
Lex facilius quàm homo actum in frauden suā factum prosternere potest 281.c
Lex Falcidia locum habet quando inuentarium factum est 135.a
Lex Iulia de annona quos teneat 249.a
Lex Iulia de fundo dotali, solius vxoris non mariti fauorem respicit 231.c
Lex Iulia de vi publica, & de vi priuata quos puniat 348.b.c
Lex Iulia maiestatis in quos detur 347.b
Lex Iulia peculatus quos puniat 348.c
Lex municipalis de filia loquens, de nepte quoque intelligitur 34.c
Lex municipalis in alicuius personæ odium ferri non debet 10.a
Lex nihil vult videri frustra induxisse 194.b
Lex non omnis in omnium communem vtilitatem refertur 13.b
Lex per non vsum quantumlibet longi temporis non tollitur 19.c
Lex pœnam irrogans si futuri temporis verbo aut infinito modo concipitur, iudicis sentētiā omnino expetit: sin præsentis aut præteriti, ipso iure quis pœnæ subijcitur 248.a
Lex Pompeia de parricidiis quod d crimen puniat 348.a
Lex quæ aliquid corrigit, ad casus similes vel

etiam maiores extendenda non est 29.a
Lex qualis esse debeat 10.b
Lex scripta aut moribus recepta, ut tollatur 19.c
Legis Aquiliae consideratio 248.b
Legis Aquiliae causa inficiatione crescit 233.c & 311.b
Legis Aquiliae formula nisi damnũ ab aliquo datum sit, intendi non potest 233.c
Legis ciuilis mutatio ut fiat 19.b
Legis condendae & statuti eadem est ratio 10.a
Legis Corneliae de sicariis summa 347.c & dein.
Legis Corneliae fictio 46.c
Legis Falcidiae consideratio 150.a.b & dein
Legis Fusiae Caniniae abolitio 29.b
Legis Iuliae poena de ambitu, quae sit 349.a
Legis Iuliae repetundarum poena quae sit 349.a
Legis Papiae caput de successione libertorum 173.b
Legis permissio priuatorum cõuentione infringi potest 30.c
Legi prohibendi renunciare non licet 150.b
Legem generalem facere soli principi concessum est 16.c
Legem sibi nemo dicere potest à qua non possit recedere 149.b
in Lege ita absc̃ura, ut intellectus inde nequeat elici, quid agendum iudici 19.b
cum Lege melius quàm cum homine plerumque agitur 281.c
Leges à suis authoribus nomen accipiebant 13.b
Leges antiquatae & correctae an allegari debeant 107.c
Leges xij. tab. obscurae erant, ac proinde mandatũ est iurisconsultis ut de iure publicè responderent 16.c
Leges eaedem variis rerum publicarum formis respondere non possunt 19.b
Leges in ordinem redigere & Pompeius magn⁹ & Iuli⁹ Caesar olim proposuere 3.b & 5.a
Leges municipales ut fiant 10.a
Leges nouae, omnes eae dicuntur quae post 12. tabulas latae sunt 166.a
Leges nouas à veteribus interpretationem accipere nouum non est 232.b
Leges particulares à quibus fieri possint 15.a
Leges pontificio iure in parte nuptiali subscribere non dedignantur 33.b
Leges priores ad posteriores trahi, absurdum nõ est 165.b nec posteriores ad priores 203.c
Leges Tribunitiae unde coeperint 13.c
Legum alternationes unde perueniant 19.b
Legum & armorum studium omni tempore necessarium 4.b
Legum & constitutionum differentia 4.c
Legum sanciendarum mos apud veteres 13.b
Legibus etiam deos adstrictos esse 7.a
in Legibus scriptura cur exigatur 13.c
in Legibus multa exprimuntur quae ad sui dispositionem minimè necessaria sunt. 91.c
Legibus potius aliquid addendum est, quàm ut statim correctionem agnoscamus 230.b
Libellus actoris ut à reo reijciendus sit 269.b
Libellus cur certus esse debeat 322.b quando incertus possit consistere 322.c
quod Libellus est iurisconsultis, hoc argumentũ est dialecticis 269.a
Libellus olim litigaturis, praeterquam in causa criminali, necessarius non erat 310.a
Libellus quatenus emendari possit 324.b.c
Libello cõprehensa quatenus authori ipsius noceant 324.c
an in Libello semper causa exprimenda sit 264.b
pro Libelli famosi iniuria quae actio detur 252. secund.
Libellorum concipiendorum ratio 268.c & dein
Libellorum supplicum finis ad iudicem referatur oportet 262.b
Libellorum vetus formula 270.a
per Liberam personam actio nobis non quaeritur 327.b
per Liberã personã an aliquid acquiratur 265.a
Liberarum personarum causa licet furti actio sit, condictio tamen nũquam competit 244.a
Liberalis nemo est in necessitatibus 50.b
Liberalium studiorum professores à tutela excusantur 68.b.c
Liberationis legatum quàm validum sit 141.c
Liberationis summae in diem vel sub conditione debitae legatum utile est 201.b
Liber quis dicatur 20.b
Liber homo an se vendere possit 21.a
Liber homo bona fide seruiens domino acquirit 234.c
Liber homo processu temporis usucapi non potest 105.b
Liber homo ut legari possit 137.c
Liberi hominis laesio ut compensetur 256.a
Liberi hominis stipulatio inutilis est 200.c
Liberi hominis nulla est aestimatio 21.a 256.a
Liberum hominem qui sciens emit aut vendit plagij crimine teneatur 348.c
pro Libero homine non sponte occiso quae poena detur 256.a
Liberi homines mercede nobis seruientes quòd

iussu actione nos obligare non possunt 327. a
Liberorum hominum, ingenuorum & libertinorum differentia 21. c
Liberos esse homines, interest Reip. 25. b
Liberorum appellatio quatenus extendatur 34. a 116. a & 177. b
Liberi in acie pro Rep. caesi, excusationem à tutela parentibus afferunt 65. c
Liberi an omnino à parentibus & quatenus ali debeant 9. b. c
Liberi in successionibus legitimis omnibus praeferuntur 173. a
nec Liberi parentes, nec parentes liberos praeterire in testamento possunt, nisi testamenta sua infirmari velint 116. iterum b
Liberi patris perduellionis perpetuam infamiae notam subeunt 347. c
Liberorū appellatio latior est quā filiorū 116. c
Liberi quam magnam reuerentiam parentibus debeant 298. a
Liberi vt efficiantur legitimi 38. b. c
Liberi vulgo quaesiti matrem sequuntur 20. c
Liberorum gignendorum vnde tanta nobis insita cupiditas 8. c
Liberorum multitudo vacationem à plerisque oneribus olim concedebat 9. a & 65. b
Liberorum nostrorum animos nō corrumpi, nostra interest 309. b
Liberos parēt & alere & artibus imbuere debet 19. b
Libertas citra consensum seruo naturaliter inest 24. a
Libertas etiam inuitis seruis imponi potest 35. b
Libertas etiā per fideicommissum seruo relinqui potest 155. a
Libertas nolenti seruo rectè datur 236. a
Libertas quanti sit momenti 25. b 28. a
Libertas per fideicommissum seruo relicta, in sui haeredis gratiam, etiam abstinentis, sustinetur 134. a
Libertas quae ab initio hominibus inserta est, in seruo quoque vires adhuc habet 24. a
Libertas, res inaestimabilis 28. c
Libertas, summum est beneficium quod patroni libertis conferre possint 298. a
Libertatis directae seruo relictae differentia à fideicommissaria libertate illi relicta 27. c
Libertatis fauor cum alterius iniuria coniunctū esse non debet 26. b
Libertatem à se precio reijciens, postea manumitti nequit 21. a
ex Libertate ementita statim quis in seruitutem redigi potest 301. b
Libertate seruo sub conditione relicta si rationes reddiderit, peculium quoque legatum videtur 144. b
Libertini quid patronis suis debeant 26. a. b
in Libertinorum genere eadem obseruantur quae in libertorum successione 174. a
à Libertinis multa exigi possunt, quae ab ingenuis peti nequeunt 301. c
Libertus vni inter plures filios à patre assignari potest 174. a
Libertus an à tutela liberorum patroni sui excusare se possit 69. b
Libertus filiae dotem constituere potest, non debitor 282. a
Libertus operam domino praestare detrectans, iudicis officio ad id adigi debet 302. b
Libertus à patrono in quantum facere potest cōdemnatur nisi ingratitudinis noceetur 326. a
Libertus Orcinus χαρωνιακὸς ἀπελεύθερος. 155. b
Libertus patrono dimidium haereditatis relinquere debet 173. a
Libertus prius nudo pacto, postea iureiurando promissas operas patrono praestare cogitur 187. a
Libertus qua ratione in seruitutem reuocari possit 53. c
Liberti extraneus haeres patronum impune in ius experiendi gratia vocare potest 299. b
Liberti omnes ciuitatem Romanam consequuntur 299. a
Liberti patronum aut patronam &c. in ius sine venia vocare non possunt 299. a. b
Liberti quātā reuerentiā patronis debtant 298. a
Libertorum successionis consideratio 172. c
Libertorum successiones & ingenuorum vt differant 173. c
Liberum arbitrium omnibus tam naturali quā diuino iure tributum est 24. a
Libido vt expellatur 7. c
Libri à satellitio scholastico in domum conductam illati, pignoris iure retineri non possunt 287. b
Literarij ocij fauor in filiofa. mutuum accipiente 329. a
Literarum etiam expertes, & decuriones & iudices esse possunt 67. a. b
Literarū obligationis cōsideratio 215. b & dein.
Literarum obligatio multum differt à mutuo 187. b
Literarū obligatio quib' verbis cōcipiatur 215. c
Literis principis aut summi pontificii aliquid detrahens, falsi poena tenetur 297. b
Litis alienae defensor nemo idoneus esse citra

ſatiſdationem creditur 334.a. bis

Litis cõteſtatio facit rem nõ videri integrã 230.

Litis conteſtationis effectus 267. b

Litis impẽdia creditor à debitore nõ cõſequitur, niſi eum admonitum in ius traxerit 304. c

Litem apud iudicem aliquem conteſtans, ipſum quodammodo approbare videtur 338. c

Litem ſua fidei cõmiſſam à aduerſario oſtendens falſi tenetur 297. b

Lites componi reipub. intereſt 95.b

Litigatoris temerarij pœna 334.c. & 345.a. b

Litigaturis obſeruanda 269.a. c. 344.b

Littoris definitio 75. a

Littus maris communéne ſit, an publicum 74. b. & 75. b

Littoris & ripæ diuerſum ius eſt 75. b

de delicto in Littore maris commiſſo duabus ciuitatibus vicino quis cognoſcat 74. b

in Littore maris ædificans, ædificium ſuum facit 82. b

Locatio dominium non transfert 24. b

Locatio eſſe non poteſt vbi corpus ipſum non datur ab eo cui quid fiat 224. b

Locationis & conductionis conſideratio 222. a. & dein.

Locationis verbum pro conceſſione impropriè vſurpatur. 222 b

Locator conductori tenetur quando oſtia feneſtráſue nimium corruptas nõ reſtituit 224.b

Locatori quatenus inducta retinere conceditur 287. b

Locrenſium inſignis mos in nouis legibus ferendis 13. b

Locupletes qui intelligantur 173. b

Locupletior cum alterius detrimento iure naturæ nemo fieri debet 328. b

Locus iniuriam aggrauat 254. a

Locus Inſtitutionum caſtigatus 154. b

Locus Pandectarum correctus 137. b

Locus Pontificij iuris correctus 230. b

Locus ſacer nõ facilè prophanus efficitur 76.b

Locus vt efficiatur ſacer ac religioſus 76.a.b.c

eo Loco contraxiſſe vnuſquiſque intelligitur, in quo ſe ſoluturum obligauit 323. a

quomodo Loco plus petatur 323. a

Longum tempus ſeu diuturnum, decennium vel vicennium interpretamur 91. a. & 317.b

Lucrum deducto damno intelligitur 225.c

Lucri tantùm honeſti ratio habetur 155. a

Lucro etiam imputatur quod quis voluntatis explendæ gratia fecerit 241.b

Lucra turpia ab hæredibus extorquenda ſunt 284. b. 335. c

λύτρον, redemptio captorum 12. c. & 330.a

M

Macedonianum ſenatuſconſultum quibuſdam caſibus ceſſat 328. c

Macedoniani ſenatuſcõſulti priuilegio filiusf. renunciare non poteſt 328. c

Macedoniani ſenatuſconſulti vtilitas 294.a

Magica arte theſaurum perquirens, eum ſuum non facit 85. a.b

Magiſtratus & tutores vt conueniantur in tutela vel non adminiſtrata, vel malè adminiſtrata 64. a. b. & dein.

Magnæ facultates, hoc eſt, quingentos aureos ſuperantes 57. c. & 58. a

ob Maieſtatis crimen à patre commiſſum, filius etiam incommodum accipit 22. c

de Maieſtatis crimine adhuc poſt mortem inquiritur 247. b

Maior ſumma an ſemper minorẽ cõtineat 203.c

Maiores propriè qui ſint 298. b

Maiores viginti quinque annis quibus ex cauſis reſtitui poſſint 279. a

Mala fides iure diuino nunquã tuta eſt 95. c

Mala fides ſuperueniens vſucapioni non officit 98. b

Maleficium ſciẽte domino à familia admiſſum, ab ipſo admiſſum videtur 329. c

Maleficium non re tantùm, verumetiam verbis fieri poteſt 240. b

Maleficium ſine dolo eſſe vix poteſt 297. b

Maleficij conſultor, eo etiam non deſignato tenetur 228. c

Maleficia voluntate & propoſito diſtinguntur 27. b

ex Malitia ſua nemo commodum reportare debet 178. a

Malos puniri, reipub. intereſt 241. b

Mancipatio, imaginaria venditio 107. a

Mancipium Chriſtianum à pagano emptum, libertatem etiam inuito domino conſequi poteſt, oblata ſua redemptione 330. a

Mancipia bello capti cur dicerentur 20. c

Mancipia pignori ob penſionẽ obligata an manumitti poſſint 288. b. c

tam Mandans quàm mandatarius in delictis tenentur 228. b. & 297. c

Mandatarius in delicto ſi pœnam hoc nomine luerit, à mandatore eam recuperare non poteſt 229. a

Mandatarius mandato imparem ſe ſentiens, ſtatim illi renunciare debet 231. a

Mandatarij vtilitas in quo conſiſtat 228. a.

& in quo mandantis ibidem b

à Mandatario nõ par ſemper diligẽtia exigitur 191. a

Mandati consideratio 227. c. & dein.
Mandatum nisi gratuitũ sit, nullum est 231. a
Mandatum non semper morte finitur 230. c
Mandatũ obligationẽ perpetuò præcedit 212. b
Mandatum re integra reuocari potest 229. c
Mandatum vniuersalem administrationem respiciens mandatis morte non finitur 327. c
Mandati à locatione differentia 231. a
Mandati fines quatenus seruãdi sunt 229. a. b
Manifestus fur qui sit 242. a
Manus pro dominio vsurpatur 24. b
Manus nostras exire non dicitur, quod elocamus 24. b
Manumissi à manumittente discrimen 26. a
Manumissi in æde sacra, vel in testamento aut vindicta apud Consulem ciues Romani fiebant 25. c
Manumissio vnde dicta sit 23. c
Manumissionis modus à Iustiniano valde ampliatus 26. b
Manumissionis modi quamplurimi 24. b. c
Manumissionũ diuersarũ diuersi effectus 25. c
Manumittere in fraudem creditorũ vno in casu licet 27. a
in fraudẽ Manumittere quis censeatur ibid. b
Manumittíne possint mancipia pignori ob pensionem obligata 288. b. c
Mare cõmune est, & maris littora 74. a. 75. b
Maria quando dicantur clausa 75. a
Maritus an impensas in res dotales à se factas repetere possit 82. c
Maritus constante matrimonio rei dotalis dominus intelligitur 85. b
Maritus in bonis vxoris sine hæredibus defunctæ fisco præfertur 178. a
Maritus in dote restituenda quatenus facere potest conuenitur 142. a
Maritus quanuis rei dotalis dominus, tamen eã alienare non potest 101. c
Maritus quatenus soluto matrimonio de dote vxoris teneatur 325. a
an Maritus quod in vxorem ægram impendit, repetere aliquando possit 232. b
Maritus sui corporis dominus non est, sed vxor 31. c
Maritus thesaurum in fundo dotali repertum quo iure possideat 85. b
Maritus vxori dotem legare potest 142. a
an Mariti iniuriã mulieri persequi liceat 253. a
Masculis hæreditatem conseruari, ad decus & dignitatem familiarum pertinet 161. b
Masculinum an concipiat fœmininum 52. b
quòd Masculinum concipiat fœmininum etiã in pœnalibus constitutionibus, absurdũ non est 297. b
Ματαιόλογοι quidam non Theologi 12. c
ex Materia aliena species aliqua facta, cui cedat 80. b
Materias easdem diuersis titulis adiungere nouũ non est 136. a
Mater an, & quatenus filium alere debeat 9. b
Mater an omnino filiis succedat 164. c
Mater cum patre ad filij hæreditatem admittitur 164. c
à Matre etiam exemplaris substitutio fieri potest, sed proba & pudica tantùm, quæque ad secunda vota non transiuit 122. b
Mater in filium præiudicialem actionem mouere potest 302. b
Mater ingenua trium liberorũ ius habens, qualiter ad legitimam filij sui successionem vocaretur 164. c
Mater olim filium impune in testamento præteribat 116. iterum a
Mater olim à filij sui successione excludebatur 164. b
Mater nec ob famem filiũ vendere potest 33. a
Mater pro filio surrepto furti actionem non habet 244. a
Mater filio de tutore prospicere debet 165. b
Mater in successione filij legitimis omnib' personis antefertur, &c. 165. b
Matris fauor 165. b
Mater semper certa est, pater vt plurimum incertus 20. c. 167. a
Mater tribus temporibus filio commodare potest 22. a. pater vno tantùm ibidem
Matremfamil. pudicam appellans, iniuriarum tenetur 252. secund. b
Matrémne an patrẽ potius partus sequatur 22. b
Matres illustres alio iure quàm plebeiæ censentur 165. c. & 166. b
Matres ipsæ suo sibi lacte proles suas alere magis deberent, quàm ad nutrices ablegare 9. c
in Matris manu positum non est, vt tot vel tot liberos tollat, sed potius in Dei arbitrio 165.
Matris præteritio pro exhæredatione habetur 131. c
Matrimonium cur potius à matre dictum 22. b. & 31. c
Matrimonium ab iis qui deploratæ sunt senectutis contractum, subsistere non potest 34. a
Matrimonium captiuitate nõ dissoluitur 46. c
Matrimonium ea gratia suscipitur, vt ex mutuo coïtu liberi nascantur 33. c

Matrimonium inter Christianos solùm consistit 32. b
Matrimonium inter parentes & liberos in infinitum prohibetur 34. a
Matrimoniũ ita contrahi non potest, vt si vxor intra certum tempus non placuerit, ei nuncium remittere liceat 221. b
Matrimonium iure pontificio sola morte soluitur 317. c
Matrimonium quod sine spe contrahenda sobolis contrahitur, vix matrimoniũ est 9. b
Matrimonium semel contractum, an vllo modo dirimi possit 32. b
Matrimonium statuto laïcorum inhiberi nõ potest 9. c
Matrimonij necessitas olim, eiusdem honos 9. a
Matrimonij bona, tria sunt, quæ ad id exiguntur 33. c. & dein.
ad Matrimonij consummationẽ requisita 9. a
Matrimonij leges vnde introducta 19. a
in Matrimonio filiif. patris consensus iure ciuili exigitur 32. c
Matrimonia inter quos sint illicita 37. a. b
Maximi, magni, medij, minimi & infimi in dignitatibus 5. b
Medicus imperitè ægrotum secans, aut etiã fœtum deserens, vt mors sequatur, culpa reus esse intelligitur 252. primo a
Membri rupti, fracti, aut mutilati iniuria, æstimatio vt ineatur 253. c
Membrorum suorũ nemo dominus est, sed bene lex 21. a
Mendacium iure ciuili omnino improbabile est 276. c
Mendacij punitio 213. a. 267. a. 311. b. & 326. c
Mendicitas nõ soluendo esse quem arguit 283. c
Mens est quæ videt, non oculi 207. a
Merces alienas in mare proiiciens suarum mercium saluandarum gratia, nulla actione tenetur, &c. 87. b
Merces officio contraria est 231. a
Meretricius habitus occasionem iniuriæ fœminis afferendæ nõnunquã affert 252. secũd. b
Merum imperium habens, vulgo dominus nuncupatur 302. c
in Metallum damnato relictum, pro non scripto habetur 146. b
Metus exceptio quò prosit 337. a
Metus filij à patre, vel vxoris à marito, vt iustus dicatur, minas etiam accessisse oportet 310. c
Metus iustus quis dicatur 310. b
Metus officio iudicis nonnunquam retractatur 310. c
Meum, amplius meum fieri non potest 141. a & 198. c
Meum, mihi restitui stipulari aliquãdo possum, nempe si ab alio possideatur 209. c
Miles à tutela excusatur 68. b
Miles ab omnibus iuris ciuilis solẽnitatibus liber est 118. tert. c
Miles etiam capite damnatus, testamenti tamẽ factionem retinet 113. a
Miles ex certo tempore & ad certũ tempus hæredem instituere potest 118. quart. b
Miles pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest 127. b
Milites aliter quàm pagani testamenta conficiunt 111. a
Milites nostri non ita procul à veteris militiæ instituto desciscunt 111. b
Milites reipub. causa absentes intelligũtur 279.
Milites vbi militare desierunt, militari etiã priuilegio quo ad testamenta gaudere cessant 112. a
Militum arma, pignoris iure retineri non possunt 287. b
Militum priuilegium præcipuum circa testamẽtorum confectionem 111. c
Militaria delicta non similiter omnia mulctantur 113. a
Militaris imperitia vnde nascatur 111. c
Militia imaginaria hominibus quasi castrense peculium conceditur 113. c
Militia præcipua instituta 111. b
Minæ solæ an sufficiant vt quis vi repellendus sit 11. b
Ministerij vsus legatus quid contineat 94. b
Minor viginti annis ad tutelam aspirare prohibetur 68. b
Minoris fideiussor, restitutionis beneficio iuuari non potest 340. a
Minus petens cui plus debetur, de reliquo postea agere potest 209. a
Minus petenti quàm sibi debeatur, quomodo cõsulatur 324. a. & dein.
Misericordiæ causa pecuniam annumerans ne calumnia fiat, eius pecuniæ repetitionem habet 311. a
Missilium antiqua iactatio in vulgus cur fieret 87. a
Missio ignominiosa omnem testamentorum factionem adimit 113. a
Mixta sub simplicibus continentur 264. b. c
Mixtæ cur dicãtur actiones quædam 307. a
Moderatio in vi repellẽda qualis esse debeat 11. a
Modicum tempus quod dicatur 279. c

Monachismi voto filiusfa. sine patris authoritate bene obligatur 204. c
Monachus hæres institutus, hæreditatem monasterio acquirit, si cœnobiarcha sui consensus accesserit 118. *iterum* c
Monachus in causa monasterij sui testari potest 119. c
Monachi cœnobio suo acquirere possunt 103. c
Monachi etiam stipulari possunt 197. c
Monachi ex maleficiis quæ ante monachismi professionem admiserunt, rectè cōueniantur 330. a
Monachi nō multum à liberis hominibus abesse dicuntur ibidem
Monachorum institutum minor xiiij. annis profiteri nequit 61. a
in Monachorum sodalitium se conferens, omniū bonorum possessionē ad suos sodales transfert 181. b
Monachis ita legatum relinqui potest, si Titiū in suum sodalitium recipiant, alioquin eo exuātur, sine sordiū aut simoniæ metu 149.
in Monachis locum habent ea quæ de seruis in iure traduntur 294. c
Mora non est vbi petitio non est 262. b
Mora commissa statim iudex vsuras & fructus nobis præstari iubet 321. a
in Mora esse quando credatur reus 323. b
in Mora irregulari quando tam mulier quàm extraneus constituantur de dote promissa 317. a
Morbo sontico laborantes, à tutela excusantur 67. a
Mors ciuilis, quæ maxima vel media capitis diminutione contingit 230.
Mors naturalis, & mors ciuilis 45. a
Mortis causa donatio quæ sit 99. b. c
vide Donatio causa mortis.
Mulier à filio suo quem etiam vulgo concepit, in ius vocari non potest 298. b
Mulier à viro legatum accipere potest 142. a
Mulier ab hæreditate patris existentibus masculis repulsa, fratri tamen qui aliquando patri successit, potest succedere 316. a
Mulier absentem maritum falsò mortuum existimans, & proinde alij nubens, an reuerso priore marito infamis sit, & an ad eum redire debeat 36. a
Mulier agens pro dote cauta præfertur creditoribus non probantibus numerationem 319. a
secus de probantibus ibidem
Mulier cui adium vsus legatus est, quibuscum eam inhabitare possit 94. a
si Mulier extra territorium nubens ab hæreditate patris lege municipali repellatur, potest tamen patris sui adita hæreditate in mariti territorium transire 316. a
cur Mulier filio pupillariter substituere nō possit 121. b
Mulier in repetenda dote negligētior, sibi imputet, &c. 317. c
Mulier indistinctè in bonis mariti omnibus creditoribus antefertur 118. c
Mulier iure communi filium in potestate habere non potest 43. c
Mulier iussu mariti contrahens, maritum quod iussu actione obligat 327. a
Mulier nuptiis à patriæ potestatis nexibus non liberatur 164. c
Mulier olim testari non poterat 114. a
Mulier patris hæreditati renuncians, fratri acquisita non renunciat 315. c
Mulier quæ se obligare non potest, nec de non petendo pacisci potest 337. c
Mulier quando in mora irregulari constituatur aduersus maritum 317. a
Mulier res amotas à iudice iussa non restituens, arbitraria actione coërcetur 321. c
Mulier, nisi mater vel auia, à tutelæ munere reiicitur 55. b
Mulier quatenus tutelā administrare potest 55.
Mulier an suspecti tutoris crimen accusare possit 70. c
Mulier vbi testis adhiberi possit aut non possit 108. c
Mulieris consiliū fragile & infirmū 50. a. 121. b
Mulieris imbecilli consilio quatenus consulatur 186. b
Mulieris nudus consensus ad rei dotalis alienationem non sufficit 102. b
Mulieri etiam secundo nubenti priuilegiū prælationis in bonis prioris mariti indulgetur 319. a
Mulieri iniuriā mariti an persequi liceat 253. a
Mulieri legatum si castè vixerit, debeatúrne, etiam si nubat 7. c
Mulieri quæ quæstum suo corpore facere cœpit, curator dandus est 62. b
Mulieres cur adoptare non possint 43. c
Mulieres testimonij dictionem in testamentis non habent 107. c
Mulierum priuilegium quod ad dotes attinet 318. b. c
Mulionis imperiti, aut etiam infirmi vitio admissa culpa punienda est 252. primo b
Mulsum ex melle meo & vino tuo factum, eius est qui miscuit 81. a

Municipales leges vt fiant 10.a
Municipij lege deficiente, ad ius ciuile ipsorum Romanorũ redire nobis permissum est 334.b
Munus patrimoniale, & munus personale 65.b
Munus id dicitur quod necessariò subire solemus 65.a
Muneribus publicis vel inuitus fungi quis cogitur 50.b & 65.a
Muri ciuitatum sancti sunt 77.b
Muri sine principis aut praesidis iussu reparari non possunt 77.b
Mutus & surdus tutores dari non possunt 50.b
Mutus ex stipulatione alteri obligari nõ potest, sed bene ex consensu 217.b
Muti & surdi an militare & etiam testari possint 112.b.c. & 115.b
Mutuare pecuniam an pupillus possit 103.b
an Mutui contractu filiusfa. patrem obligare possit 294.a. & 329.a
an Mutua pecunia debito ex contractu intra sex menses exigi iusso, alioqui perdendo, contineatur 186.b
Mutuum accipiens, casum fortuitum praestare debet 190.a
Mutuum aequè bonum reddi debet 188.b
Mutuum ciuile, mutuum non est, sed literarũ obligatio 187.b
Mutuum contractus est iuris gentium 187.b
Mutuum in quibus consistat 187.c
Mutuum non idem, sed eiusdem naturae & qualitatis reddi debet 188.a.b
Mutuum qua actione repetatur 188.b
Mutuum sub conditione datum, euentu conditionis confirmatur 187.c
Mutuum tripertito à doctoribus iuris considerari solet 187.a
Mutuum vnius tantùm generis est 187.b
eius diffinitio ibidem
Mutuum vt à donatione differat 188.b

N

Natalis sui scribendi momentum 23.b
Natalium restitutio quae intelligatur 23.b
Natalium restitutio, puerorum legitimatio, & vectigalium impositio, superioris sunt potestatis 10.b
Natalibus haud temerè serui restituuntur citra patronorum veniam 23.b
Natura omnis, conseruatrix est sui 8.c
quod secundum Naturam est, magis inspicimus, quàm quod accidit 61.b
Naturalis causa naturalem obligationẽ tollere potest ciuilis adhuc interim subsistẽte 337.b
Naturales etiam filij in potestate parentum sunt 38.b
Naturales liberi ad matris intestatae successionem admittũtur: de patris haereditate altercatio est 158.b
Naturalis obligatio quae sit 184.c
Naturaliter (id est pacto nudo tantùm) debitũ actione non petitur 263.b
rem ex Naufragio vel incendio iacentem auferens post aliquod tempus, furti aut aliàs vi bonorũ raptorũ iudicio tenebitur 65.c.87.b
Nauis leuandae causa proiecta, pro derelicto nõ habentur 87.a
aduersus Nautas, caupones, stabularios actio quae detur 256.b
propter Necem defuncti non vindicatam haeres interdum indignus efficitur haereditario cõmodo 120.c
Necessaria bonorum possessio vnde dicta 106.b
Necessarius haeres & suus cur dicatur filius 120.b
cur Necessarius haeres nonnunquã domino seruus fieret 133.c
Necessitatis causa res dotalis alienari potest 102.a
propter Necessitatem frequenter à cõmunibus iuris regulis disceditur 289.c
in Necessitatibus nemo liberalis existit 293.c
Negatoriae actionis consideratio 271.b. 272.b
Negligentia crassa & supina, culpae annumeratur 190.b
tempus Negligentiae auctoris, successoris negligentiae adiungitur 98.c
Negligentia odium vel citatione cessat 300.c
Negotij alicui facessendi pecunia suscepti crimen vt puniatur 310.c
Negotiorũ alienorũ gestor aliquando eius quod impendit repetendi facultatẽ nõ habet 232.b
Negotiorum gestorum actio adulto post xxv. annũ aduersus suũ curatorẽ competit 233.a
Negotiorũ gestor voluntarius esse debet 232.a
ex Negotiis gestis quae oriantur actiones, consideratio 232.a
Nemo plus iuris in aliũ transferre potest, quàm ipse habeat 187.c
Nepos in patris sui locum substituitur 159.b
Nepos vt auo suus haeres fiat 159.c
Nepotis vocabulũ tam eos qui per virilẽ, quàm qui per foemininam lineam descendunt continet 161.b
Nepotem an habere quis possit, qui filium non habeat 42.b
Nepotes an filiorũ appellatione cõtineãtur 52.a

Nepotes ex filia olim ab aui paterni hæreditate reiiciebantur 161. b. & 164. b
Nepotes ex fratre vt succedant 158. c. & 152. b
Nepotes non intelliguntur qui nondum concepti sunt 160. a
Nero imperator Christiani nominis hostis 2. a
Nomen officij aut dignitatis exprimatur in rescriptis principum, an nomen propriũ eius ad quem scribitur multum interest 198. b
Nomen, quod gentis est seu familiæ proprium nomen 147. b
in Nomine appellatiuo error aliud atque in proprio nomine operatur 147. c
Nomina debitorum in familiæ herciscundæ actionem non veniunt 307. b
si Nomina debitorum nõ æstimata in dotem data sint, marito videtur concessum vt deducta impensis ipsam pecuniam à debitoribus exigat 325. c
Nomina debitorũ loco non continentur, ac proinde pignori esse non possunt 287. a
Nomina propria an appellatiua vsurpentur, permultum in quamplurimis refert 198. b
Non entis legatum an valere possit 139. a
Non numerata pecunia exceptio intra quod tẽpus opponi debeat 216. b
quod Nostrum est, amplius nostrum fieri non potest 263. b. & 303. c
quod Nostrum est, an stipulari possimus 201. a
Notarij fides irrefragabilis non est 207. b
Nothi qui vocentur 37. c
Noua voluntas testatoris vt probetur 130. c
Nouæ leges quæ dicantur 166. a
Nouatio quæ sit, & vnde dicatur 238. a
Nouatio alia est voluntaria, alia necessaria ibidem
Nouatio, quasi noua obligatio 107. b
in Nouatione concipienda aliud nouo, aliud veteri iure receptum est 238. b. c. & dein.
Nouationes quibus fiant 238. b
Nouerca quæ intelligatur 36. a
Nouercale odium, tritum vulgi sermone prouerbium 298. c
Nouißima prioribus derogant 129. b
Noxa caput sequitur 330. a
Noxæ deditio in liberis hominibus locum non habet 330. b
Noxæ deditionis duplex est vtilitas 329. c
Noxæ deditione, litis æstimatione defungimur 329. b
Noxalis iudicij maleficium insciente domino admissum esse oportet 329. c
Noxales actiones quæ dicantur 329. b. earum diuisio 330. a
Numa Pompilius etiam arma curauit 4. a
Numerus multitudinis pro singulari in iure sæpe vsurpatur 20. a
Nummi diuersorum ita commixti vt discerni non poßint, eius fiunt qui acceperit 81. b
Nuncupatiui codicilli, qui sola voce constant 155. c
Nuncupatiuum testamentum quod sit 110. c
Nuptiæ, ab obnubendo dictæ 31. c
Nuptiæ à patriæ potestatis nexibus non liberãt 164. c
Nuptiæ ante xiiii. annum contractæ subsistere non possunt 33. b
Nuptiarum iustarum consideratio 33. b
Nuptiarum prophanatores qualiter mulctentur 38. a
Nurus non tantùm vxor filij intelligitur, sed & nepotis & pronepotis 35. c

O

Obligationum consideratio 184. b. c. & dein.
Obligationis definitio 185. b
Obligatio actionem parit 258. b. & 262. b
an Obligatio vlla ciuilis inter patrem & filiũ constare poßit 33. a
Obligatio consensu contracta, contrariæ voluntatis dissensu dissoluitur 239. b
Obligatio etsi nascatur, tamen actio plerunque in tempus differtur 94. b
Obligatio omnis quæ ex delicto descendit, personalis videtur esse 281. a
Obligatio per quas personas nobis acquiritur 234. b
Obligatio quibus modis cõtrahitur, iisdem penè dissoluitur 235. a
Obligatio vt re contrahatur 186. b. c
Obligationis ad ἀνάλογα effectus 185. a
Obligationis ex consensu profecta consideratio 217. b
Obligationis substantia, temporis adiectione nõ mutatur 194. a
ex Obligatione conditionali neque actio oritur antequam eueniat conditio 194. c
Obligationes dandi non recipiunt eius quod nostra interest præstationem, sed benefaciendi 312. a
Obligationes ex delicto descendẽtes, neque hæredibus competunt, neque in hæredes dantur 212. a
Obligationes, iurisne gentium sint, an ciuilis 261. a
obligationes omnes aut iuris ciuilis sunt, aut prætorij 185. b

Obligationum distributio 184. a & 186. a
Obligationũ ex quasi contractu obligatio 231. c
Obligationum quæ ex delicto nascuntur, consideratio 240. per totum
Obligationibus omnibus fideicommissor accedere potest 211. b. c
in Obligationibus puris tempus modicum solutioni indulgendum est 291. c
in Obligationibus quæ ex quasi maleficio descendunt, vno soluente omnes liberantur: cõtrà in iis quæ ex delicto descendunt 256. c & 257. a
Obliqua verba in substitutionib⁹ quæ sint 124. a
Obscuritas, breuitatis comes 16. c
in Occupatione primus acquirendarum rerum modus consistit 77. c
Oedipi illicitus coitus 43. b
non Offendere aliquem pollicitus, an aliquando ab ea pactione discedere possit, si is cui pollicitus ita est, in exilium ea lege mittatur, vt reuersus offendi possit 30. c
Officiali delegata causa, censetur commissa digniori 12. b
Officium iudicis quod intelligatur 345. c
Officium iudicis ab actione differt 262. a
Officium iudicis nonnunquam cum actione cõcurrit, nonnunquam cum ea consistere non potest 301. c
Officium iudicis nullam præcessisse obligationẽ fingit 272. b id vt imploretur ibidem
Officium iudicis quadripertitò in actionibus stricti iuris consideratur 321. b & dein
Officium quid significet 345. c
Officij gratia plerumque matrimonium interdicitur 37. b
Omnis dictio, nunc collectiuè, nunc distributiuè sumitur 20. a
qui ex Onerosa causa rem habet: etiam si causa cesset, fructus tamẽ pro rata oneris suscipiet 84. b
Opem ferre quid sit 244. b
Opem furi præstans, furti tenetur 244. b. c
Operam vice pecuniæ in societatem conferens, communibus impensis eam accommodare debet. 226. a
Operæ officiales & fabriles an ad extraneos transeant 181. c
Operæ tam fabriles quàm artificiales manumissioni impositæ à liberto per patronum exigi possunt 301. c
Operas patronus tantùm vtiliter sibi stipulatur 297. c
Operas serui vsuarij vsuarius nec locare nec vendas concedere alteri debet 94. b
Opiniones doctorum iuris qualiter amplexanda 17. a
Oppressis quatenus succurrendum 8. a
Optionis vel electionis legatum an ad heredes transmittatur 146. a
Opus muro ciuitatis admotum quatenus toleretur 77. b
Oraculum vnde dicatur 44. a
Oratio pro senatusconsulto nonnunquam vsurpatur 131. a
Orationes in iure quæ dicantur 131. a
Orcinus libertus quis dicatur 155. b
Ordinaria iudicia vnde dicta fuerint 344. a
Ordinarius quilibet legem particularem facere potest 15. a
Ordo scripturæ testamenti quod ad hæredis institutionem & legata pertinet, testamentum non vitiat 148. c
Ordinis omissio an rẽ de qua agitur vitiet 208. b
Ordinis seu excussionis beneficium quod reis debendi ac fideiussoribus datur 213. b
Orficiani senatusconsulti effectus 165. c
Organum domini, nuncius qui omnia ex volũtate domini facit, quique quod loquitur Dominus loquitur 230. b
Ostrogotthi & Visigotthi 3. a

P

tam Pacis quàm belli tempus & legum & armorum studiis opus habet 4. a
Pactio hæreditatis deferri non solet 42. a
Pactio qua aliquis se quippiam in testamẽto relicturum profitetur, lege ciuili improbata est 42. a
an à Pactione discedere aliquando liceat 30. c
Pactum contractui bonæ fidei adhærens, tàm actoris quàm rei gratia inesse potest: secus in strictis iudiciis 312. c
Pactum iuxta contractum in continenti appositum pars contractus esse censetur 314. c
Pactum naturalem obligationem tollit, ciuili adhuc subsistente 337. c
Pactum nudum, re vestitur, hoc est iustum efficitur 186. c
Pactum perpetuum exceptionem peremptoriam facit 337. c
Pacti de non petendo effectus 337. c
ex nudo Pacto actio nonnunquam datur 242. a
Pactis omnibus vnicum vestimentum, nimirum causa, sufficiat 187. a
Paganus vnum testamentũ facere potest 110. b
Pagani aliter testamenta conficiunt, aliter mi-

lites 111. a
Pagani testamentum qui postea militare cœperit, iure militari valere incipit 113. b
Papa vide Pontifex
Parentes qui intelligantur 298. b
Parentis appellatio quatenus extendatur 34. a
Parens liberos alere cogitur 16. a
Parẽs qui filium arte non imbuerit, filium cum vxore alere debebit 19. b
Parentes etiam naturales à filiis in ius sine venia vocari non possunt 298.b
Parentes filiis, & contrà, alimenta præstare debent 302.a
Parentes inopes à filiis ali debent 9. c
Parentes qui intelligantur in parricidij crimine 348. a
Parentum numero qui sint 40.b
Parentum tutelæ consideratio 55.c
Parentibus cũ filiis fa. lis esse nulla potest, præterquam in castrensi aut quasi castensi peculio 298.c
Parentes Franciæ, patricij dicuntur 46. b
Paroch⁹ an sine venia in ius vocari possit 298.c
Parricidij crimen qua lege puniatur 348. a
Parricidij lex primo à L. Cornelio lata, deinde à Pompeio reformata, Pompeia nomen sibi facit 348. b
Parricidij pœna seruis ex natura omnibus communi imposita est 24. a
si Partes in societate coëunda nullæ exprimãtur æquales esse intelliguntur 225. b
Particulatim debitum suum recipere, plerumque incommodum est 238. a
Partus à ventre separatus separatim consideratur 143. a *sed in vtero adhuc existens, portio viscerum censetur* 143. a
Partus an ad fructuarium pertineat 84. c
Partus ancillæ, in fructu non est 84. c & 96.b
Partus cur ventrem sequatur 20. c
de Partu agnoscendo præiudicialis actio vt reddatur 301. c
Pater à filio emancipato in solidum conuentus, quatenus tamen facere potest damnatur 326.a
Pater à filio exhæredatus, inofficiosi querela agere potest 131. c
an Pater stipulari possit 204. b
Pater an ex omnibus cõtractibus filij obligetur 299. a
Pater an ex delicto filij cõueniri possit 264.b.c & 330. b
Pater cur filio testamentum faciat 126. c
Pater est, quem nuptiæ demonstrant 22. b & 158. c
Pater & dominus peculio tenus ex obligationibus filijfa. & serui tenentur 293. b
Pater & filius ciuili iure vnius personæ vice funguntur 185. a
Pater & filius in alieno testamento testes esse possunt 109.b
Pater ex delicto aut quasi delicto filij nec de peculio tenetur 255. b
Pater filij vicem obit 204. b
Pater in filium pro iure filiationis rectè experitur 302. a
Pater filiæ bona aduentitia habenti dotem constituens, de ipsius bonis in dubio constituere præsumitur 318. a
Pater filium domesticum furem castigare debet non iudex 244. c & dein
quando Pater inuita filia ad dotem agere possit 318.a
Pater licet patriam in filium potestatem habet, dominium tamen nullo modo habere censetur 244. a
Pater litem filiofa. inferre non potest 33. a
Pater necessitate vrgente filium vendere, ergo & obligare poterit 33. a
Pater nomine patriæ potestatis actionem cum filia communem habere creditur 317. c
Pater obæratus, filiæ dotis nomine nihil dare potest 318. b
Pater officio iudicis cogi potest vt filiæ dotem constituat 318.a
Pater præiudiciali actione filium in potestatem reuerti compellere potest 33. b
Pater pro filiofa. surrepto furti actionem habet 244. a
Pater pro iniuria filio suo emancipato illata agere non potest 253. a *nec pro filij monachi iniuria ibidem*
Pater quaten⁹ pro filio suo tutore obligetur 50. c
Pater quibus casibus filiam dotare non teneatur 218. a. b
Pater sæpe incertus est, mater semper certa 22.b
Pater si quid filij ex delicto damnati nomine soluerit, an ex peculio filij deducere possit 293. c
an Pater stipulando filio aliquid acquirat 203.a
Pater vilis & abiecta persona filio impuberi substituere non potest 121.c
Pater vt plurimum incertus est, mater semper certa 20. c
Paterfa. quatenus ex peculio filij conueniatur 325. a
Patris ac tutoris erga pupillos diuersa est cura 205. c

Patris calamitas quatenus filiis quo ad libertatem noceat 21.a
Patris crimen in filios redundans 22.c
Patris est officium, filiam dotare 142.b
Patris iudicium seu testamentum mitius eleuatur iure prætorio quàm si iure ciuili statim testamentũ nullum esse filius assereret 116.b
Patrem impune occidere filio licet patriæ proditorem 12.a
Patrum potestas in filios vitæ ac necis, lege coërcita 31.b
Paterna hæreditate filium carere, ignominiosum est 116.a
Patriæ ne potius an parẽti obtemperãdũ sit 12.a
Patria ac dominica potestas simul non concurrunt 44.b
Patria in filium coërctio, modica esse debet 32.c
Patria potestas ab iustis nuptiis proficiscitur 37.
Patria potestas ad componendos filij mores pertinet, tutoris auctoritas ad defendendum 48.b
Patria potestas in quo maximè consistat 205.c
Patria potestas in quos filios extendatur 31.c
Patriæ potestatis effectus 32.c
Patriæ potestatis soluendæ ratio 44.c
Patriciatus dignitate filius à patris potestate eximitur 44.c
Patricij qui dicantur 46.b
Patricius filius est qui ante remotionem patris sui à senatu, conceptus est 47.c
Patricij olim plebiscitis nõ obstringebãtur 14.a
Patrimonium Dei 79.a.b
in Patrimoniũ nostrum vt redigantur res 73.b
Patrimonij quantitas, quod ad Falcidiã attinet, ad quod tempus sit redigenda 151.a
in Patrimonio nostro esse & ex bonis nostris esse differunt 248.b
Patronus à liberto condemnatus inquantum facere potest condemnatur 326.a
Patronus ex liberti sui bonis nihil sperare potest dum libertus suos hæredes habet 282.a
Patronus in legitima liberti sui hæreditate fratri præponitur 172.b
Patronus legitimã suam portionem in successione liberti quibuscunque personis institutis adimit 172.b
Patronus malè versans in bonis pupilli, vt coërceatur 70.c
Patroni extraneus hæres à liberto in ius sine venia vocari non potest 299.b
Patroni famæ parcendum est 70.b
Patroni legitima portio in bonis liberti, tertia pars bonorum est 283.a
Patronos liberti non temere in ius vocent 26.b
Patroni libertorũ suorũ tutelam suscipiũt 55.a.b
Paulina (seu Pauliana) actio à quo sit dicta 280.c & 281.a *eius definitio* *ibidem.* a
Pauperies, damnum est citra iniuriam facientis datum 330.c
de Pauperie obligatio ex Solonis legibus translata est 185.b
de Pauperie per quadrupedem facta quãdo detur actio 330.c & 331.a
Pauperior ac vilior cui potentior exitium minatus sit quid agat 11.b
Paupertas tutoris aliquando facit vt salarium detur 51.c
Paupertas vt à tutela excuset 66.c *non semper à tutela repellit* 72.a
Peccata suos authores tenent 335.a
Pecoris ad aquam appellendi ius, species rusticæ seruitutis est 89.a
Pecoris pascendi ius rustica seruitus ibi.b
Pecorum vsu legato, vsuarius ad stercorandum agrum vti poterit 94.b
Pecudum appellatio propria quæ sit 248.b
in Pecudum fructu quæ sint 84.c
Peculatus pœna qui teneantur 348.c
Peculium habere paterfamilias nõ potest 224.c
Peculium non perinde seruo cedit manumisso in testamento, atque inter viuos manumisso 144.a
Peculium seruo à medio sublato vix consistere potest 143.a
Peculium seruo relictum, cuius aut lucro aut damno augeatur vel minuatur 143.c
Peculij castrensis profectitij & aduentitij differentia 293.c & 294.b
Peculij concessio seruo & filiofa. à patre & domino, quid in se habeat 203.b
Peculij definitio 103.c
de Peculio actione an adiectio vocanda sit 295.a
de Peculio actio & de in rem verso, quid differant 328.b
de Peculio & de in rem verso actiones, effectu reales esse intelliguntur 281.b
de Peculio & de in rem verso actio datur quoties contra domini expressam voluntatem cõtractum est 328.b
Peculiorum distinctio quadruplex 104.a
in Peculiis profectitiis & aduentitiis filio derogato arrogator succedit 182.a
Pecunia dotalis quomodo dotalis esse desinat 325
Pecunia omnis quæ nec vsus regionis nec consuetudini repugnat, proba existimatur in emptione 220.a
Pecunia, tam numerata quàm non numerata in-

telligitur 188. b
Pecuniam ob iudicandum vel non iudicandum accipiens, aut etiam ob denunciandum vel non denunciandum testimonium, qua pœna teneatur 349. a
Pecuniæ affectio nulla est 81. b
Pecuniæ appellatione omnes res veniunt 291. b
Pecuniæ cupiditas omnia dicere ac facere cogit 317. a
Pecuniæ indici vt malè iudicaret datæ, repetitio non est 210. b *secus si vt in bona causa secundum nos iudicaret* ibi.
Pecuniæ mutuo datæ genus si exulare cœperit, an creditor liberetur 314. b
Pecuniæ mutuo datæ præiudicium si vel minuatur vel augeatur, quomodo solui debeat 314. b
Pecuniæ non numeratæ exceptio priuilegio speciali debitoribus accommodatur 338. b
Pecuniæ nō numeratæ exceptio quo prosit 337. b
Pecuniæ ob turpitudinem datæ nulla est repetitio 210. a
Pegasianum senatusconsultum in Trebelliani formulam postea translatum est 151. a
Pagasiani senatusconsulti summa 153. a
quomodo Per as & librā fierent testamēta 107. a
de Perduellionis crimine vel post mortem inquiritur 347. b
Perduellionis reorum filij, hæredes scribi non possunt 116. iterum c
Peregrini hæredes institui non possunt 116. iterum c & 118. tert. a
Peregrini, id est qui ciues Romani non essent, institui non poterant 119. b
Peregrinis vt prospectum sit Romæ in hæreditatibus cognatorum acquirendis 152. b
Peregrino relictum, fisci commodis applicatur 146. b
Peremptoriæ exceptiones semper agentis intentionem perimere solent 33. c & 336. c
Perfecta ætas quæ intelligatur 56. c
Periculum & commodum rei venditæ ad quem pertineat 220. c
Periculi propulsatio, naturalis est 251. primo. c
Periurij prætextu, causam iureiurando decisam retractari, iniquum esset 338. a
quando de Periurio post iuramentum minimè quærendum sit 296. c
in Permissione generali quod illicitum ac inhonestum est, non venit 43. b
Permutatio olim sola in vsu erat 218. a
Permutatio qualis contractus sit, nominatúsne an innominatus 220. b
Permutatio quando dicatur 314. b
ex Permutatione præscriptis verbis actio, bonæ fidei iudiciis asscribitur 314. b
Perpetuum, hoc est non interruptum 6. b
Persequendi verbum quid significet 362. b & 263. b
Personale debitum vt consequamur 184. a
Personales seruitutes, quæ à persona personæ debentur 88. a
Personalia vitia successoribus singularibus nō nocent 275. b
Personalis actio vnde dicatur 265. a
Personæ dignitas iniuriam aggrauat 254. a
Personæ qualitas & negotij inspicienda in vindicta vleione 11. b. c
Personæ æquales quæ dicantur 123. b
Pestes humani generis tres, libido, ira, cupiditas 7. b
Pertinacis imperatoris egregia lex 131. a
Petitio hæreditatis, bonæ fidei actionibus annumeratur 315. a
Petitio hæreditatis, ex centumuirali honoraria facta est 273. b
Petitio hæreditatis, mixta est Accursio, aliis potius realis 308. b
Petitio hæreditatis si pro damno iniuria dato accommodetur, inficiatione non crescit 316. b
Petitio hæreditatis vtilis vnde indicetur 315. b
Petitio in iudicio an certa esse debeat 322. c
Philippus imp. ad Christum conuersus 2. b
Philosophi nomen falsò ementiti, ad omnia munera deligendi sunt 68. c
Picturæ tabula cedit, contrà quàm in scriptura 83. a
Pietatis causa non tanti facienda est, vt in illius gratiam alium suis facultatibus exuere velimus 234. a
Pietatis in gratiam multa contra iuris communis regulas permittantur 76. b
Pietatis intuitu factum, repeti non potest 293. c
Pignoris consideratio duplex 191. c
Pign⁹ & hypotheca re ipsa nihil differūt 290. b
Pignus in re aliena constitui non potest 200. c
Pignus vt rectè constituatur 289. b
Pignoris à debitore surrepti actio quid contineat 245. b
Pignoris iure teneri illata quædā nō possunt 287.
Pignoris perditi probandi onus cui incumbat 192. a
Pignoris venditio quando licita sit creditori 102. c & 103. a
Pignori incumbere frequenter consultius est creditori, quàm in personam agere 245. a
Pignore vtens creditor vt furtum faciat 245. a

Pignoribus inserta conuentio omnis licita est, nisi ei lex repugnet 102.c
Pignoratitia actio in quem competat 191. c
Piorum nomen vnde sibi adsciuerint imperatores 3. b
Piscari in flumine cuique licet 74. c
Piscari in mari qui quem prohibeat, iniurius illi sit 74. a. b
Plagij crimen quando locum habeat 348. c
Platonis opinio de promiscuo coitu, improbata 19. a
Plebiscita vnde nata, & eorum authoritas 13.c
Plus petens quam sibi deberetur, olim causa cadebat nisi &c. 322. c
Plus quatuor modis peti potest 323. a
Plus vario modo dicitur, re, tempore, loco causa 214. a
Pluribus rebus in contractum deductis, de singulis agi potest 208. c
Poculum amatorium porrigens mulier, si mors inde amatoris subsequatur, lege Cornelia de sicariis punienda est 348. a
Pœna à lege pro crimine constituta, semper ei qui læsus est applicari debet 242. c
Pœna alia legalis est, alia conuentionalis quæ stipulationibus adijcitur 209. a. b
Pœna conuentionalis an in infinitum abire possit 209. b 308.c
Pœna corporalis pro furto puniendo introducta non est 305.c
Pœna legalis in infinitum abire potest 308 b
Pœna nunquam à iudice infligitur nisi aduersarij interfuisse constiterit 209.a
Pœna pecuniaria in corporalem conuerti non potest, nisi &c. 299. b
Pœna seruis infligenda, corporalis intelligitur 54. b. c
Pœnæ nomine legatum relinqui potest 149. a
Pœnas pecuniarias luere qui non possint serui & filijfa. in corpus torquendi sunt 297.b
Pœnæ legum exasperandæ non sunt, sed molliendæ 11. c
Pœnæ nomine legatum valiturum, impossibile aut probrosum aliquid continere non debet 149. b
Pœnæ seruus nihil habet in potestate 46. a
Pœnæ serui qui dicantur 53. b
in Pœnis irrogandis mitior interpretatio sequenda est 247.a
in Pœnis mitior interpretatio sequenda est 71. b
Pœnalium actionum cõsideratio 296.c & dein.
Pœnales actiones hæredibus competunt, sed in hæredes non dantur 335.a
Pœnales actiones iudicio semel inclusæ, ad hæredes transeunt 335.b
Pœnalis iudicij pœna ex delicto descendens, aduersus omnes delicti participes committitur 298. a
Pœnitentia raptorem à pœna non relevat 348.a
Poëtarum & Historiographorum dicta in iure ciuili negligenda non sunt 220. c
Pondere, numero mensuráue constantium rerum venditarum periculum ad vtrum pertineat venditorémne, an emptorem 221.a & dein.
Pompeius olim leges restituere ac reparare meditatus 3. b & 5. a
Pontifex max. vel Cæsar siquid sub nomine dignitatis alicui mandet, non continuò morte pontificis vel Cæsaris mandatum expirat 230. c in fine
Pontifex Ro. solus absque comitiis Cardinalium legem ferre potest 15. a
an Pontifici summo sua dignitas aliquando adimi possit 15. c
Populator agrorum nocturnus impune occidi potest 262. c
Populi appellatio latior est quàm plebis 14.a
Portio in institutionibus facta, in substitutionibus quoque repetita esse intelligitur præterquam in duobus casibus 125. b
Posse nihil dicimur, nisi quod honestum est 32. c
Possessio alind est, & aliud quasi possessio 261.b
Possessio & dominium differunt 133. c
Possessio ex contractu quãtumlibet inutili trãsfertur 189. a
Possessio facti est, non iuris 340. c
Possessio in rebus corporalibus propriè consistit, quasi possessio in incorporalibus 341. a
Possessio naturalis & ciuilis, eiusdem sunt generis 341. a
Possessio nihil habet commune cum proprietate 340. c
quasi Possessio vnico actu paratur 272.c
Possessio extraordinaria quæ sit 178.c
Possessio pro vsu nonnunquam accipitur 90.c
quasi Possessio vnico actu quandoque paratur, aliquando quàm plurimis 272. c
Possessio vt petatur 341. a
Possessionis adipiscendæ interdicta 342. a
Possessionis causam nemo sibi mutare potest 133.
Possessionis definitio 340. b
Possessionis initium vitiosum, ad hæredem quoque porrigitur 98.c
Possessionis triplex est consideratio, aut adipiscendæ, aut retinendæ, aut ablatæ conquerendæ 341. c

Possessor bonæ fidei quatenus locupletior factus est, conueniendus est 82.a
Possibilis conditio quæ dicatur 119.a
Possidentis conditio in pari causa melior est 272.b
Possidenti, in rem actio prodita non est in corporalibus, sed bene in incorporalibus 302.a
Possidere propriè tunc dicimur, quando naturaliter ipsi rei insistimus 340.c
id solũ Possum', quod honestè possum' 30.b
Posterorũ alia est appellatio atque nepotũ 160.a.
Posthumus exhæredatus aut præteritus ut inuetur 132.b
Posthumus in testamento tutorẽ accipere potest 49.c
Posthumus ne à matre quidem ingratus uocari potest 121.c
Posthumus quando pro nato, & quando pro nõ nato habeatur 49.c
Posthumi hæredis instituẽdi consideratio 117.b
Posthumo alieno an legari possit 146.c
Posthumi olim exhæredari poterant, non hodie 117.a
Posthumi uel hæredes institui, uel nominatim exhæredari debent 116.c
Posthumorum institutio cur tam fauorabilis sit 116.c
Postliminij fictio 46.c 159.a
Postliminij iura in bellis Christianorum locum non habent 12.c
Potestas à tutela excusat 66.b
Potestas patria in filios adoptiuos maior est quàm in naturales & legitimos 39.c
Potestati alienæ subditus, alium in sua potestate habere non potest 44.a
Potestatiua conditio, seu arbitraria 119.a
in Præcedentibus dicta, quando in sequentibus repetita censeantur 253.prim.a
per Præceptionem relinquere quid sit 136.b
Præcipere, id est, præ aliis capere 136.b
Prædium dominans, & prædium seruiens, quæ dicantur 88.a
Prædium urbanum quod sit 286.b quod item rusticum ibidem.
Prædia urbana, non confinia sed uicina dicuntur 308.a
Prædiorum alia urbana, alia rustica 88.b
Prædialium seruitutũ consideratio 89. per totũ
Prædo secundũ iuris rigorẽ restitui debet 343.c
Præfationum usus apud scriptores 1.b
in Præfationibus dicta, in contractibus repetita esse intelliguntur 203.b
an Præfectus annonæ uel uigilum, à tutela immunis sit 66.a
Præfectus fisci thesaurarius uulgo 66.a
Prægnanti matri ultimo supplicio addictæ ad quid fœtus prosit 49.& 50.a
Præiudiciales actiones quæ dicantur 301.a
Præiudiciales actiones inter patrem & filium moueri possunt 302.a
Prælationis priuilegium quatenus detur mulieri 319.a quatenus item filiis, & quatenus patri ibidem.
Prænomen quid sit 147.a
Præscriptibilis res est, quæ neque furtiua neque religiosa est 95.c
Præscriptio, nunquam præsidium & contra naturalem æquitatem introductum 275.c
Præscriptio cum mala fide coniuncta, in re Digestorum incognita fuit 300.c
Præscriptio à defuncto cœpta, ab hærede compleri potest 98.b
Præscriptio ignoranti non currit 285.b
Præscriptio longi temporis ut interrumpatur, litis contestationem omnino requirit 300.c
Præscriptio modò longiori, modò nullo unquam tempore conceditur 97.c
Præscriptio pro usucapione in iure sæpe usurpatur, & contrà 95.a
Præscriptionis interrumpendæ ratio 280.a
Præscriptionis tempus consuetudine aut longius aut concisius efficitur 95.c
Præscriptionis tempus uarius in rebus uarium est ibidem
Præscriptione etiã ius seruitutis acquirim' 89.c
Præscriptis uerbis actio bonæ fidei est 313.b & 314.b
Præscriptis uerbis actio in innominatis cõtractibus regulariter locum habet 222.b
Præscriptis uerbis actio quæ ex permutatione datur, bonæ fidei iudiciis asscribitur 314.b
Præscriptis uerbis actio quando stricti iuris sit, quando bonæ fidei 315.a
Præses prouinciæ uxorem in diem ducere non poterat 37.b
Præsides prouinciarum, & defensores, in locũ ædilium curulium introducti 16.c
Præstatio diutina quæ intelligatur, quámque ualida sit 303.a
Præsumpta substitutio, quæ & tacita 120.a
Præteriri à patre filius in testamento sine causæ adiectione non potest 176.b
Præteriti filij & posthumi diuerso modo rumpunt testamentum 117.a
Prætextatum perpetuò affectans, iniuriarum tenetur 252.secun.b

Prætor vrbanus & prætor peregrinus 16.a
Prætoris edictum mutans aut euertens, prætoris maiestatem contemnere videtur 297.a
Prætoris edictū rubris literis scribebatur 257.b
Prætoris in vrbe authoritas 273.b
Prætoris Romæ creandi occasio 16.a
Prætores duo Romæ creati, qui de fideicommissis ius dicerent 152.b
Prætores in vrbe Roma decem & octo creati 16.b
Prætorum authoritas in legibus decemuiralibus vel iuuandis, vel corrigendis 16.b
ea quando minui cœperit ibidem
Prætoriæ actiones rei persecutionem continentes, perpetuò competunt 335.a
Prætorium auxilium infirmius est iuris ciuilis subsidio 175.c
Precarium vnde dicatur 190.a
in Precario lata culpa periculum solum subeūdum est 191.a
Precium in emptione & venditione, tertij alicuius arbitrio permitti potest 219.b
Precium hominis liberi qui se vendidit, apud quem remanere debeat 29.a
Precium in venditione exprimi debet, idque certum 219.b. 313.c & in pecunia numerata 220.b
non Precij numeratio emptionem perficit, sed de precio conuentio 220.b
Precia rerum non ex affectione singulorum, sed communiter funguntur 252. prim. c
si Primo castrum ingredienti præmium promittatur, & plures vnà ingrediātur, omnibus præmium debebitur 163.b
Princeps non sine summa difficultate adiri potest 115.b
Princeps sine venia in ius vocari non potest 298.c
Princeps solus contraria lege priorem legem abrogare potest 19.b
Princeps vt legem ferat, solúsne, an cum procerum suorum consilio 15.a
Princeps ius alteri acquisitū suo rescripto tollere non potest 45.c
Principis ac senatus par est ferè authoritas 14.a
Principis authoritas vnde sit 14.c. & 15.a
Principis est dubiam legem interpretari, cuius est & condere 19.b
Principis vel summi pontificis literis aliquid detrahens, falsi pœna tenetur 297.b
Principi suam authoritatem adimere an populus possit 15.b.c
Principes olim se diuos vocare sunt soliti 44.
Principalibus rebus extinctis, ea quoque quæ accessionum locum obtinent, extinguuntur 143.a
Principatus vnde nati 14.c
Priuatum ius aliud, aliud publicum 8.b
quæ Priuati iuris sunt, priuatorum pacta admittunt 114.b
Priuigna quæ sit 35.c
Priuilegium vni ex litigantibus concessum ad collitigantem protenditur 15.c
Priuilegium iuri communi derogat 318.c
Priuilegium personale non facilè à persona seiungitur 319.a
Priuilegium quibus limitibus contineatur, & quatenus extendatur 15.c. & 16.a
Priuilegium quo quis quatenus facere potest exigitur, mendacio amittitur 326.c
Priuilegia academiæ, diuturna absentia perduntur 78.c
Priuilegia ita interpretari debent, vt ad neminem redundet incommoditas 49.c
Priuilegia quæ legis dispositione alicui obligationi insunt, in obligatione nouante repetita esse intelliguntur 319.a
Priuilegiatus contra priuilegiatum pari priuilegio in rescissoria actione gaudet 280.a
Priuilegiatis duobus contendentibus, ad ius cōmune recurrendum est 318.c
Pro socio actio quando detur 227.b
Probatio dubia in criminalibus quæstionem iuuat 11.c
Probationis legitimæ multæ sunt species 112.b
Procincti qui dicantur 107.a
in Procinctu vt fierent testamenta 107.a
Procreandi appetitus omnibus animantibus insitus 8.c
Procurator actoris ad rati cautionem compellendus est 333.b
Procurator ad negotia & ad iudicia, quot minimum annos natus esse debeat, quot item procurator ad lites 28.b
Procuratoris ad negotia, & procuratoris ad iudicia, alia est ratio quo ad hoc vt res sit integra vel non 230.a.b
Procurator cum libera, quacunque dominus facturus erat, facere potest 86.b
Procurator esse non quilibet potest 331.c
Procurator fisci aut Cæsaris, præsente pecunia res distrahere debet 86.b

*E. i.

Procurator fundū nomine domini emptum diu possidens, an fructus suos faciat 217.a
Procurator in rem mulieris, nomine eius agens, prælationis priuilegio gaudet 319.b
Procurator post litem acceptus, de iudicato soluendo satisdare debet 334.a
Procurator quando de rato cauere debeat 333.c
Procurator simpliciter datus, ad omnes causas constitutus videtur 69.b
Procuratoris & nuncij differentia 25.a
ex Procuratoris facto contra dominum agi potest 329.a
Procuratori perditæ vitæ nō rectè soluitur 202.
Procuratorem reuocare semper liberum est, curatorem non æquè 69.c
Procuratores quàm necessarij in republica 331.b
Procuratores quibuslibet verbis constitui possunt 331.c
Procuratorum duorum diuersis temporibus datorum posterior præfertur 49.b
Procuratoriæ exceptiones quæ sint 339.a
Procuratorio muneri inidonei 339.a
Prodigus furioso similis est 205.a
in quo ab eo distet ibidem
Prodigus testamentum facere non potest 115.a
is vt deprehendatur ibidem
Prodigum aut furiosum se esse asserenti, non temere curator dari debet 62.b
Prodigi vt coërceantur 62.a
Prodigorum inutile est testimonium 109.a
Profectitium peculium, quod sit 104.a
Professionibus artium olim sua stipendia erant constituta 104.a
Professores sine venia in ius vocari non possunt 298.c
Prohibitio priuatorum, id, quod ad reipublicæ vtilitatem pertinet, prohibere non potest 25.c
Prohibitoria interdicta quæ sint 341.b
Prohibitus alienū fundum ingredi, nec parens, suum nihil facit eorum, quæ post prohibitionem acceperit 78.a
Proiecta à domino eo animo, vt à se abdicet, occupanti conceduntur 87.a.b
nudæ Promissioni alicuius nonnunquam standum est 333.a
in Promissu ambiguis minimum promissum esse censetur 210.a
Promissum simpliciter, nō vbique continuò exigendum est, sed intra aliquod tempus pro arbitratu iudicis indulgendum 210.c
Promittendi verbum ambiguum est 208.b
Promulgari leges, quid sit 4.c
Proprietas verbi quando consectanda, quando non 156.c
Proprij homines qui hodie vocantur, libertis vetustis similes 302.b
Proprium nomen, prænomen ipsum est 147.b
Protestatio in ecclesia fieri potest 25.a
Protestationis vtilitas 310.c
Prouidentiæ definitio 4.b
Prouocans à sententia, sententiam comprobasse non videtur 23.a
Prouocatio ab omni crimine est, præterquam perduellionis 347.c
Proximior agnatus defuncto quis esse intelligatur 163.a.b
Puberes, non tutorum sed curatorum auxilio reguntur 49.a
Puberes pupilli testamentum facere possunt 121.c
plena Pubertas, octodecim annorum spacium 42.b
Pubertas quot annorum spatio metiatur 60.b & 128.b
Publica quæ dicantur 73.c. & 75.c
Publicanus vi ademptum ex præcepto iudicis non restituens, arbitraria actione tenetur 321.c
Publicarum rerum præscriptio nulla esse potest 74.c
Publicianæ actionis consideratio 273.c. & dein. 275.c
Publicum & commune differunt 74.a.b
Publicum ius quod dicatur 8.b
Publico iudicio damnatus, statim existimationis suæ periculum subit 347.a
Publicorum iudiciorum consideratio 347.c. & dein.
res Publicis vsibus destinata, inutiliter in stipulatum deducitur 20.c
Puerorum quidam præcociore sunt intellectu, alij tardiore 205.b
Pugnantia inuicē sibi subrogari nequeūt 316.c
Pupillaris substitutio duplex est, expressa & tacita 121.a.b
Pupillaris substitutio insidiis obnoxia est 127.a
Pupillaris substitutio testamentum filij censetur 40.c
Pupillaris substitutionis effectus multiplices 122
Pupillus alium sibi obligat, ipse nemini obligatur 59.a
Pupillus an ex mutuo obligetur 189.b. & dein.
Pupillus conditionem suam sine tutoris authoritate meliorem facere potest, deteriorem non item 58.c. & 205.b

Pupillus, finita tutela, aduersus tutorem suum tutelæ iudicio experiri potest 58. b
Pupillus hereditatem sibi delatam tres ob causas adire nequit 59. b
Pupillus vt hereditatē sibi debitam adeat 59. b
Pupillus rem suam alienare nō potest, nisi cum tutoris authoritate 103. a
an Pupillus tutoris authoritate intercedente obligari possit 189. c
res Pupilli præscribi nequit 96. a
Pupillo ab extraneo herede instituto tutoris authoritas ad hereditatem adeundam necessaria est 159. a
Pupillo furioso quoque citra alicuius authoritatem interpositam, legitima patris hereditas acquiritur 159. a
Pupillo pecuniā soluturus, quid obseruet 103. b
in Pupillum etiam pro modo delicti iudices animaduertere solent 59. a
Pupillorum curam prætor habere debet 55. b
Pupillorum maximam curam habuerunt veteres iurisconsulti 66. b
Pupillorum ætas tripartita consideratur 205. b
Purus locus, qui neque sacer, neque religiosus sit 76. c
Putator ramos ex arbore deiiciens, an teneatur si quem occiderit 252. primo a

Q

Quadrupedia non omnia pecudum numero continentur 248. c
Quadrupli actiones inter se differunt 311. b
Quadrupli pœna in furtis variationes admittit 247. c
vltra Quadrupli pœnam nulla actio extenditur 308. b
Quæstiones de statu non multum ab accusationibus, quæ vltimum supplicium irrogant, differunt 68. a
Quanti minoris actio, & redhibitoria ab ædilibus curulibus introductæ 16. c
Quantitas eadem pro testatoris arbitratu sæpius multiplicari potest 138. c
Quantitas, sicut nec genus, perire non potest 142. c
Quantitatis vocabulo quid veniat 319. c
Quantitatis ad quantitatem nō semper admittitur compensatio 319. c. & dein.
in Quantitatem nulla cadit affectio 319. c
Quarta arrogato ex bonis arrogatoris danda, vt appendi debeat 41. c
Quarta omnino pars ex tota hereditate, quam quis grauatus erat restituere, apud heredē remanere iussa 151. a. & 153. a. b. c
Quarta Trebellianica quæ sit 151. c. & 152. a
in Quarta mulieri inopi debita tempus legitimum considerandum est 178. a
Quasi castrense peculium quod sit 104. a
in Quasi castrensi peculio testamentum facere filiofamil. permittitur 113. c
Quasi castrense peculium imaginariæ militiæ hominibus conceditur 113. c
Quasi delictum culpa vel imprudentia contrahitur 281. a
ex Quasi delicto defuncti heres teneri non potest 335. b
Quasi dominus quis vocetur 274. b
Quasi realia vitia 97. c
Quasi Seruiana actio, eadem & hypothecaria 286. a
Quasi Seruianæ actionis consideratio 289. b
Quasi traditio in seruitutibus locum habet 275. a
eorum, qui Quatenus facere possunt, condemnantur tantùm, exempla 235. a. b. & dein.
Querela inofficiosi extraordinario iure introducta est 132. b
Querela inofficiosi ad euertendum testamētum pertinet 316. c
Querela inofficiosi vt excludatur 132. c
Querela inofficiosi testamenti contra iuris ciuilis regulas recepta est 338. b. c
Querela inofficiosi testamenti non minus iuris prætorij est quàm ciuilis 179. c
Querela inofficiosi non statim ac temere permittenda 132. b
Qui non habet in ære, castigatur in corpore 299. b.
dictio Quilibet generaliter loquens vt restringatur 83. c
Quinquagintaquinque annis maior à muneribus personalibus excusatur, non à tutela 68. a
ius Quiritum, id est ciuile 106. b
Quod geritur, ab iis quos causa contingit, qui lædi, ac proinde contradicere possunt, approbari debet 42. c
Quod iussu actio quæ sit 326. c. & deinde
Quod iussu actio locum in liberis hominibus nō habet 327. a

Quorum bonorum interdictum cui aduersus quẽ detur 342. *a*
Quorum legatorũ interdictum cui detur 342. *a*

R

Rapere quid sit 247. *a. b*
Rapinæ consideratio 247. *a*
Rapta raptori suo nubere olim prohibebatur 37. *b*
Raptor cur mitius fure puniatur 247. *c*
Raptor, furti etiam manifesti conueniri potest 305. *c*
Raptor pontificio iure raptæ postea nubere potest 348. *c*
Raptor violentus an teneatur furti manifesti, an nec manifesti 247. *b*
Raptoris pœna 248. *a*
diuersa Ratio diuersum ius constituit 29. *c*
Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur 327. *a*
Ratumhabiturum dominum quando procurator promittat 333. *b*
Realia vitia quæ sint 97. *c*
Reales seruitutes 88. *a*
Realis actio poßidenti nunquam datur 342. *b*
Recepta bona, eá sunt quæ mulier sibi retinuit cùm dos daretur 69. *c*
Receptitia actio 291. *a*
Recipere, vnde & receptatores, quid sit 309. *a*
Reciproca substitutio, quæ & breuiloqua, quæ sit 123. *a*
Recuperandæ poßeßionis interdictum cui competat 343. *c*
Regia manu olim apud Romanos omnia regebantur 290. *c*
Redhibitoria actio, & quanti minoris, ab ædilibus curulibus introductæ 16. *b. c*
fines Regere, diuidere est 233. *b*
Relatiuorum natura 61. *a*
Relegatio quid sit 45. *c*
Relegatus & deportatus quid differant 45. *c*
Religiosa res inutiliter in stipulatũ deducitur, quanquam stipulationi maioris partis accedere potest 200. *c*
Religiosum quid dicatur 76. *c*
Remedium extraordinarium quando adhibendum sit 132. *a. b*
Remedium rescindens, quadriennium continuũ habet 280. *c*
Remißio debiti an insinuationem exigat 100. *b*
Remuneratoriæ obligationis effectus 185. *a*
Renũciatio expressa maior est quàm tacita 216. *c*
Renunciatio hæreditatis paternæ à muliere facta, ad hæreditatem fratris producenda nõ est, etiam si ille patris sui hæreditatem acceperit 315. *c*
Renunciatio societatis vt fiat 226. *b*
Replicationum consideratio 339. *c*
propter Repræsentationem, nepos qui secundo gradu est cum filio, qui primus est in gradu, admittitur 159. *b*
Rerum diuisio multiplex 73. *a. b*
Rerum incorporaliũ nulla est quidem poßeßio, sed quasi poßeßio, & quasi vsucapio 91. *b*
Res à natura in communem omnium hominum vsum velut sparsæ, vt singulorum factæ sint 77. *c*
Res aut corporales sunt, aut incorporales 87. *b*
Res diuini iuris quæ sint 77. *a*
Res ei adesse non videtur, cui precium abest 138. *c*
Res etiam incorporales legari poßunt 144. *b*
Res hominum cõmercio exempta vt legari possit 137. *c*
Res impignerata vel hypothecæ supposita si legetur, ab hærede luenda est, & ita legatario præstanda 138. *b*
Rei impigneratæ probandæ onus cui incumbat 191. *c*
Res in dubio æstimationis sine periculo apud eũ est qui accepit 314. *a*
Res inter alios acta, aliis præiudicare non debet 346. *c*
Res legata quæ sine facto hæredis perierit, legatario perierit 142. *c. idem & de ea quæ non apparet ibidem*
Res mobilis triennio vsucapitur, immobilis decennio inter præsentes, vicennio inter absentes 95. *b*
Res nunc in plura, nunc in pauciora membra non absurdè contrahitur 74. *a*
Res omnes aut sunt extra patrimonium nostrũ aut in patrimonio nostro 73. *b. c*
Respublica in ius sine venia vocari non potest 298. *c*
Reipublicæ causa absentes qui intelligantur 279. *a*
qui Reipublicæ opus aliquod facturum se nuda pollicitatione receperit, si ædificare semel cœperit, in eo pergere cogendus est 187. *a*
Res quæ deceßit, in quibusdam casibus vtiliter stipulatur 200. *b*
Res quæ non est, neque esse speratur, legari nõ potest 139. *a*
Res quasi hæreditaria quæ sit 315. *b*
Res sua nemini seruire potest 92. *b*

Res vendita & tradita nonnunquam à domino vendicari potest 86.a
Res vitio reali aut quasi reali affecta, vsucapi non potest 98.a
Rei in genere venditæ periculum ante traditionem venditoris est 221.a
Rei iudicatæ exceptio quò prosit 338.a
Rei militaris & legum peritia coniūcta est 3.c
Rei periculum in accipientem transfertur 113.c
Rei quæ nullius est, furtū fieri nō potest 241.a
Rei suæ conseruandæ vnumquemque studiosissimum esse natura voluit 13.a
Rei suæ quisque moderator & arbiter est, non simpliciter quidem, sed ita, si non abutatur 31.a
Rei suæ pro arbitrio disponendæ facultas quādoque restringitur 101.c
Rei vendicationis consideratio 265.c. & 266.a. & 267. 268. per totum.
Rei vendicatio an actio sit 263.b
Rei vendicatio ex ciuili honoraria esse cœpit 273.b
Rei vendicationis finis 321.b
Rei vendicatione aduersus quoscunque possessores agere domini possunt 302.c. & 303.b
Rei vocabulum, etiā factū complectitur 185.c
Rem & eius æstimationem simul consequi an quis possit 138.c
Rem suam vendere aliquando inuitus quis cogitur 101.b
quomodo Re plus petatur 323.a
pro Rerum nostrarum defensione an occidere quenquam liceat 11.c
Rescindi sententiam, est ipsam non valuisse ostendi 346.a
Rescissoria actio anno circunscribitur 273.c
Rescissoriæ actionis consideratio 278.a.b. & dein. 279.b. & 28.b
Rescriptum principis cur oraculum sit dictum 44.a
Rescriptum principis quo nomine concipiatur eius ad quem scribitur, propriōne, an officij, aut dignitatis plurimum interest 198.b
rex Rescripto suo subiiciens sibi placere quod dictū est, videtur omnibus quæ superius descripta sunt subscripsisse 203.b
Responsa prudentum, leges sunt iurisconsultorum 16.c. *eorum authoritas tanta, quāta & legum* ibidem
Restituere & indulgere differunt 45.b
Restituere quem, & crimen ei remittere, differunt 130.a
Restitutionem res non capit cùm suum statum mutat 21.b
Restitutoria interdicta quæ sint 341.b
Restitutoria nonnunquam dicitur rescissoria actio 278.b
Retinendæ possessionis interdictum cui detur 341.b. & 342.c
Retractus origo vnde manarit 181.c
Retractus seu redemptio rei ab agnato venditæ per proximiorem agnatum, quando fieri debeat 218.c
Reuerentiæ parentibus ac patronis à liberis ac libertis debitæ bona pars in eo consistit, vt ne eos in ius sine venia vocent 298.b
Reuersa in domini potestatem res quando intelligatur 97.a
Reuertendi consuetudinem deseruisse vt intelligantur animalia fera cicurata 78.b
Reuocatio donationis vnde præsumatur 99.c
Reuocatio hæreditatis solennitatem desiderat, vt & institutio 150.a
Reuocatoriæ actionis consideratio 280.c
Reuocatoria actio in quem competat 284.b
Reuocatoria actio quibusdā casibus cessat 285.a
Reuocatoriæ actiones tres, Paulina, Fabiana, & Caluisiana 285.b
Reus alioqui condemnandus si ante sententiam actori soluat, absoluendus est, licet impensarum solutionē detrectare nō possit 336.a
Reus promittendi seu debendi is dicitur, qui aliquid promittit 166.b
Reus soluens, fideiussorem liberat, & contrà 236.b
Reus stipulandi idem & reus credendi dicitur 196.b
Rei criminis defuncti hæredes, non ex delicto, sed ex quasi contractu teneri videntur 335.b
Rei quàm actores fauorabiliores sunt 64.c
Ripa quid sit 75.a *eius vsus qui sit* ibidem
Rogare potentiorum, mandato æquiparatur 105.a
Roma noua, Constantinopolis 4.c
Romanæ ecclesiæ ab aliis ecclesiis differentia quo ad præscriptionem 97.b
Romani ius suum scriptum ab Atheniensibus, non scriptum à Lacedæmoniis acceperunt 18.c
Romulus legum peritiæ expers non erat 4.a
Rubrica quid sit, & vnde dicta 257.a
Rubricæ, alicuiúsne authoritatis sint 257.b
Rubrica an necessariò superioribus titulis annecti debeat 258.a

Rubricæ authenticorum & ciuilis ac Pontificij iuris authoritatem habent, non autē rubricæ decretorum 258. a
Rubricæ notariorum quam vim habeant 257. c
Rubricarum ordo quanti momenti sit 257. c
Rubricas explicare iuris professoribus solenne est 105. c
Rustici & illiterati an omnino à tutela excusentur 67. a
Ruta cæsa venditione excepta censentur 312. c

S

Sabinianum senatusconsultum 161. b
Sacerdos an adoptare possit 43. b
Sacerdotis filius non est, qui ante sacerdotium conceptus est 47. c
Sacerdotum natura à generandi studio abhorret 43. b
Sacerdotium absenti alicui ab episcopo semel collatum, reuocari non potest 217. c
Sacerdotium habens, ecclesiæ suæ acquirere potest 103. c
Sacerdotij prouentus in dotem vxoris constitui potest 9. c
Sacerdotio ab episcopo incapaci collato, dispensatum cum eo intelligitur 27. b
Sacra loca quæ sint 76. a
Sacra res inuocato episcopo non efficitur 76. b
Sacræ rei stipulatio inefficax est 200. b
Sacræ rei vendita precium, cum eo quod nostra interest, à malæ fidei venditore consequimur 221. c
Sacram rem tradi stipulatus, vtiliter stipulatus videtur 200. b
Sacramentum olim dicebatur ea pecunia, quam litigaturi in æde sacra deponebant 309. c
Sacraria sua vendere potest ecclesia, cùm æs alienum dissoluere nequit 76. b
in Sacro ædificando quàm necessaria sit pontificis authoritas 76. b
Sæuitia dominorum in seruos lege coërcita est 31. a. b
Saisire Galli dicunt possessionem apprehendere 340. c
Salaria iudicum, sportulæ dicebantur 309. c
Salarium aduocato pactione promitti non poterat 310. a
Salarium an petere mādatarius possit 231. b. c
Salariū, vectigal quod pro solo penditur 77. b
Saluianum interdictum quid à Seruiana actione differat 288. c
Saluiani interdicti cognitio vnde petēda 342. b
Sanguinis iura, nulla capitis diminutione minui possunt 54. c
Sanguinem suum redimere omnibus modis licet 11. c
Satisdare quid sit 332. a
Satisdationum consideratio 332. a. & dein.
Satisdat, qui dat fideiussores 332. b
Satisdatio in arrogatione necessaria 40. c
Satisdatio in pupillari substitutione cur exigatur 41. a
Satisdatio in quibus substitutionibus necessaria sit 41. a
Satisdatio suspecti tutoris recipiēda nō est 72. a
Satisdationis tutorum & curatorum consideratio 63. a. b. & dein.
Satisfacere quid sit 332. a
Scholasticus cœnaculariam faciens si discedat, potest aliū in suum locū substituere 224. c
Scholasticus diu ab academia sua absens, priui legiis eius frui non potest 78. c
quæ de Sciente legantur, plerunque in ignorātibus locum habent 91. c
pleraque Scripta in testamentis, pro non scriptis habentur 118. quart. c
Scriptura ad substantiam testamenti non pertinet 110. c
Scripturáne priuata an publicæ potior sit quo ad literarum obligationes 215. c
Scriptura propria & ad alienam subscriptio, parem vsum habent 219
Scriptura quibus in contractibus necessaria sit 223. a
Scriptura tabulæ cedit, sed pictura tabula 83. a
Scriptura vbi menti cedat 137. a
Scripturæ priuatæ effectus qui sit 207. c
Secessio plebis ex Algido monte in Auentinū 13. c
Secundæ nuptiæ frequenter priuignis exitio sunt 298. c
Seipsum lædere aut interficere nemini permissum est 7. c. & 8. a
Semel hæres, nunquam desinit esse hæres 149. a 152. c
Semel præstitus consensus magnum præiudiciū affert 76. b. & 77. a
Semper, continuum tempus notat 25. c
Senator libertinam vxorem ducere prohibebatur 37. b
Senatoris filius non est, qui ab eo qui senatu pulsus est, natus est 22. c
Senatus ac principis par penè est authoritas 14.
Senatusconsultum quid sit, eiúsque ortus 14. a
à Senatusconsulto prouocari non potest 14. a
Senatusconsulti Claudiani abrogatio 184. b

Senatusconsulti Tertulliani elucidatio 164.b.c & 165. a
Sententia contra principum cõstitutionem lata, ipso iure non subsistit 345. c
Sententia iudicis qualis esse debeat 345. c
Sententia iudicis lata, officium iudicis cõquiescit 312. a
ex Sententia iudicis dominium transfertur 346.c
Sententia iure ciuili inuenta, ciuilem tantùm obligationem tollit 338. a
Sententia moribus alicuius ciuitatis repugnans, ipso iure nulla est 345. c
Sententia principis interlocutoria, & sententia difinitiua, nõ eiusdẽ sunt authoritatis 15.b
à Sententia principis prouocari non potest 14. a
Sententia quomodo contra leges esse lata dicatur 345. c
quod ante Sententiam iudicis debitum nõ erat, post sententiam debitum esse dicitur 338. b
Sententiam omnino certam iudex proferre debet 322. b
Sententiam rescindi, est ipsam non valuisse ostendi 346. a
Septem testes in testamento necessarij 108. a
Septuagesim' tandẽ annus à tutela excusat 68.b
Sepulchra in ciuitate facientibus, pœna xl. aureorum constituta erat lege xij. tab. 77. a
Seruianæ actionis consideratio 285. c & 286. a
Seruilis cognationis consideratio 172. a & dein.
Seruiles quoque cognationes obseruãdæ sunt 36.
Seruitus accidentaria libertatem hominibus à natura datam tollere non potuit 24. a
Seruitus ædificio debita, vrbana esse intelligitur 271. c
Seruitus cur contra naturam dicatur esse 20. b
Seruitus ex bellis Christianorum nõ proficiscitur 12. c
Seruitus morti à veteribus comparata 20. b
Seruitus non tam contraria est naturæ, quàm secundum naturam 13.a. *vnde inducta sit ibi.*
Seruitus realis 88. a
Seruit' rustica, quæ rustico prædio debetur 88.b
Seruitutis iugum statim excutere potest, qui falsò in seruitutem coniectus est 301. b
Seruitutis ius longa etiam consuetudine paritur 89. c
Seruitutis sponte accersitæ vinculum quàm sit arctum 21.a
in Seruitute esse videntur etiam ij, qui ab hostibus capti sunt 279. a
Seruitutes continuæ & discontinuæ 90. a. b
Seruitutes ipsæ in bonis nostris sunt 73. c
Seruitutes negatiuæ, & seruitutes affirmatiuæ 272. b. c
Seruitutes omnes eius esse naturæ debẽt, vt possint esse perpetuæ & continuæ 90. b
Seruitutes prædiales cõtinuam causam habentes licet earum vsus discontinuus sit 90. c
Seruitutes prædiales quanto tempore præscribantur 91. a
Seruitutes prædiales quasi possidentur, & quasi vsucapiuntur 91. a
Seruitutes reales prædio inhærentes, perpetuò cum prædio durant 89. c
Seruitutes vrbanæ quæ sint 88. c
Seruitutes vrbanorum prædiorum pignori aut hypothecæ supponi possunt 290. a
Seruitutum triplex est species 87.c
Seruitutum multa genera 270.c. & dein. 271.a
in Seruitutum præscriptione, scientia eius cõtra quem præscribitur, necessaria non est 91.b
Seruius Sulpitius Romæ secundus à Cicerone in causis peragendis 325. c
Seruus à tutela reijcitur 48. c
Seruus alienus cui fideicommissaria libertas relicta est, ab hærede defuncti redemptus, manumittendus est 155. b
Seruus alienus est, in quo quis vsumfructum habet 118. *iterum* c
qui Seruus aliqua ratione factus est, manumissus nulla vnquam ratione recipit cognationem 172. c
Seruus apud acta filius à domino nominatus, liber efficitur 44. b
Seruus capite minui non potest 54. b
Seruus cõmunis ab altero dominorũ manumissus vt libertatem consequatur 101.b
Seruus cõmunis ab vno dominorum hæres institutus, ab altero se redimere potest 116. *iterum* c
Seruus cum seruo vtiliter stipulatur 198. a
Seruus cui per fideicommissum libertas relicta est, hæredis libertus esse solet 155. b
Seruus cur arbiter aut iudex esse nõ possit 30.b
Seruus ex omnibus contractibus dominum suum obligare solet 294. a
Seruus hæres institutus, iussu domini hæreditatem adiens omne emolumentum hæreditatis ad dominum transfert 104. c
Seruus in domini caput torqueri non potest, nec testimonium ferre 30. b
Seruus in libertatem proclamans, præiudicialibus actionibus à domino in seruitutem reuocari potest 301. b
Seruus instar liberi hominis puniendus est, vbi criminaliter agitur 329. c

Seruus interdũ domino hæres fit necessarius 133.b
Seruus iure nostro ἀπρόσωπος est 238. c
Seruus naturaliter obligari potest 238. c
Seruus nihil proprium habere potest 104. c
Seruus noxæ pro maleficio deditus, vt se liberet 329. c
Seruus officiis ciuilibus non fungitur 30.b
si Seruus ordinarius cum vicariis seruis legatus sit, durat vicariorum legatum ordinario quoque mortuo 143. a
Seruus pater manumissus ad filij successionem vocatur excluso patrono 172.b
Seru⁹ plurium ab extraneo hæres institutus, iussu vnius hæreditatem adiens, eum pro dominica portione hæredem facit 118. tert. a
Seruus proprius à domino hæres institutus, ei hæres fit, & necessarius 118. iterum b. quod duobus in casibus locum non habet ibi.
Seruus proprius à domino scriptus hæres, & libertatem & hæreditatem consequitur 116. iterum c
Seruus quæ acquirit, omnia domino tam quo ad vsumfructum quàm quo ad proprietatem acquirit 104.c
Seru⁹ quod iustè acquirit, domino acquirit 30.b
Seruus specialiter pignori obligatus an manumitti poßit 27. a
Seruus sibi ire vel agere stipulatus, ipse ea seruitute vti poterit, non dominus eius 198. a
Seruus successorem non habet 172. a
Seruus tutor rectè instituitur, & simul libertatem consequitur 50. c & dein.
Seruus vt quis efficiatur se vendens, quæ requirantur 20.c
Seruus, iuris ciuilis nullam communionem habet 108. c
Serui alieni mox post manumißi legatum omnino deperit 142. c
Serui communis stipulatio quem habeat effectũ 198. b
Serui corrupti actio quæ sit 309. a & dein.
Serui corupti actio semper in duplũ datur 311.b
Serui fugitiui vsucapio eße non potest 96. a
Serui manumißi filius ad patris succeßionem vocatur excluso patrono 172. b
Serui testimonium qui liber existimetur, tolerandum est 109. a
Serui voluntas in adeunda hæreditate quæ ei legata est requiritur 105.a
Seruo hæredis an rectè legari poßit 148. b
Seruum fugitiuum etiam in prædiis Cæsaris vel reip. latentem perquirere licet 242. b
Seruo è medio sublato vix peculium ipsum consistere potest 143. a
Serui, à seruando dicti 20 c & dein.
Serui, eorum quæ iuris gentium sunt, capaces sunt 198. a
Serui etiam inuiti manumitti possunt 25. b
Serui iure ciuili bona habere nõ cẽsentur 279. b
Serui iure ciuili pro nullis habentur 36. c
Serui liberi, & tantummodo serui 29. a
Serui munerum omnium ciuilium sunt incapaces 48. c
Serui nostri siquid sibi dari aut fieri stipulentur, nobis stipulatio acquiritur 197. b
Serui qui se dominabus suis immiscuerunt, hæredes institui non poßunt 116. iterum c
Serui secundum naturalem æquitatem aliis hominibus æquales sunt 172. b
Serui simul & filijfa. vice fungi nemo potest 44. b
Serui testari non possunt 114. a
Serui vsuarij operas alteri locare non poßumus 235. a
Seruorum differentiæ 20. a
Seruorum factum quando præstare dominus debeat 256. b
Seruorum varia munia 20. c nulla differentia in qualitate ibidem.
Seruis illata iniuria vt vindicetur 253. a
Seruis infligenda pœna, corporalis intelligitur 54. b. c
Seruis quatenus liceat matrimonium contrahere 33. c
quando Seruos suos occidere dominis liceat 30.
Sestertius quanti olim æstimaretur 173. a. in marginalibus scholiis
Sexagenariis matrimonium contrahere cur sit permissum 34. a
Si ita est vt asseueras, conditio, subesse in bonæ fidei contractibus videtur 311. c
Silentium militis de liberis & vxore prægnãte in testamento condendo, pro exhæredatione habetur 116. iterum a
Simoniæ crimen nõ ita multum ab ambitu differt 349. a
in Simplum, duplum, triplum, aut quadruplum quæ actiones dentur 308. b & dein. & 309. a & dein.
Sinendi modo relinquere quid sit 136. b
Siquis, dictio, tam fœminas quàm masculos comprehendit 297. b
Socrus appellatio quid contineat 36. a
Societatis definitio 225. a
Societas ad arrogatorem patrẽ nõ transit 181. c
Societas ad hæredes non transmittitur 225. a

Societas æqualitate commendatur 226. a

Societas dirimitur, quæ cum homine rixoso coita est 31. a 226. c

Societas etiam ea valet, in qua alter pecuniam, alter operam præstat 225 c

Societatis in æternum nulla est coitio 307. c

Societas non vno modo contrahitur 225. b

Societas nonnunquam re contrahitur 225. b

Societas quibus modis soluatur 226. b. & dein.

Societas simpliciter coita si sit, videntur ea tantùm communicanda, quæ ex quæstu descendunt 225. b

Societate hæres non succedit 226. c

Socius in bonis socij fiscum excludit 36. b

Socius leuis culpæ nomine non damnatur 100. c

Socius rem communem subtrahens, furti alligatur 241. a

Socius rixosus aut damnosus repelli potest 226. c

Socius socio quatenus facere potest condemnatur 326. a

Socium negligentem, damnosum aut rixosum sibi adiungens, sibi imputet 227. c

Socij socios se esse negantes, si conuincantur, in solidum, non in id quod facere possunt, condẽnantur 213. a

ad Solennia nec mulieres, nec serui, nec impuberes, nec peregrini admittebantur 108. c

Solidus in iure pro aureo vsurpatur 26. b. 58. a & 100. a

omne quod Solo inædificatur, solo cedit 82. b

Soluendo nemo est, nisi qui solidum soluere potest 245. c

Soluendo non esse quem, certissima argumenta 283. c

Soluens pro nolente, an pecuniæ repetitionem habeat 236. a

Soluere cui propriè dicamur 235. b

non Soluere magis nostra interest, quàm solutũ repetere 319. c

Soluere qui non potest, an continuò corporali pœna puniendus sit 299. b

Solutio & acceptilatio quid differunt 237. a. in quo conueniant ibidem. c

Solutio errore iuris facta, in integrum restitutione rescinditur 103. c

Solutio minutatim facta plerunque incommoda est 238. a

Solutio non omnis obligatione nos eximit, sed quæ secundum leges fit 185. c

Solutio perfecta quæ sit 235. c & dein.

Solutio quando dicatur secundũ leges fieri 186. a

Solutio quandoque pro parte in rebus pluribus emptis fieri nequit 208. c

Solutionis verbum quid contineat 235. b

Solutione eius quod debetur, obligationes omnes extinguuntur 235. b

qui Soluturum constituit, decem dierum spatium habet 193. c

Soror, quasi seorsum nata 33. b

Sororis vterinæ filij cum fratrum filiis ad hæreditatẽ patrui aut auunculi euocantur 162. c

Sorti locus nonnunquam est, & fortunæ arbitrio in optionis legatis 146. a

Spadoni an adoptare permittatur 43. b

Species aliqua ex aliena materia facta, cuius sit 80. a. b

an Speciei ad quantitatem fieri poßit compensatio 320. a

Speciei legatæ interitus omnino debitorem liberat 142. c. 151. b

Specificatio, quis modus acquirendi dominij sit 80. a

Spectabiles 5. b

in Spiritualibus rebus inconstantia & varietas fugienda est 217. c

Sponte, noxa præsto, Delphici Apollinis oraculum 212. c

Sponsalia ante septennium contrahi non possunt 33. c

Sponsalia cur diuerso iure à nuptiis censeantur 33. c

Sponsalia etiã inter absentes fieri possunt 206. c

Sponsalia per procuratorẽ contrahi possunt 25. b

inter Sponsos affinitas non consistit 35. c

Sponsalitia largitas, quæ sit 101. a

Sponsione contendere qui dicerentur 309. c

Sportulæ iudicum vnde sint dictæ 309. c

Sportularum quæ executoribus, seu viatoribus olim darentur, ratio 310. a

Spurij qui vocentur 37. c

Spurius ex illustri muliere natus, legitimis existentibus, nihil ex matris hæreditate sperare potest 158. c

Spurij & infames ad dignitates admitti non deberent 252. secun. c

Spurij filij matribus succedũt, patri nũquã 158. b

Spurij hæredes institui non possunt 116. iterum c. & 118. tere. a

Spuriorum legitimatio, & veniæ ætatis concessio, argumentum supremæ potestatis 14. b

Statuæ principis cõfugium immunitatem præstat 31. a

Statua in honorem deportatorum posita, impune detrahatur 297. b

Statuam in ignominiam illorum, qui propter maleficia deportati sunt, in loco publico positã

detrahens, albi corrupti pœna mulctabitur 297. a

Statu liberi qui sint 20. a

Status hominis triplex est 53. b

Status hominum, idem & ius personarum 19. c

Status quæstio in Carboniano edicto nunquam in tempus pubertatis differenda est, nisi res pupilli ita suadeat 179. b

de Statu quæstiones, acerbissimæ sunt 68. a

Statuta ciuitatis se seruaturũ iurans, de iis quæ iusta sunt iurare videtur 30. b

Statuti & legis condendæ eadem est ratio 10. a

in Statutis, verborum proprietas ad vnguem obseruatur 265. a

Steriles natura, adoptare non possunt 43. a

Stipendiaria & tributaria prædia quæ fuerint 86. a

Stipulanti de vna specie, si de alia respondeatur, inutilis est stipulatio 204. a

Stipulari ire vel agere, & stipulari iter vel viam, differunt 198. a

Stipulatio ab initio inutilis, tractu temporis non potest conualescere 201. a

Stipulatio ad id inuenta est, vt vnusquisque sibi acquirat 201. b. c. & 209. a

Stipulatio alteri facta cum iuramento, valida est pontificio iure 202. b

Stipulatio an pro parte tantùm valere possit 202. c & 203. a

Stipulatio cõditionalis ad hæredes tam promissoris quàm stipulatoris trãsmitti potest 210

Stipulatio dolo vel metu concepta, doli vel metus exceptione retractari potest 210. b

Stipulatio etiã per seruos nobis acquiritur 197. b

Stipulatio, firmissimum iuris vinculum 290. c

Stipulatio in adultæ ætatis tempus concipi potest 41. a

Stipulatio in alterius gratiam facta quando valeat 209. a. b

Stipulatio inutilis quæ sit 200. a. b

Stipulatio multa corpora continens, vnius speciei nomine quo ad omnia sæpe resoluitur 208. c

Stipulatio non nisi vtroque loquente cõcipi potest 316. b

Stipulatio præpostera quæ sit, & quis eius vsus 208. a

Stipulatio præter consensum etiam verba desiderat 206. c

Stipulatio pura nonnunquam ex re ipsa dilationem capit 195. b. c

Stipulatio quamuis vna sit, tamen quot sunt præstationes, tot sunt legata 194. c

Stipulatio, stricti iuris actionibus annumeratur 316. b

Stipulatio vnde profecta sit 192. b

Stipulatio vt à mutuo, deposito, & aliis id genus contractibus differat 192. b. c

Stipulatio verbis concepta, verbis quoque contrariis dissoluitur 237. a

Stipulationis definitio 192. c

Stipulationis diuersitas in qualitate, & in quantitate, non perinde censetur 203. b. c

Stipulationis puræ obligatio qualis sit 193. c

Stipulationis solennia quæ sint 192. c & dein.

Stipulationem multis locis lex accessisse fingit, vbi tamẽ verba nulla interposita sunt 316. b

in Stipulatione alternatiua 10. vel 20. plaustrorum ligni, cuius sit electio, promissorisne, an creditoris 323. b

Stipulationes communes quæ sint 199. c

Stipulationes cur sint inductæ 209. a

Stipulationes conuentionales quæ sint 199. a

Stipulationes iudiciales quæ sint 199. a

Stipulationes omnes aut puræ sunt, aut in diem aut sub conditione 193. c

Stipulationes pœnales quæ ab ipsis reis principalibus initium acceperunt, aduersus hæredes competunt 212. a

Stipulationes prætoriæ quæ sint 199. b

Stipulationes turpitudinem habentes, inutiles sunt 210. a

Stipulationes vt vitientur 203. b

Stipulationum summa diuisio 199. a

Stipulationum aliæ certæ, aliæ incertæ 193. b

Stipulationum vtilitas ex tabellionum vsu probatur 192. c

in Stipulationibus ambiguis secundum promissorem interpretatio facienda est 210. a

Stipulator & promissor in re dissentientes, nihil agunt 210. a

ex Stipulatu actio patri & filiæ communis est 317. c

in Stirpes diuidi hæreditatem, quid sit 158. b

omnis Stricti iuris actio ob certum locum arbitraria effici potest 321. b

cur Stricti iuris actiones quædam dicantur 311. c

Stricto ense vixdum domum illius egrediens, qui occisus est, homicida præsumitur 242. a

Stuprum vt puniatur 347. c

Subrogatum, eius, in cuius locum substituitur, naturam imitatur 316. b

Subscriptio domini ad chirographum serui, loco iussus habetur 327. a

Subsidiaria actio dicitur, quæ in factum datur 253. prim. c

Substitutionis consideratio 119. c. & dein.
Substitutio aut directa est, aut obliqua 119. c
Substitutio codicillis facta, in vim fideicommissæ non trahitur 125. a
Substitutio compendiosa qua fit 123. c
Substitutio compendiosa quando nō filij sed patris dicatur testamentum 41. a
Substitutionis compendiosæ effectus alius est in pagano, alius in milite 124. a. b
Substitutio duplex in vna persona locum habere non debet 123. c
Substitutio exemplaris quæ sit 122. b
Substitutionis generalis triplex effectus 128. b
Substitutionis pupilaris consideratio 121. a. b & dein. & 122. b
Substitutio pupillaris nihil est aliud quàm sequela & pars ipsius paterni testamenti 127. c
Substitutio vulgaris de necessario hæredem voluntarium facere potest 125. a
Substitutiones duæ nonnunquam sub vna continentur 123. c
Substitutionis vulgaris effectus septem 120. b
Substitutionum varij modi 125. a
Substitutionum verba directa, obliqua, communia 124. a
Substitutus pupillariter impuberi ad ipsius tutelam aliis proximis deficientibus vocari debet 55. b
Succedendi ius per legem ciuilem, non nisi 30. annorum spatio clauditur 118. a
Succedere in capita, quid sit 158. a
iustius Succedit, qui authore prætore succedit 106. b
Successionum alia iuris ciuilis est, alia honoraria 106. b
Successio omnis ad nos pertinet aut iure veteri, aut iure nouo 315. a
Successionis legitimæ gradus triplex 158. a
Successionis legitimæ olim deferendæ ordo 162. a
Successionis libertorum consideratio 172. c
Successionis ordo in hæreditatibus is est, vt liberi primùm, deinde agnati, demum cognati vocentur 163. c & 172. c
qui Successionem sperant, ijdem & tueri bona debent ne dilapidentur 52. b
Successiones legitimæ & testamentariæ à iure ciuili originem habent 172. a
Successiones omnes olim angustißimis finibus continebantur 176. a
Successionum quanta sit vtilitas 105. c
Successorij edicti consideratio 163. c. 179. b
Suetia dicta est Gotthia 2. a
Superficiarius possessor 268. b
Superficiarius vsumfructum non habet 92. a
Superillustris 5. b
Superior etiam consuetudine obligatur 18. b
Superioris ius aut authoritas municipali lege imminui non debet 10. b
Supremæ potestatis argumenta, vectigalia, censùs, tributa, &c. 97. b
Surdus & mutus matrimonio iūgi potest 204. c
Surdus & mutus non multum à feris bestiis abest 112. c
Surdus & mutus quibus in contractibus interuenire poßit 204. c
Surdi & muti an testari poßint 115. b
Surrogatum, naturam eius cui surrogatur, sentit 65. c
Susceptores è sacro fonte, tanquam mystici patres, in ius vocari sine venia non poßunt 298. c
cur Suspectus dicatur aliquis tutor 71. a
Suspecti tutoris accusatio apud quem fiat 70. a
Suspecti tutoris crimen quasi publicum dicitur 70. c
an Suæ rei furtū facere quis poßit 240. c. & dein
Suam rem impigneratam subtrahens, cur furtū committere dicatur 241. a
Sui qui intelligantur 94. a. 160. a
Sui & emanciāpati, an pari iure censeantur, quo ad successionem parentum suorum 118. c
Suorum & emancipatorum differentia 118. a
Suis etiā inuitis iusta hæreditas debetur 159. a
Suus hæres quis appelletur 54. b. 133. c. & 163. b
Suus hæres vt quis esse desinat 159. a
Suus hæres & necessarius est filius 120. b
Suus hæres & necessarius interdum efficitur voluntarius 120. b
Suus hæres hæreditatem non aditam ad suos transmittit 134. a
Sui hæredis agnatione testamētū rūpitur 126. a
Suitatis ius dominium in filij personam continuat 134. a
Suitatis ius vt tollatur 134. a
Suum vt cuique tribuatur 6. c
Syluæ vsu relicto, nōnunquam licet quoque frui eiusdem syluæ legato 94. a
συνάλλαγμα, obligatio vltro citroque 186. a

T

Tabellionis publici authoritas 219. a
Tabellionum instructio pro instrumentis suis cōficiendis 207. a
pro Tabernæ conductione merces illatæ impigneratæ sunt 287. a
Tabulam æneam leges aut agrorū mensurā con-

einentē euertēs, peculatus pœna tenetur 297.b
Tabulæ posteriores testamenti ut prioribus derogent 129.b.c
Taciturnitas an consensum arguat 47.c
Taciturnitas quādo pro cōsensu habeatur 286.c
Talionis pœna antiqua, abrogata 253.c
Temerarij litigatores olim decima parte litis puniebantur 344.c
Temere litigantium pœnæ consideratio 344.b
Temporales & dilatoriæ exceptiones quæ sint 338.c. & 339.a
Tempus in præscribēda cōsuetudine variū 17.b
Tempus in usucapione & præscriptione requisitum biforme est 95.a
Tempus obligationi adiectum quādo intelligatur finitum ut ex ea agi poßit 210.c
Tempus quadrimestre iudicatis ad soluendum datur, & etiam ad probandum debitū 320.c
Tempore quomodo plus petatur 323.a
Temporum obseruatio in institutionibus quæ sit 134.b
Terentij locus in Andria 25.b. *in Heautontimorumeno* 28.a
Termini moti actio aduersus quem detur 308.b
Testamentum ab hærede adimplendum nōnunquam dicitur, etiam si à testatore perfectum sit 218.c
Testamentum alioqui iure ciuili infirmum prætorio iure sustinetur 130.c
an Testamētū alter pro altero facere poßit 126.c
Testamentum duorum an in uno codice fieri poßit 110.b
Testamentum est, etiam si non sit adita hæreditas 132.b
Testamentum filijfa, in bonis castrensibus, postea emancipati, non infirmatur 113.b
Testamentum imperfectum inter liberos valet 49.b
Testamentum iure perfectum, irritum constituitur capitis diminutione 129.a
an Testamentum non iure factum, per sequentem militiam confirmetur 113.b
Testamentum nuncupatiuū tabulis ruptis manere potest 131.a
Testamentum inofficiosum, quod contra pietatem seu officium parentum factum est 131.c
quomodo Testamentum posterius priori deroget 129.b.c
Testamentum propter ceratas tabulas aut eboreas, &c. non infirmatur 110.a
Testamentum semel approbatum, postea improbari nequit 132.c
Testamentum ut iustum sit, aut iniustum 129.a
Testamētū ut rumpatur, vel irritum fiat 129.a
Testamenti definitio 107.b
Testamenti etymologia defensa 107.b
Testamenti factio quæ intelligatur 108.c
Testamenti factio tribus temporibus consideratur 134.b
Testamēti factionem habere quis dicatur 134.c
Testamenti militaris consideratio 111.a
Testamenti vis præcipua ex aditione hæreditatis pendet 133.b
Testamento secundo imperfecto superius non rumpitur 131.a
Testamēta à iure gentiū originem habent 106.a *postea iuris ciuilis esse cœperunt* ibidem & 261.a
Testamentorum aliud nuncupatiuum, aliud scriptura constans 108.a
Testamentorum genus triplex apud veteres Romanos 106.c
Testamentorum ratio quàm sit humanis usibus accōmoda 105.c. *ea quàm sit difficilis* 106.a
Testamentorum solennia expenduntur 107.c & dein.
in Testamentis pleraque etsi scripta sunt, pro non scriptis habentur 118. quart. c
Testantis voluntas secundum modum à legibus præscriptum moderari debet 106.a
Testari quibus nō permittatur 114.a.b. & dein
Testatio, protestatio in lege Constantini interpretatur 181.a
Testator si nullas partes in hæredibus instituendis expreßit, eos ex æquo instituisse censetur 225.c
qua Testatoris calamitate rumpatur testamentum 130.a
si propter Testatoris delictum fiscus hæreditatem occupat, nihil ex testamento præstari debet 183.a
pro parte Testatus & pro parte intestatus decedere nemo potest 118. tert. b. & 118. quart. a. & 166.b
Testimonium dicere aduersus eos qui nobis agnationis vel cognationis vinculo deuincti sunt, prohibemur 167.c
Testimonij dictionem mutus non habet 204.c
Testimonij domestici fides improbatur 109.b
Testis in re sua nemo idoneus est 76.a
Testes in testamentis rogati eße debent 110.c
Testes instrumento improbando neceßarij 207.c
Testis se in testamento subscribens, rogatus esse præsumitur 111.a
Testes adhiberi qui nō poßint in testamētis 108.c
Testes etiam lite nō cōtestata audiri poßūt 212.c

Testes in ecclesia examinari poterunt. 25. a
Testium differentiæ, necessarij, supernumerarij, extrinseci 207. c
Testium in testamento requisitorum. consideratio 107. c. *in fi.* & *dein.* 108. a
sine Testibus geniti, aut natura frigidi ac steriles, adoptare non possunt 43. a
Theologorũ quorundam sentẽtiã nõ recepta 12. c
Theophil', paraphrastes Græc' Iustiniani 242. b
Thesaurarius, vulgò præfectus fisci 66. a
Thesaurus inuentus ut inuentoris fiat, apprehensio desideratur 79. a
Thesauri definitio 85. a. *is inuentus cuius fiat ibidem.*
Tiberij imperatoris pia erga Christũ volũtas 2. b
Tigni iniuncti actio ubi competat 81. c
Titulus, à tuendo, id est, indicando, dictus 257. a
Titulus ex composito paratus, pro non titulo est 277. c
Titulus nullus qui sit 315. b
nullo Titulo possidere quis dicatur 315. b
in Tituli uniuscuiusque initio duo à iuris professoribus tractari solent, ordinis ratio, & verborum rubricæ interpretatio 186. b
Titulo nullo gaudens, malæ fidei esse censetur 83. b
Tituli prætextus quantũ habeat momenti 267. c
Tituli iuris rubro colore depingi soliti 257. a
Tituli probationis loco sit tempus, quod hominũ memoriam excedit 303. a
Traditio an necessaria sit, ut vẽditio perfecta dicatur 218. b
Traditio nihil amplius transfert, quàm est apud eum qui tradit 84. a
Traditio non semper in dominij acquisitione necessaria est 86. c
Traditio ubi necessaria sit 275. a
Traditionis effectus 246. c
Traditionis quantum sit momentum in dominio transferendo 15. c
Traditione dominia rerum nobis acquiruntur 85. c. *id qualiter intelligatur ibidem.*
Traianus imp. Christiani nominis osor, alioqui optimus princeps 2. a
contra Transactionem pœnalem faciens, pœnæ conuentæ subijcitur 23. a
Translatio legatorum quatuor modis fit 149. b
Transfuersales qui sint 162. a. & 167. c
Trebellianica ex fideicõmissis, Falcidia ex legatis detrahitur 153. a
Trebeliano S. C. ubi locus sit 153. b
Tria onera tutelæ, an semper vacationem præstent 66. b
Tribonianus descriptus qui fuerit 3. a. *Eiusdem inconstantia in legibus ibidem.*
Tribui suum cuique ut dicatur 6. c
Tribunorumplebis creandorum occasio 13. c
Tributoriæ actionis usus 328. a
Tumultus incendij vel ruinæ gratia depositum si defraudetur, in duplum actio cõpetit 305. b
Turpes personæ quæ intelligantur 132. a
Turpitudinem suam allegare aliquando permissum est 284. a
Tutela in ecclesia dari potest 25. a
Tutela impuberes continet, cura puberes 48. a
Tutela in tutoris filios hæreditario iure non cõtinuatur 61. a
Tutela munus est publicum 50. b. *personale* 65. b
Tutela necessarium munus est, aduocatio & procuratio spontaneum 133. a
Tutela proximioribus agnatis lege xij. tab. defertur 55. a
Tutela testamentaria, & tutela legitima 52. b
Tutela testamentaria aditione hæreditatis confirmatur 57. a
Tutela triplex est 49. a
Tutela, virile officium est 55. c
Tutela unde dicatur fiduciaria 56. a
Tutelæ ac patriæ potestatis discrimen 48. c
in Tutelæ actionem quæ veniant 58. b
Tutelæ datio neque imperij neque iurisdictionis est 57. c
Tutelæ definitio excussa 48. b. c
Tutelæ definitio vulgata correcta à Theophilo 185. c
Tutelæ & furti non eadem est obligatio 58. b
Tutelæ finiendæ modus 60. b
Tutelæ onus in seruis locum non habet 172. b
Tutelæ testamentariæ & datiuæ differentia 50. b. c. & 51. b
Tutelæ testamentariæ fauor 51. b
Tutelam se administraturum pollicitus patri, postea se iure publico excusare non potest 67. c
Tutelam suscipere nemo potest, qui non perfectæ sit ætatis 56. c
Tutor à iudice sub conditione dari nõ potest 60. c
Tutor alimenta pupillo quatenus præstare debeat 71. c
Tutor an sub conditione detur 51. b. c
Tutor an suis impensis tutelam administrare debeat 51. c
Tutor cuius culpa teneatur 191. a
Tutor datiuus qui sit 56 c
Tutor egenos pupillos de suo alere nõ tenetur 71. c

Tutor ex testamento imperfecto rectè non datur 49.b
Tutor filiosa. dari non potest, nisi pater deportatus sit 32.c
Tutor filiosa. dari cur non possit 48.a
Tutor in bonis pupilli fiscum excludit 36.b
Tutor in Franciscanorum aut Dominicanorum sodalitium eransiens, tutelæ vinculo soluitur 61.a
Tutor incertus dari non potest 146.c
Tutor intra annum à matre filio peti debet 165.b
Tutor pupilli nomine legatum à patre relictum petens, ad querelam postea venire non prohibetur 133.a
Tutor rectè cum inquisitione datus quis intelligatur 63.b
Tutor simpliciter datus, ad vniuersum patrimonium datus intelligitur 69.b
Tutor tribus in locis accipi potest 57.c
Tutor vrgentibus creditoribus rem pupilli vendere potest 103.a
Tutor suspectus remotus, an semper infamiam incurrat 71.b
Tutoris à patre filio dati; & tutoris à matre dati, alia atque alia est cautio 50.a
Tutoris ac patris erga pupillum differens est munus ac solicitudo 205.c
Tutoris authoritas & iussus patris in aditione hæreditatis per pupillum, cur varient 59.c
Tutoris & curatoris differentia 51.c
Tutoris ex lege Attilia dandi mos, duas ob causas sublatus est 57.b
Tutoris suspecti accusatio, mixtam naturã habet 70.a
Tutoris vel curatoris bona pro officio administrationis pupillo tacitè obligata intelliguntur 286.a
Tutoris vnius ex pluribus solidum soluentis, & fideiussoris item vnius ex pluribus similiter solidum soluentis, quo ad repetitionem à sociis, diuersa est causa 213.a
Tutori testamentario aut datiuo curator nonnunquam adiungi potest 62.c
Tutori testamẽtario satisdatio remittitur 63.a
inter Tutorẽ & pupillum negotium nullum geri potest 189.c
Tutorem non esse datum, aut minus rectè esse datum, perinde est 165.b
Tutorem suspecti appellare quis possit 70.c
Tutores à quibus, & quibus dentur 49.a
Tutores an satisdare cogantur 333.c
cum Tutores duo sunt, vno authore res omnis perfici poterit 60.a
Tutores & curatores in rebus minorum vendendis euictionis nomine obligantur 222.c
Tutores & curatores olim cum pupillabus suis matrimoniũ cõtrahere cur prohiberẽtur 37.a
Tutores cur pupillis dentur 51.c
Tutores & magistratus qui se malè in tutela gesserunt, vt conueniantur 64.a.b
Tutores testamento dari qui possint 50.b. & dein.
Tutorum duorum, vnius testamento, & alterius codicillis, datorum, vter præferatur 49.a
Tutoribus cur magis succurratur quàm fideiussoribus 213.a
Tutoribus pluribus satisdare paratis, idoneior cæteris est præferendus 63.c
Tutoribus pupillus velit nolit operam dare debet 61.c

V

Valentis imperatoris execrabile in Christianos odium 2.a
Valet nonnunquam id quod agitur, etiam si ineptè fiat 183.a
Vasa sacrata atque arcana, & vestes sacra, cæteráque donaria pignori aut hypothecæ, nisi pro redemptione captiuorum, supponi non possunt 76.b
Vasallus, beneficiarius cliens 85.b
Vassallus dominum agnoscere nolens, ab eo beneficio suo tanquam commisso spoliabitur 302.c
Vassallus vsumfructum non habet 92.a
Vassalli eius domini, qui bonis cesserit, dominiũ vt excutiatur 330.a
Vassalli euocari debent, si de feudo controuersia inter comites oriatur 42.c
Velleiani senatusconsulti priuilegio mulier renunciare potest 328.c
Venalitiarius quando de re vendenda sibi commissa surrepta furti agere possit 246.b
Vendens rem, necesse nõ habet rem emptoris facere, sed solam possessionẽ transtulisse sufficit 200.b
an Vendens seipsum in seruum, in integrũ restitui possit 21.b
Vendere se an cui liceat 21.a
Vendere suam rem minus iusto precio Dardanarius nonnunquam cogitur 101.c
Vendicare quid sit 304.c
Vendicatio aduersus quoscũque rei nostræ possessores dari solet 246.c
Vendicatio rei an actio sit 263.b

Vendicationis propriũ est rem suã petere 307. b
Vendicationes omnes pro rerum nostrarum dominio dantur, & ad restituendum tendunt 303. c. *nec ad dandum intenduntur* ibidem.
per Vendicationem legare quid sit 139. b
in Vendicationibus omnibus tria considerantur 303. b
Venditæ res & traditæ non antè nostræ esse desinunt, quàm si æs solutum sit, aut fideiussor datus 86. a
Venditio pignoris quando permittatur creditori 102. c. & 103. a
Venditio perfecta est, etiam si res nondum tradita est 218. b
Venditio simulata & in fraudem fisci facta, reuocari potest 284. a
Venditionis & impignerationis differẽtia 141. b
Venditionum fraudulentarum effectus consideratio 284. a. b
Venditor, id quod emptoris interest præstans, liberatur 219. c
Veneris præposteræ punitio 347. c
Venia ætatu concedendæ soli principi conceditur 14. b
Venta seu laudimium non antè debetur quàm cùm fundus venditus est 218. c
licet Venter in possessionem mittatur, mulier tamen partui edito omnia bona restituere cogitur 180. b
quæ Ventris nomine datur bonorum possessio, decretalis est, & extraordinaria 180. c
quando Verbum aliquod propriè & impropriè sumi potest, in odiosis proprietas vocabuli consectanda est 156. c
Verba alioqui directa, nonnunquam obliquantur 165. b
Verba in legibus etiam municipalibus quanlibet generalia, ad idoneas tamen personas referenda sunt 292. c
Verba in legibus ex lata significatione accipiuntur, non item in statutis 275. b
Verba in matrimonijs quatenus necessaria sunt 204. c
Verba in stipulationibus maximum momentum habent 144. c
Verborum obligatio inter absentes contracta, inutilis est 209. c
Verborum obligatio nihil aliud est quàm stipulatio 192. b
Verisimilitudo in ambiguorum testamentorum disquisitione vnde sumatur 137. a
Veritas non omnino anteferenda est opinioni 126. a
Versibus scribi solitæ leges xij. tab. 5. a
quid Versum in rem domini dicatur 328. b
Verus & Antoninus imperatores, Christianum nomen amplexi sunt 2. b
Vestimenta contractuum quæ sint 186. c
Via, discontinuis seruitutibus annumeratur 90. b
Via & actus quid differant 88. b
Vicino de vita periclitanti quatenus auxilium ferre debeamus 11. c
Vicissitudo quædam est omnium rerum 19. b
Victoria parta, in hostes non sæuiendum, sed seruandi victi 20. c
Videndi verbum ad animum relatum 45. a
Videre, propriè ad sensũ corporeũ refertur 45. a
Viginti pollicitus, an decem promisisse videatur 214. a
Viginti promittens ei qui decem stipulatur, aut contrà, rectè stipulatur 203. c
in Vinculis esse qui intelligantur 279. a
in Vinculis propter æs alienum iure quẽ contineri possit 21. a
Vindicta in manumissione adhiberi solita quæ fuerit 24. b
Vindictæ moderatio qualis esse debeat 11. b
Vini aut frumenti ex fundo nascituri legatum, quid contineat 145. c
Vini in genere empti periculum ad quem pertineat 221. a
pro Vino mutuato æstimatio nonnunquam soluenda est 188. a
à Violentia ortum habet principatus & imperium 14. c
Violentiæ vitio affecta res, vsucapi non potest 96. c
Vir in bonis vxoris sine hæredibus defunctæ fisco præfertur, & contrà 178. a
Virgilij locus elucidatus 3. c
Virginum stupratores vt puniantur 347. c
Virtus omnis aliqua nota secernitur 6. c
Vis ac potestas, id est, violenta potestas, inepta interpretatio in Tutelæ definitione 185. c
Vis, delictum est 342. b
Vis armatæ & vis priuatæ punitio 348. c
Vis incontinenti non ex interuallo repellenda est 251. primo. c
Vis maior quæ sit 190. b
Vis pro rerum diuersitate contingit 343. a & dein.
Vis vi tam diuino quàm naturali & ciuili iure repellitur 11. a. *id qualiter fieri debeat* ibidẽ.
Vi bonorum raptorum actio intra annũ in quadruplum est, post annum in simplum 305. c

Vi bonorum raptorum actio aduersus hæredem non datur, etiam de eo, quod ad eum peruenerit 335. c
Vi bonorum raptorum actio pro rebus mobilibus datur 343. c
Vi bonorum raptorū actio quando detur 247. b *cui detur* 248. b
Vi rem suam recuperare studens, condictionibus principalibus teneatur 343. c
Vi vel metu facta rescindens actio, quando in quadruplum detur 311. b
Visigotthi & Ostrogotthi 3. a
Vitæ ac necis ius in seruos, cur dominis olim permissum fuerit 31. b
Vitā nostrā vt tueamur, an occidere liceat 11. c
Vitium authoris omnibus successorib⁹ nocet 98.
Vitiorum triplex distinctio 97. c. & 98. a
Vitricus & nouerca, edicto de venia in ius vocandi petenda non continentur 298. c
quando Vitricus impensas in priuignos factas repetere non possit 232. b
Vltimas hominum voluntates lex ciuilis vult obseruari 29. b. 61. c. & 338. c
Vltra vires hereditarias an quis teneri possit 135. a
Vnde cognati bonorum possessio, quæ datur cognatis 177. c
Vnde decem personæ bonorum possessio, vnde nomen habeat 177. b
Vnde legitimi bonorum possessio, quibus detur 177. c
Vnde liberi patroni & patronæ, &c. quibus detur 177. b. c. & 158. b
Vnde vir & vxor bonorum possessio 177. c
quod ad Vniuersos refertur, publicè per maiorē partem constitui solet 14. b
Vniuersitas hæredis titulum gestat 109. c
Vniuersitas, omnis hominum societas legitima 75. c
Vniuersitatis esse quæ censeantur 75. c
Vniuersitates restitutionem in integrum impetrare possunt, si per suos administratores malè regantur 279. b
propter Vnius corporis vitium, sæpe multa corpora redhiberi possunt 208. c
Vnius rei defectu sæpe contractus plures res continens rescinditur 208. c
Vno soluente in obligationibus, quæ ex quasi maleficio descendunt, omnes liberantur 256. c
Vocationis in iudicium vtilitas 306. c
Voluntas coacta, an voluntas sit 32. a
cur Voluntas dicta sit iustitia 6. b
Voluntas hominis ambulatoria est vsque ad vltimum vitæ spiritum 129. b. & 149. b
Voluntas legis plerunque pro ratione habetur 26. c
Voluntas pro expresso consensu nonnunquā vsurpatur 286. c. & 283. a. & pro scientia ibidem
Voluntas sola an pœnam luat 243. c
Voluntas sola pietatis causa obligat 77. a
noua Voluntas testatoris vt probetur 130. c
Voluntatis testatoris quàm rei scriptæ potior est ratio 137. a
Voluntates defunctorum exitum habere, reip. interest 61. c
qui Voluntatem suam exitum habere cupit, testamētum suum pluribus codicibus conscribat 110. b
Voluptariæ impensæ quatenus repeti possint 82
Votum captanda mortis omni iure gentiū improbatum est 107. a
Voto reali filiusfam. sine patris authoritate nō obligatur, sed bene personali 204. c
Vrbanus prætor cur Romæ creatus 16. a
Vrbani rusticis plurimùm sunt astutiores 105. b
Vrbs ruinis deformari non debet 81. c
Vsucapionis consideratio 94. c. & 95. a. b. c
Vsucapio qualiter post institutum iudicium locum habeat 346. b
Vsucapio à defuncto cœpta ab hærede adimpleri potest 98. b
Vsucapio in iure frequentissimè pro præscriptione vsurpatur, & contrà 95. a
Vsucapio non aliàs quàm sententia interrumpitur 300. c
Vsucapio non tam latè patet quàm Publiciana 275. c
Vsucapio semper bonam fidem continuam desiderat 275. c
Vsucapio sine possessione procedere non potest 105. b
Vsuræ & aliæ ciuiles accessiones indebiti condictione non repetuntur 189. b
Vsuræ ex mora deberi incipiunt, siue regulari siue irregulari 317. a
Vsuræ in bonæ fidei actionibus iure actionis peti possunt 312. c
Vsuræ Pontificio iure in totum abrogatæ sunt 317. a
Vsuræ pro dote non soluta quandiu petantur 317. a. b
Vsuræ quomodo nunc petantur 317. a
Vsus definitio 93. c
Vsus serui legatus quid contineat 94. b
Vsus vt constituatur 93. c. *vt finiatur ibid.*

in Vsus aut possessionis furto æstimatio sola restituenda est 243. b
per non Vsu quantulibet longi temporis lex non tollitur 19. c
Vsuarius à fructuario in quo differat 93. c. & 94. a
Vsusfructus an dominij pars sit 118. iterum c
Vsusfructus capitis diminutione finitur 194. b
Vsusfructus ciuitati vel municipio relictus, centum annorum spatio perit 93. a
Vsusfructus definitio 92. a
Vsusfructus duplex species, causalis & formalis 91. c
Vsusfructus earum rerum, quæ vsu consumuntur, multum à vero & proprio vsufructu distat 93. b
Vsusfructus fructuarij morte finitur 84. b
cui Vsusfructus in diem relictus est, neque obligatio, neque actio acquiritur 194. a
Vsusfructus in re propria non consistit 92. a
Vsusfructus itineris, viæ, aquæ, aut alterius seruitutis legari non potest 90. c
Vsusfructus peculiorum aduentitiorum patri arrogatori acquiritur 181. c
Vsusfructus vt constituatur 92. b. c. & quarum rerum ibidem.
Vsusfructus ius facilius quàm aliquod aliud concidit 143. b
Vsusfructus finiendi modi 92. c. & 93. a & dein.
si Vsumfructum fundi quis à domino proprietatis conduxerit, tunc conductoris non locatoris morte huiusmodi vsusfructus finietur 224. c
Vsumfructum habens, fructuum percipiendorum commoditatem impignerare potest 289. c
Vsufructu legando quid obseruandum sit 92. b
Vsufructuarius & bonæ fidei possessor quid differant quo ad fructus suos faciendos 84. b
Vsufructuarius seruus domino vsufructuario ex duabus causis acquirit 105. a
Vsufructuarius mutare materiam non potest, ne in meliorem quidem formam 93. b
si Vsufructuarius vsumfructum suum locauerit, non conductoris, sed locatoris morte vsusfructus finietur 224. c
Vsufructuarij cautio quæ sit 92. b. c
Vtendi ius cedi non potest 93. b
Vti possidetis & Vtrobi interdicta, duplicia sunt 344. a
Vti possidetis interdictum pro rebus immobilibus competit 342. b
Vti verbum quàm latè pateat 340. b
Vtilis bonorum possessio cur dicta sit 106. b
Vtiles impensæ vt repetantur 82. c
Vtilitas publica priuatæ anteferenda 12. b
Vtilitate publicum, & authoritate publicum, differunt 75. c
Vtilium actionum consideratio 268. b
Vtrobi interdictum pro rebus mobilibus competit 342. b
Vvandalicus cur dictus Iustinianus 3. b
Vulgaris substitutio in fauorem testatoris tendit 125. b
Vulgaris substitutio quæ sit 119. c. & dein
Vulgaris substitutio à pupillari quid differat 126. b
Vulgo quæsiti, cognati sibi sunt, non agnati 167. a
Vulgo quæsiti, matris conditionem sequuntur 20. c
Vulgo quæsiti matribus solis succedunt 158. b
Vulnerans quàm occidens mitius tractatur 253. prim. a
ex Vulnere in militia accepto in patria mortuus, perinde habetur atque si in militia cecidisset 65. c
Vxor affinitatem inducit 35. b
Vxor an viro affinis sit 35. b
Vxor in bonis viri sine hæredibus defuncti fisco præfertur 178. a
Vxor intra quartum consanguinitatis gradum nullo quantumlibet longo tempore iusta vxor esse potest 96. a
Vxor pro domestico furto à marito non furti actione, sed rerum amotarum iudicio conuenienda est 245. a
Vxor sui corporis domina non est, sed maritus 31. c
Vxoris periculum fieri non potest 221. b
Vxori non maritus, sed alius curator dandus est 62. b
Vxorem ducens eam, quæ nondum viro matura est, an fructus dotis lucretur 38. a
Vxorem prægnantem relinquens, sine liberis non videtur defunctus 49. c
Vxores duas habere, infame: non perinde de duabus concubinis 35. c
Vxores non omnes nobis ducere licet 34. a
Vxores olim postliminio non recipiebant, qui ab hostibus capti reuertebantur, iure digestorum 46. c
Vxoriæ rei actio, bonæ fidei erat 316. b

FINIS.

Errata colligendo indice deprehensa, sic repone.

Pagina	Versu	
12	28	commissa digniori
	32	dissetamus
	44	postliminii
16	14	is omnibus
	27	tempore
21	26	se addicere
22	9	in marginalibus scholiis, de iis quibus vt indig. colligitur, ibi in textu soli cedere.
	vlt.	vbi exemplo
23	37	Iustam seruitu.
24	28	vice interced.
27	36	in fidei commissaria
29	16	manumittendi. & infra versu 39 genere
41	32	bonis arrogantis.
46	27	dominio. ibidem versu 32 fictionet vel frequentissimæ. Prima
52	6	secernendas. & infrà versu 30 lucet.
54	40	agnatos
58	26	distrahendis
61	13	se trans-
62	18	& cuilibet
63	42	si iam. & versu seq. ꝑfecto
64	42	à cæteris id consequatur.
69	46	religionem iudicis circū.
70	46	sed quæ
77	22	euertendum.
78	41	qua non
84	31	in eo cui
85	45	conuentione
94	45	addictio. & sic infrà in eadē pagina bis auctor, & pag. seq. vers. 3. addici
101	22	auunculus. & mox ibidem versu 24 patrem
102	41	alienare
106	19	hæreditatum. & versu 26. reditas est, minimè necessaria est
110	39	ab amanuense perlectam. & infrà versu 47. huiusmodi cautio.
111	29	solùm in eo bello quod. & infrà versu 49. vacatio
114	9	iis vel. & versu seq.
118	42	parantur
116	secund. a. vers. 13	filius à matre. & infrà versu 17. liceat.
118	tert. b. versu 22	hæreditas eis
118	quart. b. 27	Id est animam
121	26	aut intra
123	27	repetisset. & versu 47 reciprocé.
125	39	flendo
128	11	in pupillari
129	27	posterioribus
130	39	Nam & Papi-
132	28	iniuria illi
134	6	sustinetur
137	2	si in vera.
138	33	nactus est
141	37	aut qui ab eo causam
142	8	stip. consulitur
143	12	extinguuntur
145	23	legauerit. si quidem plures. reliqua expunge. & infrà versu 51 obligatio ad
150	6	dissolui eodem genere quo
151	5	quoquo modo id ipsum. & versu 29 necessario
159	32	accipiat. & versu 35 patruo
160	9	aliquot (suo

Pag.	Versu	
161	28	hic pater
163	24	in intestatorum. & infra versu 30 tempore testamenti
164	17	acquireret
166	12	vinculo filio, & infrà versu 25 hæreditatem cerneret
177	30	admitti. & infrà versu 47 liberi pa-
178	37	solùm locum hab. & versu sequen. legitimi
180	35	proximior est
183	11	actum omnino vi- & infrà versu 18 De successionibus
185	49	consueuit, vt in pupillis videre est, quos etia
186	31	in scirpo
187	10	patre nudo. & ibidem infrà versu 17 tantùm promissa est
188	14	vino mutuato
189	19	nata est
190	9	eadémque res. & infrà versu 28 Ea autem versutiæ
194	46	nes testator
197	45	lari) dari
201	14	promissorem
203	24	sistat, vt quis nun. & infrà versu 46 si quis malit
204	8	pensione facta proferretur
205	4	fidem faciant. & infrà versu 20 furioso quoque. & mox versu 23 author est: & æq. & versu 37. furiosi
206	30	Planè id quod
209	2	deberentur. & infrà versu à fine quinto, si ab uno possideatur
212	58	aduersus confideiussores
215	41	plus repromittat
216	5	exceptionem dari dicant
220	4	est, vt eam
221	43	euictionis. & mox versu 46. pretium amitti dicat etiā stipulatio. & in marginalibus scholiis versu pen. L. lex Iulia.
222	38	sine causa
223	9	nibus non omnino
224	46	proprietatis fundi
325	10	Oportet enim. & infrà versu 4. à fine damnum omne
227	27	consueta
228	16	consilium
229	5	mandatario
230	10	verbo vel prech. & infrà versu 5. à fine institor
231	23	perpendemúsque. & versu seq. ex arctissimæ
232	35	atque illam
234	49	nobis bona fide
238	45	iure nostro
241	13	animi, id est. & infrà versu 30. an verò alieni
243	2	Si creditor. versu 4 contrectatio versu 6 faciat, aut etiam. versu 30 si quis alienum serui sollicitauerit
244	51	permissa sit
246	50	nam ad id
247	33	cessantibus iudiciis
248	23	Vi bonorum rap.
253	9	erit vel sponsalia & paulò pòst versu 16 mulieri mariti

Pag.	Versu	
256	2	Conuenietur
262	1	secernitur
266	9	possessio, in rem actionem
267	30	licet impensas. & infrà versu 48 de perceptis
271	53	aduersus eum detur
280	32	vēdicatione diximus & mox versu 34 ideo anno terminanda & infrà versu 45 Aquilia qua damnum
281	34	vbi illæ in fraudem legis fiunt
282	50	applicarentur
285	33	actionibus in rem
287	4	& in. l. 2. C. quæ res pig. hypoth. obliga. poss.
290	39	peculio adiectam, & in factū actio.
291	32	est eum ante. & mox versu 38. existiment & rationem ex cōstituto. & paulò post versu 41. actionem ideo
292	7	stipulationē accessisse fingat
294	33	& pro eo lege
295	22	conditione delata. & infrà versu 40. iusiurandum, qui deferēte. & versu seq. contentus sola. & mox versu 46 formiter iu-
296	27	nis vim, quandoque etiam actionem alioqui temporalem, perp.
899	39	vocauerit. & versu 42 remiserint
300	42	cōtestationē omnio requirit
302	46	ad illum pertineat.
304	40	si modò se
306	9	minorem dispositio. & infrà versu 30 duabus subsit testator
307	37	§. i. infrà de perpet.
309	49	simpliciter, & hi. & in margine è regione ibidem li. 2. de origi. iur.
312	31	detentationi
313	41	periculo tenebitur
314	15	contracta quo do
315	15	actionibus bonæ fidei. & infrà versu 26, continetur, vt quod
316	1	repellebatur, tamen patris. & infrà versu 30 fidei erat & mox versu 44. quòd in locum querelæ
318	37	indistinctè omnibus. & paulò pòst versu 42 expresse nitatur
319	28	stricti iuris. & mox versu 33. ipso iure fieri.
320	17	compensationem non alida. & infrà versu 38 intra duos & mox versu 40 opponendam.
322	30	probatoria. bis
323	23	tempus captessum
326	29	fraudem alienauit
336	15	actori soluerit
339	2	suis explicationibus. & inf. versu 28 ꝓcuratores esse.
342	17	ad auocandum
343	4	si modò. & mox versu 22. inserēdo & infrà versu 41. pertinet, vi possideam
345	1	Infamiæ nota
347	26	suorum alienandorum

EXCVDEBATVR SEBASTIANO NIVELLIO
PARISIIS ANN. M. D. LV. V. CALEND. MAII.